GENESIS

SIVE

MOSIS PROPHETÆ

LIBER PRIMUS.

EX TRANSLATIONE

JOANNIS CLERICI,

CUM EJUSDEM

PARAPHRASI PERPETUA,

COMMENTARIO PHILOLOGICO,

DISSERTATIONIBUS CRITICIS

QUINQUE,

ET

TABULIS CHRONOLOGICIS.

EDITIO SECUNDA AUCTIOR ET EMENDATIOR.



AMSTELODAMI,

Apud HENRICUM SCHELTE,

CIƆ IƆCCX.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO

ET

NOBILISSIMO

VIRO

THOMÆ

COMITI PEMBROCIÆ

ET MONTIS GOMERICI,

BARONI HERBERTO

CARDIFFÆ, &c.

*PRIVATI SIGILLI ANGLIÆ

CUSTODI.

S. P. D.

JOANNES CLERICUS.

NUmquam, **EXCELLENTISSIME COMES**, memini ejus diei, quo, cùm hîc eſſes extraordinarius ad Fœderati Belgii Ordines Legatus, in conſpectum tuum admiſſus ſum, ſine ſumma lætitia, cum maxima Tui admiratione conjuncta. Quòd coram videre & alloqui licuerit eum Virum, in quo comitas, atque humanitas cum omnibus virtutibus, ingenii dotibus, & priſca nobilitate certant, mihi ſemper gratulabor.

 Fa-

* *Poſtea Privati Concilii Præſes factus eſt, Hiberniæ vice-Regis præfuit, & ab anno* 1708. *rei maritimæ eſt Præfectus.*

Fama latè per haſce Provincias ſparſerat, ſummum virum à Sereniſſimo Magnæ Britanniæ Rege extraordinarium Legatum huc miſſum; neque præſentia famam minuit, aut noſtram deſtituit exſpectationem. Quem à popularibus ſingularem in modum laudari ſciebamus, eum præſentem admirati etiam ſumus. Ac ſanè, ſi quid hoc noſtro ſæculo dignum admiratione eſt, ii ſunt qui contra perditos mores exemplo ſuo nituntur; qui, cùm ſummo loco nati ſint, omniúmque rerum copiâ floreant, attamen ab iis abhorrent vitiis, quæ ſecundior fortuna hominum animis ingenerare ſolet; qui, cùm ætate eâ ſint, quâ plerique voluptati & deſidiæ indulgent, temperantiâ, liberalium diſciplinarum ſtudiis, boníſque aliis artibus antecellere ſtudent. Eo quidem ſæculo vivimus, quo, poſt homines natos, & in Inſula veſtra & in ciſmarinis Provinciis, maxima ingenia exſtiterunt. Tanta certè incrementa habuerunt omnes artes ac diſciplinæ, etiam ſanctiores, ut quò ulteriùs progrediantur vix ſuperſit. Hæc ſine dubio homines à vitiis ad virtutes, ab eximiarum artium contemtu ad earum cultum revocare debuerant. Attamen ſi mores plerorúmque intueamur, numquam animi alieniores à virtute, aut litterarum ſtudiis fuiſſe, omnibus expenſis, videbuntur. Quò nobiliore genere quis prognatus eſt, quò ampliore dignitate, quò florentiore fortuna utitur, quò ætate eſt ad animum optimis cognitionibus imbuendum aptiore; eò eſt alienior à labore, eóque ad ſpernendas eas artes, quibus maximè nobilitas, honores, opes, omnes denique vitæ ætates ornari poſſunt, propenſior. Interea ejuſmodi homines ad maxima Reipublicæ munera, quæ adminiſtrari, ut par eſt, nequeunt, ſine divini & humani juris cognitione non vulgari, ſine innumerarum Hiſtoriarum lectione indefeſſa, ſæpe contendunt; eáque malis artibus adipiſcuntur, atque in patriæ ſuæ perniciem exercent. Neque ad paucos pervenit hæc labes, quaquaverſùm dudum graſſatur, & niſi Deus obſtet, tandem omnia in ruinam trahet & peſſumdabit.

Quæ cùm omnibus nota ſint, quis non in Te, VIR ILLUSTRISSIME, ſtudia planè hiſce contraria admiretur? Quis non à Deo ardentiſſimis votis flagitet, ut & Te per multos annos florentem ſervet, & Tui ſimiles quàm plurimos collapſis moribus opponat? Quæ pleriſque illecebræ ſunt ad peccandum, eorum Tu verum intellexiſti uſum, aliíſque ampliſſimi ordinis hominibus, temperantiæ, induſtriæ, amoríſque in litteras & litteratos exemplar exſtitiſti. Non contentus, ut alii faciunt, liberaliores artes delibaſſe, eas & penitus cognoſcere voluiſti, & cognitas ita deamaſti, ut colere, in graviſſimis Reipublicæ negotiis, porrò pergas. Quid dicam de Mathematicis diſciplinis, quæ cùm integram otioſi hominis ætatem poſcere videantur, & ab omnium ſenſuum, quibus juventus maximè adficitur, illecebris remotiſſimæ ſint; attamen ab adoleſcentia ita Tibi

bi perſpectæ ſunt, & adriſerunt, ut in iis ſolis vitam triviſſe videaris? A Rege abſtinentiſſimo, laboriſque patientiſſimo, poterátne ſimilior ſui eligi rerum maximarum adminiſter? Quis verò non optimè ſperet de Regni gubernatione, cujus clavo cum maximo Rege ejuſmodi adſident viri?

Tempeſtivum hîc eſſet, ſi Tua pateretur modeſtia, meritis laudibus proſequi eximium Tuum erga Litteras Sacras ſtudium; quas ita amas, ut nullum prætermittas tempus, quo de iis non cogites, neque ulli ſermones Tibi gratiores ſint, quàm qui circa haſce verſantur. Maxima pars hominum Religionis officiis ſatis ſe defunctam putat, cùm certis vicibus in Templa ſe contulit, ritibúſque ac ſermonibus ſacris corpore magis quàm animo adſuit. Quo fit ut neque cur Religionem Chriſtianam profiteantur norint, neque firmamenta quibus nititur, aut ſanctiſſima ejus præcepta adſequantur, neque eorum vitæ cum dogmatibus conveniat, nec denique quod ſeu malè, ſeu rectè, ſentiunt aliter quàm vi & armis propagare queant. Qui verò, Tui inſtar, Religionis inconcuſſa fundamenta, animo veri ſtudioſo, inveſtigarunt, ii non modò vident, cur ſibi, ſi rationi convenienter agere velint, non liceat non eſſe Chriſtianis; non modò quæ Numen à nobis expetat intelligunt; ſed moribus etiam eam animi ſui ſententiam exprimunt, & rationibus facillimè defendi poſſe ſentiunt.

Cùm ergo ſcirem, VIR EXCELLENTISSIME, eâ Te eſſe mente, eóque conſilio Codices Sacros aſſiduâ manu verſare, cur alium patronum huic noſtro Operi quærere deberem, non videbam; niſi fortè, quia quæ noſtra hîc ſunt eruditione tua ſumma & judicio acutiſſimo ſatis digna non erant. Quæ tamen ratio non ita apud me valuit, ut propterea ſingularium tuarum virtutum prædicandarum occaſionem mihi prætermittendam cenſerem; præterquàm quòd Moſem pro me deprecatorem habeo, qui, ſi non ut optarem, at meis magnis laboribus cinctus prodit.

Novi equidem, inter populares Tuos, eſſe qui hoc, quod adgreſſus ſum, opus doctiùs & feliciùs perficere potuiſſent; cùm non pauci Angli in Scripturæ Sacræ libros adnotationes immortali laude dignas ediderint, & in veſtra Inſula, ſi uſquam aliàs, hæc ſtudia viguerint, vigeántque. Sed ſæpe contingit ut doctiſſimi viri neque eâ ſint valetudine, aut ætate, ut laborem longiſſimum & maximum, ſine quo nihil hac in re fieri poteſt, ferre queant. Sæpe alia ſe invitis objiciunt, quæ animum ad diverſum ſtudiorum genus convertunt; aut ea accidunt, quæ eorum ſufflaminant conatus. Ego verò quæ ingenio & eruditioni deerant, quæ quàm multa ſint ſentio, induſtriâ & labore ſupplere conatus ſum, atque ætatem meam dudum huic negotio conſecravi. Quam in eo etiam abſumam, niſi quæ gravior procella, quo minùs curſum teneam, obſtiterit. Quod ne eveniat,

Tu, VIR ILLUSTRISSIME, aliíque Sacrarum Litterarum amantes facilè impedire, Deo cœptis favente, poteritis, ſi tutela veſtra indignus non videbor. Sic à Tuo capite, dum de patria finitimíſque adeò gentibus optimè mereris, omnis generis infortunia averruncet Deus Opt. Max. diutiſſiméque Te incolumem præſtet. Vale.

Dabam Amſtelodami, Calendis Juniis anni à Chriſto nato cIↄ Iↄc xciii.

PRÆ-

PRÆFATIO EDITIONIS ANNI MDCXCIII.

L E C T O R I

S. D.

JOANNES CLERICUS.

NOn neceſſe eſt hîc Operis noſtri inſtitutum & rationem aperiam, quod jam in ſequentium Diſſertationum altera feci. Paucula tantùm monebo, quæ omiſſa fraudi mihi eſſe poſſent. Scito ergo, LECTOR, *hoc eſſe Operis maximi & difficillimi dumtaxat initium; ſed quod, ſi Deus vota noſtra audierit, brevi ſequentur reliquæ partes, in quas multa habemus parata. Commodius viſum eſt, multis de rationibus, Tranſlationem noſtram Paraphraſi perpetuâ, & Commentariis philologicis ornatam, particulatim emittere; quàm ſi editionem tum demum moliremur, cùm Opus eſſet perfectum, & integrum edi poſſet. Vel ut typis emendatè deſcribatur, opus eſt multo tempore, ut jam mittam conſcriptionem. Itaque diu differenda eſſet editio, adeóque ejus fructus, ſi quis hinc percipi poſſit, in plures annos prolatandus. Præterea ſi quid peccatum eſt in hac prima parte, faciliùs, auditis Eruditorum judiciis; in ſequentibus emendabitur, quàm ſi omnia ſimul ederentur.*

Dum autem Sacrarum Litterarum ſtudioſi Geneſin evolvent, ſub prælo ſudabunt quatuor reliqui Moſis libri, quibus haud multò craſſius volumen conflabitur, addito Indice Philologico, & aliquot Diſſertationibus. Cùm enim grammatici ſenſûs, ut alibi monuimus, finibus nos tenere ſtatuerimus, quò magis in hunc Oceanum provehemur, eò breviores erunt Commentarii; quia ſemel dicta non repetentur, neque nos Theologicæ Digreſſiones occupabunt. Itaque quantùm quidem conjiciendo æſtimare poſſumus, hanc Operis in Vetus Teſtamentum octavam circiter partem eſſe exiſtimamus.

Interea ſi cui in methodo, aut in rebus ipſis alicubi peccaſſe videamur, quod quin futurum ſit non dubitamus, ſeu quia in tam difficili, támque vario opere, fieri nequit quin aliqua occurrat memoriæ aut judicii titubatio; ſeu quia vario hominis judicio ſumus, & quod aliis placet, aliis diſpliceat neceſſe eſt; ſi cui, inquam, à vero aberraſſe videar, bene monenti facillimè adſentiar. Non enim is ſum, qui, ſi quam laudem commeritus eſſem, ei laudi quidquam detrahi putem, ingenuâ peccati confeſſione, & ſeriâ emendatione. Quod faciam quidem quomodocumque monear, ſeu aſperioribus verbis uti monentibus viſum fuerit, ſeu molliùs nobiſcum agere; nulla enim ratio eſt, cur vera monenti nos adſentiri non profiteamur; quamquam benigna monitio multò gratior eſt. Nos quidem non rarò aliorum errores, in hoc noſtro Opere, notare potuiſſemus, quod & interdum fecimus, ſed molliſſimis verbis; ſatius enim plerumque habuimus id quod verum videbatur probare, quàm falſa confutare. Nec erit quod queramur, ſi ſe alii erga nos ſimiliter geſſerint. Si quis verò malevolentiâ ſolâ ductus, non peccata noſtra emendare, ſed invidioſè traducere Opus hocce noſtrum adgrediatur, ſciat nullâ aliâ ratione eam injuriam nos ulturos, niſi ſilentio. Miſerrima eſſet ſcribentium conditio, ſi ab utilioribus operibus, ad convicia retundenda, à quovis ſcurra poſſent revocari, & ad me quod adtinet, eam legem numquam mihi aut aliis ferri patiar.

EIDEM

EIDEM S. D. JOAN. CLERICUS.

HÆC *ſtripſeram anno* MDCXCIII. *de quibus te monitum,* LECTOR, *cupiebam. Nihil eſt quod addam, in hac iterata Editione; niſi me diligentiùs exemplar edendum emendaſſe, non tantùm ad typographica errata ex eo eliminanda, ſed etiam ad ea, quæ aliter quàm oportuiſſet dixeram, corrigenda, ſtylumque meum, ubi opus eſſe viſum eſt, refingendum. Commiſſa in ipſis rebus, ſeu ipſe per me, ſeu ab aliis monitus in Commentariis ad Geneſin emendavi, & in ſequentibus emendabo. Gratias ago iis, à quibus amicè monitus ſum; iis etiam, qui malignè in me ſunt invecti, obſequutus eſſem, ſi me erraſſe crediſiſſem. Pro iniquis judiciis & animo mihi nocendi, quem parum Chriſtianè aperuerunt, à Deo Opt. Max. veniam iis & meliorem mentem opto. Ad ſtylum quod adtinet, licèt nitorem & elegantiam minimè captaverim, quibus in ejuſmodi commentationibus vix eſt locus; attamen barbariem & ſordes fugiſſe me fateor, quod ex hac Editione, etiam magis quàm ex priore, liquebit.*

Multa quidem uno loco non addidi, ſed multis locis pauca; quæ tamen ſi colligerentur, multa fortaſſe dici poſſent. Potiſſima in auctoritatibus aut Scripturæ Sacræ, aut Veterum Scriptorum, Ethnicorum præſertim, ſita ſunt; iiſque ad confirmanda, vel illuſtranda quæ antea dixeramus utilibus, ut quidem nobis videbatur.

Diſpoſitionem notarum ſub textu eamdem exhibemus, quam in Libris Hiſtoricis probarunt viri periti harum rerum; niſi quòd propter Commentarii prolixitatem, non ſemper potuerunt eſſe ſub ipſa pagina ad quam pertinent: verùm Capitum & verſuum diſtinctiones iis præfixæ Lectorem, ne quidquam fruſtra quærat, veluti manu ducent.

Nos hic contra maledicorum quorumdam nullius pretii, aut exiſtimationis, cavillationes non defendemus; nam res ipſa nos ſatis tuebitur & quiſquis legerit partem aliquam laboris noſtri, niſi ſit planè ferreus, aut malignitate prorſus excæcatus, ſatis, ut ſperamus, nobis conciliabitur. Deus eſt teſtis animi hac in re noſtri; qui fuit Sacras Litteras, non faciliores tantùm, ſed & amabiliores Lectoribus reddere; ut & ipſi ad ſalutis portum tenderemus & alios fortè nobiſcum eò duceremus. Si aliâ viâ eò perveniri putent nonnulli, eſto, rem judicio Dei & eorum conſcientiæ permittimus; interea eam, quæ nobis optima & tutiſſima videbatur, muniendam nobis fuiſſe, nemo niſi inſanus negaverit. Optaremus nobis dari Lectores non æquos modò & benignos, ſed etiam Artis Criticæ *non prorſus imperitos, ut meliùs de laboribus noſtris judicare poſſent. Quam in rem, non inutile eſſet fortè legiſſe Opuſculum quod de ea Arte iterum in hac urbe anno* MDCC. *emiſimus.*

Deus omnibus ex animo Litterarum Sacrarum amantibus, inter quos nos eſſe profitemur, benefaciet & ignoſcet, ſi qua in re, humanæ naturæ imbecillitate, errent; dum modò moribus ſuis id exprimant exemplar, cujus amore ſe captos profitentur. Quod ut mihi & tibi, LECTOR, *largiatur Deum enixis precibus oro. Vale.*

Dabam Amſtelodami Calendis Novembris anni MDCCIX.

PROLEGOMENA IN VET. FOEDERIS TRANSLATIONEM ET ADJECTOS COMMENTARIOS.

I. DISSERTATIO DE LINGUA HEBRAICA.

I. Harum Diſſertionum conſilium. II. Linguam Hebraïcam non eſſe màgis primævam, quàm alias Orientales. III. Varias Linguas natas ex humani generis diſperſione. IV. Chaldaïca Lingua uſum eſſe Abrahamum. V. Hebraïcam Linguam fuiſſe Chananæorum. VI. Inopem, ambiguam, & parum cultam apud Iſraëlitas fuiſſe. VII. Quo in ſtatu, poſt Babylonicam captivitatem, fuerit. VIII. Quam curam tunc geſſerint Iſraëlitæ Librorum Sacrorum.

I. QUAMQUAM non eſt animus per locos communes, qui ad Vetus Teſtamentum ſummatim ſpectatum pertinent, in hiſce Prolegomenis, divagari; attamen Areopagi more, ἄνευ πϱοοιμίων, opus hoc noſtrum Lectoribus evolvendum tradere inconſultum eſſe rati ſumus. Plurima quaſi nota, aut probata, quòd non poſſent, ſine Digreſſionibus quas vitare ſtatueramus, Commentario inſeri, paſſim obiter adtigimus, dicendorum tamen fundamenta futura; quæ hîc nobis copioſiùs tradenda, & corrorobanda ſunt, ne illis inædificatam molem, ſolo ſuo pondere, fundamentis deſtitutam, collabi oportere iniquiores fortè Lectores judicent. Quæ autem, ſine ſuis firmamentis, à nobis in Commentario prolata ſunt, ad tria potiſſimùm capita referuntur; Linguam Hebraicam, genus interpretandi quod ſequuti ſumus, & Moſem auctorem Pentateuchi, finémque quem ſibi ſcribendo propoſuit. Igitur in tres Diſſertationes, quæ de hiſce dicenda habemus, cogere viſum eſt; quarum hæc circa *Hebraïcam Linguam* verſabitur; in ſequentibus verò de duobus memoratis capitibus agemus. Sed antequàm ad rem veniamus, monendus Lector, in hoc etiam negotio, conſilium nobis non eſſe omnes Quæſtiones, quæ de Lingua Hebraïca proponi ſolent, excutere. Eas dumtaxat, ſine quibus Commentarii noſtri ſatis intelligi non poſſent, aut quæ iis adfinia ſunt adtingemus, & per ſaturam quidem, prout ſeſe animo offerent, congeremus. Ne ergo quiſquam hîc à nobis omnibus partibus & numeris abſolutam tractationem exſpectet; quam neque pollicemur, neque adgredi umquam in animo habuimus.

II. JUDÆI, amore gentis ſuæ, & Chriſtiani plurimi, qui iis nimiùm fortè tribuunt, Linguam Hebraïcam eam ipſam eſſe, quâ utebatur primus hominum Adamus, vulgò jactare ſolent. Cujus opinionis potiſſimum firmamentum, ex nominibus & etymologiis petitum, rem extra omnis controverſiæ aleam ponere cùm videatur, tanti tamen non eſſe ponderis demonſtrare nos poſſe arbitramur.

Quam in rem, eos priùs audiri neceſſe eſt, quàm à nobis confutentur.

1. Profertur ante omnia nomen primi hominis אדם *adam*, quod in ſola Hebraïca Lingua ad *terræ* nomen, ex qua corpus ejus factum eſt, adludit; nam ſoli Hebræi terram אדמה *adamah* vocant. Paronomaſia eſt manifeſta Geneſ. II, 7. וייצר יהוה אלהים את האדם עפר מן אדמה *& formavit Jehova Deus* ADAM *pulverem ex* ADAMAH, hoc eſt, *terra*. Chaldæi אדם *Adam* quidem habent, ſed terram ארעא *arhah* vocant, cui voci nulla eſt cum primi hominis nomine adfinitas.

2. Eadem ratione, nomen Hevæ חוה *hhavah* derivatur à voce חי hhai, *vivens*, *eò quòd fuit mater omnis* חי hhai *viventis* Gen. III, 20. quam Etymologiam corrupit Chaldæus qui habet כל בני אנשא chol bne enaſcha, *omnium filiorum hominis*.

3. Similiter Gen. II, 23. *Hæc*, inquit Adamus de uxore, *vocabitur* אשה iſchah, *mulier*, *quia* מאיש meiſch, *de viro ſumta eſt*. Qualis paronomaſia cùm in Lingua nulla alia exſtet, hinc certiſſimè Linguam Hebraicam fuiſſe Adami Linguam, colligi poſſe cenſent.

4. Poſt interfectum Abelem, *Sethus* primæ parenti natus eſt, cujus nomen ipſa ex Hebraïcæ Linguæ radice deducit Gen. IV. 25. *Vocavit nomen ejus* שת ſcheth, *nam*, inquit, *ſubſtituit*, שת ſchath, *mihi Deus alteram ſobolem*, *pro Abele*.

Hæc & alia adferuntur à Rabbinis, nomina, quibus oſtendere ſe poſſe putant Hebraïcam Linguam primævam fuiſſe; & quidem tantâ evidentiâ, ut ſine pertinacia eorum argumenta repudiari nequeant. Attamen graviſſimæ nobis ſunt rationes, quæ ſuadeant primævam linguam non magis Hebraicæ, quàm Chaldaïcæ, aut Arabicæ adfinem fuiſſe. Quæ quò tendant, ut intelligant Lectores, antequàm ulteriùs pergamus, profitebimur eam nobis veriſimillimam videri ſententiam; quæ ſtatuit neque Hebraïcam, neque Chaldaïcam, neque Arabicam aut ullam aliam Orientis Linguam eam ipſam haberi poſſe, quâ uſus ſit Adamus; quippe quæ tractu temporis, & diſperſione humani generis, in varias Dialectos Orientalium Linguarum diſtracta fuerit, & memoratas Linguas aliáſque adfines ex ſeſe genuerit. Sic veterum Romanorum Lingua neque ea eſt quâ utuntur Itali, neque Gallorum ſermo, neque Hiſpanorum loquela; ſed tres haſce Linguas peperit, & maxima ſui veſtigia in illis reliquit. Scio Rabbinis aliter videri, atque in Heberi familia putam atque incolumem conſervatam dici; ſed hoc quoque temerè adfirmari poſtea oſtendam.

Ad argumenta ex etymologiis nominum ducta quod adtinet, primùm obſervandum eſt, quædam non eſſe tam nomina propria, quæ naſcentibus impoſita ſint; quàm cognomina, quæ poſteris innotuerunt, & inſtar nominum propriorum poſtea habita fuerunt; ideóque potuiſſe ea interdum mutari, atque interdum etiam paronomaſias primævæ Linguæ feliciter ſervari, quod ſequentibus exemplis liquebit.

אדם *adam*, ut notum eſt, non eſt nomen proprium, ſed hominum primo καὶ ἐξοχὴν inditum; itaque potuit inter Hebræos primus Parens ſic vocari, quamvis aliter ab æqualibus adpellatus fuiſſet. Neque obſtat paronomaſia, feliciter in Hebraica Lingua expreſſa, nam ideò apud Hebræos אדם *homo* potuit dici, quia primi hominis corpus ex luto fictum eſſe conſtabat. Similiter in Latina Lingua, quam primævam fuiſſe nemo ſomniavit, dixeris *hominem* virorum primum à Numine dictum, quòd ex *humo* formatus fuiſſet. Idem etiam caſu, in vocibus איש *iſch* & אשה *iſchah*, fieri potuit; ut, apud Veteres Latinos, in uſu erant *vir* & *vira*, ut obſervavimus ad Geneſ. II, 23.

Poſſemus multas nominum, etiam propriorum, mutationes proferre; ſed legi poterunt apud doctiſſimos viros *Hug. Grotium*, in Adnotatis ad Gen. XI, 1. & de Ver. Relig. Chr. Lib. I, 1. ac *Pet. Dan. Huetium*, in Demonſt. Euang. Propoſ. IV. Cap. XIII. §. 4. Unum tantùm aut alterum exemplum, iis intactum, etymologiæ feliciter in alia Lingua expreſſæ in medium adferemus. Notiſſima fuit urbs Ægypti, quam Græci Πηλούσιον vocabant, cujus nomen, quippe Græcum, ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, *luto*, nempe, rectè ducitur, quòd in lutoſo ſolo condita eſſet. *Strabo* Lib. XVII. P. 552. Ed. Genev. Caſaub. Αὐτὸ τὸ Πηλούσιον, inquit, κύκλῳ περικείμενα ἔχει ἕλη, ἅ τινες βάραθρα καλοῦσι καὶ τέλματα· —— ὠνόμασται δ' ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, καὶ τῶν τελμάτων: *ipſa Lutetia* (ſic enim, clarioris demonſtrationis causâ, Latinè vertemus) *circum jacentes habet lacus*, *quos quidam vocant barathra*, *& locos cœnoſos*. —— *Nomen conſequuta eſt à luto*, *& cœnoſis locis*. Si periiſſent Prophetarum Hebræorum libri, quis non dejeraret, eam urbem nullum unquam aliud nomen habuiſſe? Quis non crederet ab advenis Græcis, aut Lagidis conditam, nominéque Græco ab initio

ap-

adpellatam? Sed bene eſt, quòd ex Ezekielis Cap. XXX, verſſ. 14, 15. conſtat eam סין *ſin* ab Ægyptiis olim dictam, quâ voce ſignificatur *lutum*, ut obſervavit *Sam. Bochartus* Phal. Lib. IV. Cap. 27.

Hoc ipſum contigit, in nomine alius loci, Peluſio nequaquam remoti. *Diodorus Siculus* Lib. I. Biblioth. ſummopere laudat *Actiſanem* Æthiopem, qui devicto *Ammoſe*, Ægyptiorum Rege, ſubactáque Ægypto, neque capirali ſupplicio nocentes adfecit, neque impunitos omnino dimiſit, ſed damnatorum multitudinem, ἀποτεμὼν αὐτῶν τὰς μυκτῆρας κατῴκισεν ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς ἐρήμου χώρας, κτίσας πόλιν τὴν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος Ῥινοκόρουραν (aut Ῥινοκόλουραν) προσαγορευθεῖσαν, *amputatis naribus deportavit in extremam partem deſertæ regionis, conditâ urbe, ab eo caſu Rhinocolura dicta.* Similia habent *Strabo* Lib. XVI. & *Stephanus* in hac voce. Qui neſcirent Ægyptios iis temporibus Græcè loquutos non fuiſſe, facilè ſibi perſuaderent, poſtquam Ægyptiaci nominis intercidit memoria, *Rhinocoluram* ipſum fuiſſe nomen, quo ab Ægyptiis ea urbs vocaretur.

Quòd ſi quis exempla ex ſacris ducta malit, audiat LXX. Intt. nomina propria Græcè vertentes. Gen. XI, 9. Διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα αὐτῆς Σύγχυσις (*Babel*) ὅτι ἐκεῖ συνέχεε Κύριος χείλη πάσης τῆς γῆς: *ideò vocatum eſt nomen ejus Confuſio* (Babel, *aut* Babylon) *quia illic confudit Dominus labia totius terræ.* Vide & Geneſ. XXXI, 47. XXXII, 20.

Quin & ipſe Moſes nominis ſui originem ex Hebraica voce derivavit, induxitque Pharahonis filiam Hebraicè loquentem, quæ ſine dubio Ægyptiacâ Linguâ utebatur. Exod. II, 10. *Adolevit puer, & eum duxit nutrix ad filiam Pharahonis, & fuit huic in filium, & vocavit nomen ejus Moſche* משה, *& dixit, quia ex aqua eduxi eum* משיתיהו *mſchithihou.* Nimirum, cùm Hebraicâ Linguâ Ægyptiacam originationem adumbrare ſe poſſe videret Moſes, non dubitavit ita loquentem Ægyptiam Principem inducere. At dictus eſt Ægyptiacè Μωυσῆ, hoc eſt, *ex aqua ſumtus*, nam μωὺ *aquam*, σῆ *ſumtum* apud Veteres Ægyptios ſonabant; ut ad eum locum Exodi, Deo juvante, oſtendemus. Sic & in Novo Teſtamento, qui Syris כיפא *Chipha*, aut *Chepha* dicebatur, Græcè loquentibus Πέτρος dictus eſt; & paronomaſia, quâ Hebraicè ſeu Syrochaldaicè loquens uſus erat Chriſtus, commodè in Græcam Linguam transfuſa eſt Matth. XVI, 17.

Attamen adfirmare prorſus nolim verſum eſſe nomen *Adami*, aliáque ſimilia; fieri enim potuit ut & radices & derivata Linguæ primævæ in Hebraica, ut & in aliis, ſæpe ſupereſſent. Verùm hoc ita urgeri nequit, ut inde colligere liceat Adami ſermonem purum putum fuiſſe Hebraicum. Sunt nomina, quæ æquè feliciter ex Lingua Chaldaica deduci queant, ut nomen חוה *hhavah*; nam non minùs apud Chaldæos, quàm apud Hebræos, חי hhai, *viventem* ſonat. Sunt & quæ analogicè non poſſunt ex Hebraicis radicibus derivari, quamvis eæ radices cum iis à Moſe conferantur; quod ſi, prout Rabbini faciunt in contrariam ſententiam, urgeremus, inde colligeremus nihil habuiſſe adfine cum Lingua ante-diluvianorum hominum ſermonem Hebræum. Sic Gen. II, 1. *Et peperit Cain* (קין) & *dixit nacta ſum* (קניתי kanithi) *virum à Jehova.* Nomen קין *kajin* analogicè deduceretur ἀπὸ τοῦ קון *koun*, quod eſt, *lamentari* in Pihel, ut קיץ kajits, *æſtas* ἀπὸ τοῦ קוץ *kouts*, ציד tſajid, *venatio* ἀπὸ τοῦ צוד *tſoud*, aliáque ſimilia. A radice קנה deduceretur potiùs קנוי *kanouï.* Si Rabbinorum more hîc nos genere vellemus, diceremus hinc ſatis intelligi Linguam Hebraicam non eſſe primævam; quandoquidem eâ verivetbium nominis *Kain* exprimere non potuit Moſes. Idem colligeremus ex Gen. V, 29. ubi pater Noachi *vocat nomen filii* נח noahh, *dicendo: hic conſolabitur nos* ינחמנו *jenabhamenou*; nam ſi ex נחם *nabham* nomen inſtauratoris humani generis duci debeat, oporteret eum vocari נחם *nohhem*, hoc eſt, *conſolator*, non נח, quod non poteſt deduci niſi à נוח noahh, *quievit*. Certè ſi felices aliquot Etymologiæ oſtendunt Linguam ante-diluvianam Hebraicam fuiſſe: aliæ parum commodæ contrarium demonſtrabunt. Cùm autem utrumque verum eſſe nequeat, quid ſupereſt niſi ut dicamus Hebraicam Linguam non primævam, ſed ejus ſobolem eſſe, ut Chaldaicam & Arabicam, ejúſque veſtigia in tribus hiſce & fortè in orientalibus aliis ſuperfuiſſe Dialectis? Certè *Tubal-kainis* nominis origo, quam neque in Hebraica, neque in Chaldaica inveneris Lingua, in Arabica, ut oſtendimus ad Cap. III, 22. perſpicua eſt. *Babelis* etiam nominis etymologia feliciùs à Chaldæis exprimitur, ut obſervavimus ad Gen. XI, 9.

Verùm, ut quod de ante-diluvianis, aliíſque nonnullis antiquiſſimis nominibus ſuſpicor apertiùs dicam; plurima non tam quaſi nomina naſcentibus, ut ab aliis hominibus diſtinguerentur, impoſita, quàm

ut cognomina ſeriùs iis indita, propter ſingularem quempiam in eorum vita eventum, ſpectari fortè debent. Atque hinc factum, quemadmodum jam diximus, ut verti ea nomina potuerint ab Hebræis, ut nonnulla certò conſtat ab Arabibus verſa. Filius primogenitus Adami Cain erat, ut docet Moſes, עבד האדמה *colens terram*, unde Arabes inter filios Adami numerant neſcio quem عبد الحارث *Habdelhharits*, hoc eſt, *ſervum agricolæ*, quod potiùs vitæ inſtitutum Cainis ſignificat, quàm alium primorum Parentum filium, ut quidam putarunt, qua de re videndus *Wilhel. Schickardus*, in Regum Perſiæ Catalogi Proœmio. Alter vocabatur הבל *hebel*, hoc eſt, *res caduca & evanida*, quia in juventute fratris parricidio exſtinctus eſt. Novimus quidem, prophetico ſpiritu, ei naſcenti hoc nomen inditum à parentibus nonnullos Interpretes conjicere; ſed ſuam hanc conjecturam, pro re comperta, admittere nihil nos cogit. Vir ſummâ pietate, maximáque proinde, pro temporibus, divinarum rerum cognitione ornatus, dicitur חנוך *hhanoch*, à verbo חנך, hoc eſt, *docuit, inſtituit*, unde participium חנוך hhanouch, *doctus*. Ea de cauſa idem ab Arabibus vocatur ادريس *Idris*, quod *eruditum* ſignificat, nam דרש *daras*, apud Hebræos & Arabas, eſt *accuratè & ſubtiliter indagavit*. Hujus filius dictus eſt à poſteris מתושלח *mthouſchelahh*, hoc eſt, *eo mortuo emiſſio* aquarum, nempe, facta eſt. Poſt Diluvium, פלג *pheleg*, hoc eſt, *diviſio*, Heberi filius, *cujus diebus diviſa eſt terra*. Cap. X, 25. Obſervavimus etiam ad Cap. X, 8. *Nimrod*, cognomen eſſe parum ei cui inditum eſt honorificum. Fortè multò plura ejuſmodi, ſi plenior eorum temporum exſtaret Hiſtoria, deprehenderemus. Sed hæc ſatis, ſupérque ſunt, ad oſtendendum à Moſe potuiſſe nonnulla eorum cognominum verti.

Igitur primævæ antiquitatis argumentum, ex nominibus ductum, non tanti eſt ponderis ac exiſtimabant Rabbini, & qui eorum ſequuti ſunt auctoritatem. Cùm autem ceteræ Judæorum rationes huic æquiparandæ non ſint, nulla cauſa eſt cur iis confutandis tempus teramus, cùm præſertim à viro doctiſſimo *Pet. Dan. Huëtio* ſint omnes jugulatæ.

III. Unica ante Diluvium videtur fuiſſe Lingua, certè una in familia Noachi fuit, ad conſilium uſque condendæ Babelis, hoc eſt, dum in eodem loco univerſa manſit. Sed poſtquàm, ortis ad Babylonem diſſidiis, in varias terrarum oras ſparſa eſt; temporis tractu, cùm diſſitæ per terras familiæ aut nulla, aut rara inter ſe commercia haberent, variæ enatæ ſunt Dialecti. Sic videmus ex una Latina Lingua Hiſpanicam, Italicam, & Gallicam Linguas natas, ut ſingularum multiplices Dialectos omittamus. Una etiam priſca Lingua Saxonica Germanicam hodiernam, Belgicam & Anglo-Saxonicam peperit. Non ſubito divinæ potentiæ miraculo, coortas eſſe varias Linguas oſtendimus ad Caput XI. Geneſeos; & qui aliter cenſent, varias ortas eſſe Dialectos, potiùs quàm novas Linguas, concedunt.

Igitur primæva Lingua variis rationibus immutata eſt, & ab Arabibus quidem in Arabiſmum deflexa, à Chaldæis in Chaldaiſmum detorta, à Chananæis in Chananæam Dialectum paullatim converſa. Judæi, qui eam Hebraicam eſſe exiſtimarunt, volunt incolumem & integram in Heberi familia manſiſſe, quod tamen nuſquam teſtatur Scriptura. Imò verò ſatis innuit Chaldaicè potiùs Heberi poſteros, qui trans Euphratem manſerunt, eſſe loquutos, ut poſtea videbimus.

Cùm nullum Rabbini teſtimonium Scripturæ apertum proferre queant, quo conſtet ante-diluvianam Linguam incorruptam ad Heberi poſteros tranſiiſſe; longè petitis rationibus, rem evincere conantur. Ajunt inter eos, qui Babyloniceam Turrim condiderunt, non fuiſſe Heberum, filiúmve ejus Phelegum, ex quo oriundi ſunt Iſraëlitæ. Verùm merum hoc eſt ſomnium, nullo nixum fundamento, ut oſtendimus in Commentario noſtro ad Caput XI, 5. Numquam apud rerum peritos licuit hiſtorias, pro arbitrio, fingere, ideò tantùm quòd conſentiant cum opinionibus temerè conceptis.

Volunt Chami familiam, adjunctis Semi, & Japhethi aliquot poſteris, in id conſpiraſſe, & *Nimrodum* quidem operis ἐργοδιώκτην fuiſſe, quod colligunt primò ex Gen. Cap. X, verſſ. 9, 10. ubi *initium regni* Nimrodi *Babel*, *Erech*, *Acchad & Chalne*, *in regione Sinharis* dicuntur fuiſſe. At nihil hinc ſequitur, niſi Nimrodum, cùm reliqui mortalium Babyloniam reliquiſſent, in ea cum ſuis manſiſſe; & urbium illarum aut dominum, aut conditorem fuiſſe, vel etiam eas auxiſſe, aut exornaſſe. Secundò, in impietatem conditorum Babelis graviſſimis verbis invehuntur; unde colligunt pios Patriarchas, inter quos Heber, conſilii participes non fuiſſe.

Nos

Nos verò ad Cap. XI, 5, 7. oſtendimus, quamquam hoc cœptum Deo improbabatur, ob certas rationes, in eo ramen nihil fuiſſe ſceleris. Deinde quis docuit Judæos Heberum religioſiorem aliis fuiſſe? Certè nuſquam ejus prædicatur pietas, imò verò contrà Abrahami Majores, qui trans Euphratem vixerunt, haud obſcurè Idololatriæ accuſantur Joſuæ XXIV, 2. ut obſervavimus ad Cap. XIV, 13. Tertiò, ajunt à pœna, cœptum hoc ſequuta, immunem fuiſſe poſteritatem Heberi, cùm Linguam Hebraicam illibatam atque intemeratam ſervarit. Sed ne jam dicamus Linguam, quæ poſtea Hebraica dicta eſt, non magis primævam cenſeri poſſe, quàm Chaldaicam, quod à nobis antea demonſtratum eſſe ſperamus; ſi Heber, ejúſque filii adfines huic noxæ (ſi noxa fuit) non fuere, neque pœnas ei à Deo inflictas dedere, unde factum ut Joktanis, Heberi filii, poſteri Arabicè loquuti ſint? Unde factum ut plerique Semi, quem etiam inter conditores Turris fuiſſe negant, poſteri, quibus trans Euphratem ſedes fuerunt, aut Chaldaicam Linguam, aut alias ab Hebræa remotiores habuerint? Nimirum, quod de conſervatione Linguæ Hebraicæ in una familia jactatur à Rabbinis, id totum ex eorum cerebro, fabularum feraciſſimo, prodiiſſe videtur; & poſteri Heberi, reliquorum mortalium fato obnoxii, prout in varias terras diſſeminati ſunt, variis ſonis animi ſenſa expreſſerunt.

IV. Si quæramus ergo quæ fuerit Lingua, quâ Abrahamus trans Euphratem uſus ſit, miſſis conjecturis, aut potiùs commentis Rabbinicis; nihil videbitur vero propius, quàm Linguâ, iis in locis, haud multò poſt receptâ, nimirum, Chaldaicâ, uſum eſſe. Vixit ad ſeptuageſimum fortè annum *Ure Chaldæorum*, quò ſe contulerat aliquis ex ejus Majoribus, poſtquàm humanum genus in varias oras ire decrevit. Ubi fuerit ea urbs, oſtendimus ad Cap. X, 28. Deinde etiam *Charris*, in Meſopotamia, aliquamdiu commoratus eſt.

In illis autem locis, in uſu fuiſſe temporibus Jacobi, Abrahami nepotis, Linguam Chaldaicam manifeſtum eſt ex Geneſ. Cap, XXXI, 47. ubi dicitur Laban vocaſſe cumulum lapidum, monumentum fœderis quod cum Jacobo inierat, יגר שהדותא *jegar ſchahadoutha*, quæ voces merè Chaldaicæ ſunt, & *tumulum teſtimonii* ſonant. Nec alius videtur illic avi Nachoris fuiſſe ſermo, quia tam citò non ſolent mutari Linguæ; nec quiſquam dixerit Phelegi nepotes ſervaſſe inter ſe Hebraicam Linguam, cùm nulla ratio ſit quare Laban, qui ex ejus progenie fuit, æquè ac Abrahamus, Chaldaicam adſciverit, dum ceteri gentiles alia uterentur. Deinde ſi trans Euphratem uſitata erat, apud Phelegi poſteros, Hebraica Lingua, veſtigia ejus aliqua oſtendi oporteret; cùm conſtet Aramæam ſeu Chaldaicam Dialectum, ad Orientem Euphratis, uſitatam fuiſſe. Certè nulla proferri poteſt cauſa, ob quam unica Abrahami familia priſcam Linguam in Chananæa ſervaret, atque ad poſteros propagaret; reliqui verò Phelegi poſteri, in Meſopotamia ejus obliti, novam Dialectum addiſcerent. Ut Phelegi poſteri, qui trans Euphratem ſedes habuerunt, cum locorum incolis connubia miſcuerunt: ita quoque Abrahami poſteri, non modò ex paterna familia, ut Iſaacus, & Jacobus, ſed etiam Chananitidas uxores duxerunt, quod Jacobi filiorum exemplo conſtat.

Sequentibus ſæculis, ad Septemtrionem, & ad Auſtrum Meſopotamiæ, uſitatam fuiſſe Linguam Aramæam, quam non intelligerent Judæi, disertè teſtantur Scriptores Sacri; at nuſquam vicinorum Chananæorum Linguam ignorare dicuntur. Non negarim tamen varias fuiſſe Dialectos, in una eadémque Lingua, pro vario locorum ſitu, ut videmus in hodiernis Linguis; ſed Dialecti illæ intelliguntur ab omnibus vicinis.

Cùm *Sancheribus* Aſſyriorum, hoc eſt, non modò Tranſtigritanarum regionum, ſed ſuperioris Meſopotamiæ Rex, ad Ezekiam Judæ Regem legatum miſiſſet, qui plebem ad rebellionem concitaret, eum Hebraicè loquentem interpellant his verbis Ezekiæ purpurati: *alloquere, quæſo, ſervos tuos Aramicè* ארמית *quia nos Aramicè ſcimus; ne loquere nobiſcum Judaicè* יהודית, *audiente populo qui eſt in muro.* 2 Reg. XVIII, 26. Babylone quoque Linguam Chaldaicam in uſu fuiſſe liquet ex Daniele, Eſdra, & Nehemia. Jubet, Dan. I, 4. Nabuchodonoſor ex Judæis nobilibus, qui Babylonem abducti fuerant, eligi adoleſcentes, *ut doceantur litteras & linguam Chaldæorum.* Sic & Jeremias de Chaldæis Cap. V, 15. *Ecce, ait Jehova, adducam contra vos, ô domus Iſraël, gentem è longinquo; gens eſt prævalida, gens antiqua, gens cujus non intelliges linguam, & quæ quid dicat non adſequeris.*

Nuſquam certè ſimile quidquam, de gentibus inter mare Mediterraneum & Jordanem ſitis, legimus. Diſtinguebantur quidem

quidem facilè vicinorum Dialecti à Judaica Lingua, ut de *Aſdodica* aliiſque docer Nehemias Cap. XIII, 24. Sed intellectæ à Judæis fuiſſe nuſquam negantur.

Hoc unum objici queat, quòd nomina Nachoris ejúſque liberorum, ut & filiarum Labanis, Hebraica ſint. Verùm propterea dubium eſſe non poteſt an Laban Chaldaicè loquutus ſit; deinde paucula nomina propria facilè potuerunt ab Hebræo Scriptore ad Hebraicum formam inflecti, cùm præſertim ea inflexio ſita ſit potiſſimùm in mutatione vocalium, nam radices Hebraicæ & Chaldaicæ Linguæ communes eſſe potuerunt. Sic ſi quis loquatur de *Petro* Apoſtolo Gallicè, *Pierre* eum vocabit; ſi Italicè, *Pietro*; ſi Hiſpanicè, *Pedro*; quæ ſunt unum idémque nomen variè ex ingenio Linguarum illarum prolatum.

V. Postquam oſtendimus neque primævam videri Linguam Hebraicam, neque in familia Heberi conſervatam, neque Abrahami vernaculam fuiſſe; ubi in uſu fuerit quærendum ſupereſt. Ut quod videtur, pace virorum doctiſſimorum aliter cum Judæis ſentientium, dicam; Chananæam fuiſſe, eámque Abrahami poſteros inter Jordanem & Mare Mediterraneum didiciſſe, non eò ex Chaldæa intuliſſe, exiſtimo. Neque eâ in opinione quidquam abſonum, licèt adtentè & diligenter animo verſata, deprehendere potuiſſe me profiteor. Homo Chaldæus cum familia ſolum vertit, Euphratéque & Jordane trajectis, per Chananæam centum annis vagatur, cum veteribus colonis fœdera facit, maximas ea in regione comparat divitias, pellices ducit, liberos gignit, ſummâ eſt apud Chananæos exiſtimatione ac gratiâ, adeóque inter eos frequenter verſatur; mirúmne videri cuiquam poſſit, & ipſum vernaculæ ſuæ adfinem Linguam diſcere, & univerſam familiam Chananæorum ſermonem ſonare? Adde Iſaaci totam vitam, & Jacobi ætatis maximam partem illic actam eſſe, liberóſque utriúſque eodem in ſolo educatos, atque hinc uxores duxiſſe; mirum contrà eſſet ſervatam fuiſſe Chaldaicam Linguam, nedum ut Chananæam ei genti vernaculam factam eſſe miremur.

Itaque parum veriſimilis eſt eorum ſententia, qui putant Iſraëlitas Linguam à Chananæa diverſam eſſe loqutos. Ac ſanè diſertè Eſaias *Linguam Chanahanis* Hebræorum ſermonem adpellat Cap. XIX, verſ. 18. *In die illo*, inquit, *erunt quinque urbes, in Ægyptia Terra, quæ loquentur labium Chanahanis*; quod eſt perinde ac, *Linguam Chanahanis*, ut oſtendimus ad Cap. XI, 1.

Neque res hæc eſt dumtaxat veriſimilis, aut ex nomine ſolo conjecturâ ductâ firmatur, ſed veriſſimam eſſe copioſè demonſtravit *Sam. Bochartus* Lib. II. Cap. 1. ſui Chanahanis; quod paucis, quia in nonnullis à viro ſummo diſſentimus, ob oculos Lectoris ponemus. *Primum* ergo Hebraiſmi in Lingua Chananæorum argumentum, idémque validiſſimum, ex nominibus locorum & virorum, quæ merè Hebraica ſunt, derivatur. Vir quidem doctiſſimus *Nicol. Fullerus* Miſcell. Lib. IV. Cap. 4. qui contrariam ſententiam acriter tuetur, *ut ut nomina illa univerſa purè Hebræa ſint, tamen ullum ex iis vel Chananæorum fuiſſe, vel à Chananæis impoſitum pernegat. Quin potiùs vetuſta ab indigenis Chananæis indita nomina, ab Hebræis in eaſdem ſedes ſuccedentibus, Hebraico more poſtmodum prolata & expoſita fuiſſe* contendit. Quod ſi verum eſſet, non poſſet ſanè ex ante-diluvianis nominibus ullum pro Linguæ Hebraicæ antiquitate duci argumentum; quod tamen concedere nollet *Fullerus*, uti nec alii ejuſdem ſententiæ patroni. Sed ſomnium ſanè hoc eſt, cujus in Libris Sacris nec vola, nec veſtigium; & quamvis nomina nonnulla aliquatenus ad Hebræum ſonum inflexa fuiſſent, ut ſolet in diverſis Dialectis fieri, quis credat in omnibus factum, & Moſem, aut Joſuam ne verbulo quidem monuiſſe, omnia mutata à ſe nomina, antequàm Chananæâ potirentur Iſraëlitæ? Cùm hoc per ſe incredibile planè ſit, & ſine exemplo, duo alia falſum prorſus eſſe oſtendunt. Unum eſt, Moſem & Joſuam mutatorum nominum quorumdam meminiſſe, quo manifeſtum ſit ſingulare urbibus nonnullis, non omnibus commune id fuiſſe. Vide Geneſ. XIII, verſ. 18. & quæ ad eum locum adnotavimus, item Num. XXXII, 38. & Joſ. XV, 13, 14. XIX, 47. Alterum, non modò occupatarum urbium ab Iſraëlitis nomina eſſe Hebraica, ſed etiam vicinarum quas non ſubegerunt, ut *Gaza* עזה, *Aſdod* אשדוד, *Gath* גת, *Hekron* עקרון, *Aſcalon* אשקלון, quæ Philiſthæorum fuere; *Tyrus* צור, *Sidon* צדון, *Sareptha* צרפתה, &c. Adde & longè abſurdiſſimum videri propria virorum nomina omnia mutata, quæ tamen Hebraica eſſe conſtat; quamvis nonnullorum fortè radices in Libris Sacris non ampliùs exſtent. Talia nomina *Abimelek*, *Sichem*, *Chamor*, *Melchiſedek*, & ſimilia quæ Hebraica ſunt, licèt viri illi Hebræi non eſſent.

Secundum argumentum Chananææ originis

nſs in Lingua Hebraica, inde deducitur, quòd cùm Scriptores Sacri ἑτερογλώσσυς eſſe vicinorum populorum aliquot teſtentur, de Chananæis nihil ſimile legatur. De Chaldæis non ſemel obſervatum antea vidimus; Ægyptii *populus* לעז *lobez* dicuntur Pſalm. CXIV, 1. hoc eſt, *barbarus*; & erat interpres inter fratres & Joſephum, Ægyptium ſe eſſe ſimulantem. Gen. XLII, 23. Vide & Pſalm. LXXXI, 6. At cum Chananæis cùm multa egerint Hebræi, ab Abrahamo ad Joſuam, nuſquam mentio fit interpretis.

Tertium naſcitur ex ipſo illo interpretis uſu, quem adhibuit Joſephus; ſi enim ſola Jacobi familia Hebraicè loquebatur, unde interpretem nanciſci Joſephus potuiſſet? Certè oportuiſſet ſervum eſſe fugitivum, qui facilè & Joſephum & fratres agnoviſſet.

Quartum derivavit *Sam. Bochartus* ex Phœniciæ Linguæ reliquiis, quas puras putas Hebraicas eſſe, in ſecundo *Chanabanis* ſui Libro prolixè oſtendit.

Quintum addemus ex Ethniciſmi, quæ in ea apparent, veſtigiis. Cùm Linguæ ſint animi placitorum imagines, cúmque pro opinionibus eorum qui iis utuntur formentur; vix poteſt fieri ut ex receptis gentis ſententiis colorem aliquem non trahat ſermo quotidianus. Sic obſervarunt Eruditi apud Arabas eſſe leonis quingenta nomina, enſis pluſquàm mille, ſerpentis ducenta, mellis octoginta; quòd plurimùm iis de rebus colloqui Arabes ſoleant, cùm eorum regio ſit leonibus & ſerpentibus infeſta, colatur à viris pugnaciſſimis, & mellificio abundet. Facile eſt in Græca & Latina Lingua animadvertere, ſi alia ejus rei non eſſent indicia, quæ innumera ſunt, credidiſſe Græcos & Latinos Deos videre quæ aguntur inter homines; teſtéſque fidos veritatis eſſe, ex frequentiſſimis jurandi, quæ apud eos occurrunt, formulis.

Pluribus exemplis, tem manifeſtam, & hodiernarum etiam Linguarum conſuetudine notam non confirmabo, ut ad rem veniam. Lingua Hebraica, quæ apud Chananæos πολυθεότητ@ opinione inquinatos, & de Numinis natura malè ſentientes, floruit & pro tempore exculta eſt; eorum errorum veſtigia ſervavit plurima, etiam poſtquàm Hebræorum contraria ſententientium vernacula facta eſt. Credebant Phœnices non modò plures eſſe Deos, ſed etiam homines in Deorum numerum retulerant, ut oſtendit *Euſebius* Præp. Euang. Lib. I. Cap. 6. Ideóque frequentiùs utebantur voce אלהים *elohim*, quæ pluralis eſt numeri, quàm ſingulari אלה *eloha* Deus; quod videmus etiam ſupereſſe in ſermone Hebræorum, qui in contraria prorſus erant ſententia, & unius ſummi Numinis propugnatores acerrimi. Hinc fit ut ei voci modò verba ſingularia, ex ſententia ſua de uno Deo, adjungant; modò etiam pluralia, vicinorum more; quamquam unum Deum intelligebant. Vide Gen. Cap. I, 1. XX, 13. & quæ ad ea loca notavimus. Obſervatu etiam dignum eſt eamdem vocem אלהים, non modò Deum ſummum, ſed & Angelos & Magiſtratus ſignificare; quia, nimirum, apud Phœnicas ſat magnum diſcrimen inter Deum, Angelos & Magiſtratus non ſtatuebatur, cùm homines in Deorum numerum multi eſſent relati. Alioqui ſi hæc Lingua fuiſſet primùm inventa, & exculta dumtaxat à populis ab Idololatria alienis, quales poſtea fuere Hebræi; neque nomen divinæ Naturæ ei cum creatutis commune, neque πληθυντικῶς inflexum, in quotidiano uſu, umquam, ut quidem videtur, fuiſſet. Certè in hodiernis Europæorum Linguis, nihil ſimile occurrit: imò nec in Arabica Mohammedanorum, qui ſe, ut Europæi, πολυθεότητ@ infenſiſſimos adverſarios profitentur.

Notum eſt Hebræos ab eorum ſententia, qui ἀνθρωποφυὲς Numen fingebant, ſummopere abhorruiſſe; neque umquam, ſi Linguam ſuam inveniſſent, inconſpicui atque æterni Dei cultores, quidquam in ſermone quotidiano priori opinioni adfine protuliſſent; à quo videmus etiam hodie cavere pleroſque, eâ de causâ, Chriſtianos. Verùm in libris ſacris ἀνθρωποπαθείας exempla ſubinde occurrunt, iiſque vir doctus & diligens *Salom. Glaſſius*, longiſſimum Caput Rhetoricæ ſuæ Sacræ tribuit, quod eſt VII. *Tract.* I. Ac ſanè mentio fit Dei *animæ*, *faciei*, *oculorum*, *aurium*, *naſi*, *oris*, *cervicis*, *brachii*, *manuum dextræ & ſiniſtræ*, *digitorum*, *cordis*, *viſcerum*, *ſinûs*, *& pedum*. Neque hæc tantùm animadvertas, ſed & alia in aliis rebus etiam exempla ἀνθρωποπαθείας inſignia paſſim legi. Deo ἀνθρωποπαθῶς, ſed θεοπρεπῶς intelligenda, tribuuntur *triſtitia*, *pœnitentia*; *ira*, *odium*; *zelotypia*, *cognitio* non æterna & ſemper ſibi conſtans, ſed experientiâ quæſita, *recordatio*, *oblivio*, *riſus*, *clamor*, *labor*, *vota*, *deſcenſus*, *adſcenſus*, *inceſſus*, *ſomnium*, *vigilia*, *olſactio nidoris ſacrificiorum*, & alia plurima; quæ ſubtiliter perſequutus eſt vir eruditus, quem adire, ſi ita videatur, poterunt Lectores. Hiſce tam frequentibus exem-

exemplis olim abutebantur ἀνθρωπομορφῖται, à quorum tamen erroribus ſemper remotiſſimi fuerunt Hebræi, qui à vicinorum Idololatria immunes fuere.

Nonnulla in hanc ſententiam objici poſſunt, ſed quæ ita à *Sam. Bocharto* confutata ſunt, ut ejus rationibus lectis, defendi ſine pertinacia nequeant, & iis quæ antea diximus expenſis, ſponte ſuâ corruant, nec proinde opus ſit illis immoremur. Erit tamen fortaſſe nonnemo, qui objiciat *ſanctitatis* titulum, quo Hebraica Lingua à Judæis honeſtari ſolet. Si velint tantùm *ſanctas* à Deo leges eâ Linguâ latas, aliáſque *ſanctiſſimas* revelationes Prophetis factas, nulla eſt cum illis nobis controverſia; hæc ultrò fatemur, & urgemus. Sed propterea ſoni in ſe ſpectati *ſanctiores* non ſunt, neque Linguæ idiomata divinæ majeſtati aptiora evaſerunt, ut ſatis oſtendimus. Poſſet Deus, ſi vellet, Indorum Linguâ voluntatem ſuam aperire; quæ neque Indicis ſonis *ſanctitatem* ullam adderet, neque minùs ipſa, propter Linguæ fortè penuriam, *ſancta* haberi deberet. Chriſtus & Apoſtoli Galilæorum ſermone, Jeroſolimitanis cognoſcendo & ſpreto, ſanctiſſima Euangelii dogmata propalarunt. Apoſtoli etiam qualibet Linguâ, Euangelium Ethnicis nunciarunt, non minùs *ſanctum* ſanè, quàm ſi Adami Lingua eſſent uſi; quippe quod non in vocibus, ſed in rebus & cogitationibus ſitum eſt. Nec fortè ſine eorum invidia, Rabbini alias Linguas vetuerant in precibus adhiberi, præter Hebraicam, nequidem Aramæâ exceptâ. Notum eſt & meritò irriſum Rabbi *Jochananis*, in Thalmude Schab. fol. 12, 2. præceptum: כל השואל צרכיו בלשון ארמי אין כלאכי השרת נוקקין לו שאין מלאכי השרת מכירין בלשון ארמי *quicumque petit neceſſitates ſuas Linguâ Syriacâ, Angeli miniſterii non adjunguntur ei, quia Angeli miniſterii non intelligunt Linguam Syriacam.* Non opus eſt confutemus eos, qui Linguam hanc eſſe Angelorum, & futuram piorum poſt reſurrectionem, cum Rabbinis, opinantur. Magni ſanè ſunt *opinatores*, qui tam facilè talia credunt, nec ratiocinationibus multùm adſiciuntur.

VI. Præstat nos ad aliud tranſire, quod non minùs à Rabbinicis opinionibus abhorret, & multò majoris, in Librorum Sacrorum interpretatione, eſt uſûs. Solent illi jactare Linguam Hebraicam quaſi omnium Linguarum longè pulcherrimam, ſtylúmque Hebræum ita tollere laudibus, ut reliquas omnes Linguas præ illa ſpernant. Nos ſanè ſuas elegantias eſſe Hebræorum Linguæ, quemadmodum ceteris omnibus, non negamus; ſed cum cultis, & copioſis Linguis conferendam eſſe non putamus. Monendus tamen eſt Lector eam à nobis ſpectari, non qualis olim dum florebat fortaſſe fuit, ſed qualis ſupereſt in Libris Sacris, quibus omnes ejus reliquiæ continentur. Multò quidem plura vocabula, pluréſque phraſes in uſu fuiſſe, quàm quæ in modico volumine leguntur, non ægrè fatemur. Sed, quoad poteſt ex ejus reliquiis judicium ferri, inopem eam, ambiguam, & parum cultam fuiſſe exiſtimamus, quod jam oſtendere adgrediemur.

Linguarum omnium laudes in tribus potiſſimùm rebus ſitæ ſunt, in copia vocabulorum & phraſium, in perſpicuitate orationis, ejúſque elegantia, cujus à Rhetoribus Canones deſcribuntur; quibus rebus, multò Hebraicâ ſuperiores ſunt multæ Linguæ, & Græca quidem præ ceteris; nec quaſi pulcherrimam, jactari Hebraicam poſſe, maniſeſtum eſt.

Primùm ergo, quicumque Libros Sacros adtentè legerint, aut Lexica Hebraica evolverint, pauca eſſe vocabula, paucáſve phraſes animadvertent. Perpetuò non eædem voces dumtaxat, ſed eadem etiam loquutiones, præſertim in Libris Hiſtoricis occurrunt. Simile narrationis filum, paríliſque orationis color & ſpecies omnia continent. Neque in Scriptoribus unius ævi hoc animadvertere eſt; omnes omnium temporum Hiſtorici ita ſtylum ſuum procuderunt. Niſi maniſeſtum hoc eſſet, & pleriſque notum, pluribus verbis indigeremus, ſed in re clara non ampliùs morabimur. Addemus dumtaxat ipſos Rabbinos, qui, veris laudibus gentis ſuæ poſthabitis, commenticias ſæpe jactant, teſtes eſſe locupletes pauperrimam eſſe Linguam Hebraicam; quandoquidem ut vel Legem ſuam interpretarentur innumera vocabula præſenti notâ ſignanda, aut ex Syro-Chalaica Lingua & aliis petenda fuerunt, quibus Thalmudici aliique Rabbinici Libri ſcatent, & ſine quibus animi ſenſa eloqui, & ſcriptis mandare numquam potuiſſent. Nemo neſcit minimùm decies plura eſſe in *Rabbinico Theſauro Joan. Buxtorfii*, quàm in ejuſdem *Biblico Lexico*, vocabula. Attamen multùm abeſt ut Rabbinica hæc copia ſit Græcorum, aut Latinorum etiam theſauris æquiparanda.

Si quæramus cauſam inopiæ Linguæ Hebraicæ, eamdem inveniemus, quæ eſt in aliis Linguis obſervata. Ubi ſpernuntur diſciplinæ & artes, & pauca ſcribuntur, ibi neceſſe eſt eſſe plurimis in rebus ſummam vocabulorum penuriam; neque enim no-

nomina imponuntur aut rebus, aut animi notionibus, de quibus numquam homines cogitant, numquam diſputant, numquam ſcribunt. Exempli causâ, antequàm Græci Philoſophiam diligenter colerent, innumera erant de quibus homines non cogitarant, & quibus exprimendis defuiſſent vocabula, niſi à Philoſophiæ ſtudioſis ficta fuiſſent. Idem contigit Latinis, cùm primùm de rebus Philoſophicis Latinè ſcribere cœperunt. *Qualitates*, inquit Cicero Acad. Quæſt. Lib I. Cap. 7. *adpellavi, quas ποιότητας Græci vocant, quod ipſum, apud Græcos, non eſt vulgi verbum, ſed Philoſophorum, atque id in multis. Dialecticorum verò verba non ſunt publica, ſuis utuntur; & id quidem commune eſt omnium artium. Aut enim nova ſunt vocabula facienda, aut ex aliis transferenda; quod ſi Græci faciunt, qui in iis rebus tot jam ſæcula verſantur; quantò id magis nobis concedendum eſt, qui hæc nunc primùm tractare conamur?* Ex hoc exemplo, cui & aliæ artes Hebræis ignotæ adjungendæ ſunt, intelligere eſt quantâ verborum inopiâ laborarent. Grammaticæ præſertim & Rhetoricæ, totiúſque Philologiæ ſtudiorum ignari, ut ex eorum Scriptis colligere eſt, maximis quæ ex illis artibus petuntur ſubſidiis erant deſtituti. Poëticen, pro Linguæ ſuæ ingenio, paullò magis coluerunt, & plurima in Canticis eorum leguntur graviter & ornate dicta; ſed unde magis videas quid facere potuiſſent, ſi ſtudium, quantum apud alias gentes adlatum eſt, adhibuiſſent, quàm ad eloquentiæ laudem perveniſſe intelligas.

Secundò, penuria vocum ambiguitatem peperit, cùm enim deſtituti ſumus dictionibus, quibus propriè quæcumque volumus ſignificemus, uſitatæ ſunt in alium ſenſum detorquendæ, aut ſingularia verbis communibus cum aliis exprimenda. *Tranſlationes* enim, ut rectè Cicero Lib. III. de Oratore, Cap. 38, *quaſi mutuationes ſunt, cùm quod non habeas aliunde ſumas.* Dum autem una, eadémque vox plura ſignificat, unum proprio, cetera tralaticio ſenſu, non facilè ſemper eſt omnes eos ſenſus ſecernere; cùm communi generis vocabulo ſingularia appellantur, ſæpe non ſatis intelligimus, qua in re ab aliis ejuſdem generis differant. Exempli causâ, ארץ *erets* ſignificat, apud Hebræos, *argillam* quâ finguntur vaſa, *ſolum* regionis, quod Galli vocant *le terroir*, terram *campeſtrem*, *tractum* regionis majorem aut minorem, pro re præſente, totum *telluris* globum, & *homines* à quibus incolitur; nec facile eſt dictu quæ ſit propria ſignificatio, quæ tralaticia. *Quando ad hanc vocem accedit univerſitatis deſignatio, quæ voculâ כל chol *omnis* exprimitur, dubium ſæpe eſt an regnum univerſum, an tractus minor, an telluris globus, ánve omnes homines, an aliquot dumtaxat, intelligantur; nec poteſt, niſi ex natura rei de qua ſermo eſt, conjectura fieri. Cùm tralatæ voces & phraſes non poſſint ita urgeri; quaſi per omnia res, quas deſcribunt, exprimant; quatenus ſine errore urgeri queant, non raro dubium eſt. Vide quæ hac de re ſcripſimus in *Arte* noſtra *Critica* Part. 2. S. 1. c. XV.

Jam ſi conſideremus *Particularum indeclinabilium* multiplicem ſignificationem, & temporum ferè omnium in Verbis confuſionem, addantúrque hiſce perpetuæ Enallagæ generum, numerorum & perſonarum, de quibus diligenter viri doctiſſimi ſcripſerunt, non erit ſanè quod Linguæ Hebraicæ perſpicuitatem jactemus. Evolvantur *Concordantiæ Particularum Chriſtiani Noldii*, & *Salomonis Glaſſii* Grammatica Sacra, nota omnibus & meritò laudata volumina; atque hiſce luſtratis, etiam pertinacibus conſtabit nullam fortaſſe Linguam pleniorem ambiguitatis & obſcuritatis Hebraicâ eſſe.

Hæc tamen ita intelligi nolumus, quaſi Religionis & Hiſtoriæ Judaicæ ſumma facillimè non poſſit, ex Libris Veteris Teſtamenti, hauriri. Cùm enim ea non ſit per ſe obſcura, præterea potiſſima quæque ſæpiùs repetita, repetitionibus illis, dilucida facta ſunt. Adde quòd non ubique occurrant ambiguitates, & dubitandi rationes, quamvis ſint longè plurimæ. Hinc factum ut nihil ſit, quod ad ſummam rerum pertineat, circa Religionem aut Hiſtoriam Hebræorum, in controverſiam vocatum; quamvis circa τὰ θελϛατικὰ, aliáque abſtruſiora, innumeræ ſint inter Eruditos lites, nullâ ingenii luce planè dirimendæ, nullâ animi adtentione certò dijudicandæ. Scatet noſter Commentarius ejuſmodi quæſtionibus, in quibus non quid compertum ſit, ſed quid opinemur, aut alii conjecerint exponimus. Innumera occurrunt, quibus indubitatum ſenſum inveniri hodie non poſſe facillimum eſt demonſtratu, & ſentient quicumque harum rerum paulò peritiores ſunt, ſi animum vel minimùm adtendant. Hinc non facilè, in ejuſmodi opinionibus

c quæ

quæ ad ſummam rerum nihil adtinent, damnari quemquam oportere intellexerunt ſemper omnes qui veritatis, non partium, ſtudio agi videri voluerunt. Sed hæc non ſunt hujus loci.

Tertiò, hæc ipſa oſtendunt Hebraicam Linguam numquam fuiſſe magno ſtudio cultam. Nam ut eò tendit agrorum cultura, ut & copioſos & ſalubres fructus colentibus ferant: ita Linguæ non aliter excoluntur, niſi efficiendo ut copia verborum ſuppetat de re quavis loquentibus, & perſpicuitas ſimul adſit orationis, ſine qua ne maxima quidem copia laudanda eſt. Loquimur certè, non ut multiplicibus ſonis audientium aures verberemus, ſed ut intelligamur, cogitationéſque noſtras aliorum animis, ope loquelæ, inſeramus.

Verùm Hebræi non modò Grammaticam, Artéſque, ac Diſciplinas alias, quarum operâ Linguæ augentur vocabulis, neglexerunt, ſed Rhetoricam, quibus eædem expoliuntur, numquam cognoverunt; unde fit ut omnes Rhetorum Canonas, etiam eos qui non ex variante hominum arbitrio pendent, ſed certâ & omnibus Gentibus communi ratione nituntur, paſſim ſpernant. Nemo dubitat quin in omni Lingua laudanda ſit perſpicuitas, cùm ex malè percepto verborum ſenſu innumeri naſci queant errores, cùm in vita communi moleſti, tum in gravioris momenti rebus periculoſi. Attamen Hebræi, ut vidimus, ut dilucida oratione uterentur, numquam ſummopere adlaborarunt.

Apud omnes populos, in laude poſitum eſſe debuiſſe conſtat, neque paucioribus verbis uti, quàm neceſſe eſt ut oratio intelligatur; neque pluribus quàm opus eſt, in ſimplici potiſſimùm narratione, ut audiens quid velit is qui loquitur plenè adſequatur. *Oportet*, ait *Cicero* non magnus modò orator, ſed etiam dicendi magiſter Lib. I. de Invent. Cap. 20. *narrationem tres habere res, ut brevis, ut aperta, ut probabilis ſit.* De duabus poſtremis, non agemus; cùm de perſpicuitate dixerimus, neque diſputatio de probabilitate huc pertineat. Sed audiamus quid de brevitate dicat. *Brevis erit, ſi unde neceſſe eſt inde initium ſumetur, & non ab ultimo repetetur: & ſi cujus rei ſatis erit ſummam dixiſſe, ejus partes non dicentur; nam ſæpe ſatis eſt quod factum ſit dicere, non ut enarres quemadmodum ſit factum: & ſi non longiùs, quàm quod ſcitu opus eſt, in narrando procedetur: & ſi nullam in rem aliam tranſibitur: & ſi ita dicetur, ut nonnumquam, ex ea quod dictum ſit, id quod dictum non ſit intelligatur: & ſi non modò id quod obeſt,* (perſpicuitati) *verùm etiam id quod nec obeſt, nec adjuvat, præteribitur: & ſi ſemel unumquidque dicetur: & ſi non ab eo, in quo proximè deſitum eſt, incipietur.* Hæc tametſi ſunt rationi conſentanea, negligebant tamen Hebræi; ut permultis exemplis oſtenderemus, ſi neceſſe eſſet, quæ adtenti Lectores facilè in Commentariis noſtris invenient. Niſi hæc teneamus, dum ad Rhetorum Canonas Hebræorum Hiſtorias flectere nitimur, omnia torquemus, nec quid velint intelligimus. Paſſim neceſſariis carent, & ſuperfluis abundant; quæ, niſi ſuppleantur, aut abundare intelligantur, non poſſunt intelligi. Vide not. ad Gen. Cap. XXIII, 17. & ſeqq. XLIX, 30. item XXX, 32. XLVI, 10. & *ſeqq.* Similia, in omnibus Hiſtoriis Sacris, paſſim obſervare licet. Urgetur ἔμφασις ubi nulla eſt, & quod in narratione, nequaquam Rhetorica, omiſſum, id intelligi debere, contra omnem rationem, negatur. Hinc acres concertationes inter Interpretes, & audacia decreta de ſenſu loci ambigui, quæ poſtea revocare nefas; hinc iræ & odia, omniáque mala quæ Theologorum bella ſecum trahere ſolent, oriuntur.

Aliud eſt etiam quod ſæpe negligitur, in Hebræorum narrationibus, & quod tamen meritò à Rhetoribus commendatur. Non modò docent, quod jam vidimus, claram narrationem eſſe oportere, ſed monent apertam fore, *ſi ut quidque primum geſtum erit, ita primum exponetur, & rerum ac temporum ordo ſervabitur, ut ita narrentur ut geſtæ res erunt.* Quàm hoc præceptum ſpernere ſolerent Hebræi, ſatis docebit ſolus Geneſeos liber, ex cujus ordine nectuntur nodi à nemine ſolvendi, niſi meminerit ordinis temporis, & rerum magnam rationem ab Hebræis non haberi. Sic quæ de diviſione Gentium habentur Cap. X. debent verſui 9. Cap. XI. poſtponi Capitis XI, 3, 4. 8. ſunt quoque narrationis inverſiones, ut & Cap. XXIV, 23. Vide & not. ad Cap. XX, 2. XXXVI, 6. XXXIV, 1. & quæ in Tabulis Chronologicis ad hunc locum diximus, XXXVIII, 1. &c.

Si ab hiſce obſervationibus, quæ ad integras orationes, earúmque inter ſe diſpoſitionem pertinent, tranſeamus ad ſingula verba, aut ſingulas loquutiones; non minùs

nùs neglecta ab iis fuiſſe Rhetoricæ præcepta comperiemus. Ex ſolis tranſlatis verbis, unum atque alterum exemplum adferemus. *Eo in genere*, inquiunt Rhetores, *vitanda eſt diſſimilitudo*, quia omnis tranſlatio ſimilitudine aliquâ nititur. Non auſi eſſent propterea Romani, aut Græci ἀντὶ τοῦ *ſterilitatem creare*, dicere *frangere ſcipionem panis*; quæ loquutio perperam intellecta viros doctiſſimos in mirum errorem conjecit, ut ſuo loco oſtendemus.

Quoniam hæc, inquiunt Magiſtri, *vel ſumma laus eſt verbi transferendi, ut ſenſum feriat id quod tranſlatum ſit, fugienda eſt omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos qui audiunt trahet ſimilitudo.* Per hunc Canonem dicere non licuiſſet Deum eſſe *virum bellicoſum*, *Deum excitari quaſi dormientem, & quaſi virum fortem, qui poſtquàm edormiit vinum, clamat*, aliáque id genus plurima.

Plura non addemus, ſatis enim fuit digitum intendiſſe ad ea quæ volumus, ut intelligant Lectores incultiſſimam fuiſſe Linguam Hebraicam; qua de re etiam non ampliùs dicemus, poſtquàm duo monuerimus. Primum eſt, nos non negare, hîc, illic, egregiis ſententiis ſplendere Hebræorum orationem, & multa etiam eſſe, apud Prophetas potiſſimùm, ſublimia; at non ideò culta Lingua dicatur, cùm nulla, ſine Grammaticæ & Rhetoricæ diligenti, & diuturno, per aliquot ſæcula, ſtudio, ſatis expoliri queat. Ut elegans judicetur, ad Rhetorum normam collatus, liber, oportet ab initio ad calcem eloquutionis & diſpoſitionis aut omnes, aut pleríque obſerventur Canones. *Invenire præclarè, enunciare magnificè interdum etiam Barbari ſolent; diſponere aptè, figurare variè, niſi eruditis, negatum eſt*, ait *Plinius* Lib. III. Ep. 13.

Alterum eſt, quæ hactenus à nobis de Lingua Hebraica dicta ſunt, ea pertinere ad verba & ſtylum, quæ vulgò in uſu erant; non ad res ipſas revelatas à Deo Hebræorum Prophetis, & per eos aliis patefactas. Res ipſas ſummi ſemper momenti, & interdum ſupra humanas cogitationes poſitas, nemo negat Chriſtianus. Sed eas res ita, per homines Hebræos, nobis patefecit Deus, ut ſtylo ſibi, gentíque ſuæ conſueto uterentur; quia Spiritus, quo agebantur, ſeſe mirâ συγκαταβάσει uſui adtemperabat recepto. Hinc etiam factum ut doctrinam Chriſti, non Attico ſtylo, aut Platonicâ eloquentiâ, ſed ſuo more, & inter ſuos uſitato, expreſſerint divinitus adflati; ſed humanis litteris minimè exculti Apoſtoli, ut docet Paulus 1. ad Cor. II, 1. *& ſeqq.* & alibi. Atque ea in re, divina ſummopere elucet ſapientia, quòd apud Gentem, ut Græci loquebantur, barbaram, nullíſque litterarum ac diſciplinarum ſtudiis expolitam, patefacta ſit & ſervata per plurima ſæcula cœleſtis veritas, quæ artibus omnibus excultiſſimas Gentes planè fugiebat. Quod non temerè factum, ſed Deo Opt. Max. viſum eſſe docet Paulus, ἵνα ἡ πίστις ἡμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. Atque hoc obiter, ne humana cum divinis hîc à nobis miſceri iniquus fortè ſuſpicaretur Lector; nam ut pro dignitate argumenti tractaretur, longiore oratione opus eſſet, quàm hæc eſt Diſſertatio. Vide etiam, ſi libet, quæ diximus ad 1 Cor. XI, 6. in Addit. ad *Henr. Hammondum*.

Falluntur ergo viri docti, quòd miſceant ſublimitatem rerum ipſarum cum ſublimitate ſtyli. Alia rerum, alia verborum ſublimitas. Optimè animadvertit ſcriptor libri de Eloquutione, qui *Demetrii* Phalerei nomen præfert, „ eſſe & in rebus magnificum, τὸ μεγαλοπρεπὲς, ut ſi de „ magna & illuſtri pugna pedeſtri, aut „ navali; vel de cœlo, aut terra ſermo „ ſit. Qui enim amplam, inquit, rem „ audit, errat ſi continuò putat dicentem „ magnificè dicere. Oportet enim (hoc „ in negotio) non quæ dicuntur adtendere, ſed quomodo dicantur. Contingit „ enim magna exiliter dicentem, quod „ rem dedecet facere. Quare & vehementes quidam dicuntur, ut Theopompus, qui res graves, non graviter dicit, „ δεινὰ οὐ δεινῶς λέγει. Eodem prorſus modo peccant, qui putant Scriptores Sacros ſublimes eſſe, ubicumque de rebus ſublimibus agunt.

VII. Dum Reſpublica Hebræorum ſtetit, nec Judæi ſunt aliis gentibus miſti, videntur Linguam ſuam incolumem & puram ſervaſſe; adeò ut à temporibus Moſis, ad Heſdræ ævum, multùm immutata non fuerit. Nam cùm vicinorum populorum colluvie non contaminarentur, ipſi etiam nihil ea in re ſcriptis movebant; quo fieri potuiſſet ut multùm mutaretur Lingua, dum diteſcit, atque expolitur, quod in Latina factum videmus. Itaque mirum videri nequit, ſi nullum pænè diſcrimen ſtyli, in Sacris Hiſtoricis, animadvertimus.

Sed poſtquàm in captivitatem abductæ ſunt tam Judæ & Benjaminis, quàm ceteræ decem Tribus, & qui trans Euphratem non iverunt, per viciniam, inter gentes

Dialectis variis Chananææ Linguæ utentes ſparſi; cùm tandem Hebræi ex variis regionibus, poſt annos ſeptuaginta, in Judæam redirent, neceſſe fuit eorum Linguam miſturâ aliarum Dialectorum vitiari. *Eo tempore vidi*, ait Nehemias XIII, 23. *Judæos qui duxerant uxores Aſdodæas, Hammonitidas & Moabitidas; & filii eorum loquebantur dimidia ex parte* (חצי hhatſi) *Aſdodicè, neque ſciebant loqui* purè *Judaicè; & ſic ſecundùm Linguas variorum populorum loquebantur*. Narrat quidem Nehemias vetuiſſe ſe ejuſmodi matrimonia, ſed non potuit impedire quominùs miſturâ illâ corrumperetur Judaica Lingua; imò verò qui ex Chaldæa veniebant ad Chaldaiſmum ſermonem ſuum non minùs flexerant. Sequentibus etiam ætatibus, quibus innumeri Judæi non in Judæa vivebant, ſed in vicinis regionibus, ut in Syria, aut in Ægypto, aut etiam in remotioribus regnis, & Jeroſolimam ſacrorum cauſâ quotannis ſe conferebant; fieri non potuit quin adulteraretur, non eorum tantùm Lingua qui extra Judæam vivebant, ſed etiam Jeroſolimitanorum ipſorum, qui cum advenis illis quotidie verſabantur, & connubiis miſcebantur. Quo tandem factum ut, pro Hebraiſmo vetere, Jeroſolimæ Chaldaiſmus, temporibus Chriſti, vigeret; ut liquet ex vocibus ejus Linguæ, quæ in Novo Teſtamento leguntur, ne jam Thalmudicam Dialectum memoremus. *Joſephus* Ant. Jud. Lib. III. c. 7. in deſcriptione veſtium ſacerdotalium, ubi de cingulo: Μωυσῆς μὲν οὖν Ἀβανὴθ αὐτὴν ἐκάλεσεν· ἡμεῖς δὲ παρὰ Βαβυλωνίων μεμαθηκότες Ἐμίαν αὐτὴν καλοῦμεν: *Moſes quidem Abaneth eam vocavit, nos verò à Babyloniis edocti Emiam eam vocamus.* Hinc pleræque ejus ævi voces, quæ apud eum leguntur, χαλδαΐζουσι.

Hæc alii prolixiùs demonſtrarunt, neque ad id quod agimus ſingula pertinent; obſervandum dumtaxat aliquot, poſt reditum è Captivitate, ætatibus, veterem illum Hebraiſmum, qualis in Libris Sacris exſtat, non fuiſſe ampliùs Judæis vernaculum. Igitur ab iis qui eum tenere cupiebant, debuit ſtudio & lectione Sacrorum Librorum addiſci; qua quidem in re, quamvis plures libros Hebraicos, quàm nos hodie, non haberent; attamen multò nobis beatiores erant, quòd Linguæ quâ utebantur magna eſſet cum vetere Hebraica adfinitas, adeóque in hac addiſcenda, non levi adjumento eſſe poſſet. Atque hinc videmus LXX. Intt. plurimas voces obſcuras ex Chaldaiſmo aut Arabiſmo expoſuiſſe, potiuſquàm ex Hebraicis Libris, ubi aliquando ſemel exſtant, aut alio ſenſu leguntur. Vide quæ notavimus ad Gen. I, 6. III, 15. XX, 9.

Verùm ſi Reipublicæ Hebraicæ, hinc atque inde à Syriæ & Ægypti Regibus diu laceratæ atque oppreſſæ, miſeram ſortem animo reputemus, Grammaticis ſtudiis incumbendi tempus minimè tunc fuiſſe facilè intelligemus. Ac ſanè diligenti lectione Verſionis LXX. Interpretum, quæ illis temporibus edita eſt, dudum collegere viri docti eos Hebraicæ Linguæ neque certam Grammaticam, neque Gloſſarium ullum aut Lexicon habuiſſe. Paſſim enim omnes Grammaticas Leges violant, & in vocibus rarioribus, & quarum ſenſus ex orationis ſerie non patet, vertendis, ita vacillant; ut facilè appareat eos, non Canonum Grammaticorum ductu, non certâ cognitione ſignificatûs vocum, ſed conjecturâ & hariolatione ex difficilibus locis ſeſe expediiſſe. Vide inter alia quæ obſervavimus ad Capp. I, 12. III, 16. IV, 7, 22, 26. XIV, 3. XV, 2, 17. XVI, 5, 13. XX, 16. XXIV, 47. XXVI, 14. XXX, verſ. 8, 32, 37, 41. XXXII, 20, 25, 28, 32. XXXIII, 19. XXXV, 4. XLI, 42. XLVII, 31. XLIX, 3, 10, 14, 15, 18, 23. Oſtendimus etiam Quæſt. Hieronymianâ IV & V. ne ipſum quidem *Hieronymum* Grammaticâ & Lexico inſtructum fuiſſe; nedum ut aliquot antè ſæculis ejuſmodi ſubſidia, ad intelligendam Linguam Hebraicam exſtarent. Non me fugit *Iſ. Voſſium*, alióſque hanc verſionem, numquam cum Hebraico Codice, ut opinor, collatam, conari defendere; eámque variis in locis, ubi peccatum in tranſlatione vocum Hebraicarum conſtat, negligentiâ, vel audaciâ Librariorum corruptam dicere. Sed loca expendentibus contrarium paſſim liquet, nec credibile eſt in locis obſcuris ubique ferè fuiſſe corruptam; ut jam alia, quæ iis reponi poſſunt, omittamus.

Temporibus illis & ſequentibus ætatibus, ad Maſſorethas uſque, Allegoriarum, Rituúmque ſtudium, non Grammaticæ, videtur Judæorum ingenia tenuiſſe; unde factum eſt ut Tranſlationem à perfectionis laude procul remotam, non modò omnibus numeris abſolutam, ſed θεόπνευστον habuerint. Vide Hiſtoriam *Ariſteæ*, *Philonem* in Libro *de vita Moſis*, & *Joſephum* Ant. Jud. Lib. XII. Cap. 2. Nullum certius adferri poteſt argumentum neglecti iis tempotibus veteris Hebraiſmi, ſummâ illâ admiratione Interpretum, ſi verum dicere volumus, veniâ potiùs indigentium, quàm laudem promeritorum.

Nec

Nec tamen ea à nobis dicuntur, quaſi Tranſlationem illam exigui uſûs eſſe putemus. Contrà utiliſſimam eſſe ſemper judicavimus, ſi Interpretum ἀμεθοδείαν, Grammaticis Regulis & Lexicorum accuratiorum uſu, juvemus. Ut contra rationes Grammaticas, ex perpetuo Linguæ uſu deductas, non valere debet eorum auctoritas: ſic ubi Grammatica non reclamat, ubi ſenſus commodus exſurgit, magni apud nos ponderis ſit oportet. Illius ævi placita ex vetere fortè traditione orta, aut etiam conjecturæ, Syro-Chaldaicæ Linguæ tum florentis uſu firmatæ, contemni à nemine Philologiæ Sacræ peritiore poſſunt.

Verùm ut, iis in rebus, ſuperiores nobis ſunt: ita eos methodo multùm ſuperamus; cùm enim accuratiſſimas Grammaticas habeamus, conſtantéſque Regulas ſequamur, non ampliùs divinando orationis ſtructuram evolvimus, incertiſque conjecturis ducti parum nobis, quod in Veteribus animadvertere eſt, conſtamus. Lexica etiam habemus à doctiſſimis viris, ex collatis Scripturæ locis, conſcripta, Concordantiáſque, in quibus ſingula Scripturæ vocabula, omniáque loca ubi leguntur comparent, accuratiſſimè adornatas; ex quibus varias vocum ſignificationes certiùs multò colligere, & conſtantiùs tueri poſſumus. Nec Hebraicæ tantùm Linguæ Gloſſaria nobis ſuppetunt, ſed vicinarum etiam, Chaldaicæ, Syriacæ, & Arabicæ locupletiſſima; ex quibus eas inter ſe comparare Linguas commodiùs poſſumus, quàm qui Septuaginta Interpretum temporibus vivebant.

Quanti ſit uſûs certa & immutabilibus Canonibus conſtans methodus, ex Linguis Græca & Latina facilè, ut hoc obiter, exempli causâ, adringamus, intelligi poteſt. Florebat in Græcia & Aſia, tempore *Ciceronis*, Lingua Græca; eam non Romæ tantùm, ſed in ipſa Græcia didicerat, non incommodè Græcè loqui & ſcribere poterat; quis non crederet, in ejus tranſlationibus ex Græcis, nihil eſſe quod à nobis reprehendi poſſit? Multa tamen, & quidem meritò, à viris doctis carpuntur, quòd, nimirum, conſuetudine potiùs quàm Regulis Linguam Græcam teneret; qua de re, conſulendum *Henr. Stephani Lexicon Ciceronianum*. Quid, quòd in ipſius Linguæ Latinæ originibus, & *Cicero* & *Varro*, togatorum doctiſſimus, pueriliter hallucinabantur, ut nos eorum originationum pudeat? Nempe, quamvis Latinam Linguam vernaculam haberent, & Græcæ quotidianam operam darent, Etymologicam artem prorſus ignorabant, unde factum eſt ut in Linguæ ſuæ originibus turpiter laberentur. Eadem eſt LXX. Interpretum ratio, qui cùm in grammatico illo noſtro, & critico genere interpretandi verſati nequaquam eſſent, paſſim propterea cæſpitant, & in errores, quos facillimè cavemus, ſubinde prolabuntur.

VIII. Quod diximus de ſtudiis grammaticis parum cultis, ſub Templo Secundo, verum eſſe nequit, quod tamen ex dictis apparet, & pluribus probari poſſet; quin ſimul ſuſpicio ſubeat Codices Sacros illis temporibus à Librariis eâ, quâ par erat, curâ non ſemper deſcriptos. Septuaginta certè Interpretes, vel quicumque fuere, qui verſionem, quæ eorum nomen præfert, adornarunt, quod nunc non quærimus, ſatis mendoſo Codice uſi fuiſſe, nec ductus literarum ſæpe adſequi potuiſſe videntur, ut viri docti dudum obſervarunt. Fateor equidem omnes lectionis varietates, quæ ex eorum Tranſlatione collectæ ſunt, non fuiſſe ex vitioſo Codice ortas, & multas eorum conjecturis acceptas fortè referendas, ut Gen. Cap. II, 2. VIII, 4, 7. & alibi ſæpe. At ipſa illa, quam ſibi tribuunt, conjiciendi licentia oſtendit eo tempore Codices mendis eſſe deſtitutos vulgò creditum non fuiſſe; quoniam ſæpiuſculè emendandi judicabantur.

Præterea videmus venerandæ ſine dubio antiquitatis Codicem, quo uſi ſunt Maſſorethæ, paſſim ἐν τῷ כתיב vitia habere quæ emendantur ἐν τῷ קרי, & quæ ſæpe à Samaritarum Codice abſunt. Sæpiſſimè, exempli causâ, omittitur ה finalis, qui in Samaritico comparet, in voce נערה naharah, *puella*; qui, ex certa Linguæ analogia, omitti non debuit. Sæpe legitur היא *hi* pro הוא *hou*, quod plerumque in Samaritico Codice emendatum. Minuta ſanè illa, aliáque ſimilia eſſe fatemur, ſed tamen oſtendunt menda irrepere potuiſſe & reverâ irrepſiſſe; quæ tam in voce difficili & rara, imò faciliùs admitti potuerunt, quàm in facili & frequenti, qualis eſt vox נערה *naharah*; præſertim ubi res obſcurior, aut abruptior ſenſus eſt, nec ſeries orationis Librarios eam non intelligentes juvabat.

Attamen quia libri Legis magis, quàm alii, legebantur, & faciliores ſunt intellectu; fateamur etiam oportet pauca eſſe ea menda, & exigui momenti, quæcumque ſint; ac præterea noſtrum Codicem, hoc eſt, Maſſorethicum emendatiorem Samaritico videri; quo etiam factum eſt ut eum ubique repræſentaverimus, ne apice qui-

quidem fermè immutato. Sunt à Maſſorethis, ut modò dicebam, relicta menda nonnulla quæ tolli potuiſſent; at præſtat ſanè ea menda in Codicè inveniri, quàm eum manum criticam nimis redolere, quod ſæpe in Samaritico obſervavimus; qui nec vitiis ſuis caret, ut eruditi homines dudum animadverterunt.

Ad me quidem quod adtinet, re anxiè expenſâ, nullos puto libros ex ultima Antiquitate ad nos perveniſſe, æquè emendatos ac ſunt Sacri Hebræorum Codices, quamquam omnium ſunt antiquiſſimi; eóſque intelligo qui Maſſoretharum diligentiâ deſcripti, ac poſteris commendati ſunt. Quod ſine Providentia divina, quæ hiſtorias ſacras & revelationes propheticas in uſum humani generis ſartas tectas, ad ſummam rerum quod adtinet, ſervari voluit, factum non eſſe tam mihi perſuaſum eſt, quàm cui maximè. Sæpe etiam in hoc Libro receptas lectiones contra eruditorum virorum conjecturas defendi, ut videbunt qui legent quæ habemus ad Capp. II, 2. VIII, 4, 7. IX, verſ. 5. & alibi. Non ii tamen ſumus, qui virum doctiſſimum & diligentiſſimum *Lud. Cappellum* optimè de Sacris Literis meritum eſſe, *Criticâ* ſua *Sacrâ*, & *Arcano Punctationis*, negemus. Pleraque, ne quid diſſimulemus, perplacent nobis ejus placita, & quaſi demonſtrata ſæpe adſumuntur. Sed cùm certa quædam Editio, quam ſequamur, eligenda ſit, eáque emendatiſſima; Maſſorethicum Codicem ſolum, quippe omnium accuratiſſimum, in Tranſlatione noſtra expreſſimus; nec tamen varias ex Samatitico veteribúſque Interpretibus lectiones, quæ alicujus momenti videbantur, in Commentariis memorare neglеximus. Sed hac de re, in ſequente Diſſertatione, pluribus agemus.

II.

DISSERTATIO

DE OPTIMO GENERE

INTERPRETUM S. SCRIPTURÆ.

Ubi inſtitutum & ratio totius Operis deſcribuntur.

I. Diſſertationis hujus finis. II. Quid ſit interpretari, & quæ methodi quam ſequuti ſumus potiſſima capita. III. Quàm difficile ſit Libros Sacros interpretari. IV. Quæ via videatur ineunda. V. Hebraiſmi quo modo verti queant. VI. Particularum Hebraïcarum Latinè convertendarum difficultas.. VII. Quæ moleſtia ex narratione præteritis aut futuris, conjunctione Vau *conjunctis, conſtante naſcatur. VIII. Maſſorethicum Codicem exprimendum, ut emendatiſſimum. IX. Quæ ex Interpretibus Veteribus & Recentioribus ſubſidia hauriri poſſint. X. Auxilia ex Linguis vicinis quanta peti queant. XI. Quam proſit collatio locorum Scripturæ. XII. Auxilia ex Etymologiis quæ tutò petantur. XIII. Aliquot Recentiorum Interpretum peccata faciliùs nunc vitari poſſe, quàm præteritis ſæculis.*

I. QUANDOQUIDEM, poſt tot & tantos labores doctiſſimorum hominum, qui hoc noſtro, & XVI. potiſſimum ſæculo, Scripturam Sacram interpretari adgreſſi ſunt, idem onus ſubimus; reddenda nobis eſt aliqua inſtituti noſtri ratio, ut quid nos eò adduxerit, & quo modo quod pollicemur præſtiterimus, intelligant Lectores. Sentio me non difficillimam modò provinciam, ſed & invidioſiſſimam, propter prava, quibus Chriſtiana res ſcinditur, partium ſtudia, ſuſcepiſſe. Hoc enim in negotio, ſi nihil ſingulare præ ceteris præſtiteris, contemtu & ludibrio docto-

rum & indoctorum excipietis: ſi verò inauditum quid, & intactum prioribus, quod facile tamen non eſt, protuleris; maximi tui laboris præmium feres graviſſimam invidiam, prout ſunt nunc ſacra tractantium mores. Attamen fateor me, omnibus quantâ potui animi adtentione penſitatis, in ſententiam conceſſiſſe Judæi *Philonis*; qui, laudatis pro merito divinis Moſis voluminibus, atque oſtenſo labore ab eorum interpretibus ſubeundo, οὐ μὴν, inquit, διὰ τοῦθ᾽ ἡσυχαστέον, ἀλλ᾽ ἕνεκα τοῦ θεοφιλοῦς καὶ ὑπὲρ δύναμιν ἐπιτολμητέον λέγειν, οἴκοθεν μὲν οὐδὲν, ὀλίγα δ᾽ ἀντὶ πολλῶν ἐφ᾽ ἃ τὴν ἀνθρωπίνην διάνοιαν φθάνειν εἰκὸς, ἔρωτι καὶ πόθῳ σοφίας κατεσχημένην: *non ideò tamen ceſſandum eſt, ſed ſtudio pietatis, vel ultra vires dicere audendum; nihil quidem ex proprio penu, ſed pro multis pauca quædam, ad quæ humanam mentem penetrare fas eſt, amore ac cupiditate ſapientiæ incenſam.* Initio Libri περὶ κοσμοποιΐας.

Igitur rem arduam, Deo cœptis, ut ſpero, favente, adgreſſus, neque planè cramben repetitam faſtidienti Lectori; neque nova ulla dogmata, veterum tenacibus, adponere conatus ſum. Quod quâ ratione fieri potuerit, hac Diſſertatione oſtendere, quam planiſſimè potero, decrevi. Et primùm quidem quibus in difficultatibus verſatus ſim oſtendam, & quibus artibus eas ſuperare ſim conatus; ac tandem hoc ævo faciliùs, quàm unquam antehac, non ingenio quidem majore, ſed ſubſidiis multò pluribus, quibus nunc adjuvamur, ſuperari eas potuiſſe demonſtrabo.

II. Antequam ad Librorum Sacrorum interpretationem veniamus, paucis quid ſit *interpretari* in memoriam hæc noſtra legentium revocemus neceſſe eſt; neque enim artem ἑρμηνευτικὴν hîc tradere adgredimur. Quandoquidem qui loquuntur eo animo certa proferunt vocabula, certáve oratione utuntur, ut ab audientibus intelligantur, útque in iis eoſdem quos in ſe ſentiunt motus atque adfectus animi excitent; *interpretari* aliena verba, ſi plenam ſignificationem vocis adtendamus, dicentur, qui aliâ Linguâ ita ea exprimunt, ut qui interpretem loquentem audiunt, idem prorſus cogitent, atque eodem ordine, & modo, quod eos qui primi loquuti ſunt cogitare volunt. Si Linguæ omnes æquè copioſæ, & vocabulis planè & per omnia ἰσοδυνάμοις eſſent inſtructæ; verbum verbo, & loquutio loquutione reddi poſſent, adeóque ſimpliciſſima tantùm tranſlatione opus eſſet. Sed cùm Linguæ ita ſibi invicem ἐκ παραλλήλου non reſpondeant, nulla ad verbum fieri poteſt paullò longioris orationis tranſlatio. Multa paucioribus, aut pluribus verbis neceſſariò ſunt explicanda, ſi velit Interpres intelligi, & id efficere in audientium animis quod cupit is qui utitur Linguâ alienâ. Imò verò ne aucto quidem aut minuto vocum numero, eadem prorſus notio duabus Linguis, propter diverſitatem idiomatum, exprimi poteſt. Innumeræ voces & loquutiones ſeu tralatæ, ſeu propriæ ſint, ita ſuis quæque Linguis ſingulares ſunt, ut nullâ ratione in alias transfundi queant, ſine longa & moleſta circumloquutione, quæ verſioni inſeri nequit.

Hinc facile eſt colligere nullam poſſe tranſlationem adornari omnibus numeris abſolutam; hoc eſt, quâ lectâ tranſlatione, eadem prorſus cogitet Lector, eodémque modo adficiatur, ac ſi Linguæ, ex qua verſio facta eſt, peritus ex fonte ipſo archetypi ſermonis haurire potuiſſet. Atque hoc cùm certiſſimum ſit, in omnibus Linguis, multò faciliùs in Latinis verſionibus Hebraicorum librorum, propter Linguarum Hebraicæ & Latinæ diſcrimen longè maximum, animadvertitur; quod etiam in ſequentibus copioſiùs demonſtrabimus. Novimus equidem veteres Judæos & Chriſtianos, Hebraicæ Linguæ ignaros, Græcam verſionem Veteris Teſtamenti, & potiſſimùm Pentateuchi, quæ LXX. Interpretum dici ſolet, abſolutiſſimam exiſtimaſſe. Ἐάν τε Χαλδαῖοι τὴν Ἑλληνικὴν γλῶτταν, ἐάν τε Ἕλληνες τὴν Χαλδαίων ἀναδιδαχθῶσι, καὶ ἀμφοτέραις ταῖς γραφαῖς ἐντύχωσι, τῇ τε Χαλδαϊκῇ καὶ τῇ διερμηνευθείσῃ, καθάπερ ἀδελφὰς, μᾶλλον ἢ ὡς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν, ἔν τε τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς ὀνόμασι, τεθήπασι καὶ προσκυνοῦσι, οὐχ ἑρμηνεῖς ἐκείνους, ἀλλ᾽ ἱεροφάντας καὶ προφήτας προσαγορεύοντες, οἷς ἐξεγένετο συνδραμεῖν λογισμοῖς εἰλικρινέσι τῷ Μωσέως καθαρωτάτῳ πνεύματι: *ſive Chaldæi Linguam Græcam, ſive Græci Chaldaicam didicerint, & in ambas Scripturas inciderint, Chaldaicam & eam in quam tranſlata eſt, eas tamquam ſorores, aut potiùs tamquam unicam & eamdem, & in rebus & in nominibus, mirantur & adorant; non interpretes, ſed Hierophantas & Prophetas vocantes eos quibus contigit ſinceris ratiocinationibus puriſſimum Moſis ſpiritum adſequi.* Verba ſunt *Philonis*, ex Libro *de Vita Moſis*, quæ tam vera optaremus eſſe, quàm ſunt à vero aliena. Certiſſimos interpretes

tes Moſis, atque abſolutæ verſionis exemplar haberemus; quod multùm abeſt ut nobis præbuerint.

Verùm cùm conſtet id, quod *Philo* factum à LXX, Intt. ait, ne fieri quidem poſſe, ptopter Linguarum, ut diximus, diſcrimen; ideò Vetus Teſtamentum vertere adgreſſi non ſumus, quòd ſperaremus ſolius Linguæ Latinæ peritos æquè feliciter ſenſa Prophetarum, lectâ noſtrâ tranſlatione, adſequi poſſe, ac qui Hebraicè ſciunt, & ipſos Prophetas loquentes audire poſſunt. Satis nobis fuit ad id accedere, quàm proximè per diverſiſſima Linguarum idiomata licuit; imò etiam cùm non poſſemus, ſine nimia licentia, Hebraicam phraſin ad Latinæ Linguæ ingenium flectere, non raro Hebraiſmos, præſertim quibus adſueti jam ſumus Chriſtiani, verbum verbo expreſſimus; aut ſi quando ſenſum non ſatis certò adſequeremur, qua de re poſtea dicemus.

Quia autem Latinè tantùm ſcientibus Phraſes Hebraicæ, & ratio narrandi Hebræorum, diverſa ab omnibus aliis, negotium ac moleſtiam faceſſunt; Paraphraſin Latiniorem, & planiorem addidimus; quâ lectâ, ſi non ipſa Moſis verba adſequantur, ſaltem ſi Latinè eodem ordine narraremus quòd dixit Hebraicè Moſes, ſic rem expreſſuros fuiſſe intelligent, nec à ſumma rerum, ut opinor, uſquam aberrabunt. Hoc pacto, quod unâ verſione non potuimus, additâ Paraphraſi fortaſſe conſequemur.

Sed ne ſic quidem Lectorum, ſi non doctiſſimorum, at Linguæ Hebraicæ non prorſus imperitorum deſiderio ſatisfacturos nos rati ſumus; niſi Commentario Hebraiſmos, opiniones, conſuetudines, ritus, adluſiones, & naturam locorum, quoad cognoſci à nobis potuerunt, exponeremus, totiúſque Verſionis & Paraphraſeωs rationem redderemus. Sic Paraphraſi paucis verbis quid ſentiremus, Commentario copioſiùs quare ita ſentiremus oſtendimus; attamen eſt in Paraphraſi aliquid, quod in Commentario ſemper non invenietur. Ex ea, nimirum, totius orationis nexus & ſeries apparet; qua de re, brevitatis causâ, non ſemper in Commentario egimus. Obſervavimus autem & noſtrâ, & aliorum experientiâ, præſertim in difficilioribus libris, lectis doctiſſimorum virorum ad ſingula verba adnotationibus; perſæpe nexum tamen fuiſſe obſcurum, ut vix, poſtquàm ſingula verba intellecta fuerant, ratiocinationis vis & ordo paterent. Huic incommodo obviam eundum nobis cenſuimus, Paraphraſi perpetuâ, virorum doctiſſimorum exemplum ſequuti. Quæ ſi non uſque adeò neceſſaria, in hiſtoricis, videatur rem non ſatis adtentè expendentibus; ejus ſaltem in hagiographis, ut vocantur, & propheticis libris patebit utilitas. Auſim tamen adfirmare, multos qui lectis verſionibus ſibi videntur ſeriem orationis probè adſequi; ſi Paraphraſin noſtram, etiam in narratione hiſtorica, adeant, comperturos re ipsâ ſibi viſos antea pulchrè intelligere, quod ſe fugiebat. Quam rem præſtat, ipsâ lectione hujus operis, quàm prædicatione noſtrâ, cognoſci.

In Commentario, ſenſum dumtaxat, qui *grammaticus*, & à Scholaſticis *litteralis* dici ſolet, aperire atque illuſtrare conati ſumus. Nulla theologica ſeu theoretica, nulla ethica ſeu practica conſectaria illinc deduximus; cùm quia operis noſtri moles nimiùm fuiſſet aucta, tum etiam quia probè intellecto grammatico ſenſu, facillimum eſt theoreticas, aut practicas doctrinas locis quæ exponuntur adfines deprehendere, iis qui Syſtemata theologica atque ethica legerunt. Nullas etiam adtigimus controverſias theologicas, quippe qui non huic aut illi Sectæ, ſed omnibus Scripturæ Sacræ & veri, quod Chriſtianis commune eſſe debet, amantibus, ſcribimus, & qui litium illarum, quas exſtinctas præſtaret, cognitione delectantur, ſatis ſupérque librorum & Commentariorum, partium ſtudio ſcriptorum, habent quos evolvant.

Erunt fortaſſe qui hoc ipſum carpant, quòd θεολογικωτέρως omnia non tractaverimus; ſed ſciant illi, quicumque ſint, hoc ipſorum ſublimioribus ingeniis datâ operâ à nobis eſſe relictum. Vitio nobis meritò verteretur eorum omiſſio, quæ nos præſtituros profiteremur; ſed quando conſilium hoc non fuiſſe noſtrum, ut theologica dogmata traderemus, confirmamus & prædicimus, iniquum ſanè eſſet à nobis quod non promiſimus poſtulari. Per nos etiam licet hæc noſtra, præ theologicis & ſublimioribus contemplationibus, ſpernantur; non diffitebimur quoque, ſi velint, nos ad arcanos Sacrorum Scriptorum, & ſub cortice grammatico latentes ſenſus, non penetraſſe; hæc dumtaxat, in ſacris Hebræorum libris, intellexiſſe cenſeamur *quæ ipſi qui ſcripſerunt voluerunt à vulgo intelligi*, quod de ſe, circa Græcas litteras, dicebat, apud *Ciceronem*, *Antonius*. Si vel hoc ipſum, quantulumcumque eſt, adſequi ubique potuiſſemus, nobis ſanè plurimùm gratularemur, aliiſque vulgaribus

ingeniis,

ingeniis, ad quorum captum hæc ſcribuntur.

Sed cùm ſæpe dubitaremus, an rem acu tetigiſſemus, cúmque aut nullus ſatis perſpicuus ſenſus, ſolius Grammatices aut Critices ope, aut plures æquè probabiles invenirentur; in Paraphraſi, & Commentario, dubio ac ſuſpenſo ſtylo uſos nos Lectores deprehendent. Fortè etiam frequentiores dubitandi rationes, & dubii animi plura indicia, quàm in pleriſque hujus generis Scriptis, occurrent. Sed cùm quiſque ſibi credat, ac dubitet, hæc mihi tantùm meíque ſimilibus ſcripta doctiores, qui omnia exploratiora habent, exiſtiment; & ſibi ipſi dilucidam cognitionem eorum, quæ alios fugiunt, gratulentur. Errandi metu, nos intra dubitationem continuimus, quando nec aliorum auxilio, nec noſtro Marte, graviores judicandi rationes invenire poteramus; unde non ſequitur ab aliis inventum non iri, quod adfirment. Ut longè abſumus ab eorum ſententia, qui nihil patere in Scriptoribus Sacris putant, ope ſolius Grammaticæ, niſi Traditio adjungatur: ita nec omnia clara, atque aperta cenſemus, certè nobis non ſunt. Ubi autem non liquebat, conati ſumus *cohibere ſemper, & ab omni lapſu continere temeritatem; quæ tum eſſet inſignis, ſi aut falſa aut incognita res adprobaretur; neque hoc quidquam eſſet turpius, quàm cognitioni & perceptioni adfirmationem, adprobationémque præcurrere.*

III. Atque hæc ſunt, quæ de ratione noſtra interpretandi, ſummatim ſpectata, dicenda habebamus; nunc quæ nos potiſſimùm exercitos habuerint enumerabimus. Cùm is ſit verſionis finis, quem antea expoſuimus, graviſſima calamo manum admoventibus difficultas ſeſe objecit. Si verbum verbo redderemus, inutilis erat verſio Hebraicè neſcientibus, hoc eſt, iis potiſſimùm quibus adornatur; neque enim eam intellecturi fuiſſent, niſi fortè lecto Commentario, ubi tamen multæ minutiæ grammaticæ omittuntur. Interdum etiam Hebraiſmorum imperiti, eos in alienos ſenſus detorquere potuiſſent. Si verò vitandorum horum incommodorum causâ, in contrariam partem ferremur; nimiâ conceſsâ nobis licentiâ, periculum erat, præſertim in locis obſcuris, ne pro Scriptorum Sacrorum ſententiis, noſtras conjecturas incauto Lectori obtruderemus. Scio quidem paratum eſſe hiſce noſtris querelis reſponſum, mediam viam ineundam eſſe, quâ tranſlatio nec nimis adſtricta ſit, ut intelligi nequeat, aut Latinè tantùm ſcientes fallat; nec nimis libera, ut Interpretis potiùs ingenium, quàm Scriptoris redoleat. Verùm hoc tam difficile eſt factu, quàm dictu proclive, quod exemplis aliquot oſtendam.

Frequentiſſimus eſt Hebraſmus וישא עיניו וירא *& ſuſtulit oculos & vidit.* Vide Gen. XIII, 10. XVIII, 2. XXII, 4, 13. XXIV, 63. XXXI, 10, 12. XXXVII, 25. XXXIX, 7. XLIII, 28. Ea phraſis, apud Hebræos, ut ex locis laudatis apparet, ſignificat adſpicere tam vicina, quàm remota, circumſpicere, aliáque ſimilia. Sæpiùs etiam eodem planè ſenſu, in aliis Libris V. T. occurrit, ut de ea ſignificatione nullum ſuperſit dubium. Si autem hanc phraſin ad verbum vertas, vix ſatis intelligetur; nam *tollere & adtollere oculos* Latini quidem dicunt, ſed alio planè ſenſu. Illi negantur *oculos adtollere*, qui timent, aut quos pudet; & contrà ii *tollunt oculos*, qui nullo timore tenentur, quod facile eſſet exemplis confirmare. Itaque ad verbum vertendus non fuit ille Hebraiſmus.

Similis exſtat loquutio Cap. XXIX, 1. וישא יעקב רגליו *& ſuſtulit Jacobus pedes ſuos, & ivit in regionem Orientalium.* At quis intelligat *tollere pedes?* Latini quidem *efferre, inferre, ferre pedem* dicunt, ſed alio ſenſu.

Fatebuntur Lectores hoſce Hebraiſmos debuiſſe in verſione ita reddi, ut Latina loquendi genera pro iis ponerehtur. Sed ſunt alii Hebraiſmi non minùs frequentes, circa quos major eſt ambigendi ratio. Solent Hebræi paſſim infinitivum ſubjungere alii modo, aut tempori ejuſdem verbi, ut מות תמות *moriendo morieris*, ראה ראיתי *videndo vidi*, & innumera ſimilia, per omnes Scriptores Sacros. Si ad verbum Latinè vertas, quærit Latinæ dumtaxat Linguæ peritus Lector, quid hæc ſibi velit phraſis, ſitne aliqua peculiaris Hebraicæ Linguæ ἔμφασις, an nulla? Si neglexeris Hebraiſmum, & infinitivum omiſeris, querentur multi, qui Hebraicæ Linguæ operam dederunt, negligi ſingularem ἔμφασιν. Itaque quomodocumque te geſſeris, alterutris diſpliceas neceſſe eſt. Scio equidem nonnullos ex recentioribus Interpretibus, pro infinitivo quem addi non patitur Latina Lingua, uti adverbiis ad exprimendam ἔμφασιν, quam huic phraſi ineſſe putant, ut Gen. II, 17. pro *moriendo morieris* habent *utique morieris*, & Exod. III, 7. ubi eſt *videndo vidi*, vertunt *probè vidi.* Sed ut concedamus ἔμφασιν hanc ineſſe phraſi Hebraicæ, ſi interdum exprimi queat, ut in poſteriore exemplo; quid ſibi vult, *utique morieris?* Aliquando etiam adverbium *omnino* adhibent, ut Exod. XXI,

 20.

20. *omnino vindicator*, 22. *omnino mulctator*, 28. *omnino lapidator*, &c. Quæ phraſes Latinis auribus perſpicuæ non ſunt. Nos maluimus prorſus omittere infinitivum; ſeu quia non poteſt is Hebraiſmus Latinè exprimi, ſeu quia nulla hîc eſt ἔμφασις, ſed tantùm formula quædam in Hebraico Jure uſitata, quales ſunt multæ in Romano, quæ prorſus abundant. Vide Cap. Exodi laudatum, & quæ notavimus ad Gen. II, 17.

Interdum occurrunt voces, quæ nullas planè ἰσοδυνάμους habent, in aliis Linguis, qualis eſt vox תולדות *generatio*, nam apud Latinos *generatio* vix quidquam ſignificat, præter actionem generandi, aut rationem quâ generantur animalia; fortè etiam interdum *ætatem* ſeu γενεάν. At תולדות non hoc tantùm, ſed originem, majores, & poſteros, apud Hebræos, ſonat. Vide not. ad Cap. V, 1. Si velis Latinis auribus exprimere quid ſit *generatio*, apud Hebræos, longa periphraſi opus erit, quam non patietur ſimplex tranſlatio.

Eſt vox frequens, in Sacris Literis, פקד *phakad*, quæ ſolet verti *viſitare*, nec tamen id ſignificat, ut monuimus ad Gen. XXI, 1. Græci vertunt σκέπτομαι, ἐπισκέπτω, συνεπισκέπτω, ἐπισκοπέω, μέμνημι, δίδωμι, φυλάσσω, ἀποδίδωμι, ἀνταποδίδωμι, ἐκδικέω, ἐπιζητέω, ἐπάγω, ἐφίστημι, καθίστημι, &c. Nec ſanè unum idémque ſignificat ea vox, non modò pro variis conjugationibus, ſed etiam in ſola conjugatione *Kal*. Nunc beneficium, nunc pœnam ſonat. Beneficium loco laudato Geneſeως, ſupplicium Exod. XX, 5. Neque ulla vox eſt, in aliis Linguis, ſignificatione huic adfinis, quæ in utrámque partem ſumatur. Attamen eſt vertenda, neque exiguum laborem hæc, ſimiléſque voces Interpretibus creant. Nos Gen. XXI, 1. *curam gerere* vertimus, cùm nihil commodius occurreret, non quòd nobiſmet ipſi ſatisfaceremus. Si vertiſſemus: *Jehova, quemadmodum dixerat, Saram viſitavit*, jure Latinæ Linguæ peritus Lector intellexiſſet Angelum Saram inviſiſſe, nomine Dei, quemadmodum anno anteà tres inviſerant Angeli, ut narrat Moſes Cap. XVIII.

Cùm hæc idiomata, aliáque ſimilia paſſim occurrant in Libris Sacris, neceſſe eſt ſubinde ſudare Interpretem, ut fidi ſimul & pudentis Interpretis munere defungatur; niſi in ſe fidem deſiderari, vel audaciam reprehendi velit. Fatemur quidem non eſſe nunc laborem vertendi tantùm, poſt tot viros doctos, quorum tranſlationes habemus, quàm fuit primis Interpretibus. Juvamur ſine dubio tranſlationibus & veteribus, & recentioribus. Abſit ut honori eruditiſſimorum virorum, & quorum quantus fuerit labor ipſi experti ſumus, detrahamus, & utiliſſimam ab iis Scripturæ navatam eſſe operam negemus! Imò verò, niſi facem nobis prætuliſſent, ne eò quidem fortè perveniſſemus, quò rem qui minimè omnium laudantur adduxerunt. Sed ſi verum profiteri licet, plerique antiquiorum orbitam ſequuti, aut nimiùm ab ea digreſſi, vel adſtrictiùs æquo, vel liberiùs quàm par fuerat, Hebraiſmos tranſtulerunt; nec multò minùs animo laborandum fuit, ut quæ eligi ex variis vertendi rationibus, aut quæ meliores inveniri poſſent diſpiceremus. Plerumque facilius erat invenire quid reprehenderemus, quàm quid ſequeremur. Omnia nobis fuere eodem modo expendenda, ne aliorum auctoritate falleremur, ac ſi primi omnium opus hoc adgreſſi fuiſſemus; alioquin alienâ fide nixi, neque aliis, neque nobis ſatisfeciſſemus. Hæc autem quantum tempus & quantum laborem poſtulent, illi demum judicabunt qui ſimile quiddam umquam tentaverint, ab aliis vix poterit intelligi.

IV. Attamen per tot rerum diſcrimina, ad accuratiſſimæ tranſlationis exemplar animo conceptum tendendum fuit; ut ſi ad id pervenire non daretur, quàm proximè tamen fieri poſſet accederemus. Igitur nobis propoſuimus mediam quamdam viam, quam conſtanter teneremus; ut ne nimis obſcura, in locis Hebraicè dilucidis, præ Hebraiſmis, neque nimiùm audax, præ Latinè loquendi ſtudio, verſio noſtra videretur.

Hoc & alii, inquies, antequàm tu natus eſſes, facturos ſeſe profeſſi ſunt, neque tamen in eorum laboribus adquieſcimus; an ſperas tuum opus votis noſtris ſatisfacturum? Certè non ita φιλαυτίᾳ cæcutimus, ut ſimile quidquam animo nobis fingamus; ſed quandoquidem ea eſt rerum humanarum conditio, nihil ut omni ex parte abſolutum ſit, neque quidquam omnibus ex æquo placeat, ſatis eſſe debet, ſi non omnibus diſpliceamus, neque pejor ſit labor noſter aliorum conatibus.

Olim *Cicero* converterat ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes, inter ſe contrarias, Æſchinis, Demoſthenisque; neque converterat ut interpres, ut ipſe ait, nam illæ tranſlationes non ſuperſunt, ſed ut orator, ſententiis iiſdem, & earum formis, tamquam figuris, verbis ad Latinam conſuetudinem aptis; in quibus non verbum pro verbo neceſſe habuerat reddere, ſed genus omnium ver-

verborum, vímque ſervaverat. Non enim ea ſe adnumerare Lectori putaverat oportere, ſed tamquam adpendere. Nos cùm idem in tranſlatione adſtrictiore Librorum Sacrorum facere non poſſemus, conati ſumus Paraphraſi liberiore præſtare, ubi ſententiam, non verba ſervavimus; ut qui barbarie verſionum non delectantur, aut Hebraiſmos non intelligunt, haberent quod legerent, atque intelligerent. Sed fortaſſe multò longiùs receſſimus ab Archetypo, quàm olim *Cicero*; quia longiùs multò Hebraica Lingua à Latina conſuetudine, quàm Atticus ſtylus à Romano diſtat.

At in verſione, fatemur multò pluſquàm per Latinitatem licuit ad Hebraica ſtylum nos aptaſſe; quod cùm neceſſarium eſſet, ne nimiæ licentiæargueremur, Paraphraſi noſtrâ nos à Lectoribus impetrare poſſe ne vitio verteretur exiſtimavimus. Itaque quamvis Latina Lingua perſpicuitate multò magis quàm Hebraica gaudeat, imò verò obſcuritatem, quoad ejus fieri poteſt, vitare ſoleat; ubi Hebraica obſcura ſunt, tranſlationem noſtram obſcuriorem eſſe non diffitemur. Sed ut ea demum effigies laudatur, non quæ vultum formoſum ſpectandum, ſed qualis eſt re verâ, ſpectantium oculis offert: ſic tranſlatio, ubi archetypus ſermo clarus eſt, clara, ubi obſcurus, obſcura eſſe debet. Obſcura autem hîc vocamus, non quæ Hebraicæ Linguæ neſciis obſcura ſunt, ſic enim pleræque loquutiones Scripturæ obſcuræ eſſent; ſed quæ à Linguæ non imperitis hodie non ſatis intelliguntur. Contrà verò clara eſſe dicimus, non ea tantùm quæ omnibus, etiam imperitis, aperta ſunt, ſed quæ Linguæ peritioribus nullum negotium faceſſunt; aut poſſunt ita exponi, nullum ut dubium harum rerum intelligentibus ſuperſit.

V. Ut autem eam viam, per totum opus, tenere poſſemus, haſce nobis, in vertendis Hebraiſmis, qui paſſim occurrunt, leges uumquam violandas poſuimus. 1. *Hebraiſmos perſpicuos, & qui poſſent commodè verti, vertendos eſſe:* 2. *Si qui tamen ægrè reddi Latinè poſſent, iiſque adſuetæ eſſent aures noſtræ, verbotenus exprimendos:* 3. *Obſcuros eſſe omnes retinendos.* Quod pauculis exemplis illuſtrare ſupervacuum non erit.

Nihil eſt frequentius in Scriptura, ſermonibus, & dialogiſmis, quos ſolet præcedere Verbum ויאמר vajjomer, *& dixit*, aut Gerundium לאמר lemor, *dicendo*. Manifeſtum eſt illud Latina voce, *inquit*, hoc vocibus *his verbis* commodè & plenè exprimi poſſe; attamen Interpretes ab iis plerumque caverunt, quaſi licentiâ nimiâ eſſet utendum. Atque hoc per totam Scripturam occurrit, ut innumera commata legas, quæ inchoantur vocibus *& dixit* Sic Cap. Gen. III, 1. *dixit mulieri, etiámne*, &c. 2. *Et dixit mulier ſerpenti, de fructu quidem*, &c. 4. *dixit ſerpens mulieri*, &c. 9. *Et dixit ei, ubi es?* 10. *Et dixit, vocem ſuam audiebam*, &c. 11. *Et dixit Deus*, &c. 12. *Et dixit Adam, mulier*, &c. 13. *Et dixit Jehova Deus, mulieri*, &c. 14. *Et dixit Jehova Deus ſerpenti*, &c. 16. *Mulieri dixit*, &c. 17. *Et Adamo dixit*, &c. Nos quare mordicus ei ordini Hebraicarum vocum adhæreremus, quaſi in eo ἔμφασις aliqua eſſet, nullam cauſam videbamus; & collatio noſtræ verſionis cum aliis, utrum ſit Linguæ Latinæ ingenio convenientius oſtendet. Sic & Cap. VIII, 15. *Et loquutus eſt Jehova ad Noach, dicendo*; aut *dicens*, eſt quidem ad Hebraica verba exactum, ſed num meliùs eorum ſententiam exprimit, quàm: *alloquutus eſt Noachum Deus, his verbis?* Certe obſcurâ illâ ſuâ diligentiâ effecerunt multi Interpretes, ut eorum tranſlationes ſine faſtidio legi non poſſent. Cave autem credas ortum hoc ex nimiâ fide, quâ vel minimum apicem reddere, quantùm fieri potuit, cônati ſint; ſi enim hic ſcrupulus eorum animo hæſiſſet, tantâ audaciâ, obſcutiora loca non vertiſſent; quod niſi inviodiſius eſſet, facillimè oſtenderemus.

Haud infrequens eſt Hebraiſmus *vocare nomen alicujus*, pro eo quod eſt, *nomen imponere*, ut Cap. V, 29. & ſæpe in ſolo Geneſeωs libro. *Et vocavit nomen ejus Noach*, hoc eſt, ei Noacho nomen indidit, Noachum eum nomine adpellavit. Nulla eſt, vel minima, dubitandi ratio; attamen poſt Vulgatum Int. plures verterunt, *vocavit nomen ejus Noah*, quod obſcurum & barbarum, cùm perſpicua ſit Hebraica phraſis.

Paſſim narrationum initio, *& fuit* παρέλκει in Hebraico ſtylo, ut Cap. VI, 1. *& fuit, cùm cœpit homo multiplicari*, &c. ut etiam interpretatus eſt Vulgatus. At Tigurini, aliíque barbarè: *& factum eſt, cùm cœpiſſent homines multiplicari.*

Multi etiam, non modò verbum verbo anxiè ubique, in aperto & indubitato ſenſu, verterunt, ſed ipſum ordinem verborum Hebraicorum, & conſtructionem, quantum licuit, imò pluſquàm licuit, ſervarunt; qua in re nos ubique majorem Linguæ Latinæ, quàm Hebraicæ, rationem habuimus. Jam ſatis Hebraiſmorum, in-

vitis nobis, in verſionem noſtram irrepere ſentiebamus; nec neceſſe erat, ut, ſine Lectoris compendio, Latina vocabula Hebraico more conſtrueremus, ubi mutato ordine, manifeſtum erat non mutari ſenſum. *Arias Montanus*, qui *interlinearem*, ut loquuntur, tranſlationem adornavit, & ordinem, &, quantùm potuit, numerum vocum ſervare neceſſe habuit; at certè qui edebant ſeorſim verſiones ſuas, barbariem illam, datâ operâ, ut mihi quidem videtur, quærere non debuerunt. Exemplum addam, ut faciliùs intelligar. Hæc ſunt ergo verba Hebraica Gen. VIII, 15, 16, 17. וידבר אלהים אל נח לאמר: צא מן התבה אתה ואשתך ובניך ונשי בניך אתך: כל החיה אשר אתך מכל בשר בעוף ובבהמה ובכל הרמש הרמש על הארץ הוצא אתך ושרצו בארץ ופרו ורבו על הארץ. Sic vertere *Tigurini*, quorum verſio alioqui nequaquam eſt ſpernenda: *loquutus eſt autem Deus ad Noah, dicens: egredere ex Arca, tu & uxor tua, filii tui, & uxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quæ tecum ſunt, ex omni carne, tam in volatili, quàm in jumento, tum etiam omni reptili quod reptat ſuper terram, educ tecum, & repant in terra, fructum edant, atque augeſcant.* Non verò ſic vertimus: *Tum alloquutus eſt Noachum Deus, his verbis: egredere ex Arca, tu, undique tecum uxor tua, filii tui, atque eorum conjuges. Omnem etiam beſtiam, quæ tecum eſt, ex omni carne, inter volucres, inter pecudes, atque inter omnia reptilia quæ in terris repunt, unà educito, repténtque in terra, & in ea creſcant, ac multiplicentur.* Nihil eſt, in Hebraicis verbis, quod noſtra non complectantur, nec Tigurinorum, hoc in loco, *κακοζηλία* quidquam ampliùs, niſi fallor, adſequuta eſt. Hunc autem locum alióſque, non quaſi inſignes proferimus, ſed prout quærentibus ſeſe primos objiciunt. Sed à capite ad calcem, Veteris Teſtamenti tranſlationes, quas videre licuit, exceptâ unâ *Seb. Caſtellionis*, quæ audacior eſt, eodem vitio laborant.

Non eſt equidem animus eos vituperare, qui omnes Rhetoricos Canones, de periodis, in vertendis Bibliis, ſpreverunt; nam cùm Hebræi circuitus verborum breviores habeant, neque iiſdem pareant Legibus ac Græci & Latini, omnia eſſent miſcenda, ſi ad Rhetorum Græcorum ac Latinorum normam effingeudus eſſet eorum ſtylus, quod nimiùm ſæpe fecit *Caſtellio*. Attamen, cur ubique Hebraico adhærcamus ordini, Latinè loquentes, cauſa nulla eſſe videtur.

Sunt, ut diximus, alii Hebraiſmi, quorum non minùs nota ſignificatio eſt, quos tamen Latine convertere vix poſſumus, ſine longa circumloquutione. Sed cùm nonnullis jam ſint aures noſtræ adſuetæ, iis utimur quemadmodum Latini olim variis Græcis vocibus, quibus eorum Lingua indigebat; & ſtylo Eccleſiaſtico Latinorum Patrum dudum emolliti ſunt. Quorum, ut ſuperiorum, exempla aliquot proferemus.

Sic Geneſeos Cap. V, 22, 24. *incedere cum Deo*, atque iterum Cap. VI, 9. uſurpavit Moſes, pro eo quod Latinè dicimus, *ſanctè ac piè vivere*. Sed mutari tranſlatio, ſine nimia audacia, non potuit, quis enim ferat *Caſtellionem* vertentem, *ad Dei voluntatem vitam agere, ex Dei voluntate ſeſe gerere?* Quis non crederet ſcripſiſſe Moſem על חפץ אלהים יחיה aut aliquid ſimile?

Cap. VI, 9. dicitur Noachus fuiſſe *vir juſtus ac integer, in ætatibus ſuis*, & Cap. VII. verſ. 1. *in ea ætate*, quæ Diluvio abſumta eſt. Nemo non videt perinde eſſe, ac ſi dixiſſet Moſes, inter ejus ætatis homines, Noachum ſolum pium fuiſſe. *Sæculum* interdum vertit *Caſtellio*, quod ferri nequit. Quis enim lectâ ejus verſione, Linguæ Hebraicæ imperitus, non crederet Hebræos vocem habere, quæ propriè *ſæculum* ſonet, cùm nulla prorſus ſit?

Ejuſdem Cap. VI, 8. eſt *gratiam invenire*, quod loquendi genus variis ſignificatibus frequentiſſimè occurrit, & de quo ad eum locum diximus, ut & ad Capp. XVIII, 3. XIX, 19. XXXIII, 15. Interdum, ubi res hoc pati videbatur, pro *ſi inveni gratiam in oculis tuis*, vertimus, *ſi qua mihi eſt apud te gratia*, ſed non ſemper licuit. *Caſtellio* Cap. VI, 8. pro eo quod eſt apud Moſem *Noachus apud Deum gratiam invenit*, habet inverſa phraſi, *Noæ fuit propitius;* Cap. XVIII, 3. *ſi vis mihi gratiſſimum facere;* Cap. XIX, 19. *tanto me obſtringis beneficio*, &c. quibus ne ſemel quidem Hebraiſmi vim adſequutus eſt, quamquam maximâ licentiâ uſus.

Ejuſdem iterum Cap. verſ. 19. occurrit Hebraiſmus non infrequens, quo *omnis caro* dicitur *omne animal*, & pro quo *Caſtellio* habet *omnia corpora*. Sed cùm hoc ab Hebræa voce nimis remotum ſit, *caro* tam ſæpe eo ſignificatu occurrit in Scriptura, & apud Eccleſiaſticos Scriptores, ut eâ uti præſtet, quàm alienis vocibus interpretari.

Aliis etiam Hebraiſmis diſtincta eſt, ne quid diſſimulemus, noſtra tranſlatio, qui cùm ſint obſcuri aut dubiæ ſignificationis ad verbum ſunt à nobis redditi, ne ſuſpiciones

ciones noſtras, pro Scriptorum Sacrorum ſenſibus, legendas præbere videremur. Aliquando etiam vocabula, de quorum ſenſu Eruditi dubio eventu certant, retinuimus, eadem de cauſâ. Rectène à nobis factum hoc ſit exempla, meliùs quàm oratio, declarabunt.

Igitur Cap. VI, 14. vertimus: *Arcam facies nidis inſtructam*, potiuſquàm *manſiunculis*, aut *cellis*; quia quamvis, ut ad eum locum monuimus, videantur variæ cellæ intelligi, in quas claudenda erant animalia, poſſet etiam fieri ut tabulata, aut aliud quidpiam, quod קנים *kinnim* vocaretur, ſignificet Moſes. *Caſtellio* habet *loculatam*, ex *Varrone*, qui ita vocat piſcinam in qua loculis diſcluſi erant piſces; quod non malè huic loco convenire videtur, quamvis eum ſequi auſi non ſimus.

Quid videatur eſſe *ſervus ſervorum* Gen. IX, 25. diximus in adnotatis noſtris ad eum locum. Poteſt eſſe Hebraiſmus pro viliſſimo mancipio, poteſt & ſine Hebraiſmo dici *ſervus ſervorum*; quo factum ut verba ipſa retinuerimus, quæ ipſe etiam *Caſtellio* ſervavit, quod mirum, cùm ſoleat libenter periphraſes adhibere.

Indicavimus etiam ad Cap. XII, 3. quid ſit *in aliquo benedicere*, nec videtur dubium eſſe quod ex ipſius Hebraicæ Linguæ ingenio duximus; attamen ne qui aliter hæc verba interpretantur queri poſſent ſibi hunc locum ereptum, & quia periphraſi nimis longa utendum fuiſſet, verbum pro verbo convertimus. *Caſtellio* hìc, ex illorum ſententia, tranſtulit: *in te omnes beabuntur orbis nationes.*

Verbum quidem ברך *barach*, ubi de hominibus ſermo eſt, ut plurimum *bene precari* vertimus, ſed ubi de Deo, *benedicere*; cùm ſignificet ubi de Deo adhibetur *bene facere*, & ubi de hominibus id quod modo diximus. At Latinè *bene dicere* eſt oppoſitum τῷ *conviciari*. Similia, in contrariam partem, de verbo *maledicere* obſervari queant. Sed uſus Theologorum omnium Latinæ Linguæ conſuetudini præferri debuit.

Capite VI, 4. Sic habet Moſes: הנפלים היו בארץ בימים ההם *erant Nephilim diebus illis*, ubi *Nephilim* videntur quidem latrones dici; ſed quia prorſus compertum non eſt hujuſmodi homines ſignificari, ipſam Hebraicam vocem ſervandam eſſe judicavimus. Qui poſt Septuaginta Intt. & Vulgatum, verterunt *Gigantes*, illorum ſuſpicioni quidem ſuam ſententiam adſcripſerunt, ſed pondus nullum addiderunt; nam neque ex ipſa re, neque ex vocis notatione ullum argumentum ducere poſſunt, quo Gigantes ſignificari probent. Utrumque contrà noſtræ interpretationi favet, quam tamen in ipſa Moſis verba inferre non ſuſtinuimus.

Simili de ratione, Cap. XLIX, 10. vocem ignotæ ſignificationis *Schiloh*, non converſam, habemus. Ex adnotatis noſtris, ad eum locum, ſatis liquet quid ſonet ea vox nemini nunc conſtare. Qua tamen in re, ſi eligenda eſſet ſententia, in quam pedibus iremus, nihil tutius videretur quàm ut LXX. Interpretum Tranſlationem ſequeremur; quippe quæ minùs Judæorum calumniæ obnoxia eſt, neque ex ſtudio quo partes Chriſtianas ſovemus nata videri poteſt. Atque eodem modo ac illi, in Paraphraſi, ſenſum expreſſimus; ſed in verſione, Hebraicam vocem adhibere maluimus.

VI. Multò major fuit vertendarum Conjunctionum & Præpoſitionum difficultas, propter multiplices ſenſus, quibus ſingulæ in Scriptura occurrunt. Nam cùm Latinorum Conjunctiones & Præpoſitiones pauciora multò ſignificent, certâ quadam ſtructurâ plerumque ita earum coercetur ambiguitas, ut uno tantùm ſenſu intelligi poſſint; Hebræi uni, eidémque particulæ, exiguâ ſitûs ratione habitâ, omnium ferè Latinarum ſignificatus tribuunt. Si igitur adhibeas Conjunctionem, aut Præpoſitionem Latinam, quæ Hebraicæ frequentiſſimè reſpondet, tranſlatio tua auribus Latinis ſæpe abſona videatur. Sin aliam, quod ambiguum eſt in Hebraicis, judicio tuo, ad certum ſenſum flectis. Quocumque te convertas, urgeris iis anguſtiis ex quibus elabi difficillimum eſt; imò verò nemo Interpretum ſeſe expedivit, neque expediet.

Exempli causâ, ו *vau* omnium Conjunctionum loco eſt, occurritque ſi *Chr. Noldio* credimus, LXXIII. ſignificatibus, quorum quidem præcipuus eſt copulativus, ut conjunctionis Latinæ ET. Si tamen ubique ET verteretur, non modò nihil eſſet auribus Latinis intolerabilius, ſed etiam nihil obſcurius, cùm non perinde ſit Latinis an dicas ET, an verò ATQUI, AUT, TAMEN, CERTE, &c. Si autem contingat locum eſſe ambiguum, neque tamen adhiberi ullo modo poſſit Conjunctio ET, quòd nullus inde Latinè exſurgat ſenſus; ad aliam neceſſariò deveniendum eſt, ita ut pro dubio & ſuſpenſo ſenſu, certus ac definitus legendus præbeatur.

Hac in re, ut in aliis plurimis, de-

prehendimus nullâ arte poſſe tranſlationem fieri Scripturæ, in qua ſuum judicium non interponat etiam invitus Interpres; cùm optandum eſſet ita verti Libros Sacros, ut Scriptorum θεοπνεύστων ſenſa, ſeu obſcura, ſeu clara, non noſtræ legerentur conjecturæ. At hoc fieri nequit, propter rationes adlatas; ideóque poſtquàm omnia fecimus, ut mentem Scripturæ quàm fidiſſimè exponamus, aut acquieſcendum eſt in conatibus noſtris, aut adrepto Linguæ Hebraicæ ſtudio ſibi ſatisfaciendum.

Nos quidem conati ſumus ita vertere, ut quàm rariſſimè fieri poſſet judicia noſtra interponeremus, ubi res dubia eſſe poterat, ſed non ſemper licuit ea cautione uti. In Commentariis autem diligenter monuimus, quæ Conjunctio, aut Præpoſitio in Hebraicis verbis legeretur. Vide ad Gen. Cap. VI, 8. VIII, 12. Obſervavimus etiam interdum ſignificatui particularum vim inferri, ſi non ſatis intelligatur, quare certis in locis uſi iis ſint Scriptores Sacri. Vide notata ad Gen. I, 20. Nonnulli ita hoc in negotio ſe geſſerunt, ut eas adhibuerint Latinas particulas, non quæ Hebraicis reſpondent; ſed quas uſurpaſſent, ſi Latinis verbis rem, de qua ſermo eſt, deſcribere ſuo more juſſi eſſent; quæ ratio in maximos circa hæc errores & Interpretes & Lectores conjicere poteſt. Nos verò ita Hebraicas particulas tranſtulimus, ut ab uſitatiſſima ſignificatione nonniſi neceſſariò recederemus, etiamſi aliquando minùs apta erat. Certum enim nobis eſt Gentes omnes eodem modo orationem ſuam non connectere; nec eodem narrationis filo loquentes inducendas, ſi earum ingenium ad amuſſim exprimere velimus. Si hoc ad animum ſæpiùs revocaſſet vir eruditus, qui *Concordantias Particularum* conſcripſit, utile ſanè opus & doctum; ſignificationes, quas Particulis tribuit, non parum minuiſſet. Perſæpe enim hoc tantùm ſpectavit, quæ, nimirum, particula Latina haud incommodè, aut ἐμφατικωτέρως pro Hebraica uſurpari poſſet.

Obſervavit etiam homo doctus ſæpe eas Particulas abundare, aut deficere, quod quidem innumeris indubitatis exemplis comprobavit; quamvis nonnulla interdum poſſint in dubium revocari. Nam ut ſunt loca, in quibus nullum eſt dubium, quin abundent, aut ſuppleri debeant: ſunt in quibus haud levis ſuboriatur dubitatio, quam animo excutere, certâ cognitione veri ſenſûs, non eſt cujuſvis è trivio. Exempli causâ, ſi Geneſ. Cap. XIX, 26. ubi vertimus *& ſtatua ſalis fuit*, ſtatuerimus deficere duas Particulas כ & ב, quæ non raro deficiunt, Hebraica verba ותהי נציב מלח *vatthebi ntſib melahh*, idem ſignificabunt ac ותהי כנציב במלח *& fuit inſtar ſtatuæ in ſalſo ſolo*, qui videtur eſſe ſenſus genuinus, ut oſtendimus iu Diſſertatione de *Statua Salina* huic Operi ſubjuncta. Certè ſubaudiendum ב Gen. XXIV, 23. XXXVIII, 11. & fortè memorato loco ſubauditur, potiùs quàm exprimitur, propter κακοφωνίαν quæ hìc eſſet, ob vocis antecedentis ultimum ב. Similiter כ *ſimilitudinis*, ut Grammatici loquuntur, oſtendimus ad Geneſ. XVI, verſ. 12. ſæpe deeſſe. Attamen ne conjecturam noſtram, invito Moſe, ejus verbis inſerere videremur, verbum pro verbo convertimus. Vide ejuſmodi Ellipſεως exemplum Cap. XXXI, 53.

Exempla adtulimus ad Geneſ. Capite XX, 16. ubi ו vau abundat, in quibus, niſi abundare intelligatur, obſcuritas maxima oritur, quæ ſenſum prorſus occultat. Meniſeſtò παρέλκει Gen. XXII, 4. Imò verò initio librorum interdum abundat hæc conjunctio, ut in primis *Jonæ* Prophetæ verbis; qui certè non eſt magis conjunctus cum *Habdia*, quàm *Habdiat* cum antecedente *Hamoſo*. Unde non nemo perabſurdè collegit, omnes libros Veteris Teſtamenti unius ejuſdémque hominis collectanea eſſe, inter ſe eo modo connexa.

VII. Nos etiam paſſim impedivit perpetua illa narrandi ratio, per præterita aut ſutura conjunctione *Vau* conjuncta. In ea quidem ſatis apparet nullam eſſe ἔμφασιν, & poſſe commodiſſimè participiis Latinorum exprimi, aut Particulis aliis, quibus orationis partes jungunt Latini, ut fecere omnes Interpretes, quamquam alii aliis parciùs. Attamen moleſtiſſimum eſt, in adſtricta tranſlatione, paſſim phraſεως circuitum mutare; nec quidquam, præter neceſſitatem, excuſare hoc poteſt. Itaque Cap. I. Geneſεως omittere Conjunctionem ſæpe coacti ſumus, & convertere Particulis Latinis *verò*, *autem*, *deinde*, *tum*, *enim*, *poſtea*, *dein*, *quoque*, *etiam*, *atque*, & ſimilibus. Alibi participiis uſi ſumus, ut paſſim animadvertent Lectores, qui cum Hebraicis Tranſlationem noſtram conferent. Exempli gratiâ Cap. XXXII. ita eſt connexum; 1. ET *Jacob ivit* —— ET *occurrerunt.* —— 2. ET *dixit Jacob* —— ET *vocavit nomen loci* —— 3. ET *miſit Jacob* ——

4. ET

4. ET *præcepit eis* —— 6. ET *reverſi ſunt nuntii* —— 7. ET *timuit* —— ET *in anguſtiis fuit* —— ET *diviſit* —— 8. ET *dixit*, &c. quod Latinè ferri non poſſet.

Plurimæ ſunt verſiones, potiſſimùm hodiernarum Linguarum, quæ eam Conjunctionem ita ſervarunt, quaſi vim ſingularem orationi adderet; quale nihil umquam Hebraicè ſcientes ſomniarunt. Poteſt tamen, in ſimplici narratione, ferri aliquatenus moleſta illa, in aliis Linguis, conjunctionis repetitio; at in ratiocinatione Gallicis, exempli causâ, verbis expreſſa, non modò aures mirum in modum lædit, ſed ſenſum ita conturbat, ut quod clarum eſt Hebraicè legentibus, Gallis Lectoribus fiat obſcuriſſimum.

Attamen hac in re, ut in aliis, nimia etiam vitanda eſt licentia, ne omiſsâ particulâ, mutatóque aliquatenus orationis circuitu, ſenſus mutetur, aut etiam narratio obliquior, ut ita dicam, fiat. Sic enim minùs peritus Lector nonnulla obiter narrari intelligit, ad alia feſtinante Hiſtorico, cùm non magis ſequentia, quàm quæ obliquiùs exprimuntur, adtendi cupierit. Ita Caput XXXII. ex noſtra tranſlatione, his verbis orditur Moſes: *Jacobus iter ſuum perrexit, occurrerúntque Angeli Dei, quos cum vidit Jacobus, hæc ſunt, ait, Dei caſtra, eíque loco Machanajim nomen impoſuit.* Ex hac narrandi ratione, Angelorum occurſum circumſtantiam eſſe notatu digniorem apparet, quàm ſi ita cum Caſtellione conciperetur: *Jacobus iter ſuum perrexit, in quo cùm ei divini Angeli occurriſſent, ille eis viſis ita dixit, hoc divinum agmen eſt. Itaque locum inde Machanaim adpellavit.*

Hoc quoque incommodum vertentibus obvenit, in ejuſmodi narrationibus, ut initium, progreſſus & conſummatio ejuſdem rei, non unâ modò conjunctione *Vau* connexis Verbis, ſed eodem etiam Verbo exprimantur. Sic in ſuperiore narratione, eſt יעקב הלך *& Jacob ivit*, ubi verbum הלך tam dicitur de initio itineris, quàm de continuatione. Itaque, re poſtulante, vertimus *pergere*. Sed inſigniora exempla legi poterunt in iis quæ adnotavimus ad Cap. VII, 18, 19. & Cap. XLI, 57.

VIII. JAM diximus ſuperioris Diſſertationis §. VIII. nos Maſſorethicum Codicem in tranſlatione noſtra expreſſiſſe. Quamvis autem numero ſingulari *Codex* dicatur, poſſent *Codices* adpellari, cùm eo nomine complectamur & lectiones quæ in ipſa orationis ſerie ſunt, & quæ in margine occurrunt, quæ ex duobus Codicibus profluxerunt; niſi quis velit τὸ קרי ex conſuetudine legendi, in Tiberiadenſi Synagoga recepta, manaſſe, *orali quadam traditione*, ut loqui ſolent; כתיב verò fuiſſe ipſam lectionem, in venerandæ antiquitatis Codice ſcriptam. Quomodocumque res ſe habeat, meritò ab Interpretibus ferè omnibus, inter ſe duas illas lectiones comparatas, & quæ melior videbatur prælatam fuiſſe cenſemus, atque ita nos geſſimus. Sæpe quidem τὸ קרי commodiorem lectionem præbet, quàm τὸ כתיב; ſed hoc quoque non rarò altero melius eſt. Exempli causâ, Gen. Cap. VIII, 17. eſt in contextu הוצא in margine היצא, ſed prius manifeſtò melius eſt, & efferendum הוצא *hotſe*, quod regulare eſt, cùm alterum ſit contra regulas. Samariticus habet etiam הוציא. Si τὸ כתיב ſervaretur cum punctis, diceremus eſſe Syriſmum efferendum *hautſe*, ſed puncta τῷ כתיב nullo modo conveniunt τῷ קרי. Cùm hoc & multa alia id genus animo penſitatem, ſæpe ſuſpicatus ſum eodem modo ſe geſſiſſe, in hac ſua arte, Rabbinos, quo modo ſe in ſua geſſiſſe ferebantur Græci Rhetores; *ne parum multa ſciſſe viderentur, ea conquiſiiſſe quæ nihil adtinebant, ut ars difficilior cognitu putaretur.* At Cap. XXIV, 33. in contextu ſine dubio vitioſè eſt ויישם, pro quo debet legi margini adpoſitum ויושם, quod mirum eſt non additum etiam Cap. L, 26. cùm utrobique eodem modo ſcriptum ſit in Samaritico Codice. Plura exempla non addemus, cùm, inſpectis Bibliorum marginibus, in promtu ſint.

Ceteroqui ſemper punctationem Maſſoretharum ſequuti ſumus, niſi quòd, poſt omnes Interpretes, Accentuum nullam rationem habuimus, ſenſum tantùm & ſtructuram vocum ſequuti. Non repetemus hic quæ à viris doctiſſimis hac de re dicta ſunt; legendum duntaxat Cap. XXIII. Libri II. *Theſauri Buxtorfiani*, ubi doctrinam Rabbinorum proponit, ut quod modò de iis dicebamus pro comperto habeatur; nempe, peritiam quamdam abſtruſiorem à Magiſtris hìc venditatam, & ſpinis datâ operâ rem per ſe facilem obſeptam. Vel duo prima vocabula Geneſeos omnem illam doctrinam confutant.

Majoris eſt momenti diſtinctio *verſuum*, ut vocantur, quam tamen non eſſe à manu Prophetarum *Elias Levita* Judæus, & plurimi Chriſtiani oſtenderunt. Ac ſanè, in

in MSS. Codicibus Veterum Interpretum, nulla eſt; nec pluribus in locis eſſe poteſt, quin divellatur non dicam periodus, ſed Verbum à regimine, quod abſonum eſt. Vide Geneſ. Cap. XXII, 17, 18. Igitur quamvis propter conſuetudinem, & quòd faciliùs loca citata quæri poſſint, numeris Arabicis, verſus diſtinxerimus; ſenſûs tantùm, in interpungendo, rationem habuimus. Modò deſinit Periodus (ſi Periodi vocari queant membra orationis, in Verſione Latina Hebraici libri) unà cum verſu, modò ulteriùs porrigitur. Interdum etiam in medio verſu incipit, aut clauditur, prout Latinè loquentibus commodum viſum eſt.

Animadvertet etiam Lector, in noſtra Tranſlatione & Paraphraſi, duo alia diviſionum genera, quorum ratio reddenda eſt. Non ſemper Capita ſequuti ſumus, in Sectionibus diſtinguendis, quamvis ea in ſumma pagina & in margine, ob receptum morem, notaverimus; ſed argumentum in Sectiones majores aut minores, pro nexu rerum quæ narrantur, diviſimus. Quod à nobis factum, ut & unâ ſerie totum argumentum, & quod in Commentario ad id ſcripſimus uno ordine legi poſſet; quòd meliùs & Scriptor divinus, & quod ad eum adnoravimus eo pacto intelligi videretur. Judæi etiam ſuas habent Sectiones, à Capitibus noſtris planè diverſas, quas in lectione publica Synagogarum ſequuntur.

Præterea in ſingulis Sectionibus plures ſunt, quamvis prolixiores, *Paragraphi*, ut hac Juriſconſultorum voce utamur; quos putavimus orationis perſpicuitati, & legentium utilitati inſervire poſſe. Cùm enim ratiocinationes ſingulæ, aut variæ partes narrationis, non quaſi uno ſpiritu continuantur cum aliis, ſed intervallis certis dividuntur; faciliùs & partes & ſeriem orationis intelligimus, memoriæ mandamus, &, ſi neceſſe ſit, animo relegimus. Hinc factum ut & Grammatici olim, ad Chororum varias partes in Tragœdiis diſtinguendas, & Juriſconſulti, ad capita Legum ſecernenda, *Paragraphis* uſi ſint. Igitur quamvis in MSS. & Editionibus, nullæ adpareant ejuſmodi diſtinctiones (Judaicas enim non moramur) adhibendas eas cenſuimus; qui nihil ſperni oportere, quod ad perſpicuitatem & commoditatem legentium conducat, exiſtimamus.

Nec quiſquam, ut opinor, haſce noſtras diviſiones reprehendet, quaſi ei rei contrarias, quam anteà profeſſi ſumus, ſequuturos nos Maſſorethicos Codices. Hæc enim, quamquam ad perſpicuitatem & ordinem multùm pertinent, attamen in lectione & prolatione ſingulorum vocabulorum nihil mutant; quibus in rebus emendatiſſimos nobis videri eos Codices dicebamus.

Nobis etiam fraudi, credo, non erit, quòd multorum ex recentioribus Interpretibus exemplum ſequuti, nomina propria non ſemper ſcripſerimus, ut leguntur hodie à Judæis, ſed ut in Eccleſia Chriſtiana proferri ſolent. Ita ſunt aures noſtræ hiſce adſuetæ, ut vix jam ferre poſſimus aliter loquentes, aut ſcribentes, quis enim ferat dicentem *Chenahan*, *Jitſchak*, *Jahakob*, *Moſcheh*, *Jehoſchouha*, &c. quemadmodum ea nomina à Judæis, ex Linguæ ſuæ ingenio, proferuntur? Sunt etiam plurima, quæ à LXX. Intt. aliter legebantur, quàm lecta ſunt à Maſſorethis, ut *Jeruſalem*, non *Jeruſalaim*, *Nabuchodonoſor*, non *Nebucadnetſar* & ſimilia. Utri rectiùs pronunciarint, nunc non quæremus, non enim rem ipſam, ſed Eccleſiarum Chriſtianarum ab ipſo initio conſuetudinem ſpectamus.

Hoc tamen obſervavimus, ut nomina tantùm celebriora & frequentiora more Chriſtiano efferremus, reliqua verò minùs nota & rariora more Judaïco; quia plerumque in Codicibus Græcis & Latinis non ſatis rectè ſcripta videntur. Sicubi aliter factum, animo rebus ipſis nimiùm adtento, nec ſatis propterea vocum obſervanti, non certæ voluntati, tribui debet.

Ad litteras quos adtinet, eas ut Veteres extulimus, hoc eſt, ב ſemper ut B Latinum; ז ut Z; ח ut χ, quod proximè accedit ad duplicem adſpirationem Hebraicæ litteræ, quam in Commentario duplici H expreſſimus, ubi quomodo voces Hebraicæ proferrentur ſcripſimus; ט ut T; י ut J conſonantem Gallorum; כ ut χ; ע ut H, quamvis ſonus ſit diverſus, quia nihil commodius occurrebat; פ ut φ Græcorum; צ ut TS; ק ut K; שׁ & שׂ eodem ſemper modo, hoc eſt, ut CH effertur à Gallis, SCH à Germanis, SH ab Anglis; ת denique ut ϑ Græcum. Poſſemus earum pronunciationum rationem reddere, niſi prolixiore diſſertatione opus eſſet. Interea adiri poterit ab iis, quibus hæc non ſatis nota ſunt, *Alphabethum Ebraicum Vetus Joannis Druſii*. Verùm in nominibus celebrioribus, ut jam dixi, majorem rationem conſuetudinis, quàm poteſtatis litterarum

habui-

habuimus, litteráſque Latinorum adfines adhibere aliàs ſatis habuimus.

IX. Quandoquidem, poſt multos alios, Libros Hebræorum Sacros convertere, Commentariiſque illuſtrare adgreſſi ſumus; non diffitebimur nos aliorum laboribus perpetuò uſos, nec exiguum ex iis auxilium duxiſſe. Primùm Tranſlationes veteres & recentiores plurimas, in locis difficilioribus, ſemper conſuluiſſe me profiteor; ſed ita tamen, ut nullius fidei, recentiorum potiſſimùm, cæco adſenſu crederem. Voces omnes & & phraſes, ſi quid difficultatis occurreret, haud multò minùs penſitavi, quàm ſi nemo quem ſequerer præiviſſet; ideóque earum rationes, quas habui perſpectas, expoſui. Eſt tamen magnum diſcrimen inter veteres Verſiones, & recentiores ſtatuendum, quod accuratè obſervavimus; cùm enim, ut diximus in ſuperiore Diſſertatione, vocum & phraſium ſignificationes, ex uſu Linguarum florentium, Chaldaicæ, Syriacæ atque Arabicæ, Veteres cognoſcere potuerint Interpretes; ſola etiam horum auctoritas ſperni non poteſt, quando nullâ ratione grammaticâ oppugnatur. Recentiorum verò ſuffragia, rationibus deſtituta, flocci fieri debent, quia non niſi ſtudio, quali nos utimur, ſenſum Scripturæ cognoſcere potuerunt; ideóque judiciorum ſuorum rationem niſi reddant, non poſſunt admitti. Hæc cauſa potiſſima nobis fuit, cur rariſſimè ex novis Tranſlationibus teſtimonia peteremus; quia, allatis certo modo vertendi validis rationibus, ſeu faveat, ſeu contraria ſit earum Verſionum auctoritas, nullius prorſus eſt per ſe ponderis. Quod ita capi nolim, quaſi eas ſpernam, quibus magno cum fructu uſus ſum; ſed quod verum eſt profiteri oportebat, ut intelligerent Lectores, quare tam raro earum teſtimonia adduxerim. Præterea non poterant, ſine legentium tædio, & prolixitate nimia, conferri omnes aut pleræque verſiones; nec fortè, ſæpiùs quàm optarem, ſine malevolorum invidia, reprehendi. Itaque recentiores omnes miſſas facere maluimus, atque ex veteribus tantùm teſtimonia proferre, eáſque inter ſe comparare; quamvis multùm abſit, ut accuratam collationem inter eas inſtituerimus. Prolixioris hoc eſſet operis, & laboris ab hoc noſtro diverſi, in quo quid ſibi voluerint Scriptores Sacri, non quàm ſæpe & quantopere ab eorum mente aberraſſe videantur Interpretes, quæſivimus.

Multorum etiam adnotationes & Commentarios conſuluimus, & longe plurium, qui ſeorſim de rebus ſactis ſcripſerunt, variáque loca Scripturæ illuſtrarunt, libros perlegimus. Ex iis omnibus quæcumque nobis innotuerunt, & neceſſaria viſa ſunt, in Commentarium noſtrum tranſtulimus; ac nomina quidem poſteriorum plerumque recitavimus. Ad eos verò quod adtinet, qui ordine in Libros Sacros ſcripſerunt, rariùs eorum nomina protulimus; quia faciliùs poſſunt conſuli, & ex eorum libris ampla collectanea omnium manibus teruntur. Hoc potiſſimùm ſpectavimus ut obſervationes referremus, quibus Scripturam illuſtrari putabamus; non nominibus, quorum nulla eſt, in hoc rerum genere, auctoritas, opus noſtrum augeremus. Alios tamen, qui Commentarios perpetuos non ſcripſerunt, ſæpiùs ut dicebamus, nominatim adpellavimus, cùm grati animi cauſâ, quòd nonnulli eorum multò majora auxilia nobis ſuppeditarint, quàm omnes Commentariorum Scriptores; tum quòd eorum ſententiarum ſumma capita dumtaxat ut plurimum legenda præbeamus, nec ſupervacuum eſſet ubi pleniùs legi poſſint indicare. Eminet inter alios vir longè doctiſſimus *Sam. Bochartus*, qui in *Geographia Sacra & Hierozoico* permulta Vet. Teſtamenti loca meliùs interpretatus eſt, quàm quiſquam antea fecerat. Itaque paſſim eum laudavimus, expoſitáque breviter ejus ſententiâ, Lectore ad fontem amandavimus. Sed cùm ei laudes, quas meritus eſt ſummas, ubique tribuerimus; ſicubi tamen à vero aberrare videbatur, hominem modeſtè confutavimus, oſtendimúſque multis in locis meliora potuiſſe dici, quàm quæ dixerat. Quod obſervamus, ne quis malignus, aut invidus nobis objiciat virum ſummum à nobis temerè exſcriptum fuiſſe.

Jam partim §. II. Commentarii noſtri inſtitutum aperuimus; addemus tamen hîc interpretationibus eum habitum fuiſſe à nobis delectum, ut eas tantùm referremus quæ veriſimillimæ omnium viderentur, & firmamenta quibus nituntur exponeremus; omiſſâ aliarum confutatione, niſi perpaucarum, in locis difficilioribus, & quæ etiam paucis verbis fieri poſſet. Immane opus, & (audacter dicam) parum utile adgreſſi nobis videremur, ſi omnes ordine proferendæ fuiſſent ſententiæ, earum rationes addendæ, confutandæ ſingillatim quæ parum veriſimiles viderentur; & adſtruenda ac de-

ſendenda, quam ſolam veram aut veriſimillimam exiſtimaſſemus. Ejusmodi opus mole omnia, quæ adhuc in Scripturam edita ſunt, multùm ſuperaret, & Lectores obrueret potiusquàm juvaret. Infelices eſſent profectò, qui Scripturam illuſtrare adgrediuntur, ſi omnium qui priores ſcripſerunt, dumtaxat quia priores fuerunt, opiniones & conjecturas proferre & confutare cogerentur. Infeliciores etiam Lectores, ſi nullum certum de Scripturæ ſenſu ferre poſſent judicium, niſi auditis omnibus omnium ſuffragiis. Utriſque certè omne Scripturarum ſtudium eſſet abjiciendum, cùm nulla vita ei labori ſat longa futura eſſet. Itaque judicio noſtro uſi interpretationes ſelegimus, quas in dubiis locis proferremus, atque expenderemus; quod tamen indicio nemini debet eſſe ſpretarum omnium aliarum, quæ aut in lucem editæ ſunt, aut in ſcriniis Eruditorum latent. Quamvis enim ſæpe, humani ingenii communi vitio, & propriâ etiam culpâ errare nos potuiſſe fateamur; facilè fit ut animum pluribus occupatum multa fugiant, multa oblivio deleverit è memoria, multáque ſint edita optima interpretamenta, de quibus ne fando quidem audivimus.

Quàm difficulter veriſimilem interpretationem, in dubio ſenſu, ſpernamus, facilè intelligent qui quàm ſæpe ἐποχὴν adhibeamus animadvertent; quod jam antea monuimus, nec repeti neceſſe eſt.

X. Cum Hebraica Lingua, qualis ad nos pervenit, modico V. T. volumine contineatur, in quo plurimæ ſunt voces & phraſes ſemel tantùm occurrentes, aut rariores, neque ex locorum ſenſu ſatis dilucidæ; confugiendum nobis ſæpe duximus ad vicinarum Linguarum auxilium, quod cum ſumma laude à viris doctiſſimis ante nos factum videbamus. Si ex omnibus Linguæ Latinæ Scriptoribus, nobis unus, exempli causâ, ſupereſſet *Livius*, dubium non eſt quin plurima obſcuriſſima in eo futura eſſent loca; quæ Linguis, Italicâ, Hiſpanicâ, & Gallicâ feliciter exponi poſſent; ſuperſunt enim, in iis Linguis, radices aut derivata innumerorum vocabulorum Latinorum, quæ illuſtrando *Livio* inſervire poſſent.

Igitur eruditiſſimi homines, non ſine ratione, nec infelici ſucceſſu, ad Linguarum aliarum Orientis ſubſidia confugiendum ſibi eſſe cenſuerunt; cujus rei unus *Sam. Bochartus* plurima ſuppeditabit exempla. Legantur etiam quæ ſcripſimus de vocibus תהו ובהו ad Gen. Cap. I, 2. רקיע ad verſ. 6. פישון Cap. II, 11. שהם ad verſ. 12. ישופך Cap. III, 15. ידון Cap. VI, 3. בשר ad verſ. 12. תיבה ad verſ. 14. חרף Cap. IX, 22. פתח ad verſ. 27. פרעה Cap. XII, 15. שדי Cap. XVII, 1. נאם Cap. XXI, 16. ודיר Cap. XXIV, 65. נפתולים Cap. XXX, 8. תקע Cap. XXXII, 25. שרית ad verſ. 28. נשה ad verſ. 32. חרטמים Cap. XLI, 8. &c.

Non poteſt tamen id auxilium temerè vocari, quia ſæpe contigit ut in adfinibus Linguis vocabula ſimilia diverſiſſimæ ſint ſignificationis, quod in hodiernis Linguis crebrò occurrit. Italicè, exempli causâ, *abbacinare* eſt *occæcare*: Gallicè *baſſiner*, *abluere*; Italicè, *abbellare*, *placere*: Gallicè, *embellir*, *ornare*; Italicè *abbronzare*, *ſiccare*: Gallicè *bronzer*, *denigrare*. Infinita ſimilia quodvis Lexicon evolventibus, & duas illas Linguas conferentibus, occurrent. Atque hoc ipſum, in Latinorum Scriptorum interpretatione, eos quorum Linguæ ex Latina factæ ſunt non rarò fefellit, dum derivata ex Latinis vocabula aliud ſignificant. Sic cùm Latini, voce *exterminare*, finibus, ſive *terminis* ejicere intelligant, Italis *eſterminare*, Gallis *exterminer* eſt ad internecionem delere, quæ multùm differunt. Itaque ſi quis Gallus aut Italus *exterminatos Reges* P. Valerii Publicolæ virtute, apud *Ciceronem*, in Orat. pro L. Flacco, legat, niſi doctior ſit, facilè ſibi perſuadeat verti poſſe voce Linguâ ſuâ uſitatâ; cùm tamen non occiſos Reges, ſed ejectos à Valerio *Cicero* ſignificet. Quin & vir doctiſſimus *Deſ. Heraldus* ad *Arnobii* Lib. I. Pag. 2. in mendo cubare locum ejus Scriptoris exiſtimavit, quia hanc vocem ex Gallica Lingua intellexit. *Exterminati ſumus dum longè*, inquit Arnobius, *examina mœrorum tanta mortalium ſunt importata ſæculis*; hoc eſt, poſtquàm Chriſtiani, Judæi terminis egreſſi, per imperium Rom. ſparſi erant, malorum incredibilium cohortem, ſi Gentilibus fides habeatur, miſeris mortalibus incubuiſſe. *Mirum eſt*, ait *Cl. Salmaſius*, in Comm. de Manna, *Græcos μάννας vocabulum ab Orientalibus acceptum non pro illo melle cœleſti in grumulos concreto id uſurpaſſe, ſed pro grumulis Turis; ſed in omnibus fermè linguis ac nationibus ſollemne, ut vocabula quæ ab aliis mutuantur, interdum proximo, interdum alieno ſignificatu ponant. Hoc norunt ſatis Linguarum periti.* Innumera talia rem paullò curioſiùs inveſtigantibus occurrent.

Itaque voces Hebraicæ tum demum certò ex vicinis Linguis exponi poterunt, cùm eò ſenſus & circumſtantiæ locorum neceſſariò Interpretem deducent; neque enim ſoni & ſignificationis adfinitas eam

in

in rem ſatis eſſe poſſunt. Neceſſe eſt, priusquàm ad aliam Linguam confugiamus, conſtet nobis voci, quam ex ea interpretari volumus, ex Hebraicæ Linguæ cognitione, qualem hodie comparare poſſumus, nullam poteſtatem commodam tribui poſſe. Alioqui procul quæreremus, quod in promtu eſſet. Videtur etiam cupiditas extollendi ſummi uſus Linguarum Orientalium, quas labore ſanè maximo didicerant, viros doctos non raro eò adduxiſſe ut nominum Hebraicorum radices in iis fruſtra aliquando quærerent. Vide hujus rei exempla, in Comment. noſtro ad Gen. Cap. I, 1, 26.

XI. Certissima videtur obſcuriorіs vocum ſignificationis eruendæ ratio, ex collatione locorum petita; cùm enim ubicumque vox quæpiam occurrit, aptiſſimè convenire certam ſignificationem videmus; vix nobis temperare poſſumus, quin veram eam eſſe putemus. Atque hoc à recentioribus Interpretibus, Lexicis & Concordantiis inſtructis, multò feliciùs quàm à veteribus, qui iis auxiliis carebant, præſtitum eſt. Attamen eò uſque progreſſi non ſunt, ut diligentiæ noſtræ nihil reliquerint. Vide quæ hac de re monuimus ad Gen. I, 6. Quid autem per totum opus præſtare conati ſimus, ex ejus lectione liquebit, & quanti ſit laboris ea collatio, intelligent quicumque experientur. Ambiguitates quibus ſcatent Hebræorum ſcripta, & innumera ἀκυριολογίαι, quæ in iis occurrunt, non leve negotium faceſſunt. Si ſumſeris quaſi exploratum, ut faciunt multi, qui numquam ſtudioſè eos legerunt, ſtylum eſſe accuratum, quæ ejusmodi fundamento inædificaris omnia corruent. Si memineris κυριολογίας negligentiſſimos fuiſſe Hebræos, multæ paſſim, de propria vocum ſignificatione occurrent dubitandi rationes. Vide not. in Exod Cap. XXIX, 24. XXIV, 18.

XII. Ex vocum origine, quando certò cognoſci poteſt, non obſcura ſæpe lux adfulget, ad verum earum inveniendum ſignificatum. Ideóque Interpretes omnem lapidem moverunt, ut obſcurarum dictionum Etymologias, ſi poſſent, invenirent. Exempli causâ, oſtendimus quid ſignificet vox *Pharaho*, inventâ ejus apud Arabas radice, ad Gen. Cap. XII, 15. Quinam dicantur חרטמים *hhartumim* Gen. XLI, 8. docuimus, ex ſignificatu vocum quibus conſtat. Invenimus quænam ſint ſpicæ, quæ צנמות *tſenoumoth* vocantur eodem C. verſ. 23. Quæ à nemine, quem norimus, antea indicata fuerant.

Ex eodem fonte plurima hauſit *Sam. Bochartus*, quibus feliciter uſus eſt, ad indicandas Gentes, quæ priſcis nominibus adpellantur Gen. Cap. X. quibus & nonnulla adjecimus, cùm ut ea quæ dixerat novis argumentis firmaremus, tum etiam ut alia confutaremus. Vide quæ diximus de *Tibarenorum* nomine ad verſ. 2. de *Rhiphæis* & *Thogarma* ad verſ. 3. de *Tharſi* & *Chitthim* ad verſ. 4: *de Numidis* & *Mauris* ad verſ. 6. de *Chaſluchæis* & *Caphthoræis* ad verſ. 14.

Verùm hîc quoque cavendum, ne vocum adfinitas nos decipiat; quod ne fiat conjungenda eſt, ubi licet, cum notatione, Hiſtoria, ut fecit *Sam. Bochartus* & nos ſæpe conati ſumus. Vide, exempli causâ, notata de *Charrarum* nomine ad Gen. Cap. XI, 31. Cavendum pariter ne ex ſola etymologia ratiocinationes deducamus, ut faciunt ſæpe Rabbini, qui paratas hiſtoriolas habent inde confictas. Sæpe voces ex primigenia ſignificatione in alias ita migrarunt, ut de earum origine non ampliùs cogitent qui iis utuntur. Vide quæ diximus de vocula פן ad Gen. Cap. III, 3. Illuſtria ejus rei ſunt exempla voces Græcæ προσκυνεῖν & χειροτονεῖν, ut oſtenderemus, ſi de Græca Lingua hîc ſermo eſſet.

XIII. Hisce potiſſimùm auxiliis, ut cetera prætermittamus, inſtructi nos accinximus ad convertendum, & Commentariis illuſtrandum Vetus Teſtamentum. Idem quidem ante nos, præſertim ſæculo à Chriſto nato XVI. & XVII. initio, viri doctiſſimi, non ſine meritis laudibus, præſtiterant; ſed ſi verum dicere liceat, non illis quidem ingenium, aut diligentia defuit, ſed duo præcipuè, quominùs poſteris diu ſatisfacere poſſent, obſtiterunt.

Primum eſt inopia ſubſidiorum, quibus nunc cincti ſumus; poſſumus enim de XVII ſæculo præfiſcini dicere, dum labitur, ampliùs eſſe laboratum in Philologia Sacra exornanda atque expolienda, quàm per duo annorum millia antea factum fuerat. Hinc nata plurima præſtantiſſima opera, quibus ad intelligendos Scriptores Sacros via nobis munita eſt. Hoc & Biblia Polyglotta, Lexica, & Libri omnis generis, quibus ornatæ ſunt noſtræ Bibliothecæ, eorum antea indigæ, ſatis ſupérque teſtantur; & lectio operis noſtri, ubi paſſim laudantur, oſtendet.

Alterum eſt, ſæculo XVI. propter controverſias recens inter Chriſtianos natas,

omnium ingenia ad theologica, magis quàm ad grammatica ſtudia, fuiſſe converſa; Interpretéſque in confutandis erroribus, ut quidem putabant, magis quàm in ſimplici & critica verborum enarratione, fuiſſe occupatos. Non dicam hac ſtudiorum viâ, eò deduci viros ingenio & eruditione alioqui præſtantes, ut imprudentes doctrinas veras quidem illas ſæpe & Religioni Chriſtianæ conſentaneas, ſed alienis locis, quærant, quamquam nihil certius eſt; ſed tantùm ſic fieri ut ſubſidia pleraque, intelligendis Linguis neceſſaria, negligantur, cùm humana mens omnia ſimul complecti nequeat. Qui legerunt Commentarios celeberrimorum prioris ævi Theologorum, eorúmque tranſlationes expenderunt, quàm vera ſint quæ dicimus intelligent, & iis qui numquam adſpexerunt, probare fruſtra ſatageremus.

Qui maximum ſtudium adhibuerant toti ferè à nuperis Grammaticis Judæorum, & recentioribus Rabbinis pendebant, ceteris Critices auxiliis parum inſtructi. Neglectum vulgò fuerat à Theologis Critices ſtudium, ſine qua in interpretatione Scripturæ Sacræ in multas hallucinationes nemo non labatur; hæc enim ars non tantùm rectæ interpretationis ſola accuratos Canones tradit, ſed & paullatim ingenium excolit & adſuefacit ad judicium ferendum de ejusmodi rebus; quæ cultura, quæve conſuetudo ſi abſint, vix quiſquam ſatis certò egregii Interpretis munere defungi queat. Hoc cùm omnibus nunc notum ſit, pluribus non perſequar, ne Majorum noſtrorum famæ detrahere videar. Quis eorum hiſtorias rerum Orientalium, Hebræis vicinorum, & quæ ad eorum mores, opiniones & regiones pertinentia apud Veteres leguntur, XVI. ſæculo Scripturis illuſtrandis adhibuit? *Vel duo* certè, ut ille ait, *vel nemo.* Monuerat tamen *Hieronymus*, ſed vix auditus, *aliud eſſe proprios libros componere, verbi gratiâ, de avaritia & de fide, de virginitate, de viduis, & ſuper unaquaque materia teſtimoniis Scripturarum hinc inde quæſitis eloquentiam jungere ſæcularem, & penè in communibus locis pompaticum jactare ſermonem; aliud in ſenſum Prophetæ & Apoſtoli ingredi, intelligere cur ſcripſerint, quâ ſententiam ſuam ratione firmaverint, quid habeant in Veteri Lege proprium Idumæi, Moabitæ, Hammonitæ, Tyrii, Philiſthiim, Ægyptii & Aſſyrii* —— *Neceſſe eſt enim*, inquit, *juxta diverſitates locorum & temporum, & hominum quibus ſcripta ſunt, diverſas & cauſas, & argumenta & origines habeant.* At nec temporibus *Hieronymi*, nec poſtea quiſquam ſatis, ante XVI ſæculum, hæc adtenderat; quibus rebus factum eſt ut amplam meſſem nobis, in hoc rerum genere, Majores noſtri reliquerint, & accuratiores tranſlationes, enarrationéſque Sacrorum Librorum procudere, iis alioquin ingenio, eruditione & induſtriâ inferiores, poſſimus. Illorum ævo, theologica atque ethica dogmata vix ſatis inculcari poterant; nunc vero notiſſima illa omnia cùm ſint, non opus eſt ampliùs iis immoremur. Igitur ad interpretandi genus, quod hac Diſſertatione deſcripſimus, nos contulimus, & Leges nobis poſitas ſanctè obſervare conati ſumus. Quid verò præſtiterimus eorum erit judicium, qui hæc ſtudia animo veritatis cupido coluerint; quorum cenſuræ opus hoc noſtrum ſubjicimus libentes, eorum conſiliis & caſtigationibus gratiſſimo animo uti parati. Malignis verò, lividis, aut etiam imperitis quæ non intelligent carpturis meliorem mentem optamus.

III. DIS-

III.

DISSERTATIO

DE

SCRIPTORE PENTATEUCHI

MOSE,

Ejuſque in ſcribendo Conſilio.

I. Neceſſitas agendi de Scriptore Pentateuchi. II. Tria rerum genera in Pentateucho legi, 1. ante Moſem geſta: 2. res geſtas Moſis, ab eo ſine dubio primùm ſcriptas: 3. quædam quæ Moſis ævo poſteriora ſunt, aut videntur. III. Expenduntur quæ Moſe recentiora nonnullis viſa ſunt. IV. Pauciſſima eſſe quæ ejuſmodi meritò videri queant, nec propterea à Moſe poſſe Pentateuchum abjudicari. V. Quis illa addiderit incertum eſſe. VI. Conſilium Scriptoris noſſe magni eſſe momenti, ad intelligenda ejus Scripta. VII. Animus Moſis, in ſcribendo Pentateucho.

I. SUPERIORES duæ Diſſertationes non magis ad Libros Moſis, quàm ad reliquos Veteris Teſtamenti pertinent. Nunc de Moſaicis Scriptis, omiſſis aliis, paucis agendum eſt; neque enim quæſtio hoc ſæculo mota, an Moſes Pentateuchum ſcripſerit, indicta prætermitti à nobis poteſt. Scriptores notiſſimi Pentateuchum aut prorſus à Moſe abjudicarunt, aut certè quale ad nos pervenit, totum ejus eſſe negarunt; nos verò, in hiſce noſtris Commentariis, ut ab antiquiſſimis temporibus fieri ſolet, eos Libros ſemper Moſi tribuimus. Itaque utra ſententia vero ſit convenientior, videndum nobis eſt; quod quod nos quidem ita inquiremus, ut ſolis rationibus, non invidiâ, aut maledictis contra aliter ſentientes pugnemus, nec ἀμετρίᾳ τῆς ἀνθολκῆς etiam manifeſta negemus; quomodo nonnulli, in hac Controverſia, fecerunt. Poſteaquàm verò Pentateuchum Moſis eſſe opus evicerimus, conſilium ejus in eo ſcribendo inveſtigabimus. Dubium eſſe nequit, quin utrumque magni ſit, ad intelligendos hoſce libros, momenti; & cùm non poſſet ſatis commodè in Commentario fieri, in hac Diſſertatione à nobis, quàm pauciſſimis verbis poterit, tractabitur.

II. SUNT in Libris Moſis tria rerum genera, de quibus agendum hîc nobis eſt; de duobus prioribus breviùs, de poſtremo paullò prolixiùs. Primum eſt rerum, ante Moſem natum, aut ſaltem adultum, geſtarum. Ejuſmodi eſt hiſtoria, quam Liber Geneſeως complectitur, & initium Exodi. In hiſce (ſi loca quædam excipias, de quibus poſtea videbimus) nihil eſt quod per ſe Moſem ſcriptorem reſpuat. Nemo dubitat quin Mundi originem, & quæcumque geſta narrantur ad Moſis uſque parentes, ab eo ſcribi potuerint. Quærunt dumtaxat Eruditi an reverâ Moſes hæc ſcripſerit; an, ſi ſcripſerit, primus ea litteris conſignarit; an verò quæ habet ex antiquioribus monumentis, quæ poſtea intercideritn, hauſerit.

Si primus hæc ſcripſit Moſes, numquam antea litteris mandata, oportet quæ habet ei ſint à Deo revelata; aut ab hominibus, qui ea memoriter tenerent, narrata, neque enim aliter ei innoteſcere potuerunt. Nuſquam autem ſibi hæc à Deo patefacta dicit, neque, quamquam fieri potuit, quiſquam, Moſe tacente, pro comperto adfirmare ſuſtineat; præter Rabbinos, quos numquam

mentiri puduit, & quos proinde non moramur. Memoriâ verò tot nomina, tótque annorum ſummas potuiſſe ſervari, vix credibile videtur. Veriſimilius eſt Patriarchas vetuſtiores Scriptis ea conſignaſſe, & poſteris etiam commendata reliquiſſe; quo factum ſit, ut cùm in Moſis manus perveniſſent, ea deſcribere & cum ætatis ſuæ hiſtoria connectere adgreſſus ſit; quo conſilio poſtea videbimus. Qualia porrò & quot fuerint ea Scripta ii demum dixerint, qui iis temporibus vivebant, ſi ad vitam revocarentur. Conjecimus nonnulla carminibus ὁμοιοτελεύτοις, qua in re ſitam eſſe Hebræorum Poëſin aliquando oſtendemus, ſcripta fuiſſe. Vide not. ad Cap. III, 24. & Cap. VII, 11. Certè apud omnes penè Gentes, antiquiſſimarum hiſtoriarum fragmenta verſibus continebantur, ut oſtenderunt viri docti. Apud Hebræos etiam, tempore Moſis, uſitatum fuiſſe conſtat ut magnarum rerum memoria carminibus celebraretur, quæ memoriter diſcebantur. Vide cantica Moſis ipſius, quæ exſtant Exod. XV. & Deut. XXXII. Quinimo ipſe Deus poſterius ab Iſraëlitis addiſci juſſit, Deuteron. XXXI, 29. Nec mirum videri debet Poëſeωs initia ad tam priſca tempora referri, cùm Muſica ante Diluvium, inventione aliquot inſtrumentorum, excoli cœperit, ut docet Moſes Gen. IV, 21. Credibile etiam eſt aſsâ voce cœpiſſe homines canere, antequàm de inſtrumentis muſicis cogitarent. Verùm ut nonnulla carminibus ſcripta eſſe potuerunt, quæ longævi Patriarchæ memoriâ tenuerint; Chronologia, tot annorum calculo conſtans, verſibus includi potuiſſe vix videtur. Meminit etiam Moſes *libri bellorum Jehovæ*, de quo agemus ad Num. XXI, 14.

Alterum genus rerum, quæ in Pentateucho leguntur, à Moſe ipſo ſcriptum conſtat. 1. Legem eum ſcribere juſſit Deus, atque eam reverâ ſcripſiſſe dicitur Moſes. Exod. XXXIV, 27. Deus, prolatis potiſſimis Legis præceptis, ita Moſem alloquitur: *Scribe tibi hæc verba, nam ad hanc verborum formulam fœdus tecum & cum Iſraële pango.* Exodi verò Cap. XXIV, 4. poſt multas Leges latas, dicitur Moſes *ſcripſiſſe omnia verba Jehovæ*, & ſæpe mentio fit libri Fœderis aut Legis, ut verſ. 7. ejuſdem Cap. Deut. XXVIII, 58. *dabis*, ait Moſes, *operam ut facias omnia verba Legis hujus ſcripta in hocce libro* בספר הזה, quem fortè tum manibus tenebat. Vide & verſ. 65. Cap. XXIX, 20, 27. ubi minæ in eo ſcriptæ dicuntur. Eum tradit Moſes Levitis Cap. XXXI, 9. jubétque verſ. 26. ad latus Arcæ fœderis reponi, *ut ſit teſtis* in Iſraëlem. Ejuſdem libri, quaſi omnes divinas Leges complexi, mentio fit poſt mortem Moſis Joſ. I, 8. ubi Joſua à Deo jubetur eum Librum in ore habere, hoc eſt, perpetuò lectitare, & ex ejus Legibus populo jus dicere. Vid. & Cap. VIII, 31.

Judæi quidem voce תורה thorah, *lex*, ſolent totum Pentateuchum intelligere, attamen ambiguam eſſe, & pauciores aut plures leges poſſe ſignificare certum eſt. Sic Joſ. VIII, 32. dicitur Joſua ſcripſiſſe *alterum exemplar Legis Moſis* in duodecim altaris lapidibus, ex præſcripto libri Legis, Vide Deut. XXVII, 2, 3. Quibus in locis תורה particulam dumtaxat Legis ſignificat, ut viri docti obſervarunt; neque enim in duodecim lapidibus, in quadratum altare conjunctis, potuere quinque libri Moſis ſcribi. Verùm, ex memoratis locis, liquet Legis ſaltem omnia præcepta à Moſe litteris eſſe mandata; ac ſanè tam operoſæ leges memoriâ teneri non poterant, niſi ſcripto Libro adjuvarentur, præſertim cùm obſervari cœperunt. Sunt qui velint Deuteronomium tantùm apud Joſuam, & in Deuteronomii ipſius adlatis locis intelligi, eúmque ſolum librum poſtea, Joſiæ Regis Judæ tempore, inventum. Verùm quamvis Deuteronomium ſit Legis repetitio, ſummatim plurima adtinguntur, nec ſatis dilucidè deſcribuntur; ut ex eo ſolo libro totius Legis accuratam cognitionem petere poſſent Iſraëlitæ, homines minimè acuti, & ad Idololatriam ſummopere proclives. Itaque ſi Moſes eam univerſam obſervari voluit, quod nemo dubitat; ampliorem ejus expoſitionem Iſraëlitis relinquere debuit. Atque hoc etiam re ipsâ fecit, oſtendimus enim duobus Exodi locis, leges, quæ in iis habentur, ab eo fuiſſe ſcriptas, non ſolum Deuteronomium. Liber in quo eas ſcripſit vocatur *liber fœderis* Exod. XXIV, 7. quem poſtquàm legit Moſes coram populo, ſine dubio non abjecit; cùm eſſet veluti inſtrumentum publicum, quo fœderis cum Deo initi leges exſtabant. Scripſerat etiam Moſes quædam alia, quæ non exſtant in Deuteronomio; de quibus poſtea agemus, & quæ ſine dubio poſteris commendavit, quandoquidem ad nos uſque pervenere.

Igi-

Igitur commentum illud de ſolo Deuteronomio, à Moſe relicto, inane prorſus eſt, & Hiſtoriæ Sacræ contrarium.

Hoc cùm ita ſit, Leges quæ Exodo, Levitico, Numeris, & Deuteronomio continentur, illas ipſas eſſe, quæ à Moſe ſcriptæ fuerant, nemo negaverit, unde enim petitæ fuiſſent? Certe eæ leges, Moſis tempore ſcriptæ, exſtabant adhuc Joſiæ Regis ævo, ut liquet ex 2 Reg. XXII. nec ulla ratio eſt quare ſaltem Libris Pentateuchi illatæ non fuiſſent, ut cetera nunc prætermittam. Igitur quidquid eſt in Pentateucho legum à Moſe ipſo ſcriptum cenſeri debet; adeóque longè maxima Pentateuchi pars ab ejus manu erit. Sed & alia ab eo ſcripta conſtat.

2. Moſes ſcripſiſſe narratur Deut XXXI, 22. Canticum quod exſtat Capite ſequente; & quod cùm ſit ad verbum deſcriptum, reliqua etiam, quæ ad leges pertinent, ipſa eſſe Moſis verba non poſſunt, niſi temerè, negari.

3. Partem aliquam Hiſtoriæ populi Hebræi disertè dicitur ſcripſiſſe. Bellum enim in Hamalekitas geſtum, Deique in eos ſententiam Exod. XVII, 14. ſcriptis conſignavit. Similiter etiam litteris mandavit Iſraëlitarum in Deſerto σταθμοὺς, ſeu manſiones Num. XXIII, 2. *Scripſit Moſes exitus eorum, ſecundùm profectiones, prout jubebat Deus.* Quæ tamen pars Hiſtoriæ, qualis habetur eo Numerorum Capite, tanti non erat, ut præ ceteris ſcriberetur; unde etiam proclive eſt colligere ſaltem quatuor poſteriores Pentateuchi Libros à Moſe ſcriptos eſſe. Si enim omnes Leges, & totam Hiſtoriam Iſraëlis conſcripſit, horum ſanè librorum, quibus nihil aliud continetur, ſcriptor eſt. Quis enim, cùm Moſis manu ſcripta exſtarent, ea denuò ſcribere aut refingere adgreſſus eſſet? Certè ſi repetitiones, quæ in libris hiſce occurrunt, & ordinis in legibus tradendis neglectum animo reputemus, facilè intelligemus eos libros ad nos perveniſſe, quales primùm; variis temporibus, per longam illam in Deſerta Arabia moram, à Moſe conſcripti ſunt. Si enim ex Moſis Libris refecti eſſent, majore ordine, reſectiſque repetitionibus, ut fieri ſolet, fuiſſent digeſti. Sed ut primùm editi ſunt, cùm omnia eſſent collecta quæ Moſes ſcripſerat, & variis temporibus Iſraëlitis repetierat, vix etiam poſt tot repetitiones ſatis peritis Legis: ii ſic à poſteris, ſi paucula excipias, ſunt ſervati. Verùm circa medium XVI ſæculum, exortus eſt nonnemo, quem alii poſtea ſequuti, qui auſi ſunt negare Moſem Pentateuchi eſſe Scriptorem, indiciáque recentioris ævi in eo oſtenſuros ſe profeſſi ſunt. Nam *Aben Ezra* quidem pauca quædam adtigerat, ſed ita cautè & obſcure, ut vix intelligi poſſet. Horum ergo ſunt nobis hìc rationes expendendæ.

III. Duo genera argumentorum recentioris Moſe ætatis, volunt eſſe in Pentateucho. Alia ex ſtylo totius Libri, alia ex ſingularibus locis petita ſunt. Et ad priora quidem quod adtinet, aiunt nonnulli ſtyli varietatem, quæ animadvertitur in Pentateucho, non unum Scriptorem prodere videri. Quædam enim eſſe breviſſimo ſtylo, & pleno ellipſibus, alia verò laxo & redundante ſcripta. Sed illa varietas ubique, per quinque volumina, ſparſa eſt, ut potiùs Hebraicæ Linguæ parum culto ingenio, de quo in Diſſertatione de ea Lingua diximus, quàm diverſitati Scriptorum tribui debeat. Alii objiciunt in Pentateucho, numquam Moſem de ſe, primâ perſonâ, loqui, ſed ſemper tertiâ ejus ſermones & res geſtas narrari. Verùm dudum confutati ſunt, exemplo *Xenophontis*, *Cæſaris*, *Joſephi* aliorúmque præſtantiſſimorum Hiſtoricorum, qui ipſi de ſe loquentes, tertiâ perſonâ perpetuò utuntur.

Non ita facilia ſolutu ſunt omnia argumenta, quæ ex variis locis Pentateuchi ducuntur, quamvis quædam etiam levia ſint, ut ex eorum examine liquebit. 1. Objicitur Gen. II, 11, 12. *Nomen unius Phiſon; is totam regionem Chavilæ, ubi eſt aurum, flexuoſo curſu adluit. Aurum illius regionis eſt bonum, ſúntque ibi etiam Bdellium & lapis Soham.* Sunt qui crediderint hæc ſapere ſtylum hominis in Chaldæa viventis, quia Phiſon eſt, ut putabant, is Euphratis alveus, qui per Chaldæam in ſinum Perſicum defluit, nec Geographia tempore Moſis ita nota fuiſſe videtur, ut de remotis regionibus talia ſcire poſſet. Verùm regionem Chavilæ Judææ propiorem, & Phiſonem fortè fuiſſe Chryſorroam, fluvium Damaſcenam fœcundantem, oſtendimus. Sed concedatur hìc agi de Chaldæa, ea regio Moſis tempore, mercatorum operâ illinc in Ægyptum commeantium, cognoſci probè potuit. Si enim, Jacobi ævo, ex Galahaditico tractu συνοδίᾳ mercatorum Ægyptum peterent, quidni è Chaldæa eòdem ſeſe contulerint,

ſe-

ſeriore Moſis ætate? Vide not. ad Geneſ. Cap. XXXVII, 25.

2. Iidem ſuſpicati ſunt Cap. X, 8. *& ſeqq.* quæ de Nimrodo, déque ejus regno multò plura, quàm de aliis γειτάρχαις, ceteríſve regionibus traduntur, commodiùs & utiliùs poſt Captivitatem Babylonicam, quàm antequàm Iſraëlitis commercium ullum eſſet cum Babyloniis, potuiſſe dici. Sed ſola Babylonis, urbiúmque ceterarum celebritas ſatis graves fuiſſe videntur cauſæ, cur paullò pleniùs de eorum initiis loqueretur Moſes, qui ceteroquin ejuſmodi ἀρχαιολογίας ſæpe adtingit, ut aliquoties ad Geneſin obſervavimus. Vide not. ad Cap. XXXV, 7.

Ad nomen *Ninives* quod adtinet, quod ſerius Moſe eſſe videtur, ut diximus ad Cap. X, 11. poſſet etiam fieri, ut alia ejus eſſet origo; quis enim in tanta antiquitate, tantáque veterum monumentorum penuria, quidquam λεπτόμως adfirmare auſit? Poſſet & ab aliquo additum Moſi verbis fuiſſe, ut de aliis conjecere viri docti.

3. Volunt non niſi à Scriptore, qui poſt Chananæos ſedibus ſuis expulſos vixerit, potuiſſe ſcribi hæc verba Cap. XII, 6. *Et Chananæus quidem tunc temporis in eo tractu fuit.* Verùm quodnam judicium de hiſce verbis ferri queat, in Commentario ad eum locum ſatis oſtendimus, neque hîc repetemus.

4. Cap. XIII, 18. occurrit nomen חברון *Chebron*, quod nonniſi poſt tempora Moſis impoſitum oppido, ut liquet ex Joſ. XIV, 15. XV, 13. ubi nomen mutaſſe temporibus Chalebi & Joſuæ dicitur; & *Chebron* quidem ea urbs à nepote Chalebi dicta videtur, ut ad eum locum diximus. Sed rectè viri docti obſervarunt אשר בחברון potuiſſe ab aliquo addi, poſt Moſis ævum, ut obſcurius nomen notiore exponeretur. Vide etiam Cap. XXI, 2.

5. Similis conjectura ducitur ex nomine *Dan*, quod legitur XIV, 14. Sed hac de re in Commentario ea diximus, quæ ſatis oſtendunt firmam eam non eſſe conjecturam.

6. Cap. XX, 7. legitur vox נביא *nabi*, quæ tamen poſt Moſis ætatem in uſu fuiſſe dici videtur 1 Sam. IX, 9. quia de re egimus ad locum Geneſeωs. Sed poſſet etiam fieri ut hæc velit ſacer Hiſtoricus, nempe, non tam ſolam vocem נביא Saülis ævo inuſitatam fuiſſe, quàm in illa phraſi, *eamus ad Videntem*, non fuiſſe adhibitam.

7. Moſes de monte, in quo filium mactaturus erat Abrahamus, ita loquitur Cap. XXII, verſ. 14. *Nomen illi loco impoſuit Abrahamus, Jehova proſpiciet, unde etiamnum hodie adagio fertur, proſpicietur in monte Jehovæ.* Sunt qui velint montem eſſe *Morijam*, in quo Templum conditum fuit, nec priùs ita vocatus fuerit, quàm Templum in eo eſſet; ſed mera hæc eſt hariolatio, & quamvis מריה & יראה ״ videantur idem ſignificare, non ſequitur unum eſſe nomen. Nihilo ſaniùs alii obſervant Moſem non videri auctorem eſſe (ſic enim loquuntur) loquutionis παροιμιώδους *proſpicietur in monte Jehovæ*, cùm is qui eam textui addidit, tempore ſuo etiamnum uſitatam fuiſſe obſervet. Quidni enim is, qui *etiamnum hodie* uſitatum fuiſſe id proverbium ait, ſit ipſe Moſes, ad cujus ævum hæc formula, ab Abrahami uſque ætate, uſurpata fuerit? Certè in ipſa re, nihil eſt quod Moſis tempori optimè non conveniat. Sat longum etiam fuit inter Abrahami & Moſis tempus intervallum, ut hic poſſit obſervare היום, hoc eſt, uſque ad ſuum ævum, formulam, cujus auctor erat Abrahamus, uſitatam fuiſſe. Imò verò quamvis multò brevior fuiſſet intercapedo, potuit ita commodiſſimè mentem exprimere Moſes, cùm ea formula ab iis, qui aliquot tantùm annis pòſt ſcribunt, uſurpari interdum ſoleat; cujus rei exempla duo ſunt, apud Matth. XXVII, 8. XXVIII, 15. ut alii obſervarunt, quibus ſimillima ex *Hieronymo* addemus; is enim de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſuæ ætatis ſcribens, eaſdem adhibet loquutiones. SOEBADIUS *Agenni Galliarum Epiſcopus* —— *vivit uſque hodie, decrepitâ ſenectute*, μέχρι νῦν ζῇ, ut habet Interpres Græcus. DIDYMUS *Alexandrinus* —— *vivit uſque hodie, & octogeſimum ætatis exceſſit annum*, ἔτεσιν ἄχρι τοῦδε. EPIPHANIUS *Cypri Salaminæ Epiſcopus* —— *ſupereſt uſque hodie, & in extrema ſenectute varia condit opera.* EUNOMIUS *Arianæ partis* —— *uſque hodie vivere dicitur.* PRISCILLIANUS *Abilæ Epiſcopus* —— *uſque hodie à nonnullis Gnoſticæ, id eſt, Baſilidis & Marcionis, de quibus Irenæus ſcripſit, hæreſeos accuſatur, defendentibus aliis non ita eum ſenſiſſe ut arguitur.* Septennio tantùm, antequàm hæc ſcriberet *Hieronymus*, à Maximo Tyranno occiſus erat Priſcillianus. Hæc paullò prolixiùs, quia hac obſervatione varii illuſtrantur Hiſtoricorum Sacrorum loci.

8. Objicitur etiam nomen *Migdal-Heder*,

der, Gen. XXXV, 21. hoc eſt, *turris gregis*, quo nomine creditur fuiſſe turris Jeroſolimitanæ impoſita portæ, quæ dicebatur שער הצאן *porta ovium.* Verùm hoc incertum eſt, imò verò, ſi ſeriori ætati credimus, *Turris Gregis*, non pertinebat ad Jeroſolimam. Vide dicta ad locum Geneſe*ωs*. Nec quidquam obſtat quominùs illi loco, priſcum, per ſequentia ſæcula, remanſerit nomen.

9. Exiſtimant à Moſe ſcribi non potuiſſe Cap. XXXVI, 31. neque tot numerari Idumæorum Reges. *Hi verò ſunt reges*, inquit, *qui in Idumæa regnavere, antequàm apud Iſraëlitas regnaretur.* Tum recenſentur octo Regum nomina, quorum poſteriores prioribus mortuis ſucceſſerunt; quot fuerunt generationes, ſeu generatæ perſonæ à Jacobo ad Obedum Davidis avum, Saüli primo Regi Iſraëlis æqualem; cùm à Jacobo ad Moſem ſint tantùm quatuor, ipſo Moſe numerato. Reſpondent nonnulli præcognoviſſe Moſem, futurum ut aliquando Reges ſibi præficerent Iſraëlitæ, quam in rem laudant Deut. XVII, 14. Sed an revelaſſe etiam Deum credibile eſt quot Reges apud Idumæos eſſent futuri, & quibus nominibus adpellandi, antequàm Theocratia Iſraëlitica in regnum mutaretur? Certè ſibi revelatum nuſquam dicit Moſes; nec, lectis novem commatibus, quibus Idumæorum Regum ſucceſſio continetur, quiſquam ſuſpicabitur hîc eſſe vaticinium. De re quaſi præterita, ita loquitur Scriptor divinus, ut nihil poſſit clariùs exprimi. Quodnam enim manifeſtius adferri poteſt præteriti indicium hiſce phraſibus, *& mortuus eſt*, *& regnavit ejus loco?* Reſpondit etiam neſcio quis Reges hoſce eodem tempore, variis locis, regnaſſe, ſed ne lecto quidem hoc Capite; animo, ſine dubio, metaphyſicis contemplationibus occupato. Si candidè hîc agere licet, præſtat ſanè hanc προσθήκην novem commatum, à 31 ad 39, ab aliquo, qui poſtquàm regnati cœperunt Iſraëlitæ vixit, additam eſſe agnoſcere.

10. Objecere nonnulli Chananæam dici *terram Hebræorum* Cap. XL, 15. quod eo demum tempore dici potuit, quo Hebræi eam invaſerant; itaque Hiſtoricum Sacrum, Moſe poſteriorem, ſui ævi ſtylum Joſepho eo in loco loquenti commodaſſe. Verum ad hanc objectionem, in Commentatio noſtro, reſpondimus.

11. Exodi Cap. VI. recitato Aharonis & Moſis genere, ſic pergit verſ. 26. Hiſtoricus Sacer: הוא אהרן ומשה ILLE *Aharon & Moſes, quibus dixit Jehova: ex terra Ægyptia educite Iſraëlitas, pro ſuis catervis;* הם המדברים ILLI *convenerunt Pharahonem Regem Ægypti, ut educerent Iſraëlitas ex Ægypto*, הוא משה ואהרן ILLE *Moſes & Aharon.* Non urgetur quidem tertia perſona, quâ de ſe loquutos conſtat varios Hiſtoriarum Scriptores; ſed pronomen demonſtrativum הוא & הם, quod à vivente Moſe & de ſe ipſo ſcribente vix adhiberi potuiſſe videtur. Verùm in animum revocandum eſt Moſem, non modò ſuæ ætati ſcripſiſſe, cui ejus pater & avus notiſſimi erant, ſed ſequentibus etiam ſæculis; quæ veluti alloquitur hoc in loco, non æquales homines, qui hæc ſatis noverant. Intererat probe ſciri Aharonem illum, qui frater Moſis fuit, à Levi fuiſſe oriundum, eúmque ſamiliarum ſacerdotalium eſſe γενάρχην. Mirum igitur videri non debet, hoc in loco, Moſem & Aharonem, quaſi intento digito, eorúmque ſtirpem futurarum ætatum Iſraëlitis monſtrari.

12. Adferuntur verba Exod. XVI, 35. quæ non niſi poſt mortem Moſis ſcribi potuerunt: *Iſraëlitæ comederunt mannam quadraginta annis, donec ad terram cultam venirent; mannam, inquam, comederunt donec ad fines terræ Chananææ perveniſſent.* Vide Cap. V. Joſuæ, unde, poſt obitum demum Moſis, ceſſaſſe mannam liquet. Reſpondent quidem nonnulli, ſciviſſe Moſem, ut liquet ex Num. XIV, 33. mannam poſt quadraginta annos, ingredientibus Iſraëlitis terram Chananæam, ceſſaturam; ſed hoc narratur hîc, non prædicitur, ideóque præterito utitur Moſes, אכלו *comederunt.* Itaque hunc verſum κτ̃ παρενθήκην additum, ut alios quoſpiam, dicere malim, ex occaſione antecedentium, ubi de Gometo Manna pleno ad arcam ponendo ſermo eſt. Hujuſmodi etiam eſt deſcriptio mannæ, ejuſdem Libri XI, 7.

13. Nonnulli etiam à Moſe abjudicant ſequens comma: *Gomerum autem eſt decima pars Ephæ*, quòd dum menſura quæpiam in uſu eſt, non ita definiri ſoleat. Itaque exiſtimant, poſtquàm Hebræi per varias regiones ſparſi fuerunt, adeóque aliarum Gentium menſuris uti cœperunt, hæc ſcripta fuiſſe, ut intelligerent per orbem terrarum longè, latéque diſſeminati Hebræi, de qua menſura ſermo eſſet in hac Hiſtoria. Similia occurrunt de nummo, Num. III, 47. XVIII, 16. Verùm non conſtat umquam Judæos inter ſe aliis

menſuris in Palæſtina uſos eſſe, ut ea de cauſa veteres menſuras definiri oporteret; neque notior fuiſſe videtur Epha, quàm Gomer. Attamen Moſes, qui Remp. Hebraicam condidit, deditâ operâ, hic, illic, de menſuris & nummis, aliquid inſerere potuit, occaſione datâ, ne in poſterum mutarentur.

14. Deut. Cap. I, 1. Scriptor divinus ſic orditur: *Hæc ſunt verba, quibus univerſum Iſraëlem alloquutus eſt Moſes, trans Jordanem, in deſerto*, unde colligunt Scriptorem hujus libri fuiſſe in ipſa Chananæa; ſed ambiguitatem Particulæ בעבר *bheber* planè diſcuſſimus, ad eum Deuteronomii locum, quò Lectorem amandamus.

15. Ejuſdem Lib. Cap. II, 15. verba eſſe, quæ à Moſis manu eſſe non poſſunt, quidam contendunt: *Sehirem*, inquit Sacet Hiſtoricus, *antea incoluerunt Chorræi, ſed filii Heſavi iis expulſis, & deletis, eorum loco habitarunt: quemadmodum Iſraël fecit in terra hereditatis ſuæ*. Sed quo tempore hæc à Moſe ſcripta ſunt, jam duæ Tribus & dimidia ad ortum Jordanis ſedes habebant, expulſis veteribus colonis, atque eò reſpexit.

16. Cap. III, 1. ita de Baſanitarum Rege Sacer Hiſtoricus: *Hic dumtaxat, Rex Baſanis, ex Rephæis ſupererat. Lectus ejus, lectus ferreus, annon eſt Rabbathæ Hammonitarum? Novem cubitorum longitudo ejus, & quatuor latitudo*. Nolunt autem nonnulli Moſem ita ſcribere potuiſſe de homine nuper occiſo, ab Iſraëlitis devicto, & cujus lectus potiùs in Baſanitide, cujus Rex erat, fuiſſet quàm in Hammonitide, quæ aliis parebat. Sed rem notam quidem ſuo tempore, at poſteris ignotam futuram, niſi ſcriptis mandaretur, memoriæ tradere voluit Moſes. Ad lectum verò ejus quod adtinet, in alieno regno quare fuerit, quis poſſit dicere? Sed cùm nihil abſonum ea in re ſit, ex re cujus ratio protſus ignota eſt, nihil poteſt colligi.

17. Eodem Cap. verſ. 14. ſic habet: *Jaïr ex Manaſſa oriundus cepit omnem tractum Argobi, uſque ad fines Geſuræi, & Mahachathæi, & vocavit Baſanitidem nomine ſuo Chavoth-Jaïr, ad hunc uſque diem*. Pluribus de hoc loco, in Commentatio noſtro, agemus. Interea ſi addita hæc eſſent à manu recentiore, ut nonnulla alia, non inde ſequeretur à Moſe potiſſimùm exaratum non eſſe Pentateuchum.

18. Non negabimus etiam ab alio ſcriptum eſſe ultimum Deuteronomii caput, ubi adſcenſus Moſis in monrem Nebuntem, ejuſque mors narrantur; nec tamen ſuperiora omnia à Moſe propterea abjudicari poſſunt. Facilè fieri potuit, ut ab alia manu opus, quod velut imperfectum erat, niſi Moſis mors adderetur, abſolutum ſit. Nam Judæi, qui volunt Moſem ſpiritu prophetico hæc narraſſe, non videntur audiendi. Quid manifeſtius dici poterat, ut diu poſt Moſis mortem hæc ſcripta intelligeremus, quàm quæ habentur tribus ultimis verſibus? Ad hunc & ſimiles locos reſpiciebat vir ſummus *Hug. Grotius*, cùm hæc ſcriberet ad Luc. X, 30. *Sciendum, ut in* MOSIS, ita & in *Joſuæ & Samuelis hiſtoria, non pauca inveniri, quæ multò poſt Moſem, Joſuam & Samuelem à Prophetis & ſapientibus, explicandi causâ, adjecta adpareat; quod multis argumentis probari poſſet, ſi id ageretur.*

IV. Hinc colligere eſt ex octodecim locis, quæ adferuntur, quaſi recentioris ætatis in Pentateucho indicia, pleraque eſſe dubia; ideóque non ita poſſe urgeri, quaſi paſſim in Libris Moſis, alius ævi eſſent argumenta. Pauca ſunt, quæ ab alia manu eſſe liquear, & quæ non obſtant quominùs Moſis opus hoſce libros eſſe dicamus: quemadmodum qnia varios verſus, hîc, illic, *Homeri* Poëmatibus inſertos volunt veteres Grammatici, nemo propterea *Iliadem* & *Odyſſeam* ab Homero ſcriptas eſſe negarit. Non eſt putandum antiquiſſimis temporibus tantam fuiſſe librorum copiam, tótque ejuſdem libri exemplaria, quot nunc ſunt; ideóque facilè potuit fieri ut ab aliquo ſequentium ætatum Prophcra aliquid Moſi adjectum, poſtea per omnia poſteriotis ævi exemplaria ſparſum fuerit.

Si aliunde certè non conſtaret à Moſe longè maximam Pentateuchi partem ſcriptam fuiſſe, ut antea oſtendimus; graviſſimæ eſſent, fateor, in indiciis illis ætatis recentioris, rationes credendi ſeriùs totum illud opus conſcriptum fuiſſe. Sed cùm perſpicuè probatum dederimus, neceſſe eſſe ut ferè totum Pentateuchum à Moſe ſcriptum eſſe agnoſcamus, nulla cauſa eſt cur eos libros ei non tribuamus.

V. Quærunt Etuditi quis ſcripſerit ea additamenta, quæ in Libris Moſis leguntur, & varii vatia conjiciunt. Alii Joſuam, alii Heſdram, alii Hebræorum ὑπομνηματογράφυς, meris ducti conjectu-

jectis, volunt. Quia Joſua Moſi ſucceſſit, ab eo addita nonnulli putant, quæ ſunt recentioris ævi. Alii Heſdræ hæc accepta referunt, qui recenſuiſſe Libros Sacros à Judæis, & à quibuſdam etiam planè perditos, ex memoria, inſtauraſſe dicitur. Sed cùm idoneis nullis auctoribus, hoc eſt, aut æqualibus, aut qui ex æqualium monumentis cognoſcere hæc potuerint, hæ opiniones nitantur; tam facilè rejici poſſunt, quàm proferuntur. Neque multitudo teſtium, pluribus ſæculis recentiorum, nec vetuſtiores ullos laudantium & quorum alii alios exſcripſerunt, ullius eſt ponderis. Heſdras dicitur tantùm *Scriba* סופר, & *Scriba velox* aut potiùs *eruditus*, סופר מהיר *in lege Moſis*, in libris, quibus ejus præfixum eſt nomen. Vide potiſſimum Cap. VII. Heſd. Atque ex hoc videtut omnis illa fabula inſtauratorum librorum fluxiſſe; cum סופר γραμματεὺς virum eruditum potiùs ſignificet, & legis peritum, quàm eum qui deſcribendis libris operam datet, ut facilè oſtendere poſſemus. Plurima de ὑπομνηματογράφοις dicuntur incerta, ut ſuo loco, ad ſequentes libros, oſtendemus, ſed hoc omnium incertiſſimum; ab iis, nimirum, additamentis memoratis auctos eſſe Moſis libros.

Itaque omnibus diligenter expenſis, hîc aquam nobis hærere ingenuè fatendum eſt. Fortè aliquis ex iis, qui conjiciuntur, fortè alius, fortè plures hæc quæ diximus Moſi adſuerunt. Igitur nullum hîc ſapienti ἐποχῇ tutius ac certius perfugium; quâ ſi verum inveniri nequit, ſaltem animo non excluditur.

VI. Si poſſemus reſcire omnia Moſis in ſcribendo conſilia, multò majoris hoc eſſet momenti, ad ejus librorum interpretationem; neque enim hîc ſunt libri Mathematicorum Scriptis ſimiles, in quibus dogmata tantùm generalia, quæ neque ad certa loca, ac tempora, neque ad certos homines pertineant, neque ad alia adludant, continentur. Moſes ſcripſit in gratiam certi cujuſdam populi, Iſraëlitarum, nimirum; quamquam non nego divinâ Providentiâ factum, ut innumeris aliis Gentibus libri ejus poſtea profuerint. Itaque multa dixit, in ejus populi uſum, quæ omiſſa fuiſſent, ſi res aliter ſeſe habuiſſet. Reſpexit ad opiniones & mores vicinorum populorum, quibus adſenſus eſt, aut adverſatus; prout cum veritate, aut probitate conſentanea erant, aut ab iis diſſentiebant.

Novimus quidem, ex re ipſa, ſummatim ſcripſiſſe eum, ut Iſraëlitas Dei unius cultum edoceret, legéſque ab eodem acceptas iis traderet; ſed optandum eſſet præterea notum nobis eſſe particulatim quibus rationibus adductus, certâ ſcribendi methodo, potiùs quàm aliâ, uſus ſit; ecquid præterea ſpectarit, in epitome antiquiſſimæ hiſtoriæ, quam poſteris reliquit. Hinc fortè poſſemus intelligere quare, tam multis quæ ſcire cuperemus omiſſis, aliorum minotis, ut nobis videtur, momenti eventuum meminerit; quare certis verbis uſus ſit; quare obiter nonnulla, cetera verò copioſiùs & ſæpiùs dixerit; aliáque ſimilia, unde maxima lux plurimis obſcuriſſimis locis oriretur.

Si quis, antequàm Lectores ad legendum Moſem admitterentur, viam iis ita muniret, nihil ut confragoſum, aut pauca ſaltem difficilia intellectu occurrerent, nullis ſatis amplis gratiis beneficium ejus rependi poſſet. Nemo legit, exempli causâ, quæ *Aſconius Pedianus* aliquot Verrinis *Ciceronis* præmiſit, quamquam pauca, qui quovis pretio ſimiles præfationes omnibus *Ciceronis* orationibus redimere paratus non ſit. Neque enim, ad intelligendum *Ciceronem*, leve ſunt eæ præfationes adjumentum; majori etiam uſui futuræ, ſi prolixiores eſſent.

Cùm autem ejuſmodi præſidiis, propter brevitatem Hiſtoriæ Moſaicæ, & inopiam veterum Orientis Scriptorum, deſtituti ſimus, neque ullo ingenio eorum quæ nobis deſunt, & neceſſaria hanc in rem eſſent, vicem ſupplere poſſimus; ſupereſt ut in maximis ſubinde verſemur difficultatibus. Quòd cùm mihi, Moſaica Scripta diurnâ & nocturnâ manu evolventi, ſæpe animo obverſaretur; conſilium inii ex ipſo Moſe colligere quæcumque hanc in rem dici poſſe videbantur. Qua in re, cùm minùs reprehendi me poſſe viderem, ſi Lectorum deſiderio non ſatisfacerem, quàm ſi poſtquàm oſtendi quid optandum eſſet, atque omnium ſalivam movi, nihil conarer efficere; quæ ſequuntur, qualiacumque ſint, præmittere Commentario noſtro non dubitavi.

VII. Non quærimus, hoc in loco, nequis erret & quæ non pollicemur exſpectet, quis Moſis, aut potiùs Dei in ferenda Lege animus fuerit, qua de re ad ſingulas leges dicemus; ſed quod potiſſimum fuerit conſilium Moſis in ſcribendo, edendoque Pentateucho, quale nunc manibus noſtris teritur. Satis quidem omnes norunt, ut dixi, potiſſimùm

ad edocendum populum Hebræum, Deum unum omnium Creatorem & moderatorem eſſe colendum, & quâ ratione coli Deus ille vellet, ſcripſiſſe Moſem; ſed diſtinctiùs oſtendendum quâ viâ ad metam illam, ut ita dicam, pervenire inſtituerit, & qui alii fuerint ejus fines.

1. Ergo, ante omnia, tenendum eſt Moſi nequaquam animum fuiſſe totius humani generis Annales ſcribere, ad ſua uſque tempora; ſed tantùm ea ex Hiſtoria præteritorum ſæculorum ſeligere ac decerpere, quæ cùm generali illi, quem diximus, fini, tum aliis ſingularibus conducebant. Hinc videmus breviſſimam ejus eſſe Hiſtoriam, ab initio rerum ad Abrahamum uſque; cùm undecim primis Capitibus, hoc eſt, quintâ parte Libri Geneſeωs, abſolvatur. Hiſtoria autem illa, ante Abrahamum, pluſquàm duo annorum millia complectitur; ab Abrahamo verò ad interitum Joſephi, quo clauditur liber Geneſeωs, trecenti integri anni elapſi non ſunt.

Ex Hiſtoria autem generali duorum millium annorum, & ejus quod excurrit, nonnulla tantùm adtingere voluit, quæ aut ſequentium rerum ſeriei & ordini neceſſaria erant; aut animis Iſraëlitarum ad religionem, & probitatem informandis inſervire poterant. Quo factum eſt, ut innumeris prætermiſſis, quæ legentium curioſitas flagitare ſolet, nudam pænè Chronologiam nobis primorum temporum tradat; ex qua naſcebatur conſectarium hoc longè maximi momenti omnia, non ita pridem, fuiſſe à Deo creata, unde tota pendet Religio. Pauca tamen adſpergit, quibus Iſraëlitas ad obſervationem Legis faciliùs adduci poſſe exiſtimabat. Propterea non modò creatum mundum, ſed etiam intra ſex dies narrat, ſeptimo verò nihil eſſe à Deo factum disertè docet, Geneſeωs Cap. II, 1, 2, 3. quia poſtea is dies feſtus fuit, & Lege in Creationis memoriam potiſſimùm conſecratus, ut intelligerent Judæi quare eo die otiari tam diſtrictè juberentur. Eadem de ratione Cap. I, 14. obiter obſervat Moſes inter uſus, qui ex motu Solis & Lunæ ducuntur, eſſe *ſtatorum temporum*, ſeu ſollemnium feſtorum deſignationem. Cùm potuiſſet, ut alia plurima, primi peccati hiſtoriam contrahere, & dicere tantùm primos parentes Deo morigeros per omnia non fuiſſe, qua de cauſa omnia mala, quæ nunc humano generi incumbunt, hominibus ab ultore Deo eſſe primùm immiſſa, maluit fortè Cap. III. copioſiùs id peccatum exponere; quòd utile eſſet Iſraëlitis, qui animalibus, & fructibus variis abſtinere jubebantur, ſcire primum peccatum ab intemperantia ortum eſſe, ut ne ſpecie externâ vetitæ carnis aut interdictorum fructuum caperentur, & ſibi, eo exemplo, cavere diſcerent.

2. Animus Moſi fuit populi Hebræi hiſtoriam ſcribere, à conditore ejus Abrahamo, quem Deus ex Chaldæa in Chananæam ire juſſit, ubi Hebrææ Gentis propriè incunabula quærenda. Nam dum trans Euphratem fuit Abrahamus, cum aliis gentilibus vixit; in Chananæa verò ſeorſim ab omnibus habitans ſpeciem ſingularis Gentis, familiâ ſuâ, præbere cœpit. Hinc fit ut Moſes, ab eo tempore, omnibus aliis Gentibus omiſſis, de Abrahamo ejúſque poſteris tantùm loquatur; quamvis ſine dubio innumera memoratu digniſſima, inter alias Gentes, eveniſſent. Exempli causâ, non indignum fuiſſet relatu, quale eſſet Melchiſedeki ſacerdotium, & quomodo inter Gentes Idololatriâ contaminatas Altiſſimi Dei cultum profiteretur. Attamen quia hæc ad alius Gentis hiſtoriam pertinebant, à Moſe, inſtituti ſui tenace, omiſſa ſunt. Hinc obiter diſcere eſt ex ejus ſilentio non licere ſemper argumentari, nec poſſe adfirmari, exempli causâ, alias omnes Gentes à Deo ab illis temporibus fuiſſe derelictas, quia de Dei in illas beneficiis nihil habet Moſes.

3. Videtur hoc quoque ſpectaſſe, ut mores Iſraëlitarum non apertis tantùm præceptis, ſed obliquiore etiam, per narrationes, docendi ratione quoad poſſet emendaret. Uſu receptum erat inter Iſraëlitas, ut pro arbitrio uxores dimitterent, quod πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν vetare quidem noluit, *ſed ab initio ſic non fuiſſe* obiter monuit, ut *qui poſſet capere caperet. Idcirco*, inquit, *patrem ſuum, matrémque ſuam relinquet vir, uxori ſuæ adhærebit, & una caro evadent.* Cap. II, 24. cum quo confer verba Chriſti Matth. XIX, 4. & ſeqq.

Uſu quoque πολυγαμία erat recepta, quam apertè oppugnare non potuiſſet, niſi omnium animos à ſe alienare voluiſſet. Attamen in breviſſima illa antediluviani temporis Hiſtoria, præſertim ubi de Caïnis poſteris ſermo eſt, omittendum non putavit Cap. IV. πολυγαμίας exemplum in ea prole, obitérque indicavit Lamechum ferocis ingenii fuiſſe; & uxores vitæ ſocias ſpreviſſe, qui primus πολύγαμος fuiſſet,

fuiſſet, ut ex ejus oratione adparet. Peregrina conjugia obiter quoque noxia eſſe, etiam piis, oſtendit, exemplo Sethidarum qui à Caïnitidibus in vitiorum communionem matrimoniis abducti fuere Cap. VI, 2. & ſeqq.

4. Hiſtoriâ ſuâ, Moſes Iſraëlitarum animos à vicinorum fabulis, adeóque Religionibus, quæ ſæpe iis nitebantur, alienare adgreſſus eſt; cujus rei hæc ſatis clara videntur eſſe argumenta. Non modò mundum creatum docet, quod videntur etiam credidiſſe, vel potiùs ex veteribus monumentis ſciviſſe vicini; ſed etiam quot fuiſſent ætates ab initio mundi ad ſua tempora oſtendit, ſinguláſque *perſonas generatas* enumeravit; ut ingenti illi numero *ætatum*, qui ab Ægyptiis jactabatur, & in ſua quidem regione fuiſſe dicebatur, verum opponeret. Ut enim prætermittam quæ collegit hac de re, initio Canonis ſui, *Joan. Marſhamus*, *Herodotus* qui mediâ quartâ Mundi Chiliade, ex Hebræorum calculo, vixit, Lib. II. Cap. 142. *& ſeqq.* auctor eſt Ægyptios prodidiſſe, poſtquàm Dii ceſſaſſent in Ægypto regnare, ad ſuum ævum fuiſſe quinque & trecentas quadtaginta ætates, quibus fiunt decies mille, quadringenti, ſeptuaginta tres anni. Vide jactationes Ægyptiorum, de gentis ſuæ antiquitate apud Ezek. XXIX, 3. & quæ habemus ad Num. XIII, 23. At oſtendit Moſes Gen. Cap. X, 6. poſt diluvium demum à Chami poſteris, è Babylonia illuc profectis fuiſſe cultam Ægyptum. Plurima etiam de generatione hominum in ſua regione, déque diluvio mentiebantur Ægyptii, quæ habet *Diodorus* Lib. I. Multa jactabant de rerum omnium apud ſe inventione, quæ apud eumdem leguntur.. Quorum pleraque obiter confutat Moſes, aliâ planè narratione, aliiſque rerum inventoribus indicatis. Vide quæ diximus ad Gen. IV, 21, 22. Oſiridi etiam ſuo agriculturæ & vini è tacemis exprimendi inventionem tribuebant Ægyptii, quæ Noachi fuit, ut docet Moſes Cap. IX, 20. Multa pariter finxerant Phœnices, ſi eorum Theologiam rectè expoſuit *Philonis Byblii Sanchoniathon*, cujus fragmentum vide apud *Euſebium* Præp. Euang. Lib. I. Cap. 10. Quibus contradicit Moſes, ut geminas hiſtorias conferentibus liquebit.

5. Videtur etiam non modò ſcriptâ Lege, ſed etiam editâ, atque additis mandatis, quibus eam ſingulis ſeptenniis palam legi jubebat, Deut. Cap. XXXI, 10. tacitè Ægyptiorum ſacerdotum mores reprehendiſſe, apud quos erant arcani ritus, & arcana dogmata, quæ in vulgus efferre nefas babebatur. Contrà omnibus leges ſuas innoteſcere cupiebat; quia earum ope omnes meliores fieri poſſe noverat. Arcana non ſervantur, niſi quæ nocerent, aut offenderent, ſi propalarentur. Vide not. ad Geneſ. Cap. XLI, 8.

6. Pleræque Orientis Gentes non modò antiquitatem ſuam jactabant, quod obſervavit *Diodorus Siculus* Lib. I. ſed etiam conditores ſuos ſummoperè laudabant, atque in Deorum numerum referebant; quod præter *Diodorum* de Ægyptiis prodiderunt *Herodotus* loco laudato, & *Manetho* apud *Euſebium* Præp. Euang. Lib. II. Cap. 1. aliique plurimi. At Moſes oſtendit ortos eos eſſe à Chamo, Noachi filiorum tertio; qui ne vir quidem bonus haberi potuit, nedum ut in Deorum numerum referri poſſet. Chananæos etiam ex ſtirpe, cui diras imprecatus erat Noachus, oriundos eadem operâ obſervat Cap. IX, 22. *& ſeqq.* Hammonitas, & Moabitas ex inceſtis partibus prognatos eſſe non omiſit Cap. XIX, 37, 38. Idumæis fortè, ut ſit, jactantibus ex natu majore ſe eſſe ortos, opponit fœdam *πρωτοτοκίων* venditionem quæ exſtat Cap. XXV. Quin & eò fortè reſpiciens ſæpe minores natu majoribus prælatos obſervat, ut monuimus ad Geneſ. Cap. XLVIII, 19. Igitur credibile eſt ſupetbiam vicinarum Gentium retundere voluiſſe Moſem, & Iſraëlitis quod iis objiceret ſuppeditare. Vicinarum certè Gentium Hiſtoricos parum æquos Judæis fuiſſe teſtatur *Joſephus*, contra Apion. Lib. I. p. 1039. Poſtquàm dixit ſe Ægyptiis ac Phœnicibus uſutum teſtibus, ne quis putaret falſa eſſe quæ de antiquitate Gentis Judaicæ dixerat; addit horum teſtimonium non poſſe elevari, ſi quid, quod Judæis faveat, dixerint: *φαίνονται γὰρ*, ſubdit, *καὶ δὴ μάλιστα πρὸς ἡμᾶς δυσμενῶς διατεθέντες κοινῇ μὲν ἅπαντες Αἰγύπτιοι, Φοινίκων δὲ Τύριοι*: *videntur enim inimiciſſimo animo eſſe erga nos, in commune quidem omnes Ægyptii & è Phœnicibus Tyrii.*

7. Denique dum ſcribit Hebrææ Gentis Hiſtoriam, quamvis copioſiùs de ejus rebus agat, quàm de ceteris, non eſt tamen exiſtimandum, quod ex brevitate ſatis liquet, plenos eum conſcribere voluiſſe Annales. Ex ipſa Hiſtoria Sacra apparet omiſſa ab eo plurima, quæ aliud agendo alibi narrantur. Nihil habet de Idololatria Majorum Iſraelitarum trans Euphratem, de qua Joſ. XXIV, 2. niſi fortè alieno loco & obſcuriùs Gen. Cap.

XXXI, 53. Altum eſt in eo ſilentium de Idololatria Iſraëlitarum in Ægypto, quam tamen iis exprobrat Ezekiel Propheta Cap. XX, 7, 8. Genus etiam ſingulare ſuperſtitionis, in quod, in deſerto cùm eſſent, delapſi ſunt, & de quo Hamos Cap. V, verſ. 25, 26. prætermiſit; quibus de cauſis, nos planè fugit.

Verùm cùm exemplis hiſce, & re ipsâ manifeſtum ſit Annales aut pleniorem Hiſtoriam à Moſe non ſcribi; minùs erit mirum ordinem temporis, qui in pleniore ſervatur Hiſtoria, fuiſſe ab eo neglectum. Notum enim eſt, in ejuſmodi Hiſtoriis, quales ſunt Vitæ, ordinem nequaquam accuratè obſervari; quod in laudatiſſimis Græcorum & Latinorum *βιογράφοις Plutarcho*, *Diogene Laertio*, *Corn. Nepote* & *Suetonio* videmus.

Hæc videntur fuiſſe ſingularia Moſis conſilia, hi reconditiores in ſcribendo fines; præter univerſalem illum & manifeſtum, qui primo intuitu ſeſe legentibus objicit, adducendi, nimirum, Iſraëlis ad unius veri Dei cultum. Qui inter legendum Moſem horum meminerint, plura quàm hîc diximus animadvertent; & nos etiam in Commentario noſtro varia monuimus, quæ hîc repetenda eſſe non cenſuimus.

LIBER GENESEΩS.

I. Creatio Cœlorum & Terræ intra ſex dies.

1. COelos & Terram initio creavit Deus. 2. Terra inanis & vacua, CAPUT
caligo ſupra Abyſſum *erat*, movebatúrque ſupra aquam Spiritus Dei. I.
3. Dixit verò Deus: ſit Lux; ac fuit Lux. 4. Vidit Deus lucem eſſe
bonam, ac *tempus* luce & caligine partitus eſt. 5. Lucem autem Diem,
caliginem Noctem vocavit; & fuere veſpera & mane, *quibus* unus
confectus eſt dies.
6. Deinde dixit Deus: ſit Firmamentum inter aquas, & ſeparet a-
quam ab aqua; 7. fecítque Deus id firmamentum, & ſeparavit aquam quæ ſub hoc fir-
ma-

PARAPHRASIS.

1. COElis & Terræ initium dedit Deus, eáque,
uti nunc ſunt, ornavit. 2. Ut à terra ordiar,
cùm incolis careret, quippe quæ univerſa marinis
aquis contecta erat, tenebris tantùm & Spiritu Dei
iis incubantibus; 3. ut uſui, quem nunc præſtat,
apta fieret, Lucem exſiſtere voluit Deus; quæ lux,
eo volente, illico emicuit, 4. & futurorum uſibus
Animalium convenientiſſima viſa eſt. Exinde in lu-
cem & tenebras omne diviſum fuit tempus, 5. &
lux quidem poſtea DIES vocata, tenebris verò
NOCTI nomen impoſitum eſt. Cùm autem Noctem
immenſam, quæ creationem rerum anteceſſerat,
ſequuta eſſet matutina lux, ex iis tamen unicus, iſ-
que omnium primus confectus eſt dies.

6. 7. Ad

COMMENTARIUS

In CAPUT I.

1. COelos &c.] Sex potiſſimùm hujus commatis, à viris doctis, in medium allatæ ſunt ſententiæ; quarum quæ veriſimillima ſit, ſi ultimam excipias, quæ audaciore nititur conjectura, quam ut antecedentibus conferri queat, haud facile eſt dijudicatu. I. Sunt qui creationem è nihilo materiæ cœli & terræ ſignificari putent; quod alii repudiant, cùm quia reconditius videtur hoc dogma, tum quòd vocum Hebraicarum ſignificatio loci ſenſum quærentes eò neceſſariò non deducat. II. Alii per compendium & ſummatim hîc efferri volunt, quod in ſequentibus per partes & ſingillatim narratur: ut Capite hoc I. compendiosè creatio hominis proponitur, quæ accuratiùs in ſequente deſcribitur. Sic Exodi C. XL. 16. poſtquàm divinus hiſtoricus dixit: *omnia, prout eum juſſerat Jehova, exſequutus eſt Moſes*, ita pergit: *& primo quidem menſe anni ſecundi, primo die menſis*, dein particulatim narrat quæ ſummatim dixerat. III. Viri non indocti exiſtimarunt voce *Cælorum* beatitudinis ſedes, in quibus verſantur Angeli, ſignificari; verùm hæc videtur remotior interpretatio, nec Moſes rem tantam adeò leviter adtigiſſet, ſi in ipſo ſcriptionis limine, ejus in mentem veniſſet. IV. Nonnulli commatis hujus verba hoc modo vertenda cenſent: *priuſquàm Deus creaſſet cœlum & terram* &c. ajúntque Moſem nos docere, antequàm Deus cœlum & terram, prout nunc ſunt, digereret atque ornaret, terram fuiſſe incolis vacuam; perinde ac ſi legeremus: בראשית ברא *breſchith bro*, *antequàm creare*, non *bara*, *creavit*. Quo pacto בראשית *breſchith* idem eſſet ac בטרם *bterem*, quod tamen Futuro ſolet conjungi; ex qua conſuetudine, legendum eſſet יברא *jibra*. Vid. Exod. I. 19. Attamen טרם *terem* Præterito etiam interdum præponitur, ut Geneſ. XXIV, 15. unde conſtructionem hanc à Linguæ Hebraicæ ingenio non prorſus abhorrere ſequitur. V. Alii hanc eſſe verborum Moſis ſententiam contendunt: *cùm primùm creavit*, vel *crearet Deus* &c. quòd Præterita apud Hebræos Gerundiorum ſignificationem obtineant. Similis eſt loquutio Hoſ. I, 2. *Initio alloquutus eſt Deus Hoſeam, & dixit*; hoc eſt, cùm primum alloqueretur Deus Hoſeam, dixit. VI. *Lud. Cappellus* ἀντὶ τ שמים *ſchamajim*, *cœli*, legendum conjicit מים *majim*, *aquæ*, quòd ſtatim *aquæ* & *terræ* mentio fiat, & ordo ſit, ut opinatur, accuratior. Sed cùm hæc lectio omnium Codicum fidei contraria ſit, neque narrationis ordo uſque adeò accuratus in hiſce libris eſſe ſoleat, cur eò confugiamus cauſam nullam video. Nec deſunt commodæ horum verborum interpretationes, quales præ ceteris, inter eas quas modò attulimus, quarta ac quinta. Præterea voces *aquæ* & *terræ*, in ſacris Codicibus, ita conjunctas non reperias; cùm paſſim rerum univerſitas, vocibus *cœli* & *terræ*, addito interdum *mari*, deſcribatur. Expoſitâ commatis ſententiâ, ſingularum vocum ſignificationes, ſi quid obſervatu dignum occurrat, tradendæ.

Cœlos] Vox Hebraica שמים pluralis numeri eſt, ab inuſitato ſingulari שמי *ſchamai*, quod etiamnum in Æthiopica uſurpatur Lingua. Nec

 tamen

mamento, ab aqua quæ ſupra hoc firmamentum eſt; atque ita fuit. 8. Vocavit autem Deus firmamentum Cœlum, & fuere veſpera & mane, *quæ confecere* diem ſecundum.

9. Tum dixit Deus: colligatur aqua quæ eſt ſub cœlo, in locum unum, & appareat ſicca *humus*; atque ita fuit. 10. Siccam *humum* vocavit Deus Terram, & collectionem aquæ

6. 7. Ad Cœlos quod adtinet, voluit poſtea Deus eſſe ſpatium, quod marinas aquas deſuper incumbens premeret, ſepararétque à nubibus, atque hæc effectum ſortita eſt Dei voluntas. 8. Huic ſpatio inferioribus aquis incumbenti COELUM vocabulum adtributum eſt. Hæc intra noctem & lucem ſecundi diei confecta ſunt.

9. Voluit deinde Deus aquas, quibus tota contecta erat tellus, certis alveis contineri; ut arida appareret humus, animalibus terreſtribus incolenda; nec voluntati divinæ, quò minùs exſequutioni mandaretur, ulla fuit mora. 10. Aridis locis, quæ ex aqua exſtitere, TERRÆ; aquis verò, quæ in alveos confluxerant, MARIA us ab hominibus poſtea no-

tamen ubique plures Cœlos, ſeu plura, quibus terra cingitur, involucra, ſed ſæpe unicum ſignificat, ut verſ. 8. Et in aliis Linguis, nomina, quæ uſus ſingulari numero ſpoliavit, paſſim tamen res ſignant ſingulas. Sed nec ex aliis Linguis, aut procul exempla petere neceſſe eſt, cùm hoc ipſo commate occurrat vox אלהים *elohim*, quâ nunc unicus, nunc plures appellantur Dii; hîc unicus, ut paſſim, plures verò Gen. XXXI, 30. & ſubinde. Nos hoc commate *Cœlos* vertimus, quia poſtulare videtur ſenſus ut intelligantur omnes cœli; qui tres potiſſimùm ab Hebræis numerantur, aëreum de quo verſ. 8. ſtelliferum de quo verſ. 14. ſupremum quod ſedem Dei ſtatuunt, & *cœlum cœlorum* vocitant. Vid. Deut. X, 14. 1 Reg. VIII, 27. & 2 Corinth. XII, 2.

In tres quoque ordines cœlos, aut *mundos*, ut loquuntur eorum Græci Interpretes, dividebant veteres Chaldæi; *materiales*, nempe, *æthereos*, & *empyreum*. Dei ſedem ultra omnes hoſce mundos ἐν ὑπερκοσμίῳ φωτὶ *in ſupramundano lumine* collocabant; atque hoc ipſum fortè indicant Hebræi, ubi ne *cœlo* quidem *cœlorum* Deum contineri ajunt, hoc eſt, eum non in eo loco modò, qui ſtellas fixas proximè ambit, & qui *tertium cœlum* dicitur, ſed & in remotioribus ſpatiis habitare. Vide *Philoſophiam Orientalem T. Stanleii* Lib. I. Sect. 2. Cap. II, XI. & XII. De cœlo, quod ſedes eſt Dei, pluribus agemus ad Gen. XXVIII, 17.

Aliàs, ubi videtur unum cœlum deſignari, ἁπλῶς loquuti ſumus, ut omnes Interpretes in vocibus אלהים *elohim*, Deus, & מים *majim*, aquæ, aliiſque factitarunt.

Eruditi viri, qui ex adfinibus Linguis Hebraïcæ lucem haud infeliciter fœnerari conati ſunt, vocem שמים aut שמי deducunt à radice, apud Hebræos quidem inuſitata, ſed, ut putant, in Arabica Lingua etiamnum ſuperſtite, סמא *ſamaa*, aut סמי *ſamiju*, aut סמו *ſamuva*, hoc eſt, *altus, editus fuit*; ſed vereor ut hoc ipſum vocabulum à voce, quæ cœlum ſignificat, derivandum potius ſit. Certè appellationem ejus rei, quam vocamus *cœlum*, priùs inventam, quàm verbum quod *altum eſſe* ſonat, haud abſimile eſt vero. Neceſſe non eſt radices verba eſſe potiùs quàm nomina, ſi modò nomina tribus duntaxat conſonantibus conſtant. Similiter ارض ארץ *arada*, humilis fuit, apud Arabas, libentiùs ارض à ארץ *erets*, terra, cum *J. Golio*, quàm hoc à priori, deduxerim.

Initio] Hac voce cœlum & terram æterna non fuiſſe; ſed initium habuiſſe, quo tempore à Deo condita ſunt, ſignificare voluiſſe videtur Moſes. Philoſophi etiam Græci, qui de æternitate mundi diſputarunt, his verbis quæſtionem interdum concipiunt: πότερον ἦν ἀεὶ, γενέσεως ΑΡΧΗΝ ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν ἀπ' ΑΡΧΗΣ τινὸς ἀρξάμενος; *an ſemper fuerit, ſine ullo generationis INITIO, an genitus ſit ab aliquo INITIO orſus*. Verba ſunt *Platonis* in *Timæo* pag. 526. Ed. Genevenſis *Ficini*. Vide ſententias Philoſophorum de origine mundi, ex *Diodoro* & *Plutarcho*, apud *Euſebium* Præp. Evang. Lib. 1. c. 7. & 8. Occaſionem loquutioni huic Moſis præbuerunt fortè nonnulli Orientales, qui mundo æternitatem tribuerant. *Moſes Maimonides* in *More Nebochim* pag. 422. eam opinionem veteribus *Sabæis*, hoc eſt, antiquiſſimis Idololatris, adfingit; nec mirum videri poteſt in illorum ſæculorum ignorantia, cùm raræ eſſent litteræ, oblivioni mandatam mundi originem. Atque hinc factum videtur, ut Moſes ſæpiùs creationis meminerit, &, auctore Deo, Sabbathum in ejus memoriam inſtituerit. Præterea rerum omnium à Deo creatio eſt inter potiſſima Religionis fundamenta.

Attamen fragmenta doctrinæ veterum Chaldæorum, Phœnicum & Ægyptiorum creditum apud eas Gentes mundi initium oſtendunt. Ea collecta ſunt à doctiſſimis viris *T. Stanleio Philoſ. Orient.* Lib. I. *H. Grotio* ad Lib. I. de *Verit. Rel. Chriſt.* & *J. Marshamo* initio *Ægyptiaci Canonis*. Chaldæi quidem & Ægyptii, ſi incorrupta ad nos pervenit eorum ſententia, antiquiorem quàm Hebræi mundum videntur ſtatuiſſe; ſed tamen, quantumvis longæ durationi, initium ponebant.

Cùm autem nullius rei initium ſit aut celebrius, aut majoris momenti quàm mundi, *initium* abſolutè hoc ſignificat in verſione LXX. Int. Pſalmi CII, 26. quæ citatur Heb. I, 10. ut & in primo commate Euangelii Joannis. Idem obſervare eſt & in Scriptoribus Ethnicis, quibus haud ignotum mundum cœpiſſe fuit. Apud *Heſiodum* in *Theogonia*, verſ. 45. ἐξ ἀρχῆς eſt *ab initio mundi*, quod & alibi apud eumdem Poëtam occurrit. Idem ſignificat κατ' ἀρχὰς apud *Apollodorum* Phyſicum, à *Diogene Laërtio* in *Zenone* laudatum. Hac enim loquutione ſententiam Stoicorum, de mundi creatione, exponere orditur.

Creavit] Heb. ברא *bara*. Duplex eſt virorum doctorum, de ſignificatu hujus vocis, ſententia. Alii generationem è nihilo, nullâ præjacente materiâ, propriè eâ ſignari volunt; alii negant; & quamlibet procreationem, ſeu etiam actionem quâ aliquid inuſitato modo aut fit, aut deſtruitur, eam ſonare contendunt. Sanè in hoc ipſo Capite uſurpatur, ubi de creatione è nihilo ſermo non eſt, commatibus 21. & 27. in quibus confunditur cum

עשה

aquæ Maria; & vidit Deus hoc eſſe bonum. 11. Dixit porrò Deus: emittat terra tenerum gramen, herbam ſementantem, & arborem frugiferam, quæ, pro ſpecie ſua, edat fructum in quo ſit ſemen ſupra terram, & ſic fuit. 12. Emiſit terra tenerum gramen, herbam ſementantem, pro genere ſuo, & arborem frugiferam, edentem fructum

men inditum. Hæc autem aquæ & terræ aridæ ſeparatio excipiendis aptiſſima erat animalibus. 11. Hoc peracto, voluit Deus ex terra tenerum, quod ſine ſemine otiri creditur, gramen; tum alias altiores herbas, quæ ſemen conſpicuum emittunt, quo propagentur; ac denique arbores frugiferas, & quarum in fructibus ſemen eſt, quo earum & conſervetur & augeatur ſpecies, ſubnaſci. 12. Hæc verò illi-

עשה baſchab, fecit. Num. XVI. ubi Moſes Coracho, Datbani & Abiramo mortem novi generis minatur, dicitur Deus *creationem creaturus* (בריאה יברא *briah jibra*) verſ. 30. Vid. & Jerem. XXXI, 22. At qui in priore ſunt ſententia poſterioribus hiſce locis vocem metaphoricè ſumi dictitant, quo ſundamento nixi neſcio. Verum quidem illi tuentur dogma, cùm materiam mundi è nihilo creatam ajunt; ſed non ideò id hoc in loco doceri, aut ex nativa ſignificatione verbi ברא *bara* poſſe deduci ſequitur. Si licet, poſt doctiſſimos viros, conjecturam circa vocis hujus ſignificatum proferre, crediderim veteres Hebræos, dum uterentur vocabulo hocce, non cogitaſſe de creatione è nihilo; neque etiam eam poteſtatem verbo ברא ſubjeciſſe, quâ productio è nihilo animo loquentium excluderetur; ſed idem cogitaſſe, quod animo Latinè aut Græcè loquentium obverſatur, ubi utuntur vocibus *κτίζειν* & *condere*. Hæc verba modò formationem rei, quæcumque tandem illa ſit; modò ubi de regione aut urbe agitur, coloniæ deductionem, aut quiddam ſimile denotant. Imò & utrumque conjungitur, ubi urbs aliqua *κτισθῆναι condita eſſe* dicitur; qui enim urbes condidiſſe narrantur, cùm earum tecta & mœnia ædificaſſe, tum eas incolis impleſſe intelliguntur. Loca Scriptorum Græcorum & Latinorum, ne hæc temerè dixiſſe videamur, in Indice proferemus, ubi de allatis vocibus agemus; hîc, ne ultrà oleas divagemur, Hebraïcæ vocis eo ſignificatu ſumtæ exempla proferemus. Ezekiel XXVIII, 13. ubi deſcribit Tyri ſplendorem, deliciæ tuæ, inquit, *in te die* הבראך *bibbaraacha*, *quo creata es*, *ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐκτίσθης*, ut habent *οἱ* LXX. hoc eſt, ab eo die quo exſtructa, & civibus impleta es, *paratæ fuerunt*. Eodem etiam modo loquitur verſ. 15. Eadem notio ſubjecta huic videtur voculæ Joſ. XVII, 15. & 18. ubi Ephraïmitis, qui arctiores ſibi ſedes datas querebantur: *adſcende in ſylvam* ובראת *oubretha*, *& tibi illic conde ſedes in Terra Pherizæorum*. Item: בראתו bretho, *eum condes*, ſeu colonis inſtrues. Vertunt alii *cædere*, ex conjectura. Hoc fortè ſenſu vox ברא exponenda, primo Geneſeos commate, ut velit Moſes, priuſquàm à Deo parata eſſet colonis excipiendis, iiſque inſtructa, terram vacuam, ac deſertam fuiſſe. Hoc ergo in loco, formationem, & colonorum, ut ita dicam, deductionem ſignificaret Hebraïca vox; commatibus verò 21. & 27. formationem tantùm, niſi & quis in his Moſem ſignificare in animo habuiſſe mare piſcibus, terram hominibus quaſi colonis à Deo impleta, velit. Sanè Pſ. CII, 19. & CIV, 30. *populus* נברא *nibra*, creatus, & animalia quæ *creantur* יבראון *jibbareoun*, ſunt populus quo denuò Palæſtina incolitur, animalia, iiſque quibus, novâ procreatâ ſobole, terra impletur, ut ad ea loca oſtendemus.

Deus] Hebr. אלהים *elohim*, *Dii*. Quæritur inter Chriſtianos Interpretes, quare hîc verbo numeri ſingularis nomen plurale junxerit Moſes? Viri quidam nec indocti, nec in rem Chriſtianam malè animati, propter Perſonarum divinarum Triadem, ita Moſem loquutum arbitrantur. Sed alii, qui nec eruditione, nec in Religionem Chriſtianam ſtudio prioribus cedunt, negant hîc quidquam ejuſmodi quærendum; atque idioma Linguæ ſanctæ eſſe contendunt, quo verba pluralia ſingularibus interdum copulari conſtat, ubi de Dominis ſermo eſt, ut Gen. XXIX, 3. & in eodem capite ſæpiùs, Exod. XXI, 4, 9. Sive autem hoc fiat honoris causâ, ſive alia quapiam, ſive etiam ſolo uſu Linguæ ſacræ, hinc ſequitur ex hac loquutione plures eſſe Perſonas Divinas non poſſe certò colligi, ut dogma alioquin aliis nitatur Scripturæ locis. *Lud. Cappellus* in *Diatriba de nomine Elohim*, ubi argumenta utrorumque expendit, nihil oſtendit, niſi poſſe fieri ut Scriptura eâ locutione Perſonas plures, eſſentiam unicam obſcurè innuat. Sed ut Scriptores Sacri, uſum Linguæ Hebraïcæ ſimpliciter ſequuti, ita loquentes ea de re non cogitarint, non minùs fieri poteſt.

Eruditi quoque inter ſe certant, utrum vox אלהים *elohim*, propriè de Deo dicatur, unde tralaticio ſenſu ad Angelos & Principes transferatur; an verò generalem quamdam obtineat ſignificationem præſtantioris humanâ Naturæ, unde ex æquo Creaturas eximias, Creatorémque ſignificare queat? At cùm in Scriptura promiſcuè utraque ſignificatione occurrat, quis utra ſit propria dixerit, niſi cum veteribus Hebræis verſatus ſit? Si tamen olim apud Hebræos fuiſſet in uſu Radix אלה *alaha*, quæ Arabibus familiaris eſt, & *colere* ſonat, credibile eſſet quodvis *σέβασμα* illâ voce potuiſſe propriè, ſeu ſummus Deus, ſeu alia Natura eſſet, ſignificari. Sed cùm hoc dubium eſt, tum etiam an ea vox primigenia, an verò ab ipſo nomine אלוה *eloha*, aut *allah* deducta ſit, incertum eſt.

Alia iterum movetur quæſtio, de qua ſemel (quoniam hæc vox paſſim occurrit) quid ſentiamus dicemus. Quærunt Eruditi unde factum ſit, ut vox אלהים *elohim* plurali numero adhibeatur, cùm ſingulare אלוה *eloha* uſitatum etiam ſit; utque non modò unicum Iſraëlis Deum deſignet, ſed etiam ſingula idola, ut 1 Reg. XI, 33. Quidam honoris causâ eſſe volunt, quos confutavit *Lud. Cappellus*, in laudata Diatriba. Alii uſum Linguæ ſolum ſpectandum cenſent, ut in aliis Linguis ſunt nomina pluralia, quæ ſignificationem habent ſingularem; quæ conſuetudo nec Hebraïcæ ignota eſt, ut vel ex voce מים majim, *aqua*, ſatis apparet. Atque ut hoc

fructum in quo ſemen eſt, pro ſpecie ſua. Vidit Deus hoc eſſe bonum, 13. & fuere veſpera & mane, quæ diem tertium *confecerunt*.

14. Exin

illico è telluris ſinu prodiere, paratus mox creandis animalibus paſtus. 13. Nec aliud quidquam, intra tertii diei noctem & lucem, à Deo factum eſt.

14. Loco lucis, de qua diximus, voluit poſtea Deus lu-

certò affirmari, ita nec negari ſatis liquidò poteſt. Sunt rurſus qui putent eſſe hanc ellipticam loquutionem, & ſubintelligi vocem eamdem, adeò ut אלהים dicatur ἀντὶ τοῦ אלה אלהים *eloha elohim*, *Deus Deorum*. Verùm hi confutantur vel inde quòd *Elohim* dicatur unicum Idolum, ab iis qui id ſummum Deorum eſſe non putabant. Deinde ubi loquutio integra occurrit, prima vox eſt etiam plurali numero אלהי אלהים *elohe elohim*, *Dii Deorum* Deut. X, 17. Hæc animo penſitanti, cum mihi aliunde conſtaret Hebraïcam Linguam Idololatrarum, qui Palæſtinam incolebant, fuiſſe propriam, quod in Diſſertatione Lingua Hebraïca probavi; veriſimilius viſum eſt Hebræos πληθυντικῶς de Deo à Palæſtinis didiciſſe loqui; ita tamen ut voci plurali ſingularem tribuerent ſignificationem, prout dogma de uno Deo ſummo requirebat. Hinc mirum non eſt, ſi huic voci ſingulare verbum junxerint, cùm ſenſum magis quàm numerum vocis attenderent; & interdum ratione numeri habitâ, plurale verbum addiderint, ut inf. Cap. XX, 13.

2. *Terra*, &c.] Hebræi voci ארץ *erets* præponunt ו *&*; ſed cùm ea littera paſſim abundet, & omnium conjunctionum vice fungatur; eam veteres Interpretes imitati modò omiſimus, modò, prout res exigebat, vertimus; quod tamen ita factum à nobis eſt, ut vulgatam conjunctionis *&* ſignificationem retineremus, ubi dubitabamus de ſenſu loci, aut non erat manifeſtum eam παρέλκειν. Hoc in loco, ſive addatur, ſive detrahatur, perinde eſt, etiamſi vertatur: *Priuſquàm Deus crearet cœlum & terram, terra erat*; nam abundat in ſimili loquutione, Gen. XIX, 4. & Exod. I, 19.

Inanis & vacua] Heb. תהו ובהו *thohou*, *vabohou*. οἱ LXX. ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος *inviſibilis & incompoſita*. Aquila κένωμα καὶ οὐδὲν *inanitas & nihil*. Eodem modo *Theodotion*, niſi quòd ἀντὶ τοῦ κενώματος habet κενὸν. *Symmachus* verò ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον *inutile & confuſum*. Onkelos: צדיא וריקניא *tſadja vrekanja*, *deſerta & vacua*. Similia ceteri Interpretes vett. & recentiores, unde intelligimus eorum omnium mentibus, cùm hæc interpretarentur, obverſatum eſſe τὸ χάος, quod planum eſt hiſce vocibus deſcribi. An verò Hebraïcarum vocum genuinam & primigeniam ſignificationem intellexerint, non ita conſtat. Videntur nihil aliud deſignare, præter *inane*, non philoſophicum illud *Epicuri*, ſed quale eſt in regione deſerta; ut Moſes hiſce vocibus, in terra tum nullas plantas, nulla animalia, nihil denique præter inertem telluris molem, aquis tectam, fuiſſe ſignificet. Eſaïas XXXIV, 11. ubi Jeroſolimæ exſcidium poëticis penè coloribus pingit: *Extendet*, inquit, *ſuper eâ lineam* תהו *thohou*, *& perpendicula* בהו *bohou*; hoc eſt, eam ſolo æquabit, omnibus direptis. Similiter Jeremias Judæam, poſt Nabuchodonoſoris depopulationem, animo contemplatus: *Vidi*, inquit, *terram & ecce thohou vabohou*. Cap. IV. 23. Hîc οἱ LXX. verterunt οὐδὲν & apud Eſaïam, ἔρημον. Hinc metaphoricè Dii Gentium תהו *thohou*, 1 Sam. XII, 21. vana numina, imò inania nomina dicuntur. Jam ſi quis quærat quæ ſint horum vocabulorum radices, viri doctiſſimi תהו derivari à radice תהה *thaha*, *ſtupere*, *admirari*; בהו verò à בהה *baha*, quod idem ſignificat ac בהת *behath*; hoc eſt, *erubeſcere*; ut duabus hiſce vocibus conjunctis *ſtupenda* ac *pudenda* deſolatio deſcribatur, reſpondent. Dignum eſt obſervatu Syriacâ, aut Chaldaïcâ Linguâ, utramque hanc radicem *ſtuporem*, ſeu *admirationem* deſignare: quemadmodum Græca radix χαίνειν, unde deducitur vox χάος, de admirantibus uſurpatur, qui κεχηνότες *hianti ore aliquid ſtupentes* audiunt, aut adſpiciunt. Non auſim, ſine exemplis, affirmare & תהה & בהה *hiatum* propriâ & primigeniâ ſignificatione complecti; unde תהו ובהו *thohou vabohou* hiatum illum cæcum & immenſum qui telluri superincumbebat, primo creationis die, ſignificarint. At hoc certum videtur תהו *thohou* propriè *hiatum* ſignificare, quod apparet ex Jobi XXVI, 7. ubi telluris ſitus, qualis à Deo ei datus, ita deſcribitur: *extendens Aquilonem* על תהו *ſuper* thohou, & *ſuſpendens terram ſuper nihilo*, בלימה *blimah*. Utrumque à LXX. Int. vertitur οὐδὲν, iiſque ſignificatur aëris terram ambientis inanitas. Cùm autem בהו, huic quaſi ſynonymum addatur, idem utroque ſignatur; nempe, inanitas aëris tenebricoſi terræ omni ornatu deſtitutæ incubantis. Radix באה, apud Arabas, ſeu hinc vocem derivarint, ſeu ab initio habuerint, etiamnum *vacua fuit domus* ſignificat. Igitur Moſes hac loquutione *terra erat thohou vabohou*, globo terrâ & aquâ conſtanti, nihil incubuiſſe, præter immenſum hiatum, quem modò diximus, docet. Vid. & Deut. XXXII, 10.

Caligo ſupra Abyſſum] Originis rerum, qualis hîc narratur à Moſe, aliquam apud Ethnicos ſuperfuiſſe memoriam, oſtendit *H. Grotius* ad Cap. XVI. Lib. 1. opuſculi aurei de *Ver. Rel. Chriſtianæ*. Nos ejus collectanea hîc non exſcribemus, contenti obſervaſſe Vett. omnes penè, quorum congeſſit teſtimonia, narrare initio noctem fuiſſe. *Heſiodus*, inter alios, in *Theogonia*, verſ. 123.

Ἐκ Χάεος δ' Ἔρεβός τε, μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο,
E chao Erebus & Nox nati ſunt. Is Poëta res, inter quas eſt aliquis naturæ aut temporis nexus, ἀνθρωποπαθῶς ſeu γενεαλογικῶς conſanguinitate aut matrimonio conjungit; quod qui probè obſervarit multò plura, quàm vulgò cernuntur, in eo Moſaïcis ſimilia deprehendet.

Abyſſum] Hebr. תהום *thehom*. *Abyſſus* hîc mare ſignificat, quo terra obtecta erat, ut Pſal. CIV, 6. ubi Poëticè Mundi creatio deſcribitur, & alibi paſſim.

Movebatúrque] Heb. מרחפת *mrahhepheth*. Volunt viri docti hac voce ſignificari incubitum avis, & quidem columbæ, ſuper ovis. Neutrum

14. Exin dixit Deus: ſint lumina in firmamento cœli, quæ *tempus* dividant noctem inter & diem, ſtatorúmque temporum, dierum & annorum ſigna, 15. ac inſtar lampadum

lumina eſſe in cœlo, quæ eumdem præſtarent uſum; tempus, ſcilicet, in diem & noctem dividerent; quæ hominibus ſigna conſtantia eſſe poſſent, quorum auxilio ſtata certis de rationibus tempora, dierumque & annorum periodos obſervarent; 15. & quæ terris illucerent. Illico verò fulſere ea lumina, 16. 17. 18. quo-

trum tamen certò conſtat, nec tanti eſt *Salomonis Jarchii*, aut alius nuperi vel antiquioris Rabbini auctoritas, ut ei ſimpliciter adfirmanti, de propria ſignificatione vocis Hebraicæ, credamus. Primùm incubitum nuſquam ſonat, nam Deuteronomii quidem Cap. XXXII, 11. motum potiùs alarum, aut volitationem innuit. Ut aquila excitat nidum ſuum, *& ſuprà pullos ſuos* ירחף jerahheph, *volitat*, aut *ſe motitat*, *expandit alas ſuas*, &c. Alter locus, in quo exſtat hæc vocula, eſt Jeremiæ XXXIII, 9. ubi de commotione oſſium hominis, vehementi miſeratione perculſi, uſurpatur. Nuſquam aliàs occurrit, nedum ut alicubi de columba incubante adhibeatur. Propterea *Sam. Bochartus Hieroz.* P. 2. Lib. II. Cap. 3. ubi locum Deuteronomii exponit, hoc verbum *movere ſe*, vertit, unde tranſlatum ad aves *movere alas* ſignificet. Ideò etiam hoc Geneſeως loco vertimus *movebatur*, eodem ſenſu ac LXX. Intt. & *Hieronymus*: ἐπεφέρετο & *ferebatur*. *Hieronymus* tamen in Quæſtionibus Hebr. in Geneſin, *incubandi* ſignificatum probat. Onkelos, quia motus venti flatus eſt, ut motus avis volatus, maluit uti voce vento convenientiore, מנשבא mnaſſcheba, *flabat*.

Supra aquam] Hoc eſt, ſupra Abyſſum, quam modò dixit, in tenebris quæ huic Abyſſui incumbebant.

Spiritus Dei] Cùm vox *Spiritus* ſeu ſola ſit, ſeu *Dei* dicatur, ſit ex iis quæ plurimis gaudent ſignificatibus, tres potiſſimùm à pleriſque Intt. locum hîc habere poſſe exiſtimati ſunt. *Onkelos* & Judæi plerique *ventum* eſſe volunt, qui cùm ob vehementiam ſuam, tum quia à Deo, naſcentis Mundi opifice, immiſſus erat *ventus Dei* dicatur. Ita Pſaltes Pſal. CXLVII, 18. poſtquàm frigus, quo aquæ in glaciem vertuntur, à Deo mitti dixit, earum ad priſtinam fluiditatem reditum hiſce verbis deſcribit: *Mittit verbum ſuum, & liqueſacit eas*; *flat* ſpiritus ejus רוחו *rouhho*, *& fluunt aquæ*. Eſaïas Cap. XL, 7. *Areſcit gramen, cadit flos, quia* Spiritus Dei *in id flavit*. Utrobique ventus eſt à Deo immiſſus; at hoc in loco, cui uſui eſſet ejuſmodi ventus, aut quare in tam brevi narratione ea obſervaretur circumſtantia, difficile eſt dictu. Viri doctiſſimi, qui crediderunt ventum in aquas immiſſum ne putiſcerent, in animum non revocarunt, putredinem ex calore oriri, qui, nondum creato ſole, nullus fuit; neque quidquam interfuiſſe, cùm nulla eſſent animalia, putiſceréntne aquæ, an puræ ſervarentur.

Alii igitur Intt. *Spiritu Dei* hîc exiſtimarunt intelligi aut ipſum Deum, non οὐσιωδῶς dumtaxat, ut recentiores Chriſtianorum Theologi loquuntur, ſed ὑποϛατικῶς conſideratum; Deum, nempe, eo modo ὑφιςάμενον, propter quem Spiritus Sanctus dicitur: aut vim divinam, quâ omnia procreata ſunt, quo ſenſu occurrit Pſalm. CIV. 30. Τῶν ὅλων ποιητικήν τε καὶ δημιουργικὴν δύναμιν, vocat eleganter *Euſebius* in Præpar. Euang. Lib. VII. Cap. XI. Verùm eæ opiniones verbis tantùm variæ eſſe videntur, quoniam, ex recepta ſententia, τριῶν ὑποϛάσεων una eadémque numero eſt facultas, quod & ſuo axiomate expreſſere Scholaſtici: *opera ad extra ſunt communia tribus Perſonis Sacræ Trinitatis.* Videtur ergo hoc velle Moſes divinam potentiam informi extenſioni, antequàm quidquam eſſet, præfuiſſe.

Si *Philo Byblius*, ſeu ex vero *Sanchoniathone*, ſeu ex certa Phœnicum ſapientiæ notitia, nobis genuina eorum tradididit dogmata: eadem pænè de initio mundi, verbiſque interdum à Moſaïcis nequaquam diſſonis, Hebræorum vicini philoſophabantur. Poſtquàm dixit τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν *principium omnium fuiſſe* ἀέρα ζοφώδη καὶ πνευματώδη, ἢ πνοὴν ἀέρος ζοφώδους καὶ χάος θολερὸν ἐρεβῶδες, *aërem tenebricoſum, & vento agitatum, vel flatum aëris tenebricoſi, & Chaos turbidum, & caliginoſum*, quæ haud male cùm primis hujus cominatis verbis conſentiunt: ὅτε δὲ, φησιν, ἠράσθη τὸ πνεῦμα τῶν ἰδίων ἀρχῶν, ἐγένετο σύγκρασις, καὶ τὰ ἑξῆς: *quando, inquit, amavit* SPIRITUS *ſua principia, facta eſt miſtio*, &c. *Euſeb.* Præp. Euang. Lib. I. Cap. X. Hinc Platonici ſuam Animam mundi videntur mutuati, de qua *Plato* in *Timæo*.

3. *Dixit verò Deus*] Hebræi Numen verbo quidquid videtur efficiens deſcribunt, & quaſi imperio omnia creata tradunt; ut facilitatem in eo quod vult, efficiendo, ſummámque ejus in omnia potentiam oſtendant. Pſaltes Pſalm. XXXIII, 6. *Verbo Jehovæ cœli facti ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis eorum ornatus.* Pſalm. CXLVIII, 5. *Ille juſſit, eáque creata ſunt.* Atque ut imperio creat: ita etiam imperio delet: *percutiet terram*, ait Eſaïas XI, 4. *virgâ oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum occidet impium.* Hac in re ſi qua eſt ſublimitas, ut eſt omnino, ea Linguæ Hebraicæ genio, non ἁδρότητι Moſis accepta ferenda eſt, contra quàm putabat *Longinus* περὶ ὕψους Cap. VII. Nam Moſes ceteroquin in narrationibus hiſtoricis humili potiùs utitur ſtylo, ut obſervavit P. D. *Huetius* Prop. IV. c. 2. §. LIII. *Dem. Euang.* Animadvertent præterea qui ſacros Codices diligenter verſabunt à veteribus Hebræis, propter nexum cogitationem & verborum, qui tantus eſt ut etiam taciti cogitationes quas animo verſamus verbis veſtiamus, ſæpè animi conſilia, ſermone licèt nequaquam indicata, voce אמר *dicere*, exprimi. Ita Exod. II, 14. *an occidere me* אתה אמר attha omer, *tu dicis*, hoc eſt, σὺ θέλεις, ut habent οἱ LXX. 2 Sam. XXI, 16. ויאמר vajjomer *& dicebat percutere Davidem*, Id eſt, καὶ διενοεῖτο, ut habent rurſus LXX. Intt. Vid. *Valent. Schindlerum* in tertia ſign. hujus vocis. Græci etiam interdum eodem ſenſu ſuo φημὶ utuntur. Hæc nos paulò accuratiùs, hoc in loco, quia ſæpiùs redibit hujus obſervationis uſus. Vult Moſes, Deum de creanda luce conſilia agitaſſe, & ſtatim ac voluit lucem fulgere,

padum ſint in firmamento cœli, ad lucendum ſupra terram ; atque ita fuit. 16. Duo lumina magna, lampadem majorem, ut præeſſet diei; lampadem item minorem, ut nocti præeſſet, & ſtellas fecit Deus; 17. poſuitque eas in firmamento cœli, ut luceant ſupra terram, 18. præſint diei & nocti, ac inter lucem & tenebras *tempus* dividant.

Vidit

16. 17. 18. quorum unum quidem, idque majus, diurnam lucem præbet, dieique metas ponit; alterum verò, quod minus eſt, unà cum ſtellis reliquis à Deo eodem tempore creatis, noctu ſplendet, tenebrarum horrorem minuit, hominéſque ſuâ luce juvat. Hæc, ut alia omnia, fini quem ſibi propoſuerat

apta

gere, illico eam emicuiſſe. Vid. ad verſ. 7. not. & ad verſ. 11. & Cap. II, 18.

Sit Lux] Cui uſui fuerit hæc lux, ante creata animalia, cùm non ſatis conſtet, viri docti exiſtimarunt *lucem* hîc vocari Angelos, qui adeò ſint primo die è nihilo educti. Sed cùm ea conjectura nullo ſatis perſpicuo Scripturæ loco, neque Hebraïcæ Linguæ uſu fulciatur; Philoſophica argumenta, quæ ſæpe unâ ignorantiâ noſtrâ, ut hîc, nituntur, non videntur audienda. Liceat neſcire quare Moſes Angelorum creationis non meminerit, & quare per primum Orbis terrarum triduum, aliud ac Solis lumen fulſerit; néve, ut ne ignorantiam hanc noſtram fateamur, ad violentas interpretationes confugiendum nobis cenſeamus. Interea, ſi aliquatenus conjecturis indulgeamus, Deum qui intra certum dierum circulum (qua de causâ juxta ſcio eum ignariſſimis) mundum creare decreverat, nec tamen Solem ante quartum diem illucere terris volebat, lucem, cujus ortus & occaſus triduum emetiretur, eſſe juſſiſſe credibile eſt. Abſque enim ea luce fuiſſet, trium primorum dierum opera eodem die facta fuiſſe ac ſidera, quæ quarto die emicuerunt, cenſerentur; quandoquidem primus dies nocte, quæ lucis ortum anteceſſit, & lucis illius ſupra horizontem morâ conſtitiſſe intelligitur, ut ad verſ. 5. videbimus. Circa hujus lucis cauſam & naturam nolim etiam ſubtiliùs philoſophari, cùm nihil circa hanc rem à viris eruditiſſimis tentatum ſit, quod multò difficilius intellectu non ſit; quàm, ut res ſe habent, multa, imò innumera mundi originem ſpectantia ignorari oportere. Hoc ſemel, ne omiſſarum rerum ignotarum ratio importunè à nobis poſceretur, monendum cenſuimus.

Ac fuit lux] Deo volente, alterum terrarum orbis hemiſphærium luce colluſtratum eſt, quæ intra certum horarum circulum, inſtar Solis, terram ambiit.

4. *Vidit Deus lucem eſſe bonam*] Miſſis ſignificationibus Philoſophicis vocis *bonus*, monebimus dumtaxat res inanimatas bonas à Scriptura dici, ſenſu populari, quæ aptæ ſunt ei fini conſequendo propter quem ſunt, aut jucundæ; ut innumeris exemplis conſtat, quæ è *Concordantiis* peti poterunt. Lux hæc, quæ initio producta, utroque ſenſu bona fuit. Dignum tamen eſt obſervatu & *Timæum Locrum* antiquiſſimum Philoſophum, & *Platonem*, qui ejus libellum fuſiùs diduxit, ubi creationem mundi deſcribunt, ſtatim ab initio non bonitatis modò Dei, quæ eum ad res creandas impulerit, ſed *bonitatis* etiam creaturarum meminiſſe: ἐβουλήθη ὁ Θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, *voluit Deus omnia eſſe* bona, *nihil verò, quoad poterat, eſſe malum*. Verba ſunt Platonis pag. 527. Ed. Gen. Ficini.

Ceterùm hîc ἀνθρωποπαθῶς de Deo quaſi de opifice, qui opus ſuum fini, quem animo propoſuit, tum demum aptum eſſe videt, quando uſum optatum præſtare incipit, loquitur Moſes. Quemadmodum autem eximius artifex ita priùs & diſpoſitionem & uſus opificiorum ſuorum, quàm eis manum admoveat, intelligit, ut poſtquàm facta ſunt, nihil in iis deprehendat quod voto conſentaneum non ſit, atque animo præcepto exemplo ſimillimum: ita, Deus tantâ ſapientiâ νοητὰ παραδείγματα, *intelligibilia exemplaria* eorum quæ facturus erat, ut Platonici loquuntur, mente præcepit, ut nihil uſus confutaverit, nihil experientia arguerit, ſed omnia convenientiſſima, finibus quæque ſuis, deprehenſa ſint. Itaque Deus, egregius artifex, præclaris ſuis operibus veluti lætabatur.

Tempus luce & caligine partitus eſt] Heb. יבדל בין האור ובין החשך jabdel ben haor, ouben hahhoſchech, *diviſit inter lucem & inter tenebras*. Plerique Intt. verterunt: *diviſit*, aut *diſtinxit lucem à tenebris*. Verùm ſolâ creatione, ſatis à Tenebris diſtinguitur Lux, quippe quæ naturâ ſuâ diverſa eſt: adeò ut nihil frigidius, aut inutilius dici queat, quàm creatâ luce eam demum à tenebris diſtinctam eſſe. Poſſet fortè ejuſmodi ferri loquutio, ſi Lux & Tenebræ duæ eſſent Naturæ per ſe exſiſtentes, quæ priùs miſtæ, ut Poëtæ in Chao omnia miſta fuiſſe cenſebant, eſſent, poſtea Divinâ potentiâ ſecretæ ac ſejunctæ. Sed cùm ejuſmodi opinio divino Scriptori à nemine tribui queat, hoc unum voluit, ex quo Lux emicuit, & circa terram acta eſt, dies & noctes potuiſſe numerari, cùm una perpetua antea nox èſſet, tempúſque luce ac tenebris diviſum fuiſſe. Ideóque non dubitavimus in Tranſlatione noſtra ſupplere vocem *tempus*, cùm is ſit manifeſtò loci ſenſus, qui locus verbatim converſus Latinè ſententiam nullam fundit. Vid. ad verſ. 14.

5. *Lucem autem Diem vocavit*, &c.] Cùm non eſſent eo die qui loquerentur, ſeu qui ſonis cogitata ſua aliis patefacere neceſſe haberent, non opus erat nominibus. Quia tamen Deum loquentem cœpit inducere Scriptor divinus, eodem ſchemate uti pergit; ut oſtendat Deum non modò facillimè lucem effeciſſe, ſed etiam ejus dominium ab initio ſibi vindicaviſſe, ut eam quando vellet exſtingueret, aut nocti ſuccedere juberet. Ita Cap. II, 19 & 20. ſolus Adamus, nemine adhuc alio homine vivente, cum quo de animalibus colloqueretur, nomina brutis imponens inducitur, quod dominii indicium fuit; unde & ſæpe, apud Orientales, qui novos Dominos nanciſcebantur ab iis nomina accipiebant nova. Vid. Dan. I, 7. Igitur ut ſignificaret Scriptor divinus eas temporis partes, quas vocamus *Diem* & *Noctem*, Heb. יום *jom* & לילה *lailab*, Dei voluntate exſtitiſſe, atque ab

illo

Vidit Deus hoc eſſe bonum, & fuere veſpera & mane, *quibus confectus eſt* dies quartus.

20. Poſtea dixit Deus: reptile, cui inſit anima vivens, gignant aquæ; & ſuper terra, *ac* ſupra firmamentum cœli volet volucris. 21. Creavit ergo Deus magna cete, & omne

apta eſſe deprehendit Deus, 19. & ſic quartus dies abiit.

20. 21. Poſthæc, voluntate divinâ, piſces maximos & minimos, volucriumque omnia genera mare edidit,

illo prorſus pendere, ut earum vices, ſi velit, mutet, Deum hiſce nomina imponentem induxit.

Et fuere veſpera & mane] Synecdochicè initium noctis veſpera, & mane diei ſumuntur pro toto νυχθημέρῳ, ſeu viginti quatuor horarum ſpatio. Veſperam autem matutino tempori præponit Moſes, eáque porrò ab Hebræis præpoſita eſt, in dierum numeratione, ut & aliæ Gentes fecerunt, quòd prior die fuiſſet. Ceterùm hoc in loco dies unus immensâ nocte, quæ lucem anteceſſerat, & luce duodecim horarum, conflatus fuiſſe cenſetur; quòd in nocte illa, quantumvis longa, nulla cujuſquam rei viciſſitudo fuerit, quales ſunt dierum vices, quâ in certas dividi potuerit partes. Hæc paullò aliter à Platonicis, iiſque qui eorum de æternitate & duratione ſententiam ſequuntur, intelligi ſcio. At non videntur ita arguti fuiſſe Hebræi.

Quæ confecerunt diem unum] Supplevimus *quæ confecerunt*, quòd Latinis verbis aliter non conſtaret conſtructio, & is manifeſtò ſit Hebraicorum ſenſus. Nemo, ut opinor, horum peritus, ſibi numerari verba poſtulabit, ut totidem ſint in verſione, ac Hebraïca veritate, ſi modò nihil ſenſui addatur; & ipſa, quoad poteſt, Hebraïca retineatur loqutio. Diu eſt, ut vel ex *Philone* περὶ κοσμοποιΐας liquet, ex quo inter Hebræos, quare hunc diem *unum* אחד *ebhad*, non primum vocet Moſes? quæſitum eſt. Ille, ut ubique πλατωνίζει, ex Platonicis ideis rationem hujuſce rei inveniſſe ſe ſperavit; nempe, diem hancce vocari μίαν non πρώτην, ἀλλὰ τὴν τοῦ νοητοῦ κόσμου μόνωσιν, μοναδικὴν ἔχοντος φύσιν, *propter intelligibilis mundi unitatem, qui ſingularem habet naturam*. Hæc ejus ſunt verba, initio κοσμοποιΐας pag. 7. Ed. Genevenſ. Alii alia quæſiverunt. Sed quid argutiis opus eſt? *Unus* dictus eſt ille dies, non *primus*, ob rationem quam ſubinnuimus; nempe, propter noctis quæ mundi creationem anteceſſit prolixitatem, in qua non plurium dierum, ſed infinitarum myriadum annorum, intervalla quærere quis potuiſſet. Sed, ut diximus, quantumvis longa, inſtar unius noctis, in quatuor vigilias trium horarum dividendæ, habita eſt; quòd nulla eſſet menſura, quâ in plures dies divideretur, nedum in ea diſtingui poſſent anni. Fortè ſimili de cauſa *Thales*, qui ex Phœnicia oriundus fuit, πρὸς τὸν πυθόμενόν τι πότερον ἐγεγόνει νὺξ ἢ ἡμέρα; ἡ νὺξ (ἔφη) ΜΙΑι ἡμέρᾳ πρότερον, *quærenti, quid prius fuiſſet, nox an dies? reſpondit noctem fuiſſe priuſquàm eſſet UNA dies.* Cæterùm negari nequit quin *Cardinalis* numerus pro *Ordinali* ſæpe occurrat, ut Geneſ. VIII, 5. Num. I, 1.

6. *Deinde dixit*] Heb. *Et dixit*. Cùm Copula ו, ut omnes pænè Hebræorum indeclinabiles particulæ, eumdem uſum præſtet ac variæ Latinorum, *&*, *quoque*, *deinceps*, *interea*, *tum*, &c. veteres Intt. imitati, variis ejuſmodi particulis, pro circumſtantiis locorum, eam tranſtulimus; niſi ubi ſenſus dubius aut obſcurus, eâ ratione, mutatus videri poterat.

Sit firmamentum inter aquas] Duplici viâ ad cognitionem veri ſenſûs vocis רקיע *rakiah*, quæ *firmamentum* vertitur, pervenire poſſumus. Primùm ex re ipſa conjectura fieri poteſt. Eo nomine hîc appellatur, ut videtur, id intervallum aëris quod à telluris ſuperficie ad nubes extenditur; hoc enim interſtitio ſeparantur *aquæ inferiores* maris, lacuum, fluminum & fontium, ab *aquis ſuperioribus* nubium; oſtendemus enim duplices haſce aquas nihil aliud eſſe præter hæc. *Virgilius*, qui Eclogâ VI. ex intima Philoſophia, mundi generationem deſcribit, inter alia Silenum inducit canentem:

Altiùs ut caderent, ſubmotis nubibus, imbres.

Multa alia profert, ut obſervavit *H. Grotius* aliique doctiſſimi viri, Moſaïcis prorſus ſimilia; ſed hæc ſubmotio nubium hoc ipſum eſt, quod creatione Firmamenti voluit Moſes. Nimirum, cùm nubes ſuperficiem terræ lamberent, atque æternâ nebulâ eam velarent, Deus voluit calore aliquo (fortè lucis primo die creatæ) eas evehi, quò ſerenior aër terræ incumberet. Verùm commate 14. voce *Firmamentum* multò remotior pars, eadémque vaſtior ſpatii nos undequaque circumdantis ſignificatur, cùm in Firmamento non Luna modò & Sol, ſed etiam Stellæ remotiſſimæ collocentur. Cùm verò hoc Firmamentum ab altero peculiari non diſtinguatur nomine, videntur quaſi unum, cujus duæ ſint partes, inferior & ſuperior, ſpectari. Igitur Firmamentum vocabitur immenſum illud ſpatium, quod undequaque terram noſtram cingit, & ad ſtellas fixas porrigitur. Eadem eſt prorſus ſignificatio vocis *cœlum*, quæ modò aërem vicinum, modò Planetarum aliarúmque Stellarum ſedem ſignificat; unde hæ voces conjunguntur, in utroque ſenſu, ut verſ. 14. ubi agitur de Planetis & Stellis fixis, & verſ. 20. ubi de ea parte aëris, in qua volitant aves, ſermo eſt.

Poſtquàm quid cogitarent vett. Hebræi, auditâ voce רקיע *rakiah*, vidimus, quærendum quare vaſtiſſimam illam extenſionem eo vocabulo appellarint. Recentiores plerique Intt. vertunt *expanſum*, quòd radix רקע *rakah*, apud Hebræos, *expandere*, *extendere* ſignificet. Utque hanc ſuam interpretationem firment, eò manifeſtò alludi contendunt Pſal. CIV, 2. Eſai. XL, 21. ubi dicitur Deus *extendere cœlos*. Nihil tamen ad rem faciunt ea loca, quandoquidem nequaquam de creatione ſermo eſt; ſed Deus tantùm extendere cœlos, inſtar tentorii, circa ſe dicitur. Loquuntur iis locis Prophetæ, non de ea diſpoſitione cœlorum, quam in creatione à Deo acceperunt, ſed de peculari ratione, quâ Deus iis utitur, ubi ad homines deſcendit. LXX. Intt. conſtanter vertunt στερέωμα *Fir-*

omne animal repens, quæ aquæ genuerunt, ſecundùm eorum genera; omnem item volucrem, pro ejus ſpecie. Vidit Deus hoc eſſe bonum, 22. iiſque benedixit, dicens: creſcite, augeſcite, & implete aquas per maria; volucris verò augeatur in terra. 23. Et fuerunt veſpera & mane, quæ diem quintum *confecere*.

24. Dein

dit, iiſque divinis conſiliis apprimè conſentientibus. 22. Deus propagandæ, & augendæ ſpeciei ſuæ facultatem conceſſit. 23. Atque hæc à Deo, die quinto peracta ſunt.

24. Sex-

Firmamentum, nec radicem רקע *rakab*, uſquam *extendere* interpretati ſunt. Apud Syros ea vox *firmare* & *comprimere* ſignificat; ad quam ſignificationem reſpexiſſe videntur LXX. Intt. Imò ſi rem introſpiciamus, ne apud Hebræos quidem uſquam *expandere* eſt; ſed *comprimere*, *firmare*, aut quidpiam ſimile. Sæpe factum eſt ut recentiores Intt. dum diſſentiunt à vett. quia non ſatis intellexerunt veterum rationes; & dum conjecturis ſuis, obſcuris aut ambiguis locis unicè nixis, nimiùm indulgent, veras vocabulorum ſignificationes adſequuti non ſint. Non ſatis erat aliquam ſignificationem poſſe voci cuipiam aptari, ſenſu ubicumque occurrit haud incommodo; conſulendus fuit præterea Linguæ Hebraïcæ uſus, qui ſæpe haud aliunde meliùs quàm ex vett. Intt. noſcitur, aut ex adfinibus Linguis petitur. Facilè enim fieri poteſt, ut ſenſus quiſpiam non ineptus falſus tamen ſit.

Verùm miſsâ, magni licèt momenti, obſervatione Grammaticâ, ſatius erit monuiſſe *Nicol. Fullerum* in Miſcellaneis, Lib. I. Cap. 6. primum τοὺς LXX. Intt. ex Syriaca Lingua defendere cœpiſſe, contra recentiores Commentariorum Scriptores. At idem quare Cœlum & רקיע & στερέωμα vocaretur non vidit; quòd Syſtema mundi, quale ab Orientalibus intelligebatur, in animum non revocaverit; & quædam alia, quæ hîc non expendemus, peccavit. Chaldæi terram exiſtimabant in medio mundo eſſe, quo in loco contineretur vi incumbentium undequaque Cœlorum, quod teſtimoniis Vett. oſtendit *Th. Stanlejus Orient. Phil.* Lib. I. Sect. 2. Hinc cœlos רקיעין *rekibin*, &, ut loquuntur Græci eorum Interpretes, στερεώματα, quòd inferiora *comprimerent*, ac *firmarent*; Deoſque præſides uniuſcujuſque cœli Ἀνοχεῖς & Συνοχεῖς *Suſtentatores* & *Coarctatores* appellabant. Vid. Sect. VIII. *Oraculorum Chaldaicorum*, & quæ ad eam ſunt à nobis obſervata. Eadem fuiſſe videtur Hebræorum ſententia, unde factum ut Salomo Prov. VIII, 28. ubi de diſpoſitione Univerſi, dicat Deum *firmaſſe nubes deſuper*. Græcorum Philoſophi cum Platonici, tum alii, qui Orientalium excuſſerant ſcrinia, eadem ratione de cœlis loquuntur. Stoïci, auctore Diogene Laërtio, in *Zenone*, ſeu *Lib.* VII. *Segm.* 140. omnia continua eſſe cenſenſebant, τοῦτο γὰρ ἀναγκάζειν τὴν τῶν οὐρανίων πρὸς τὰ ἐπίγεια συμπνοίαν καὶ συντονίαν. *hoc enim effici vi cœleſtium ad terreſtria prememda unà conſpirantium ac tendentium. Cicero* Lib. II. de *Nat. Deorum*, de eadem ſententia verba faciens, & de altiſſima Firmamenti, parte eodem modo loquitur: *reſtat ultimus*, inquit, *& à domiciliis noſtris altiſſimus omnia cingens & coërcens cœli complexus, qui idem æther vocatur.* Similiter *Proclus* Theol. Platonicæ Lib. IV. Cap 16. cœlum ait συνεκτικὸν εἶναι τῶν ὑπ' αὐτῷ πάντων, καὶ τῆς συνεχείας αἴτιον, *conſtringere omnia inferiora & continuitatis cauſam eſſe.* Vide & *Plinium*. H. N. Lib. II. Cap. 5. ubi dicit *univerſa teneri mundi* (i. cœli) *ipſius conſtricta circuitu.* Hiſce quaſi veris adſumtis, quæ nec etiam ab accuratiſſimis hujus ævi Phyſicis prorſus rejiciuntur, meritò cœlum στερέωμα dicitur, quandoquidem ut terreſtria ſint στερεὰ *firma* ac *ſolida* facit. His de cauſis, quæ graves ſanè viſæ ſunt, exiſtimavimus LXX. Intt. rectè στερέωμα vertiſſe; & voce, eo ſenſu jam à Vulg. Intt. conſecrata, *Firmamentum* nobis utendum eſſe cenſuimus.

Separet aquas ab aquis] Aquæ hîc ſeparandæ, ne quis dubitet, quæ ſint indicat in ſequentibus Moſes; ubi dicit, Firmamento ſeparatas aquas quæ ſunt infra ipſum, ab iis quibus ſubjectum eſt. Inferiores aquas eſſe maria, ſtagna, lacus, fluvios, fontes &c. ſatis inter Eruditos conſtat, quoniam nullæ aliæ aquæ ſunt cœlo ſubjectæ; ſed quia non ſatis intelligebant Firmamenti nomine inferiorem immenſi illius ſpatii, quod ad ſtellas uſque porrigitur, partem ſignari, anxiè quæſivere plurimi quæ eſſent aquæ ſupra Firmamentum collocatæ, & tandem ſupra ſidera neſcio quas aquas eſſe finxerunt. At ita certum eſt nubes poſſe dici firmamento ſuperiores, ut aves ipſæ, quia volant ſupra hominum capita, dicantur infra verſ. 20. *ſupra firmamentum cœli volare.* Afferuntur tamen ex Pſal. CXLVIII, 4. verba, quibus quidam ſtellas aquis eſſe ſubjectas probari poſſe cenſuerunt: *Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ ſunt ſupra cœlos*; at nihil obſtat quominus intelligantur nubes, quæ ſunt ſupra id cœlum, in quo volant aves. Ita & Pſalm. CIV, 3. *Contignat in aquis ſuperiora ſua conclavia, & facit nubes currum ſuum*, aquæ ſunt *nubes*, in quibus Poëticè, quaſi ἐν ὑπερῴῳ, habitans deſcribitur Deus.

Poteſt autem hîc quæri, annon Moſis narratio in ſuperioribus videatur innuere fuiſſe ſpatium quodpiam ſuperficiei aquæ, quâ tellus involvebatur, incumbens, antequàm Deus diceret, *ſit firmamentum*? Videtur ſanè, neque enim potuiſſet ſuperficies aquæ à reliqua extenſione diſtingui, niſi quidpiam ſpatii, ſolidâ ſaltem materiâ vacui, fuiſſet ſupra aquas. Atque hinc colligitur hoc omnipotente imperio, *ſit firmamentum*, non creari quidem ſpatium novum, ſed extenſionis antea à Deo creatæ novum uſum conſtitui, ut jam ſeparet nubes à terræ aquis, quibus incumbebant. Igitur eodem res redit, ac ſi Moſes Deum induxiſſet dicentem: *Nubes attollantur ex aquis, & in medio aëre pendeant.*

7. *Fecitque Deus*] Hoc eſt, Deus quod voluit exſecutus eſt; ne credatur alius Deus juſſiſſe mundum creari, ab alio verò creatus. Atque hinc, ut & ex verſ. 21. ſatis apparet figuratè eſſe intelligenda Dei quæ hîc leguntur imperia, de voluntate divina, quæ aliquid faciendum decerneret, & ipſa exſequeretur; neque enim,

abſque

24. Dein dixit Deus: animalia, ſecundùm eorum genera, pecus, reptile & feram terræ, pro eorum ſpecie, gignat terra. Atque ita fuit. 25. Feram terræ, ſecundùm ejus genera, pecus, pro ejus ſpecie, & omne reptile terræ, ſecundùm ejus ſpecies, fecit

24. Sexto, omnis generis animalia terreſtria, cicures pecudes, ſerpentéſque & feras ex terra naſci voluit; 25. cui divinæ voluntati illico terra paruit, Deóque animalia, uſui cui deſtinabantur idonea, præſto

abſque hoc eſſet, Deus id faciens induceretur quod jubet. Vid. not. ad verſ. 22.

Id Firmamentum] Heb. cum *He emphatico* הרקיע *barakiah*. Paſſim quidem illud *He* nullam Emphaſin addit, ut nec Græcus articulus, aut in Lingua Gallica, *la* vel *le*; interdum tamen vix Latinè exprimi poteſt, niſi addito pronomine demonſtrativo, quod de Græco articulo haud rarò obſervant γραμματικῶν παῖδες. Hoc autem loco *emphaticum* eſſe cenſuimus, & tantumdem valere ac τῦτο τὸ ςερέωμα. Diſcrimen eſt ſat magnum inter haſce phraſes Gallicas *un Firmament*, & *le Firmament*, quod Latinè exprimi nequit; nam pronomina demonſtrativa ſunt Articulo *le* ἐμφατικωτέρα. Idem in Hebraico obſervare eſt, ac in Gallico Articulo.

8. *Vocavit Deus &c.*] Vid. not. ad verſ. 5.

Cœlum] Hæc vox æquè latè patet, ut diximus, ac vox *Firmamentum*, & ſignificat cùm inferiorem aërem, tum ſummas circumambientis nos ſpatii oras. Fortè tam vaſtis ſpatiis, adeóque invicem remotis, idem inditum eſt nomen; quòd vulgus, ex quo Linguarum uſus pendet, ſtellas cùm erraticas, tum certis locis fixas, non uſque adeò remotas, ac ex rationibus Aſtronomicis eſſe deprehenduntur, crederet. Apud Latinos, eadem, ut videtur, de cauſa, non minùs quàm apud Hebræos, uno nomine tanta ſignabantur ſpatia. *Plinius* Lib. II. H. N. c. 38. *Hactenus de mundo ipſo* (i. cœlo) *ſideribúſque. Nunc reliqua cœli memorabilia; namque & hoc* cœlum *appellavere Majores, quod alio nomine* aëra, *omne quod inani ſimile, vitalem hunc ſpiritum fundit. Infra Lunam hæc ſedes, multoque inferior*, &c. Plura exempla facilè adferri poſſent. Vide *Indicem*. Sed hoc obiter, ut ne quis & *Firmamentum* & *Cœlum* tam laxè apud Moſem ſumi, nimiùm miretur; quod etiam in ſequentibus, & ad varia Scripturæ loca, in animum revocare neceſſe erit.

Et fuere veſpera & mane &c.] Vid. ad verſ. 5. Ante hæc verba addunt οἱ LXX. καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν, qualis adprobatio diebus aliis adjecta eſt. Abeſt tamen etiam à Samaritano Codice; & fortè ex conjectura addendam eſſe cenſuerunt οἱ LXX. Sed ut quamobrem omitti debuerit nulla certa ratio eſt; ita nec quare neceſſariò addi debeat videmus, cùm ἀκρίβεια nulla hîc quærenda ſit. Vid. ad verſ. ſeq.

9. *Tum dixit*] Vid. ad verſ. 6.

Colligantur aquæ] Heb. יקוו מים *jikkavou majim*. οἱ LXX. συναχθήτω τὸ ὕδωρ. Vulg. *congregentur aquæ*. Verbum hoc deducitur ἀπὸ τοῦ קו *Kav*, id eſt, *linea*, *perpendiculum*, unde credibile eſt, aquas hîc mitti in lóca, in quibus quaſi æquatæ ad libellam ſe continerent. Hanc conjicit voci Hebraicæ ineſſe vim *Paulus Fagius*; multò veriſimiliùs quàm *Nic. Fellerus*, cui ſæpe εὐςοχία Critica deeſt, & qui קוה *congregari*, aut *per lineam rectam fluere*, conjectat ſignificare, eò quod קו *Kav* ſit funiculus pluribus conſtans filis, & amuſſis quæ lineam rectam indicat. *Miſcell.* Lib. III. Cap. 4. Sed parum certæ ſunt ἐμφάσεις, quæ vocum duntaxat nituntur etymologiis. *Aquas* hîc non *aquam* vertimus, quòd de aqua, quæ terram tegebat, ſermo ſit. Vid. not. ad vocem *Deus*, verſ. 1.

In locum unum] אל מקום אחד *el makom ebhad*, hoc eſt, non quidem omnes aquæ in unum alveum, ſed ita ut iis loca eſſent certa, in quibus hærerent, non totam telluris vago fluctu inundarent ſuperficiem. Vel de Oceano, ejúſque finibus, hæc ſunt intelligenda; ita tamen ut in proprios etiam alveos reliquæ omnes aquæ confluxerint, ad inſtar Oceani. Vid. verſ. 10. LXX. Intt. εἰς συναγωγὴν μίαν quos propterea exiſtimavit *Lud. Capellus* legiſſe מקוה *mikve*, quæ vox verſ. 10. legitur ἀντὶ τοῦ συςήματος ὑδάτων, ſed fortè ſenſum vocis, non propriam ſignificationem expreſſerunt.

Et appareat ſicca humus] Tunc temporis, ut rem Virgilianis dicam verbis:

Et durare ſolum, & diſcludere Nerea Ponto
Cœpit.

Hæc verba *Virgilii* aliáque vett. Ethnicorum nondum, non creationis duntaxat, ſed ne modi quidem, quo mundus creatus fuerat, exoleviſſe apud omnes Idololatras memoriam ſatis oſtendunt, quod multis *H. Grotius* demonſtravit. Addemus tamen hîc, quod obſervare ſuperſedit; nempe, ex eo quòd aqua initio omnia texerit, atque ex ea terra emerſerit, natam videri τῶν παμπαλαίων ex Græcis opinionem, omnia ex aqua ortum ducere, quod refert *Ariſtoteles* Metaphyſ. Lib. I. Cap. 3. Hanc ſequutus eſt *Thales*, ex Phœnicia oriundus & de origine mundi Phœnicibus ὁμόφρων.

Atque ita fuit] Hæc verba ſatis per ſe clara neſcio quis, in LXX. Intt. Tranſlatione, ſatis longo gloſſemate expoſuit, καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτοῦ, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά: *& collecta eſt aqua, quæ ſub cœlo, in collectiones ſuas, & conſpecta eſt ſicca humus.* Quod poſtea in Codd. irrepſit.

10. *Vocavit Deus terram* &c.] Vid. not. ad verſ. 5.

11. *Emittat terra tenerum gramen*] Heb. תדשא דשא עשב *thadſche deſche heſcheb*, verbum quod *emittere* vertimus ἀπὸ τοῦ דשא *deſche*, deductum eſt, quod in alia Lingua exprimi nequit. Gaudent Hebræi ejuſcemodi loquutionibus, ut *mortem mori*, aliiſque in quibus verbum cum adfini nomine conjungitur. LXX. Intt. βοτάνην χόρτου *graminis herbam*, Vulg. *herbam virentem*; voces דשא עשב, quaſi eſſent unà conſtructæ, interpretati ſunt. At דשא non magis conjungitur cum עשב, quàm, in hoc eodem commate, זרע *zerah* cum עץ *hets* quod ſequitur. Verè Rabbini obſervarunt דשא eſſe *herbam teneram*, & humiliorem, עשב vero grandiorem, ut apparet vel ex Proverb. XXVII, 25.

cit Deus, viditque hoc eſſe bonum. 26. Tum dixit: faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, iſque piſci maris, volucri cœli, pecudi, toti terræ, & omni reptili ſupra terram reptanti dominetur. 27. Creavit igitur Deus hominem ad imaginem

præſto fuere. 26. At præter bruta, conſilium iniit Deus creandi ſanctioris animalis, quod Creatorem ſuum magis referret, ceteriſque, dominii à Deo dati jure, pro arbitrio uteretur. 27. Hoc conſilium ſuum

25. Igitur hoc in commate in tres veluti claſſes, quidquid emittit terra dividitur. 1. eſt tenera herba ſine ſemine, ſaltem conſpicuo: 2. quæ ſemen profert, majorque eſt: 3. arbores, ſub quibus arbuſta continentur. Notum eſt multos, imò pleroſque omnes olim credidiſſe herbas tenuiores, in quibus nec validior radix, nec ſemen propter tenuitatem cernitur, αὐτομάτως oriri, qua de re *Theophraſtus* de Cauſis Plant. L. I. Cap. v. cujus hæc ſunt verba: αἱ δὲ αὐτόματοι μὲν τῶν ἐλαττόνων, καὶ μάλιστα τῶν ἐπετείων καὶ ποωδῶν. *Sponte quidem illæ exeunt quæ ſunt ex minoribus, annuis potiſſimùm & herbaceis*, qua de re tamen dubitare videtur *Theophraſtus*, & quidem meritò. Sed Phyſica hîc tractari non patitur inſtitutum noſtrum. Satis nobis eſt τὸ דשא nomen generale eſſe earum herbarum, quæ ſponte naſci creduntur, quales ſunt è minimis plurimæ; עשב verò ſeminiferas, quales ſunt majores, deſignare. Eximius eſt locus *Arriani* in Epicteteis Lib. I. Cap. 14. Τεταγμένως, καθάπερ ἐκ προστάγματος Θεοῦ, ὅταν ἐκεῖνος εἴπῃ τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν, ἀνθεῖ· ὅταν εἴπῃ βλαστάνειν, βλαστάνει· ὅταν ἐκφέρειν τὸν καρπὸν, ἐκφέρει· ὅταν πεπαίνειν, πεπαίνει: *certo ordine, quaſi ex juſſu Dei; quando dicit germinandum, germinant; quando ferendum fructum, ferunt; quando maturescendum, matureſcunt.*

12. *Emiſit terra tenerum gramen*, &c.] Hoc comma mera eſt prioris repetitio, quæ, poſtquàm Moſes dixit, *Et ſic fuit*, non magis erat neceſſaria, quàm lacinia quæ eſt à LXX. Int. commati nono adſuta, & fortè ad hujus exemplum adjecta. Sed Hebræi multùm abſunt ab illa Atticorum, qui ſuperfluum quidquam pati ſe poſſe negabant, ſeveritate. Multa apud ſacros Scriptores περιττεύει, ut multa etiam deſunt, quæ haud inutilia forent ad ſententiæ perſpicuitatem. Linguæ hoc Hebraïcæ parum exculto ingenio, potiùs quàm Scriptoribus ipſis, tribuendum. Repetitionum exempla ſat multa occurrent inf. v. 16, 17, & 18. Cap. VII, 17. & ſeqq.

In quo ſemen eſt] Dubium eſt an *bo* בו *in quo*, ad *arborem*, an verò ad *fructum*, qui proximè præcedit, referri debeat. Licèt ſenſus, ad ſummam rei quod attinet, idem ſit; attamen retulimus ad fructum, quia in fructu plerumque arborum ſemen eſt, aut ſaltem poſt fructum ex eodem loco ſuccreſcit. Τῶν δένδρων οὐδὲν γυμνόσπερμον, ἀλλ' ἢ σαρκὶ περιεχόμενον, ἢ δέρματι, *arborum nulla nudo eſt ſemine, ſed vel carnibus involutum eſt, vel cute.* Caro autem illa, aut cutis ſunt fructus. *Theophraſtus* Hiſt. Plant. Lib. I. Cap. 18. Sunt qui dubitent an ulla ſit arbor, quæ ſine ſemine naſcatur, contendántque omnibus ſui generis ineſſe ſemen. Hoc ſi verum eſt, Moſes omnes ſignificabit arbores, loquutione quâ utitur propriè ſumtâ; ſin minùs, una ſpecies pro omnibus συνεκδοχικῶς ſumetur, neque enim minùs arbores, quæ ſine ſemine eſſe cenſentur, hoc die creatæ ſunt, ac ceteræ. Verùm hæc, ut rectè *Theophraſtus* de αὐτομάτοις plantis, δεῖ ἀκριβέστερον σκέψασθαι καὶ ἀνιστορῆσαι, *oportet accuratiùs inveſtigare, ac percunctari*, priuſquàm quidquam quaſi compertum ſtatui queat.

14. *Sint lumina*] Heb. יהי מארת *jehi meoroth, ſit lumina*, ubi Grammatici primùm obſervant fœminino plurali conjungi verbum maſculinum. Sed ſunt multa terminationis fœmininæ in plurali, quæ tamen maſculina ſunt, cujuſmodi eſt vox מאור, ut liquet ex verſ. 16. Deinde verbum eſt ſingulare pro יהיו *jihjou*, licèt nulla ſit mutati numeri ratio, earum quæ à *Buxtorfio* memorantur Theſ. Gram. Lib. II. Cap. 10. Itaque ad uſum Linguæ, quæ & genera & numeros ſæpe negligit, confugiendum. Galli tamen, quorum multò accuratior eſt Lingua, hîc eodem modo dicunt: *Qu'il y ait des luminaires. Il y a des hommes* &c. Græci etiam neutra pluralia cum verbo ſingulari conjungunt. Quarum Phraſium nulla ratio, præter uſum, quærenda.

14. *In firmamento cœli*] Hoc eſt, in partibus ſpatii nos ambientis, à terra remotioribus. Vid. not. ad verſ. 6.

Quæ tempus dividant] Vid. not. ad verſ. 4.

Statorum temporum] Hebr. מועדים *mohadim*, quæ vox paſſim *feſtos dies*, atque anniverſaria ſacra ſignificat, in noſtro Pentateucho. Sed & in genere quodvis ſtatum tempus ſonat, unde ad feſtos dies ſignificandos tranſlata eſt. Igitur hic eſſe ſenſus poteſt, Deum creaſſe Solem & Lunam, ut periodis ſuis & annos & menſes deſcribentes, eſſent veluti indicia, quibus homines cognoſcerent quando quæ inter ſe conſtituiſſent, quavis de cauſa, tempora veniſſent. Attamen, ne quid diſſimulem, ſpernenda non videtur *Salomonis Jarchii* ſententia, qui putat Judaïca reſpici feſta. Hoc enim in libro loquitur Moſes, non ut Adamus, aut alii qui ante Moſem vixere loquuti eſſent, ſi res ſuas geſtas ipſi ſcriptis mandaſſent. Sed rem veterem verbis, ſuo tempore uſitatis, narrat; imò etiam ſui ævi homines, ὡς ἐν παρόδῳ, quæ ſit inter res à Deo creatas, legémque ab eodem Numine inſtitutam χίσις docet, quod manifeſtò liquet ex commate 3. Cap. II. Pariter & in hoc loco obiter uſum, quem Sol & Luna periodis ſuis, ad ſtata feſta indicenda, Iſraëlitis præbebant, innuere potuit. Nec obſtat quod Deum hîc loquentem, & quidem directè inducit: *ſint luminaria* &c. Etenim ſolent Hebræi quæ homines animo verſantes, aut eloquentes deſcribunt, ea narrare quaſi ab iis directè prolata; cujus rei exemplis ſcatet Scriptura, in qua vix uſquam obliqua invenitur oratio. Res eodem redit, ac ſi Latinè quis diceret: Deum, inter alia, eo conſilio Solem & Lunam creaſſe, ut indicandis inſervirent feſtis. Ideò videtur Sirachides Cap. XLIII, 7, & 8. Lunam ἀνάδειξιν χρόνων καὶ σημεῖον αἰῶνος *indicium temporum & ſignum ævi* vocare, quod quomodo intelligat oſtendunt ſequentia, ἀπὸ σελήνης

ginem ſuam ., ad imaginem , *inquam*, Dei ; maſculúmque & fœminam eum creavit.
28. Poſtea benedixit eis, & creſcite, inquit, augeſcite & replete terram, eámque ſubjicite. Dominamini etiam piſci maris, volucri cœli & omni beſtiæ reptanti ſupra terram.

ſuum Deus creatis duobus hominibus, quod pluribus deinceps narrabimus, viro & fœmina, perfecit.

28. Deinde his facultatem propagandæ ſobolis, quæ terras impleret, uſumque omnium aliorum animalium

λλύνης σημεῖον ἱορτῆς à Luna ſignum feſti, Confer Pſalm. CIV. 19. Id autem Dei conſilium memorat Moſes , omiſſis fortè potioribus , quia ſcribebat in gratiam Iſraëlitarum; alioqui Solis uſus in calefaciendis, & vegetandis plantis atque animalibus, multò majoris erat momenti, quàm in deſignandis feſtis naturâ ſuâ ἀδιαφόροις, & ob ſolam divinam ſanctionem obſervandis.

Ceterùm tam diligenter non videtur deſcribere Moſes Aſtrorum creationem, alia de cauſa; niſi ut oſtendat tantùm abeſſe ut hæc ſint Numina , ut Deo omnium Creatori ſint inſtrumenta quædam , quibus humano benefacit generi ; quod clariùs dicit Deut. IV, 19. Neque ignotum fuiſſe Ethnicis Aſtra eſſe mera ſigna tempeſtatum conſtat, verſibus *Homeri* & *Arati* à *Grotio* allatis; quibus concinit, ſed ſerior, *Claudianus* , cui ſummum Numen hac periphraſi deſcribitur:

Ille pater rerum, qui tempora dividit aſtris.

15. *Inſtar lampadum*] Heb. למאורות limoroth, *in lumina*, hoc eſt, lampadum toti humano generi uſum præbeant.

16. *Lumina magna*] Scilicet, oculis noſtris, quibus ſunt viciniores Sol & Luna, quàm Stellæ fixæ, & majores Planetæ.

Ut præeſſet diei] Heb. לממשלת היום *lmemſcheleth haijom*, ad dominium diei. Loquutio eſt metaphorica, quam metaphorâ ſimili Latinè expreſſimus. *Dominium* Solis videtur in eo ſitum, ut interdiu agat in hemiſphærium, quod lumine ſuo colluſtrat, calore quem ubique excitat ; tum etiam ut metas diei ponat. Luna quoque ſuo modo nocti præeſt, dum horrorem tenebrarum diſcutit , & iter noctu facientes , quod in calidioribus climatibus fit, luce ſuâ juvat. Similibus pænè loquutionibus, quamquam alio ſenſu, uſus eſt *Plinius* in magnifica Solis deſcriptione, quæ exſtat Lib. 2. Cap. VI. Hiſt. Natur. ubi inter alia hoc legimus: *Eorum* (Planetarum) *medius Sol fertur*, *ampliſſimâ magnitudine ac poteſtate* ; *nec temporum modò terrarúmque*, *ſed ſiderum etiam ipſorum*, *cœlique rector*, &c. Idem eleganter Lunam *in tenebrarum remedium ab natura repertum eſſe* ait ſidus, initio Cap. IX. *Cicero* verò Tuſcul. Quæſt. Lib. I. n. 68. poſtquàm *viciſſitudines dierum atque noctium*, *commutationéſque temporum quadripartitas*, *ad maturitatem frugum & ad temperationem corporum aptas* , memoravit, addit *omnium moderatorem & ducem ſolem*, *lunámque accretione & diminutione luminis* , *quaſi faſtorum notantem & ſignificantem dies.*

20. *Reptile*] Viri eruditi, cùm inter Judæos, tum inter Chriſtianos, obſervarunt voci Heb. שרץ *ſcherets*, ampliorem multò eſſe ſignificationem quàm Latinæ *reptile* , cujus rei argumentum eſt certiſſimum Levit. XI, 10, 20, 29. Videtur tamen hic שרץ *piſces* tantùm ſignificare , quia de avibus, & terreſtribus beſtiis in ſequentibus agit Moſes ; niſi fortè muſcæ variorum generum, vermes, ſerpentes, &c. ab aquis producta intelligantur. In re dubia, generale reptilium nomen retinendum cenſuimus, cum pleriſque Intt. Vid. ad verſ. 24. Hanc vocem deducit *Sam. Bochartus* ἀπὸ τοῦ שרץ *ſcharats*, *abundè progenuit* ; ſed annon potiùs verbum à nomine derivatum ſit dubito. Certè ſi שרץ non modò piſces, ſed etiam quidquid multùm ſuper terra non eminet ſignificet, ut ranæ, locuſtæ , formicæ, &c. facilè fieri potuerit, ut inde duceretur verbum, quod *copioſè progenerare* ſonat , quoniam illorum animalium copioſiſſima eſt ſoboles.

Gignant aquæ] Heb. ישרצו *jiſchretſou*, hoc eſt, copioſè producant, ut modò diximus. Imperio autem hoc: *producant*,&c. ſignificari duntaxat divinam voluntatem, ſatis oſtendunt ſequentia: *creavit Deus omne animal repens*, *quod aquæ genuerunt* ; hoc eſt, & ipſe Deus, prout voluit , ex aquis reptilia deinde finxit, aut ex aquis naſci, quacumque tandem factum hoc ſit ratione, curavit. Vid. verſſ. 24, & 25.

Supra firmamentum cœli] Heb. על פני *ſuper faciem firmamenti cœli*. Voculæ על פני *hal phne*, cùm conſtanter *ſuprà* ſignificent, ubi de re agitur quæ ſuperiores ac inferiores partes habet, ſic debuere à nobis verti; ſi nos oportuit, ut omnino par erat, Hebræorum ſtylum, quantùm in verſione licet, ſequi. Non quæritur an nos ſoleamus hodie, ánve Græci aut Latini ſoliti etiam fuerint dicere aves volare *ſupra cœlum*; ſed an Hebræi, ex Linguæ ſuæ uſu , potuerint *aves ſupra firmamentum cœli*, ſeu ſupra id quod רקיע appellant ferri, ſcribere Hoc autem ab iis dici potuiſſe ſatis liquet ex verſ. 6. & iis quæ ad eum à nobis adnotata ſunt. Aves, nimirum , ὑψιπετεῖς haud multò infra nubes volant, adeóque ſupra id firmamentum, quod nubes à terra ſubmovet. Nec obſtat quod omnes aves non ſunt ὑψιπετεῖς, ſub una enim ſpecie , aliæ poſſunt intelligi, ut verſſ. 9, & 10. licèt *maria* tantùm dicat Moſes, omnes aquarum alvei *fluviorum*, *fontium*, &c. intelliguntur. Poſſet etiam fieri ut vocibus *ſupra terram* , quæ præcedunt, ſignificentur aves quarum terræ propior eſt volatus, ſequentibus verò , *& ſupra firmamentum ὑψιπετεῖς*; quæ interpretatio ſatis placet. LXX. Intt. qui verterunt κατὰ τὸ στερέωμα *juxta firmamentum*, & *Hieronymus* qui habet *ſub firmamento*, emendarunt , ut ita dicam, Moſis loquutionem, quia eam ſatis non adſequebantur; neque enim dixeris eos Linguarum, quibus uterentur , rationem habuiſſe , cùm ita elegantiæ ſtudere non ſoleant; neque, ſi hoc eſſet, vocibus στερέωμα ac *firmamentum* uti auſi eſſent, cùm ſint eo ſenſu Latinis & Græcis auribus ignotæ. Vir doctus , qui utile opus *Concordantiarum Particularum*, conſcripſit, Vulg. Int. ſequutus fruſtra in alios Intt. indignatur, quia putat aves non niſi *ſub firmamento* volare. Idem haud rarò hallucinatus eſt, quando Hebraïcis particulis

ſen-

ram. 29. Dixit quoque Deus : en omnem herbam ſementantem, quæ ſupra univerſam terram eſt, & omnem arborem, in qua eſt fructus arboris ſementans, vobis dedi; *hæc* vobis erunt in eſcam. 30. Omni verò beſtiæ terræ, omni volueri cœli, & omni ſupra

lium adtribuit. 29. Homines etiam cùm herbis, tum arborum quarumvis fructibus ſalubribus; bruta verò herbis potiſſimùm, quibus vitam ſuſtentarent, donavit. 30. Hæc autem, ex Dei voluntate, èveſtigio abſoluta, 31. & opificis fini convenientiſſima die ſexto creata ſunt.

ſenſum adtribuit particularum Latinarum, quibus hodie idem ac Scriptores Sacri dicere volentes, iis in locis, uteremur. Ita necopinus Linguam Hebraïcam, non ex Hebraïcæ Linguæ, quod oportuit, ſed ex hodierno interpretatur Latinè loquentium uſu. Sic, quia, ſi dicere voluiſſet quod habet Moſes Num. III, 4. rem ita extuliſſet: *Ithamarem & Eleazarem ſub Aharone patre ſacerdotio functos*, credit verba Moſis: *ſacerdotio functus eſt Eleazar & Ithamar* על פני *hal phne Aharonis patris*, non *coram Patre*, ſed *ſub patre* vertenda. At idem quidem eſt utriuſque loquutionis ſenſus, ad rem ipſam quod attinet; ſed non eſt prorſus ſynonyma phraſis, ſi verba ſpectemus. Atque hoc obiter hîc notandum duximus, quia res eſt magni momenti, ſi quis plenè Hebraïcarum ἐνέργειαν phraſium adſequi cupiat.

Volet volucris] οἱ LXX. πετεινὰ πετόμενα. Vulg. *volatile ſuper terram*, quâ vertendi ratione avium ortus mari tribuitur: *Producant*, ait Deus, *aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram*. Verbum יעופף *jehopheph*, volet, non imperativi loco, ut nos, eſſe crediderunt, ſed ſubaudiverunt vocem אשר *aſcher*, *qui, & volucrem QUÆ volet ſuper terram*. Ita & Onkelos דפרח depharah, *qui volat*. Utra ſit verior interpretatio non ſatis liquet, cùm paſſim relativum pronomen ſubaudiendum ſit. Vid. not. ad Cap. II, 19.

21. *Magna cete*] Heb. תנינים *thanninim*. Ita vocantur majores quilibet piſces, qui à Græcis & Latinis *Cete* communi nomine dicuntur; qua de re conſulendus *Sam. Bochartus*, *Hierozoici* P. I. Lib. I. Cap. 7. Cetacei autem generis meminit hîc Moſes, quia eminet inter piſcium ſpecies, ut mare inter aquarum collectiones, avéſque ὑψιπετεῖς inter volucres, quæ nominatim ſuprà inter Dei opera recenſuit.

22. *Benedixit dicens*, &c.] Vel ex hoc loco ſatis apparet figuratè Deum creantem loquendo induci; neque enim quiſquam dixerit Deum bruta alloquutum. *Benedicere* ברך *barach* ſignificat, ubi de Deo benedicente ſermo eſt, bene facere, & præſertim facultates augere. Vid. Geneſ. XXIV, 25. Sed & adhibetur variis in locis, ubi de ſobolis multiplicatione ſermo eſt, ut Gen. XXIV, 60. Pſalm. CXXVIII, 3, 4. Hîc quoque benedictio Dei erga animalia in propagandæ ſobolis, quam eis largitus eſt, facultate, ſita fuit. Eum autem verbis benedicentem inducit Moſes ἀνθρωποπαθῶς, quia *benedictiones* hominum verbis peraguntur. Vid. not. ad verſ. 3. & 7. Rectè *Joſephus*, omiſsâ omni ſermonis mentione: συνδυάσμῳ αὐτὰ κοινωνίᾳ καὶ μίξει γονῆς ἕνεκα, καὶ τὸ συναυξάνεσθαι καὶ πλεονάζειν αὐτῶν τὴν φύσιν, *cùm ea conjunxiſſet communione & coitu, ſobolis causâ, & ut augerent ac multiplicarent ſuam naturam*.

24. *Animalia*] Heb. נפש חיה *nephеſch bhajah*, *animam viventem*, uno verbo Græcè ζῶον, Latinè *animal*. Uti plura Latina vocabula ad unum Hebraïcum vertendum adhibere non piget, ubi aliter fieri nequit: ita nec uno verbo, quod pluribus dicitur, vertere, ubi unum illud plurium vim plenè exprimit, ut hoc in loco. Pro ſingulari etiam plurali uſi ſumus, perſpicuitatis causâ.

Pecus] Heb. בהמה *bhemah*. Hîc terreſtria animalia in tres dividuntur claſſes, quarum prima nomine בהמה appellatur. Brutum quodvis eo ſignificari, ut & terreſtre quadrupes viviparum aliquantæ molis, quando ſolum legitur; at quando τῷ חיה opponitur, ut hîc, *jumenta* eſſe & *domeſticas pecudes*, oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. I. Lib. I. Cap. II. qui conſuli poterit. LXX. quidem Intt. habent hodie in noſtris Codd. τετράποδα, parum ἀκριβῶς, ſed fortè olim habuerunt κτήνη *pecudes*, prout locus à *Philone* profertur Lib. περὶ κοσμοποιίας.

Reptile] Heb. רמש *remeſch*. Hoc nomine vocari quodvis animal, quod neque quadrupes aliquantæ molis, neque avis, neque piſcis eſt, idem demonſtravit vir doctiſſimus *Hieroz*. Part. I. Lib. I. Cap. 4. Hinc Moſes minima quadrupedum mures, & talpas Levit. XI, 29. reptilibus accenſet. Vox igitur רמש non eſt planè ſynonyma voci שרץ *ſcherets*, de qua ad verſ. 20. & quâ piſces ſignificantur, præter alia quibus nomen רמש æquè convenit, quod neſcio an obſervarit *Bochartus*. Ceterùm utrâ voce vermium, ac ſerpentium, inſectorúmque ſignificetur creatio non conſtat, nec magni intereſt.

Feram terræ] Heb. חיתו הארץ *bhaitho haarets*. Abundat ו, nam ſatis eſſet חית *bhajuth*, ut eſt in Codd. Samaritano, fortè meliùs. Attamen ſæpiùs occurrit hæc eadem vox cum *Vau* abundante, ut inſpectis *Buxtorfianis Concordantiis* liquebit. Hæc autem tertia ſpecies eſt Animalium, à Deo procreatorum.

25. *Fecit Deus*] Ex terra, quaſi ex materia. Vid. not. ad verſ. 20.

26 *Faciamus Hominem*] Hîc, pro more noſtro, quæ ad Grammaticam pertinent expedienda; quod ubi fecerimus, in ſenſum & rationem horumce verborum inquirendum erit. Quatuor ſunt potiſſimùm hoc de loco ſententiæ, quas, in re quippe difficili, in medium adferre non pigebit.

Hebræi & Chriſtiani nonnulli Deum volunt hîc πληθυντικῶς loqui, more Regum, qui non ex propria tantùm, ſed ex conſiliariorum etiam ſententia, verba facientes plurali utuntur numero. Imò etiam, dum primores conſulunt, ita loquuntur. Vid. 1 Reg. XII, 9. *Quid conſulitis* ונשיב venaſchib *& reſpondebimus*, inquit Robohamus in æqualium Concilio. 2 Par. X, 9. Eſd. IV, 18. Ita etiam ipſe Deus, inſtar Regis purpuratos conſulentis, deſcribitur. 1 Reg. XXII, 20.

Alii negant opus eſſe ad Regum morem confugere, quandoquidem, ut in Græca & Latina Lin-

ſupra terram reptanti animali, omnis herba virens erit paſtui. Atque ſic fuit. 31. Vidit autem Deus quidquid fecerat & optimum erat; ac fuere veſpera & mane *quæ confecerunt* diem ſextum.

1. At-

Lingua, ita & in Hebraïca interdum plurali numero de ſe loquentes ſinguli utuntur homines. Jobum ſolum ita ſolus alloquitur Bildad Job. XVIII, 2, 3. *Quando tandem finem imponetis ſermonibus? intelligite & poſtea loquemur. Cur reputamur ut jumentum, & ſordımus in oculis veſtris?* Vid. & Cant. I. 4. 2 Sam. XVI, 20. Dan. II, 36.

Sunt qui velint hîc Deum alloqui Angelos, cùm ex recentioribus Rabbinis, tum ex vetuſtioribus Hebræis. *Philo* περὶ κοσμοποιίας, ait hac phraſi *faciamus* ſignificari συμπαράληψιν συνεργῶν *adjutorum adſumtionem*, p. 12. Ed. Gen. Idem de Protugis vult διαλέγεσθαι τὸν τῶν ὅλων πατέρα ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσι, *alloqui omnium parentem ſuas Potentias*, pag. 359. Ejus rei frivolas quaſdam rationes addit, quas non proferemus. Neſcio an *Platonis* ſui auctoritate in hanc ſententiam adductus ſit, certè in Timæo Platonico Deus ille qui ceterorum parens, effectórque fuiſſe dicitur, jubet inferiora Numina hominibus procreandis operam dare. *Ut mortali generentur conditione vos ſuſcipite*, ait ille *Cicerone* interprete, *ut illa gignatis, imitemini que vim meam, quâ in veſtro ortu me uſum eſſe meminiſtis: in quibus qui tales creantur, ut Deorum immortalium quaſi gentiles eſſe debeant* (homines) *divini generis appellentur, teneántque omnium animantium principatum, nobiſque lege & jure volentes pareant.* Philoni ſuccinit *Samaritanus Interpres*, ut liquet ex iis quæ notamus ad Cap. V. 1. Chaldæi quidem ſapientes numquam Deum quidquam agentem ſine ἀϊδίοις ejus συνοπαδοῖς, ſeu ingenti Angelorum ſatellitio deſcribunt, ut ſæpe docet *Jamblichus* in Lib. de Myſt. Judæi Magiſtri, quorum de Angelis doctrina è Chaldæa, ut „viris doctis videtur, originem ducit, ſimiliter: הקבה אין עשה דבר אלא אם כן נמלך בפמליא של מעלה *ſanctus benedictus ille nihil facit, niſi prius conſilium cum ſuprema familia inierit*, Thalm. Liber de Synedrio. Neque hoc prorſus negari poteſt, ut liquet ex Dan. Cap. IV. 17. ubi *ex decreto Vigilum & Sanctorum* in ordinem cogitur Nabuchodonoſor. Vid. adnot ad Cap. III. 22.

Chriſtiani verò plurimi ὁ χθὲς καὶ πρώην, ſed à temporibus Apoſtolorum, hîc à Patre Filium appellari crediderunt. *Barnabas* Cap. IV. Ep. Edit. *Pariſienſis Hug. Men.* V verò *Oxonienſis. Ad hoc Dominus ſuſtinuit pati pro anima noſtra, cùm ſit orbis terrarum Dominus, cui dixit* (nempe, Pater) *ante conſtitutionem ſæculi: faciamus hominem*, &c. Idem Cap. V. Ed. *Par.* VI. *Oxon.* ubi Græca exſtant: λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ ἡμῶν ὡς λέγει τῷ υἱῷ (nimirum, κύριος ὁ Θεὸς) ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα &c. *dicit enim Scriptura de nobis, ſicut dixit Pater Filio, Faciamus* &c. Recentiores *Juſtinum*, *Irenæum*, *Theophilum*, alióſque paria dixiſſe oſtendit ad priorem Barnabæ locum Vir Eruditus *Hug. Menardus.*

Non modò circa numeri pluralis rationem æſtuant Intt. ſed & quærunt anxiè quare Deus ſe veluti excitet ad creationem hominis, & loquutione utatur, quam circa alia ſua opera non adhibuit? At quemadmodum, ubi Deus loquens, imò & inanimata appellans in antecedentibus inducitur, non ideò ſermones ejuſmodi habuiſſe, ſeu ſonos edidiſſe cenſetur: ita ſemet ipſe hîc allocutus eſſe non eſt putandus. Eò ergo res redit, ut creatis reliquis, Deus ſe ad hominis creationem adcinxerit, ſeu de creando homine cogitarit. Hinc verbum אמר amar, *dixit*, ſæpe de *voluntate* & *conſilio* ſumitur, ut Exod. II, 14. ad quem locum vide notata. Hoc poſito, credibile eſt Moſem inducere Deum ſemet ita excitantem ad hominis creationem, peculiari modo, ut indicaret hominem præcipuum eſſe eorum operum divinorum, quæ hîc deſcribuntur. Jubet aquam producere piſces, terram alia animalia, quæ tamen ipſe ex aquis & terra fingit: hic verò quaſi ἀμέσως hominem faciens inducitur, ſine ejuſmodi imperio, ut τὸ ἐξαίρετον hominis ſignificetur. Eleganter *Seneca* de Beneficiis Lib. VI. c. 23. *Cogitavit nos ante Natura quàm fecit, nec tam leve opus ſumus, ut illi potuerimus excidere — ſcias non eſſe hominem tumultuarium & incogitatum opus.* Hæc tamen ſententia, quæ plerorumque Intt. eſt, licèt veriſimilis, non uſque adeò certis nititur rationibus, ut nihil poſſit contrà dici alicujus momenti. Exſtat infra conſilii divini ſimilis deſcriptio, in re planè diſſimili, ubi de turri Babelis demolienda ſermo eſt, Cap. XI, 7. *Age*, inquit Deus, *deſcendamus* &c. ad quem à nobis notata legantur.

Hominem] Heb. אדם *Adam*, quod ſimul ſpeciei totius, primíque humani generis parentis proprium nomen eſt. Hoc vulgò Lexicographi volunt à voce אדמה *adama*, *terra* deduci, quia terra corporis humani materiam præbuit; ſic autem dictam terram ἀπὸ τοῦ אדם *Adam*, *rubuit*, à ſubrufo colore. Paullò aliter *Joſephus* Antiq. Jud. Lib. 1. cap. 1. σημαίνει δὲ Ἄδαμος κατὰ γλῶτταν τὴν Ἑβραίαν πυῤῥός, *ſignificat Adamus, linguâ Hebraicâ, rufus*; rationem addit: ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς γῆς φυραθείσης ἐγεγόνει· τοιαύτη γάρ ἐστιν ἡ παρθένος γῆ καὶ ἀληθινή, *quoniam ex terra rubra fermentata factus eſt, hujuſmodi enim terra virgo eſt & vera.* Qua de re vide Indicem in παρθένος. At vir Æthiopicæ Linguæ peritiſſimus *Job. Ludolfus* contendit vocem אדמה *adama* deducendam à radice Æthiopica אדם *adama*, quæ *jucundum*, *elegantem*, *amœnum eſſe* ſignificat, & terram ita ab *amœnitate* dictam fuiſſe vult. Similiter primum parentem, quaſi *formoſum*, Adamum appellatum. Vid. ejus ad *Hiſt. Æthiopicam* Comment. Num. CVII *ad Lib.* 1. An *adama* אדמה terra à priſca radice, quæ olim in Hebraïca, non minùs ac in Æthiopica Lingua, uſitata fuerit, & amœnitatem ſignificarit, neſcio, nec negare velim; at ab ea radice ἀμέσως non videtur ortum ducere vox אדם *Adam*, ſed à voce אדמה *adama* terra, quod indicatur Cap. II, 7. Fortaſſe אדם *adam*, quatènus *rubrum eſſe* ſonat, ad aliam pertinuerit radicem, nempe ad vocem דם *dam*, *ſanguis*; unde & apud Chaldæos, אדם *adam* aut *iddam* ſanguis eſt.

Ceterùm quod, apud Hebræos, nomen generale totius ſpeciei erat, factum eſt nomen proprium primi parentis; quòd, dum ſolus cum uxore in terris eſſet, vix nomine proprio indigeret,

CAPUT II. [1]. Atque *ita* cœli & terræ, univerſúſque eorum exercitus perfecta ſunt. [2]. Deo, opus ſuum, quod fecit, intra ſeptimum diem abſolvit; atque ab omni ſuo opere quod

[1. 2]. Hoc modo, intra ſex dies, rerum creata atque ornata eſt univerſitas; ut ſeptimo die nihil agendum Deo ſuperfuerit. [3]. Ideóque hunc diem feſtum poſtea eſſe voluit, quòd eo die finem impoſuiſ-

ret, & poſteà liberis progenitis, potiùs *patris* nomine, quàm alio ſit, ut videtur, indigitatus. Obſervandum tamen in ſequentibus τῷ *Adam*, ubi ea vox *virum* ſignificat, præfigi, quod nominibus propriis non ſolet, ה Emphaticum, האדם.

Ad imaginem & ſimilitudinem noſtram] Sunt qui hìc, ut ſynonymarum vocum repetitione, ἔμφασιν aliquam eſſe exiſtiment; ſed ſi hoc voluiſſet Scriptor Sacer, qui nos hodie reſcire certò poſſemus, cùm Lingua Hebraica adeò ſit repetitionibus plena, non video.

De numero plurali, quo hìc utitur Deus, nihil eſt quod addamus iis quæ ad vocem *faciamus* diximus. Quanam verò in re ſita ſit ſimilitudo Dei & Hominis, quærunt Intt. ac potiſſimum Theologi. Nos hìc eorum controverſiis, à quibus planè in hiſce noſtris Adnotationibus abſtinere decrevimus, oleum non adſundemus; ſed quod inter utroſque conſtare neceſſe eſt, monebimus, nec id parum, ſi mens læva non eſſet, ad eas ſopiendas juvaret.

Cùm Natura quæpiam alterius imago variis dotibus eſſe poſſit, non ſatis eſt inveniſſe quid ſimile duabus interſit Naturis, ut affirmemus Scriptorem quempiam, cujus mentis interpretes eſſe volumus, dotes has aut illas, quæ ſimiles in utraque deprehendentur, præ oculis habuiſſe, quando alteram alterius imaginem eſſe dixit; fieri enim poteſt ut non omnes ſimilitudinis partes urgere, ſed tantùm certas quaſdam, ei ſit animus. Itaque poſtquàm oſtenſum eſt Hominem multiplici ratione Dei imaginem eſſe poſſe; non ideò ſequitur omnes illos modos, quibus Homo Deum referre intelligitur, animo Moſis hæc ſcribentis obverſatos. Poteſt fieri ut, quoniam omnia omnibus in locis non dicuntur, Moſes de aliqua tantùm facultate, quâ Deo ſimilis eſt Homo, cogitarit. Si omnia urgere volumus, quaſi ex mente Moſis, aliunde nobis conſtare oportet Moſem voluiſſe omnia urgeri; ſi partem tantùm, hac de ſola parte cogitaſſe Moſem perſpicuè oſtendamus neceſſe eſt. Si neutrum probari queat, licebit quidem conjicere & opinari, ſed ita ut conjecturas & opiniones, non demonſtrationes, à nobis adferri meminerimus.

Quia Homo ſimilis eſt Deo, inter alia, ſapientiâ & ſanctitate, haud pauci Theologi, *imaginem & ſimilitudinem Dei*, ad quam Homo effictus eſt, in ſapientia & ſanctitate ſitam fuiſſe contendunt. Sed præterea oſtendendum eſſet, has ſolas dotes in animo habuiſſe Moſem, nec aliud quidquam ſpectaſſe, cùm dixit, *ad imaginem & ſimilitudinem Dei factum eſſe hominem*. Alii, inter quos *Chryſoſtomus*, & *Theodoretus*, qui obſervarunt Deum in hoc ab Homine referri, quòd Homo jus aliis creaturis, prout requirit uſus, utendi habeat; hoc à Moſe intelligi exiſtimant, quod ſequentibus verbis, quæ ἐξηγητικῶς addi putant, oſtendere nituntur: *iſque piſci maris, volucri cœli &c. dominetur*. Sic & ipſe *Auguſtinus* Lib. I. de Geneſ contra Manichæos §. 26. Verùm an hæc ἐπεξηγήσεως ἕνεκα addantur, non ita conſtat; ut ſine abſurditate alias dotes, quibus homo Deo ſimilis eſt, eſſe *imaginem*, de qua hìc ſermo eſt; imperium verò in Creaturas, ejus imaginis ſequelam, dicere nequeamus. Ut iis [illegible] dirimeretur, oporteret aut Moſem, aut aliquem mentis Prophetæ conſcium adfirmare hoc aut illud cogitaſſe, dum ſcriberet hæc, Hiſtoricum Sacrum.

Imò verò ne hoc quidem invento, omnia plana eſſent; etenim quò uſque rem, in qua ſitam eſſe imaginem Dei voluiſſet Moſes, ſanctitatem putà ac cognitionem, extenderit ſciendum eſſet. Poteſt eſſe imago, quæ magis aut minùs ἀρχέτυπον referat. Levis cognitio, & tenuis probitatis habitus ſunt ductus imaginis divinæ; & res, in qua inveniuntur, ad imaginem Dei facta eſſe dici queat; quamvis ἀρχετύπῳ multò ſimiliores aliæ poſſint eſſe, ac ſint effigies. Igitur quamvis mente ſpirituali, ejuſque dotibus, Deum Adamus retulerit, atque hoc ipſum Moſem in animo habuiſſe concederemus; non ideò ſequeretur poſſe à nobis cognitionis, ſanctitatiſque Adami limites certos, in tanto Moſis ſilentio, ſtatui. Platonici, qui Dæmonas & Homines imagines eſſe Dei eo modo putabant, varios ſimilitudinis inter effigies & ἀρχέτυπον gradus agnoſcebant. *Hierocles* ad *Aurea Pythagoræ* carmina, de Dæmonibus: πρέπει τῷ Θεῷ, inquit, καὶ τοιαύτας ὑποστῆσαι ἑαυτοῦ εἰκόνας, καὶ μὴ πάσας τρεπτὰς &c. οἷαι εἰσιν αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαί. *Decet Deum facere ut exſiſtant etiam ejuſmodi ſui imagines, nec omnes mutabiles &c. quales ſunt humanæ animæ*. Plurima hanc in rem habet ad 1. verſ. Pythagoræ. Præterquàm quòd hæc quæ de imaginum Dei gradibus diximus mirè illuſtrant, oſtendunt Platonicis Theologiam noſtram plura, quàm vulgò creditur, debere.

Toti terræ] In 28. commate accuratiùs recenſentur ea, in quæ Homini imperium concedebatur: *dominamini piſci maris, volucri cœli, & omni beſtiæ ſupra terram reptanti*, tres enim Animalium ſpecies, quibus omnia continentur, memorantur. At hìc Deus imperium dat 1. in piſces: 2. in aves: 3. in pecudes: 4. in totam terram: 5. in ea quæ repunt ſupra terram. Si quartum abeſſet membrum, nihil neceſſarium deeſſet; aut ſi ultimo loco eſſet, poſſet ita id intelligi, quaſi Deus diceret, animalibus omnium ſpecierum enumeratis: *toti denique terræ, quanta quanta eſt, imperate*, his quidquid particulatim antea dixerat complexus. Niſi in his libris ſumma eſſet elegantiarum, canonúmque Rhetorices negligentia, aut additum, aut ſuo loco motum dicerent Critici. Fortè &, niſi religio eſſet manum ſacris paginis, qualeſcumque exſtant, inferre, non deeſſet qui vellet legi ἀντὶ τοῦ ובכל הארץ *oubchol haarets*, in omni terra, ובכל חית הארץ *oubchol bhajath haarets*, & in omnem feram terræ. Ita animalia terreſtria, quibus potiſſimùm utuntur homines, in tres dividerentur ſpecies, pecudum, ferarum, aliarúmque minorum beſtiarum; quæ diviſio ſuprà verſ. 24. & 25. legitur. Condonabunt æqui & eruditi Lectores modeſtè conjicientibus, modò manus à ſacro textu abſtineatur.

De-

quod fecerat, ſeptimo die requievit. 3. Benedixit *ideò* Deus diei ſeptimo, eúmque ſacrum eſſe voluit, quia eo ab omni opere, quod creare inſtituerat, requievit.

fuiſſet omnium rerum creationi; cujus memoriam feriis, ſeptimo quóque die redeuntibus, ſempiternam conſervari poſtmodum juſſit.

Dominetur] Heb. *dominentur*, quia licèt numero ſingulari anteceſſerit אדם *adam*, vox eſt, ut Grammatici loquuntur, *collectiva*. Nos ſingulari utrobique, quia res eodem redit, uſi ſumus. Dominium autem, quod hîc à Deo hominibus datur, ſitum videtur, in eo quòd homines uti animalibus pro arbitrio poſſint. Jacobus Cap. III, 7. huc alludens, ut opinor: *Omnis enim*, inquit, *natura beſtiarum, & volucrum, ſerpentium, & marinorum animalium domatur, & domita eſt ab humana natura.* Eleganter *Vitruvius* Lib. II. Cap. 1. *Natura non ſolùm ſenſibus ornavit Gentes, quemadmodum reliqua animalia; ſed etiam cogitationibus & conſiliis armavit mentes, & ſubjecit cetera animalia ſub poteſtate.*

Ad imaginem, inquam, *Dei*] Heb. addit *creavit eum*, ſed Latina Lingua eo additamento non eget. Repetiit autem Moſes *ad imaginem Dei*, ne fortè aliquid ambiguitatis lateret in hac loquutione: *creavit hominem* בצלמו *betſalmo*, *ad imaginem ipſius*, etenim inſ. Cap. V, 3. de Setho ab Adamo progenito uſurpatur.

Maſculúmque & fœminam eum creavit] Heb. *eos*. Vid. not. ad Cap. II, 21.

28. *Benedixit*] Vid. not. ad verſ. 22.

Creſcite, &c.] Rabbini, qui hiſce verbis mandatum Dei, quod violare nefas, contineri volunt, hîc benedictionem eſſe non cogitarunt, Deúmque proinde hîc tantùm humano generi munificentiam ſuam teſtatam facere. Ita etiam commate 22 Deus bruta, quibus, ut opinor, nihil præcipit, eodem modo alloquens inducitur. Nihil erat cur tam operosè Hebræorum Juriſconſultorum, aliorúmque ſententias hac de re colligeret in Opere de J. N. & G. Lib. V. Cap. 3. *J. Seldenus.*

Eámque ſubjicite] Hoc eſt, labore veſtro, vóſque, veſtráque poſteritas eam vobis vindicate. Qui enim primi terras coluerunt, idem eâ occupatione, ac qui armis poſtea ſubdiderunt, & quidem multò meliori jure, fecerunt. *R. Schelomo Jarchi*, pro ſuo acumine, obſervat hîc eſſe ſcriptum כבשה. non כבשוה *chibbeſchoaha* quòd prior ſcriptura, ſi ſine punctis ſpectetur, poſſit ad virum ſolum referri; ut vir intelligat ſubjiciendam eſſe fœminam unà cùm ceteris, & & ſibi ſoli eam curam imponi. Sed inanem Rabbini argutiam evertunt cum Grammaticæ leges, tum Codex Samaritanus, ubi τὸ *Vau*, quod in Maſſorethico non eſt, comparet.

29. *Dedi vobis omnem herbam*] Hîc herbæ & fructus alimentum hominis memorantur, omiſsâ brutorum carne; unde viri eruditi κρεωφαγίαν initio uſitatam non fuiſſe colligunt. Sanè carnis crudæ voratio ferarum cùm ſit, ejus coctio videtur hominum rudiorum ingenium ſuperaſſe; & cùm fructus à natura ipſa cocti ad manum eſſent, ſine ullo paratu, credibilius eſt eos ſolos à primis parentibus adpetitos fuiſſe. Hinc & apud Græcos aurei ſæculi epulæ fructus dicebantur, *Pythagoras* apud *Ovidium* Metam. Lib. XV.

At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomen,
FOETIBUS arboreis, & quas humus educat
HERBIS
Fortunata fuit, nec polluit ora CRUORE.

Dicæarchus in libris Antiquitatum & deſcriptione Græciæ refert ſub Saturno, id eſt, in aureo ſæculo, cùm omnia humus funderet, nullum comediſſe carnes, ſed univerſos vixiſſe frugibus & pomis, quæ ſponte terra gignebat. Verba ſunt *Hieronymi* Lib. II. contra *Jovinianum*, cui eſt adjungendus *Porphyrius* περὶ ἀποχῆς, eóque antiquior *Plutarchus* in Orationibus περὶ σαρκοφαγίας.

30. *Beſtiæ terræ*] Heb. חית הארץ *bhaajath haarets*. Hîc חיה, quod plerumque *feram* ſignificat, videtur καταχρηστικῶς pro quavis quadrupede paullò majoris molis ſumi: quemadmodum בהמה interdum, quamvis ceteroqui *domeſticum pecus* propriè ſonet. Vid. Gen. II, 19. VIII, 17. Sunt tamen qui hîc *feras* propriè dictas, ob rationem quam illico adferemus, intelligi velint.

Herba virens] Heb. ירק עשב *jerek heſeb*, *viror herbæ*. Vid. Exod. X. 15. Eſt hypallage ἀντὶ τοῦ *herba virens*, ut שכבת זרע *concubitus ſeminis*, ἀντὶ τοῦ *ſeminis concubitûs* Levit. XXII, 4. & alia ſexcenta. Credidit *H. Grotius* hîc herbas brutis ſolas concedi, non fructus arborum, qui ſimul cum herbis hominibus adtribuuntur: adeò ut hoc jure præ brutis homines eâ tempeſtate gaviſi ſint, ut præter herbas fructibus etiam arborum veſci liceret. Dubium non eſt, quin poſſent hæc ex Moſis verbis colligi, ſi illâ ἀκριβείᾳ uteretur, quæ nihil prætermitti neceſſarium, nihil ſupervacaneum addi patitur; ſed cùm paſſim & ἀκυρολογίας, & alia neglectioris ſtyli, ubi res tantùm ſpectantur, indicia occurrant, non ſunt nimiùm omiſſa aut addita urgenda; niſi fortè aut Scriptoris ſententia aliunde nota, aut res ipſa, quam ignorare non potuerit, id poſtulet. Igitur animalia arborum fructibus initio abſtinuiſſe, cùm & aves & alia animalia iis ſoleant veſci, hinc colligi poſſe vix crediderim. Idem vir ſummus indidem inſert animantibus animantia initio veſci non ſolita, ſed tum demum id cœptum fieri, cùm non homines tantùm, ſed & alia animantia *viam ſuam corruperant.* Gen. VI, 7, 12. Verùm ut in bruta non cadit ratio, ita nec peccatum, aut corruptio; nec quidquam ſimile, laudato Geneſeos loco, ſignificatur. Attamen credibile eſt, imò neceſſe eſt initio rapacia animalia, ut leones, tigrides, &c. carnibus infirmiorum abſtinuiſſe animalium, niſi hæc ingenti numero initio creata ſint. Antiquiſſima certè Græciæ fama animalia, ſub Jovis demum regno, prædata eſſe ferebat. *Virgilius* de iis quæ Jupiter rerum potitus in orbem terrarum induxit:

Prædarique lupos juſſit, pontúmque moveri.

Georg. I. verſ. 130. Vid. & Eclog. IV. verſ. 22.

31. *Et optimum erat.*] Vid. ad verſ. 4.

In

In Caput II.

1. *Eorum exercitus*] Heb. צבאם *tſebaam* : quæ vox duplicem ſignificatum obtiuet, Interpretéſque in duplicem ſententiam abire coegit. Alii *exercitum*, quæ freqnentiſſima notio, exponunt, & ſtellas exercitum cœli, quòd ſint exereitui palato ſimiles, vocari volunt. Alii verò ornatnm, κόσμον, ut habent οἱ LXX, aut διακόσμησιν, ut verterat *Symmachus*. Nimirum, cùm צבי *tſebi*, quod aut ab eadem, aut ab adfini dedneitur radice, *decus & ornamentum* ſignificet, צבא *tſaba* idem etiam ſonare poſſe exiſtimarunt. Sed cùm nuſquam aliàs in V. T. צבא id ſignificet, vix eſt ut in hac phraſi eam obtineat notinnem. Nec etiam in ſignificatu ornatûs conſtantes ſunt οἱ LXX; nec ineleganti metaphorâ, aliis licèt inuſitatâ Linguis, ſtellæ *exercitus cœli* dicnntnr. *Plato* etiam obiter ſimili uſus eſt loquutione. Neſcio quis Poëta Græcus, quem ideò caſtigat ſcriptor περὶ ἑρμηνείας, Tm. 91. dixerat ἄστρων διάπυρον στρατὸν, *aſtrorum ignitum exercitum.*

2. *Intra ſeptimum diem*] Heb. ביום השביעי *hajjom haſſchbibi*. Quandoqnidem ex antecedentibus & ſeqnentibus ſatis conſtat ſeptimo die nihil eſſe à Deo conditum, voces Hebraicas ita verti oportere, qnemadmodum à nobis verſæ ſunt aut verbum ויכל *vajchal*, & *abſolverat*, omnes vident. *Intra ſeptimum diem* eſt antequàm dies ſeptimus elapſus eſſet; ſeu aliquid ſeptimo die fiat, aut omnia abſoluta ſint, anteqnàm is dies cœperit, nihil intereſt, modò poſt ſeptiduum elapſum nihil fiat. Vide de hac loquutione *Aul. Gellium* Noct. Attic. Lib. XII. c. 13. Maluimus antem *intra ſeptimum diem abſolvit*, qnàm *ſeptimo die abſolverat* vertere, quia hæc poſterior tranſlatio durior videtur.

At non deſunt qui utramqne interpretationem damnent, velintque cum Samaritico Codice legi הששי *haſſchiſchi* ſexto die, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ ut habent etiam οἱ LXX. Verùm ut utra ſit genuina lectio dignoſcamus, primò conſulendi ſunt Codd. aut Veteres à quibus laudati ſutt, deinde videndum ntram veriſimilius ſit eſſe à mann critica. Pro ea quam ſequuti ſumns, & Maſſoretharum & Chaldæorum Paraphraſtarum conſentiunt Codices; atque ita etiam Judæi ἑβραΐζοντες legebant temporibus Apoſtolicis. *Barnabas* in Ep. Catholica Cap. XI. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν ἓξ ἡμέραις τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, & *fecit Deus ſex diebus opera manuum ſuarum*, καὶ συνετέλεσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ΕΒΔΟΜΗι, & *abſolvit in die ſeptimo*, aut potiùs *intra ſeptimum*. Præterea Samaritici Codicis & τῶν LXX. lectio emendationem redolet, potiùs quàm hodierna; nam cùm nulla cauſa, ob quam Librarii diem ſextum in ſeptimum mutaſſent, adferri qneat, hæc ſtatim ſe animo iugerit ob quam ſeptimus in ſextum mutatus ſit; ne, ſcilicet, creaſſe quidpiam die Sabbathi videretur Deus, ſi *die* demum *ſeptimo* abſolviſſe diceretur. Verùm ea neceſſaria non erat mutatio, quoniam ביום השביעי verti poterat *intra diem ſeptimum*, quod eodem recidit ac ſi dixiſſet Moſes *ante diem ſeptimum*, ſeu die ſexto. Ita Exod. XII, 15. *ſeptem diebus*, ait Moſes, *Azyma comedetis*, *ſed* ביום bajjom *die primo*, hoc eſt, *ante diem primum*, *deſinetis fermento uti*, ad quem locum vide not. Sic & Jerem. XXXIV, 14. *Poſt ſeptem annos* מקץ שבע שנים *mikkets ſchebah ſchanim*, dicitur dimittendus ſervus Hebræus, qui non ultrà ſextum annum ſervire debuit, ut docet ipſe Jeremias eodem in commate & Moſes Exod. XXI, 2. Vide & Deut. XV, 1.

Requievit] Heb. ישבות *jiſchboth*, hoc eſt, deſiit velle quidquam ampliùs in mundo creari, ſeu novam ullam ſpeciem exſiſtere. Ut Deo innumera κατ' ἀνθρωποπάθειαν tribuuntur in Scriptura, quies qnoque, quæ propriè hominis eſt defatigati, ſeptimo die ab eo quæſita dicitur, qnod Ethnicis ridendorum Judæorum, perquàm inficetè, occaſionem præbuit. Noti ſunt verſiculi *Rutilii Numatiani*:

Septima quæque dies turpi damnata veterno,
Tanquam laſſati mollis imago Dei.

3. *Benedixit*] Cùm ſæpe contraria contrariis illuſtrentnr, nt quid ſit *benedicere diei* intelligamus, non inutile erit, in ſenſnm contrariæ phraſis *maledicere diei* inquirere. *Maledictus dies* dicebatnr, apud Hebræos, qui ἀποφρὰς apud Græcos, *exſecrabilis* & infauſtus apud Romanos erat; quod ſolebat evenire propter cladem, aut ingens infortunium, quod eo die acciderat. Ita Jerem. XX, 14. Propheta ut quàm infelicem duceret vitam oſtenderet: *Maledictus*, inquit, *ſit is dies*, *quo natus ſum: dies quo peperit me mater mea ne ſit benedictus*, hoc eſt, dies ille habeatur quaſi infauſtus, ob natales infelicis pueri. Senatus, ut Neroni blandiretur, decrevit ut *dies natalis Agrippinæ inter nefaſtos eſſet.* Tacitus An. XIV, 12. auctor eſt. Quem morem Romani à Græcis, Græci ab Orientalibus habnerunt. Similia Jeremiæ Jobus habet initio Cap. III. Die autem ejuſmodi non ſolebant delectationi ulli indulgere, propter infelicis caſûs memoriam. Hinc laudatns modò Jobus, inter alia exſecrantium diem quo natus erat indicia: *ne veniant*, ait, *cantus in eo* verſ. 7. Cap. III. Igitur *maledicere diei*, eſt optare eum exſecrabilem fieri, & omnia lætitiæ ſigna eo intermitti. Quod cùm ita ſit, *benedicere diei* eſt optare eum diem fauſtum haberi, & publicâ lætitiâ celebrari; *dieſque benedictus* erit ſanſtns ac feſtus dies. Hinc ſequitur, cùm Deus *Sabbatho benedixiſſe* dicitur, intelligi Deum voluiſſe eum diem feſtum haberi, & hilariter tranſigi. Vid. not. ad Exod. XXIII, 12.

Sacrum eſſe voluit] *Sanctificavit*. *Sacer* dicitur dies ab aliis feſti ſollemnitate veluti diſtinctus; nam קדש *kadaſch*, quod *ſanctus fuit* verti ſolet, *ſeponi*, ac *ſeparari* non rarò ſignificat. Ergo *ſanctum fecit*, eſt idem ac *feſtum eſſe voluit*. Vid. not. ad Exod. XVI, 23. & Nehem. VIII, 9. Quæ hîc dicuntur de *benedictione* ac *ſanctificatione* diei Sabbathi, ea non videntur ita intelligenda, quaſi ab Adami tempore eo die otiati ſint homines, & lætitiæ ſigna ediderint; qnia Moſes earum rerum hîc meminit. Antiquiorem hiſtoriam dnm narrat, ſui temporis homines ad originem rituum à ſe iuſtitutorum attentiores facit, atque obiter monet, ut diximus ad verſ. 14.

3. *Creare inſtituerat*] Heb. אשר ברא אלהים לעשות *aſcher bara elohim labaſoth*, *quod creavit Deus faciendo*, hoc eſt, *quod creaverat*, vel *creare inſtituerat*, quod eodem redit, ſed paullò magis ad Hebraicam phraſin accedit. LXX. Intt. ſimiliter ὧν ἤρξατο ποιῆσαι *quæ cœperat facere*, non quòd aliter legerint, ut temerè cenſebat *L. Cappellus*, ſed quòd eum ſenſum Hebraïcæ phraſeos eſſe judicarint. Similes occurrunt loqnutiones. Jud. XIII, 19. 1 Reg, XIV, 9. 2. Reg. XXI, 6. & alibi, ut obſervavit ad hunc locum *Lud. de Dieu.*

II. Plan-

II. Plantarum ſine pluvia ortus, Paradiſi exornatio, Adamíque in eo collocatio & creatio Hevæ.

4. COELORUM & terræ hæ *fuere*, cùm crearentur, generationes; eo die quo
fecit Jehova Deus cœlos & terram, 5. & omnem virorem agri, ante-
quàm eſſet in terra, & omnem herbam agri, antequàm germinaret; ne-
que enim in terram pluerat Jehova Deus, nec ullus erat homo ad eam colen-
dam; 6. ſed è terra adſcendebat vapor, univerſámque ejus ſuperficiem irrigabat.
7. Po-

PARAPHRASIS.

4. INTER alia, quæ rerum omnium Creator, idémque Iſraelis Deus, qui poſteà JAHOVÆ nomine innotuit, initio fecit, 5. quidquid ubique plantarum eſt, quas nunc pluviarum beneficio atque hominum operâ germinare, creſcere, & vegetari cernimus, priuſquàm eâ ratione orirentur; cùm neque pluiſſet, neque homines, qui terram colerent, eſſent; 6. vapore dumtaxat, pluviæ loco,

COMMENTARIUS

In CAPUT II.

4. G*Enerationes.*] Heb. תולדות *tholedoth*. Hæc vox, apud Hebræos, modò originem ejus rei, de qua ſermo eſt, modò poſteros eorum, de quibus agitur, ſignificat. Priore ſenſu hîc ſumitur, poſteriore infra Cap. V, 1. Ut ילד *jalad* primariò *genuit*, atque inde quidvis *fecit* ſignificat: ita quoque derivatum, quo hîc utitur Moſes, primò quidem *generationem*, deinde quamvis *procreationem* ſignat. Apud Græcos ſimiliter γεννᾷν, quod *generare* eſt, paſſim *efficere*, *creare* ſonat, & γέννησις *generatio*, *actio* qua quidvis fit vocatur. *Plato* quidem in Timæo, ubi de creatione Mundi diſputat, paſſim γεννᾷν & ποιεῖν, γεννᾶσθαι & γίνεσθαι, γεννητὸν & γενητὸν, γένεσιν, & ὑπάρξιν confundit. Mundum vocat γεννητὸν *genitum*, & Deum πατέρα non minùs ac αἴτιον.

Dum crearentur] Heb. בהבראם *bhibbaream*. Contigit caſu in eo exemplari, quem maximi faciebant Maſſorethæ, τὸ ה minus eſſe ceteris vocabuli litteris; quod infruniti Magiſtri myſterium aliquod celare crediderunt. At in Samaritico Codice nihil eſt ejuſmodi. Æquè vanum eſt quod ad vocem תולדות *tholedoth* obſervarunt, eam hîc tantùm & Ruth. IV, 18. plenè ſcribi, cùm aliàs ſemper in ultima ſyllaba deſit ו: quaſi hîc pleniore vocis ſcriptione abſolutum prorſus fuiſſe mundum ſubinnuat Moſes. A Samaritico Cod. abeſt hîc iſtud *Vau*, nec in exemplari LXX. Intt. fuit, quandoquidem verterunt γένεσις, quod indicio eſt legiſſe eos תולדת *tholedeth*.

Eo die] Id eſt, quando, nam hîc *dies* ſex dies propriè dictos complectitur. *Dies* tempus quodvis paſſim dicitur. Ceterùm hîc ſunt Hebræorum repetitionis exempla.

Jehova] Hîc primùm occurrit ea vox, quæ Dei Iſraëlis proprium nomen eſt, ut oſtendemus ad Exod. III, 15. Hoc jungit Moſes voci אלהים per *appoſitionem*, ut loquuntur Grammatici, ut intelligat Lector eum *Deum*, quem mundum creantem deſcripſit, eumdem eſſe quem Iſraëlitæ colerent. Uſi hîc ſumus, & alibi ſemper, voce *Jehova*, non quòd veram hanc eſſe vocis pronunciationem exiſtimemus; ſed quia, cùm non ſatis nota ſit, commodiùs erat voce uti fictâ, nec veris vocalibus inſtructa, quàm voce *Dominus*, quæ ambigua eſt, aut alia quapiam. Non agemus hîc ea de voce, poſt tot eruditorum virorum, ac præſertim *Jo. Druſii*, *Nicol. Fulleri*, *Sixt. Amamæ*, *Lud. Cappelli* & *Joan Buxtorfii*, qui peculiaribus Diatribis hac de re diſputarunt, labores.

5. *Virorem agri*] Heb. שיח השדה *ſchiahh, haſſchadeh*. Sequuti ſumus τοὺς LXX, qui habent: πᾶν χλωρὸν, *omne viride*, quamquam & aliàs *arborem* hæc vox ſignificare videtur, nimirum Gen. XXI, 15. Alii *virgultum*, aut *fruticem* vertunt.

Antequàm eſſet] Heb. טרם יהיה *terem jihjeh*, quaſi eſſet בטרם *bterem*, quod paſſim *antequàm* ſignificat. Ita LXX. Intt. & Vulgatus verterunt, atque hæc ſimpliciſſima & vocabulis convenientiſſima eſt interpretatio; à qua alii Intt. abſceſſere, ideò tantùm quòd ejus ſenſum non inveniebant. Volt Moſes docere, priuſquàm plantæ paullatim & more ſolito creſcerent, eas intra unius diei ambitum à Deo procreatas. Nunc quidem Deus providentiâ ſuâ plantas curat creſcere, ſed jam ſunt plantæ in terra; at cùm primum earum incrementum curavit, oportuit priùs eas creari, nullas alioqui futuras. Hîc autem inter alia creationis plantarum meminit Moſes, quia ſtatim de ampliſſimo Viridario, ſeu Paradiſo verba eſt facturus; ut intelligat Lector, antequàm homo crearetur, paratum ei fuiſſe eum locum.

Neque enim pluerat &c.] Inuſitato modo plantas primùm ortas eſſe, inde apparet, quòd neque pluviâ, neque labore hominum creviſſent.

6. *Sed è terra adſcendebat* &c.] Loco pluviæ & irrigationis erat vapor, quo univerſa telluris humefiebat ſuperficies, eo tempore quo tener terrarum orbis primùm concreverat, & nubes ſubmotæ erant, antequàm Sole novo luceſcente crearentur pluviæ. Cùm hoc ſit ſimpliciſſimum, & antecedentibus verbis conſentaneum, non opus fuit ad duriores confugere interpretationes. Hujuſmodi eſt eorum interpretamentum, qui volunt hîc ex præcedente verſu repeti λὸγῳ τῷ κοινῷ particulam negativam, ut vertatur *nec è terra adſcendebat vapor* &c. Præterea ex

C terra

7. Poſtea finxit Jehova Deus hominem è terræ pulvere, ſpiritúmque vitalem in nares ejus adflavit, & homo animal factus eſt.

8. Pa-

co, eam fecundante, ex telluris gremio eduxerat. 7. Poſtea etiam hominis formæ, è luto effictæ, vitalem ſpiritum immiſerat.

8. Virorum omnium primus, antequàm uxorem nactus eſſet, nemus in Hedene Syriæ regione, in orientem ſolem ſpectans, ſedem accepit. 9. Ei nemori

terra nullum adſcendiſſe vaporem, cùm nubium ſubmotio id ipſum involvat, falſum eſt.

7. *Finxit*] Propria eſt ſignificatio verbi יצר *jitſer*, quod propriè de figulis dicitur.

E terræ pulvere] Heb. עפר מן האדמה haphar min haadamah, *pulverem de terra*. Sed eam conſtructionem non patitur Lingua Latina, unde & Vulg. Int. *de limo terræ*.

Spiritum vitalem] Heb. נשמת חיים niſchmath hhajim, *ſpiritum vitæ*. Hac loquutione intelligi videtur & quod propriè vita dicitur, hoc eſt, harmonicæ illius membrorum diſpoſitionis, quâ corpora plantarum & animalium aluntur & vegetantur, effectus; & ea facultas quæ in nobis ratiocinatur, naturâ ſuâ rationis quâ corpus vivit ignara. Quemadmodum autem hodie nobis non liquet quæ ſit hujus natura: ita nec fortè olim veteribus conſtitit Hebræis. *Spiritus vitalis*, qui naribus ineſt, propriè quidem halitum ſignificat; ſed cùm in ſolo halitu vita ſita non ſit, videtur metonymicè cetera omnia ad vitam pertinentia, ne excluſâ quidem, ut diximus, cogitandi facultate, ſignare.

Animal factus eſt] Heb. *fuit in animam viventem*, hoc eſt, ad Animalium genus potuit referri, nam *anima vivens* eſt *animal*, ut diximus ad Cap. I, 24. Ἀντὶ τοῦ *fuit*, poſuimus *evaſit*, quo ſenſus planè exprimitur. Nam etſi היה *hajah* nuſquam ſolum *evadere* ſignificat, attamen in hujuſcemodi phraſi aliter exponi nequit. Vid. verſ. 24.

8. *Paradiſum*] Heb. גן *gan*, quod ſolum non hortulum floribus, aut oleribus confertum, ſed locum conſeptum & arboribus conſitum ſignificat; unde fit ut, quando de horto olerum dicitur, addatur vox ירק *jerek*. Vid. Deut. XI, 10. Ideóque hîc LXX. Intt. ſequuti *Paradiſum* vertimus, quæ vox Perſicæ eſt originis, & hoc quod modò diximus ſonat.

In Hedene] Quia עדן *heden*, voluptatem, ἡδονὴν, ſignificat, multi credidere hîc non locum quempiam, cui id nominis eſſet, deſignari, ſed delicias Paradiſi; ideóque etiam Vulg. Int. vertit *Paradiſum voluptatis*. Sed obſtat literula ב voci עדן *præfixa*. Meliùs οἱ LXX. ἐν Ἐδὲμ, quamquam ſibi ipſi non conſtant inf. verſ. 15. & Cap. IV, 16. ubi τρυφῆς verterunt. At cùm nullâ ratione nomen proprium loci hîc non proferri quiſquam oſtenderit, & particula *Beth* locum eſſe ſuadeat, alia ſunt validiſſima ejus rei argumenta. Primùm, infra Cap. IV, 16. dicitur Cain *conſediſſe in regione Nod ad orientem Hedenis*, quod nomen eſſe proprium res ipſa & LXX. Intt. & Vulgatum agnoſcere coëgit. Secundò, Eſaïæ XXXVII, 12. & 2 Reg. XIX, 12. mentio fit populi, unà cum aliis circa Euphratem Gentibus, qui vocatur בני עדן *bne heden*, filii Hedenis. Iidem ab Ezekiele recenſentur inter vicinos Tyri populos, & quibuſcum Tyriis intercedebat commercium, Cap. XXVII, 23. Vid. eumdem Prophetam Cap. XXVIII, 13. XXXI, 9. XXXVI, 25. Hamos etiam C. I. 5. inter mala, quæ Syriæ populis imminebant, prædicit exciſum iri *qui tenet ſceptrum è domo Heden*.

Cùm hæc & pleraque omnia, quæ de ſitu Paradiſi diximus ad hoc Caput, ſcripſiſſemus, incidit in manus noſtras elegans juxta ac erudita Diſſert. Gallica R. Epiſcopi Abrincenſis *P. D. Huëtii*, *de ſitu Paradiſi Terreſtris*, quam indictam hîc omitti à nobis non poſſe cenſuimus. Is fatetur quidem Hedenem nomen eſſe regionis proprium, imò & multis demonſtrat C. II. haud multò aliter quàm fecimus, at de ſitu nobiſcum non ſentit. Ex nominibus locorum, quibus jungitur, putat poſſe nos colligere Hedenem ad alveum Euphratis & Tigris, ubi unà fluunt, infra Babyloniam, ſitum fuiſſe, cùm præſertim *Stephanus Adanam* urbem ad Euphratem ſitam fuiſſe dicat. Loca, in quibus ea nomina conjunguntur, eadem ſunt ac quæ ſupra laudavimus, nimirum 2 Regum XIX, 12. & Eſai. XXXVII, 12. ubi Sennacheribus jactat victorias, quas retulerant majores ſui de gentibus quæ incolebant *Gozan* (hoc eſt, Gauzanitidem, Meſopotamiæ tractum) *Charran* (hoc eſt, Charras) & *Retſeph* (hoc eſt, Reſcipham Meſopotamiæ etiam urbem) & *de filiis Heden qui ſunt in Tlaſchar*, quâ ultimâ voce intelligit *Talatham* urbem Babyloniæ ad Euphratem. Verùm ex eo quòd cum Gauzanitide, Charris & Reſcipha conjunguntur filii Heden, haud minùs commodè conjicias eos in Syria cis Euphratem, ad Meſopotamiæ occidentem fuiſſe. Propiores certè ſunt Syri Charris, quàm qui trans flumina Babylonis erant ad Meridiem. Deinde falſum eſt Reges Aſſyriæ, ſeu Ninives umquam ſubegiſſe loca trans Babyloniam ad Auſtrum ſita; cùm numquam Babylone potiti ſint, ſed diverſum planè imperium tenuerint, ut oſtendemus ad Cap. X, 10. Denique in ſequentibus verbis legati Sennacheribi occurrit *Chamath*, quam etiam ab Aſſyriis victam memorat, quam duarum Syriæ urbium appellationem eſſe oſtenderunt viri docti, & de qua vide dicta ad Cap. X, 17. Atque hinc colligimus *Retſeph* potiùs eſſe *Reſapham* Syriæ urbem, quam in *Chalibonitide* locat *Ptolemæus*, quàm Reſcipham Meſopotamiæ. *Thlaſchar* ubi ſitum fuerit aliunde colligere non poſſumus, niſi ex Hedenis ſitu; & Adanam ad quam Euphratis partem conditam crediderit nuſquam dicit *Stephanus*; ideóque hæc ſententiæ noſtræ objici jure nequeunt.

Poſtquàm probavimus tractum in Syria eo nomine dictum; nunc eumdem fuiſſe, ne quis fortè dubitet, qui hîc memoratur oſtendemus. Primò, locus Hedenis, in quo Adamus collocatus fuit, non procul erat ab Euphrate, uti nec is populus cujus Eſaïas, Ezekiel, & Hamos meminere, quippe qui in Syria fuit. Secundò, ut prima ſedes Adami in amœno nemore: ita ea regio conſita erat arboribus, in fertiliſſi-

8. Paradiſum etiam in Hedene, ab Oriente, plantavit Jehova Deus, hominémque quem finxerat ibi collocavit. 9. Omnem *illic* arborem jucundam viſu; bonámque

mori nulla quæ jucundo aſpectu oculos paſcere, nulla quæ ſalubri fructu hominem alere poſſet, decrat. Erant quæ proferebant cùm medicatos, tum etiam venenatos fructus, qui ſine inexpertorum

tiliſſimo tractu, quod manifeſtò apparet ex Ezekiele XXXI, 16, & 18. ubi poſtquàm Pharahonem cum arboribus Hedenis contulit, ait eum exciſum iri, quemadmodum Hedenis exciſæ erant arbores, unde liquet eam regionem tum vaſtatam fuiſſe. Tertiò, inde factum ut is locus, vel terrarum tractus à Prophetis dicatur *Paradiſus Dei* Eſai. LI, 3. Ezek. XXXI, 8, 9. Joël. II, 3. Quartò, ne hi Prophetæ meris adluſionibus ad locum hunc Geneſeως, quem præ manibus habemus, uti, aut regionem ipſorum tempore amœnam & florentem non reſpicere videantur, præter allata teſtimonia, obſtant etiam veteres Ethnicorum Geographi. *Strabo* Lib. XVI. ait haud procul à fontibus Orontis fuiſſe urbem quæ Παράδεισος vocabatur: *αἱ* (nempe Ὀρόντου πηγαὶ) *πλησίον τοῦ τε Λιβάνου, καὶ τοῦ Παραδείσου*, &c. *qui ſunt prope Libanum & Paradiſum. Plinius* Lib. V. Cap. 23. inter urbes Syriæ *Paradiſum* recenſet. *Ptolemæus* Lib. V. Cap. 15. eamdem urbem Laodicenæ tribuit. Ejus meminit etiam *Stephanus*. Quos omnes hîc laudamus, ut liquidiùs urbem fuiſſe, haud procul Libano, *Paradiſum* dictam appareat. Sed dubitet fortè quiſpiam an nomine *Phardes* à Syris, an verò alio, ut *Gan-elobo*, quod Παράδεισον verterint Græci, dicta fuerit. Certè nomina barbara haud raro Græcè efferunt. Quintò, totum illum terrarum tractum fertiliſſimum fuiſſe teſtatur Strabo. *Commagena*, licèt parva, ei eſt *σφόδρα εὐδαίμων ditiſſima*. Laodicea *χώραν ἔχει πολύοινον αὐτὴ τῇ ἄλλῃ εὐκαρπίᾳ, præter aliarum rerum ubertatem, ſolum habet vini feraciſſimum.* Cherrhneſus in Apamienſi agro abundat campis, alendis pecudibus aptiſſimis. Hoc in loco, *Seleucus Nicator* quingentos elephantas alebat, & Syriæ alii Reges maximam exercituum ſuorum partem. Hîc emeritis militibus dabantur ſedes, & regiæ equæ *πλείους τῶν τρισμυρίων plures triginta millibus nutriebantur.* Hæc & alia, de Syriæ fertilitate, habet *Strabo*, cui adjungemus *Dionyſium*, qui de regione Antiochena ita loquitur verſ. 921.

Πᾶσα δέ τοι λιπαρή τε καὶ εὔβοτος ἔπλετο χώρη
Μῆλά τε φερβέμεναι, καὶ δένδρεσι καρπὸν ἀέξειν.

Tota pinguis & paſcua eſt regio, ad paſcendas oves & ad augendum arboribus fructum. Alii plurimi fertilitatem & nemora Syriæ laudarunt. Inter eos qui ea loca, poſtremis hiſce ſæculis, inviſere, conſulendi *Martin. à Baumgarten* Peregr. Lib. III. *Petrus Belonius* Obſerv. Lib. II. Cap. XCI & ſeqq. & *Thevenotius* Itin. Lib. II. Cap. LVIII. & LXI.

At viri doctiſſimi, qui primi hominis ſedes in Babylonia collocatas malunt, objiciunt Moſem poſtea Euphratis & Tigridis, quaſi fluviorum Hedenis meminiſſe; quod Syriæ non convenit, quæ ad Euphratem tantùm porrigitur. Facilè ſolvetur ea objectio, ſi reputemus, etiamſi *Hedenis* & *Paradiſi* nomina ad loca quædam haud ampla Syriæ poſteris ſæculis pertinebant, attamen antiquiſſimis temporibus, ea potuiſſe vaſtas regiones complecti, ut quæ à Syriaco mari ad Tigrin vergunt; præſertim initio rerum, quo incultis regionibus nulla erant nomina. Ex nomine alicujus partis, ſæpe patentiſſimæ appellantur regiones, quæ poſtea aliis nominibus inſigniuntur, ut priſcum exiguæ tantùm parti nomen hæreat. Nec procul quærenda ſunt nobis exempla, cùm apud Hebræos, *Aram*, quod plerumque de Syria propriè dicta ſumitur, Meſopotamiam etiam complectatur; & apud Græcos, licèt *Syria* propriè dicatur regio intra & circa Libanum atque Anti-libanum, attamen antiquiſſimis temporibus Cappadocia, & Meſopotamia, præter totum illum terrarum tractum qui Armeniâ, Mari mediterraneo, Idumæâ, Arabiâ, & Euphrate clauditur, Syriæ etiam nomine contineantur. Deinde non poteſt quiſquam à nobis poſtulare ut Paradiſi, qualis erat Adami ævo, ſitum, cum fluminum, qualis poſtea fuit, curſu conciliemus; cùm nemo neſciat *Euphratem & Tigrin*, poſtquàm juncti ſunt, alveum communem in quatuor non dividere ramos; cùmque reliqui duo fluvii, qui ex eodem alveo erumpentes regiones Chus, & Hhavila permeabant, nuſquam certò inveniri poſſint. Et eluvionibus, & motibus terrarum fluviorum curſus ſæpe mutatos docent nos Veteres & Recentiores, quibus naturæ miracula memoriæ mandare cordi fuit. Conſulendus inter alios *Strabo* Lib. I. neque enim Commentarii noſtri inſtitutum eò uſque evagari nos ſinit, ut quæ huc faciunt conferre in hunc locum poſſimus. Pythagoræ dumtaxat verba ex *Ovidio* Lib. XV. addemus:

Hic fontes natura novos emiſit, at illic
Clauſit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina proſiliunt, aut excæcata reſidunt, &c.
Et Myſum capitiſque ſui, ripæque prioris
Pœnituiſſe ferunt, aliâ nunc ire, Caïcum.

Ab Oriente] Heb. מקדם *mikkedem*. Cùm Orientis & Occidentis deſignatio non ſit ubique eadem, ſed unicuique Genti ſingularis; debent eæ voces aliæque ſimiles, pro ſitu regionum, in quibus vixere qui ſcripſerunt, intelligi. Cùm Moſes hæc ſcripſerit, aut in deſerto, aut in regione Judææ finitima, Orientis nomine tractus ampliſſimos terrarum, quæ à 68. gradu Longitudinis orientem ſolem ſpectant, intelligit. Hoc pacto, cùm Hedenis regio ad Tigrin pertinuerit, ut diximus; maxima ejus pars magis ad Orientem Judææ, & proximis regionibus fuit. Hinc Syria ipſa Damaſcena *ad Orientem* eſſe dicitur Eſaiæ Cap. IX, 12. ubi, poſtquàm Propheta dixit Retſinem Damaſci Regem Judææ bellum illaturum: *Syri*, inquit, *ab Oriente, Philiſthæi ab Occidente Iſraëlem vorabunt.* Quod ſi quis, cum Vulg. Interprete, malit מקדם *mikkedem* vertere *ab initio*, non opus erit iis quæ diximus. At maluimus τοὺς LXX. ſequi, qui habent κατ' ἀνατολάς. Vid. inf. III, 24. XI, 1. XII, 8.

9. *Jucundam viſu*] Heb. נחמד *deſiderabilem viſui.*

que victui ; atque in medio Paradiſo arborem vitæ , & arborem ſcientiæ boni & mali è terra creſcere curaverat. [10] Fluvius ex Hedene, ad irrigandum Paradiſum, egreſ-

rum morborum ſenſu, quo cautiores fierent , à primis hominibus deguſtari non poterant. Prioris generis arbor, *vitæ*; poſterioris, *ſcientiæ* dicebatur *arbor.* [10] Amnis , rigatâ Hedenis regione, inde in

viſui. LXX. Intt. ὡραῖον εἰς ὅρασιν. Vulg. *pulchrum viſu*, quod eodem recidit.

Arborem vitæ] In Theologorum meſſem falcem immittere, quoniam nobis, per inſtitutum noſtrum, non licet; grammaticam tantùm harum vocum ſignificationem attingemus. חיה *hhajah* eſt *vivere* & *convaleſcere* Joſ. V, 8. atque inde חיים hhajim *vita* , *valetudo.* Igitur עץ חיים *arbor vitæ*, aut *valetudinis* verti poterit, eritque arbor quâ *vita* ac *valetudo* conſervari poſſunt, & fortè etiam cujus fructus ad tentatam, alicujus noxii alimenti eſu, valetudinem recuperandam conducunt. Hebræi enim, qui non abundant adjectivis, eorum vice ſubſtantiva adhibent, & quod Græci dicerent δένδρον ζωοποιὸν, id *arborem vitæ* vocant: ut πνεῦμα ζωοποιὸν *ſpiritum vitæ* indigitant. Itaque arbor, aut frutex cujus fructus eſſet ἀλεξιτήριος, quicumque tandem eſſet, vocari poſſet *arbor vitæ.* Similiter quælibet, ad mortem inferendam, arma dicuntur כלי מות ehle maveth, *vaſa*, vel *inſtrumenta mortis*, hoc eſt , letifera. Hinc conjicere licet in Paradiſo fuiſſe arborem, aut arbores (quamvis enim ſingulari numero utatur Moſes , plures tamen fortè ſignat) quibus erant fructus ἀλεξιτήριοι , ſi fortaſſe homines iis indigerent. *Plinius* Libris XXIII. & XXIV. integris, medicinas arborum cultarum & ſilveſtrium proſequutus eſt.

Arborem ſcientiæ boni & mali] Cùm ſententia *Joſephi*, aliorúmque, qui huic arbori vim ingenerandæ cognitionis fuiſſe contendunt, non videretur defendi poſſe Veterum aliis pleriſque ; ea res eos ad Allegorias confugere coëgit , ut ſub narratione ſimplici quidpiam aliud narrari crederent. Sed quoniam, in eo interpretationis genere, nihil eſt certi, Recentiores, miſſis Allegoriis, ad propriam vocum ſignificationem ſibi redeundum eſſe cenſuerunt; & cùm incommoda, quæ in *Joſephi* occurrunt ſententia, vitare vellent, dixerunt plerique ab eventu huic arbori nomen eſſe factum; quia, nimirum, deguſtato ejus fructu quid boni , quidve mali in obſequio Numini præbendo aut negando experientiâ ſuâ didicere primi homines. Verùm in hac quidem interpretatione nihil eſt, quod rationi , reique in ſe ſpectatæ repugnet : ſed cum Hebraïca notione vocum *bonum & malum* non ſatis conſentit. Fatendum tamen eſt nihil probabilius ſuppetere , quod & naturæ rerum & Moſis narrationi conſentaneum ſit; ideóque ingenuè ignorantiam profiteri, quàm inanibus ac operoſis conjecturis nimiùm indulgere , malumus. Sunt tamen, qui, poſt irritos tot eruditorum virorum conatus , hancce arborem venenatos protuliſſe fructus exiſtimant, & dictam fuiſſe *arborem ſcientiæ boni & mali*, quaſi arborem, quâ deguſtatâ prudentior homo futurus erat; quippe qui fructus quoſdam eſſe noxios , benéque ſe à Deo monitum cogniturus erat. Hinc rectè à Joſepho φυτὸν φρονήσεως *plantam prudentiæ* dictam fuiſſe exiſtimant. Quomodo autem huic cum verbis Moſis conveniat interpretationi, ex narratione totius Hiſtoriæ colligere Lector poterit. Ut *arbor vitæ* poteſt eſſe arbor, cujus fructus eſſent ἀλεξιτήριοι, ſeu medicati : ita *arbor prudentiæ* erit arbor venenata , quam vitare prudentium eſt, & cujus guſtato fructu, imprudens fit prudentior. Hujus generis plures arbores eſſe potuerunt, quemadmodum plures ſunt medicatarum ſpecies. *Plinius* Lib. XII, C.6. meminit cujuſdam Indicæ ficûs , quam ita deſcribit: *Eſt & alia ſimilis huic , dulcior pomo , ſed interaneorum valetudini infeſta.* Subjicit: *edixerat Alexander ne quis agminis ſui id pomum attingeret*, quâ circumſtantiâ hæc illuſtrari poteſt hiſtoria.

10. *Fluvius*] Prout nunc ſe habet, & ante plura ſæcula habuit Euphratis & Tigridis curſus, inveniri non poſſunt duo alii fluvii ; qui ex eodem alveo derivati regiones Chavilæ & Chuſi fluentis ſuis adluerint. Sed, ut diximus ad verſ. 8. varia potuerunt mutationem in fluviorum ſitu facere. Motus terræ qui, quo tempore concurſum eſt ad Thraſimenum lacum , contigit, non modò multarum urbium Italiæ magnas partes proſtravit, ſed etiam *avertit curſu rapido amnes*, *mare fluminibus invexit* , & *montes lapſu ingenti proruit.* Verba ſunt *Livii*, Lib. XXII. Cap. 5.

Ex Hedene] Quod modò diximus, de fluviorum curſu mutato , hinc haud levem confirmationem trahit; unus enim fluvius, qui Hedenis ſuperiorem partem, deinde eam in qua fuit Paradiſus, rigabat, dicitur inde in quatuor alveos diviſus in varias fluxiſſe regiones ; quod nullo modo conſentit cum curſu hodierno, aut qualis à vett. Geographis deſcribitur Euphratis & Tigridis , ut vel ex ſola Tabularum inſpectione liquebit.

Egreſſus] יצא *jotſe*, *egrediebatur*. Duplex eſt Intt. de hac voce ſententia. Alii hunc egreſſum de fonte horum fluviorum intelligunt, quaſi unus fuerit Tigridis, Euphratis, Phiſonis , & Gihhonis fons in Hedene, unde ad irrigandum Paradiſum defluxerit. Verùm hoc omnes ex Geographia petitas conjecturas evertit, non modò enim oporteret duos ſaltem fontes Tigridis & Euphratis miſcere, ſed etiam aut Hedenis regionem ad Armeniam uſque porrigere , aut fontem eorum fluviorum ex Armenia in aliam regionem transferre. Quod ſi liceat, nihil non hîc licebit. Alii ergo volunt fluvios quatuor, è ſuperiori tractu ortos, uno alveo Hedenis partem peragraſſe, inde Paradiſum ingreſſos , eodem alveo nemus in quo primi fuere Parentes rigaſſe, ac tandem in quatuor *capita* diviſos varias regiones adluiſſe. Quæ videtur ſimpliciſſima , & verbis Moſis convenientiſſima interpretatio. יצא de fluvio , eodem ſenſu, occurrit Num. XXI, 13.

Inde in quatuor dividebatur capita] Seu משם *miſſcham* , *inde* referatur ad Hedenis totam regionem , ſeu ad eam tantùm in qua fuit Paradiſus, videtur omnino ſignificare Moſes, poſtquàm Paradiſum rigavit unus alveus, eâ parte quâ aquæ decurrunt unum illum alveum in qua-

egreſſus, inde in quatuor dividebatur capita. [11] Nomen unius Phiſon; is totam regionem Chavilæ, ubi eſt aurum, flexuoſo curſu adluit. [12] Aurum autem illius re-

in quatuor dividebatur alveos, [11] quorum unus, mutato licèt fluminum curſu, *Phiſon* etiamnum di-

citur, & Chaulothæorum campos, derivatis in diverſa fluentis, irriguos facit, [12] ramentiſque auri pu-

quatuor diviſum in eas regiones, quarum ſequuntur nomina, ferri. Certè quin hæc ſit vocum nativa ſignificatio dubitari nequit: *fluvius ex Hedene egrediebatur, ad irrigandum Paradiſum, & inde dividebatur & erat in quatuor capita.* Attamen vir doctiſſimus, & in utraque Antiquitate verſatiſſimus *P. D. Huëtius* cenſet duo capita fuiſſe ad Septemtrionem Hedenis, duo alia ad Meridiem; Tigrimque & Euphratem ad Septemtrionem, Phiſonem & Gihhonem ad Auſtrum ſita fuiſſe vult, quod videtur etiam ſenſiſſe *Sam. Bochartus*. Exiſtimat hîc rationem nullam haberi aquarum decurſûs, ſed fluvium quo rigabatur Paradiſus, quaſi viam regiam ſpectari; quæ cùm una Hedenem dividat, in duas utrimque ſcinditur. At duriſſimum eſt hoc verbi יצא interpretamentum, quis enim dixerit fluvium *exire* è regione, quæ infra fontem ejus ſita eſt, ſi de tractu ſuperiore, ſeu fonti viciniore ſermo ſit? *Exire* prorſus idem eſt ac *defluere*, ubi de fluminibus agitur (Vid. Ezek. XLVII, 1, 8, 12.) neque uſquam legas fluvium ab oſtio ad fontem *exire*.

11. *Phiſon*] *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. 2. Lib. V. Cap. 5. terram Hhavila eam eſſe partem Arabiæ, ad *Catipham* & *Baharen*, ex qua Margaritæ eruuntur, contendit. Id ait ſe, in accurata Paradiſi deſcriptione, tot adſeruiſſe argumentis, ut vix quidquam deeſſe ad perfectam probationem putaret. Hîc ſatis habet monuiſſe nomine *Phiſon*, à quo adluitur terra *Hhavila*, à ſe intelligi eum Euphratis ramum, quem locorum αὐτόπτης in Sinum Perſicum ferri ait *Petrus Texeira*, ad Catipham prope Baharen. Idem *Phalegi* Lib. IV, Cap. 11. haud diſſimilia habet. Eam ſententiam ambabus ulnis, iiſdem de rationibus, amplexus eſt P. D. *Huëtius*. Optandum eſſet editam à viro ſummo fuiſſe Paradiſi deſcriptionem, quæ fortaſſe ab ulteriore inquiſitione ſuperſedere nos coëgiſſet. Qui tamen nuper viri ſummi fragmenta ediderunt, & de ejus *Paradiſo* egerunt, vix diverſam ab Huëtiana ſententiam *Bochartum* ſequutum conjiciunt. Nos *Hhavilæ* ſitum, alium, certè Moſis tempore, fuiſſe exiſtimamus; viciniorem, nempe, Judææ, nec procul à Cœle-Syria. I. Sam. XVI, 7. dicit Saül ferro & igne vaſtaſſe *Hamalekitas ab Hhavila, donec venias Sur, quod eſt è regione Ægypti.* Quis autem crediderit Saülem exercitu peragraſſe centum quinquaginta milliaria Germanica, quot ſunt minimùm è finibus Iſraëlis ad Hhavilam, in Tabubulis ipſius *Bocharti*? Non facilè ſanè ſibi perſuadebit quiſquis deſertæ Arabiæ inopiam in animum revocaverit, & exercitum Saülis CCXX hominum millibus conſtitiſſe meminerit. Præterea, ſi Hhavila remotior fuiſſet quàm Sur, non dicturus fuiſſe videtur Scriptor ſacer Saülem Hamalekitarum regionem *ab Hhavila ad Sur* eſſe depopulatum; ſed contra *à Sure*, unde initium fieri, ſecundùm *Bochartum*, neceſſe fuit, *ad Hhavilam*. Igitur *Sur* & *Hhavila* fuere quidem Hamalekitarum fines, ſed ita ut Sur ad Auſtrum, Hhavila ad Septemtriones fuerit. Vide etiam quæ infra dicemus ad Geneſ. XXV, 18.

Deinde Veteres, qui aliquam Arabicarum Gentium mentionem fecerunt, non procul Libano, aut Anti-libano, ſedes *Chablaſiis* aut *Chaulothæis*; quæ nomina חולי & *Hhavila*, vel *Hhavilath*, in regimine, haud multùm abludunt; inter *Nabatæos* & *Agræos*, adtribuunt. Agræi autem, ſeu Agareni colebant regionem ad Orientem Galaaditidis ſitam I. Par. V, 10. Nabatæi verò Ægypto propiores fuere. Vid. *Eratoſthenem* apud *Strabonem*, Lib. XVI. *Dionyſii Periegetæ* hæc ſunt verba, verſ. 954.

Ἀλλ' ἤτοι πρῶτοι μὲν ὑπὲρ κλιτὺν Λιβάνοιο
Ἀφνειοὶ ναίουσιν ἐπωνυμίην Ναβαταῖοι,
Ἄγχι δὲ Χαυλάσιοί τε καὶ Ἀγρέες.

Verùm enim verò primi quidem ultra declivitatem Libani, divites habitant cognomento Nabatæi, propè autem Chablaſii & Agrees. Etiamſi non nego hoſce, ac alios Græcorum Geographos, ſæpe erraſſe in Orientalium regionum ſitu; attamen ne à *Bocharto* quidem eorum omnino elevatur fides.

Hæc cùm ita ſint, ſi quis quærat quis ſit *Phiſon*, nos quidem quaſi compertum quidquam adfirmari poſſe negabimus. Sed ſi conjecturæ ſit locus, fluvii *Phiſchon* videtur veſtigium aliquod in *Chryſorroa* inveniri poſſe. Is ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Δαμασκηνῶν πόλεως καὶ χώρας, εἰς τὰς ὀχετείας ἀναλίσκεται σχεδόν τι, *incipiens ab urbe & regione Damaſcenorum, in rivos ferè conſumitur*, ut de eo loquitur *Strabo*. Lib. XVI. *Plinius* etiam *Damaſcum ex epoto riguis amne Chryſorroa fertilem* teſtatur. Lib. V. Cap. 18. *Petrus Belonius* Obſervat. Lib. II. Cap. XCI. tantam eſſe Damaſci, è Chryſorroa flumine, aquæ copiam, ut unicuique domui, cùm intra ædificium, tum in horto ſuus ſit fons, narrat. Hæc autem optimè conveniunt cum nomine Hebraïco פישון, quod deducitur à radice פשה *diffuſus fuit*, aut פשא *phaſchaa*, ut ſcribunt Arabes, apud quos *dimanavit in publicum* ſignificat. Græcè dicitur Χρυσοῤῥόας, quia ramenta auri, quod præſtantiſſimum in regione Hhavila fuiſſe nos docet Moſes, ſecum devehebat. Eadem de cauſa *Pactolus*, Lydiæ fluvius, idem nomen habuit.

Joſephus quidem Ant. Jud. Lib. I. Cap. 1. nomine Φεισὼν vult ſignificari πλῆθυν, *multitudinem*; ac revera פוש *phuſch*, unde etiam deduci poteſt, eſt *augeri*; ſed propter allatas rationes, magis placet à radice פשה *phaſcha* derivari; quamquam utrique radici eadem tribui poteſt ſignificatio, cùm harum formarum verba paſſim confundantur. Verùm idem *Joſephus*, qui *Gangem* eſſe vult, ſeu primus invenerit, ſeu ab alio acceperit, malus conjector fuiſſe videtur, cùm immanis ſit locorum diſtantia. Nec quiſquam hîc dixerit Diluvio factam eſſe, in ſuperficie telluris, ingentem mutationem; neque enim hoc quidlibet conjiciendi, nullâ aliâ allatâ ratione, jus facit; quandoquidem pro Gange quemlibet alium fluvium, ut *Hydaſpem*, *Indum* &c. æquo jure nomine Phiſon ſignificari adfirmare licebit.

regionis eſt bonum, *ſuntque* ibi etiam Bdellium & lapis Soham. 14. Nomen tertii eſt Chiddekel; is Aſſyriam versùs fertur. Quartus denique *erat* Euphrates.

15. Hominem poſtea Jehova Deus ſumſit, atque in Paradiſo Hedenis, ut eum co-

puriſſimi, divitem alioqui bdellio & onyche regionem beat. 11. Alter amnis, cui *Gichoni* nomen eſt, ſinuoſis flexibus, Caſſiotidem vagus pererrat. 14. Tertius *Tigris*, à Circio in Eurum, Aſſyriam versùs, fertur. Quartus eſt *Euphrates*, notiſſimus Babyloniæ fluvius.

15. In Hedenenſi ergo nemore collocatus primus virorum, facili labore amœniſſima vireta culturus; cum

Qui volunt Phiſonem eſſe *Paſitigrin*, non animadvertunt non eſſe alveum hunc alium à Tigride, ſed ejus inferiores partes. Nec eæ *Hhavilæ* adluunt regionem, niſi eam, contra omnium Geographorum fidem, & quidquid de ea in Scriptura legere eſt, cum *Suſiana* confundamus, ut fecit *F. Junius*, quod nemo Geographiæ Sacræ peritior admiſerit.

Is totam regionem, &c.] Videtur Moſes haſce deſcriptiones fluminum, quorum meminit, addidiſſe, fortè propter trium priorum nominum obſcuritatem; nam Euphratem, notiſſimum fluvium, nominaſſe contentus, nullâ deſcriptione deſignavit. Ita docuit Hebræos, adeóque totam poſteritatem, circa quæ loca fuiſſet Paradiſus, licèt fluviorum curſus eſſet immutatus.

Chavilæ] Hic fuit Chuſi filius, de quo dicemus ad Gen. X, 7.

Ubi eſt aurum] Hoc vel Chryſorroæ teſtetur appellatio. Hæc autem ſpecies auri optima eſt. *Aurum invenitur*, &c. *apud nos tribus modis, fluminum ramentis, ut in Tago Hiſpaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Pactolo Aſiæ, Gange Indiæ. Nec ullum abſolutius aurum eſt, ut curſu ipſo trituque perpolitum. Plinius* Lib. XXXIII, Cap. 4.

Flexuoſo curſu adluit.] Heb. סבב *ſobeb*, *circumiens.* Sed cùm vix ullus fluvius poſſit circumdare totam aliquam regionem, niſi fortè in ejus fluvii inſula ſita eſſet, periphraſi hanc vocem expreſſimus, eadem pænè quâ *Plinius* Lydiam *perfuſam flexuoſi amnis Mæandri recurſibus* deſcribit. Atque hoc optimè Chryſorroæ convenit, qui præterquàm quòd per tubos toti Damaſco aquas dividit, in varios ramos ſcinditur, ut hodierni docent Geographi. De fluvio Indiæ in rivos derivato haud abſimiliter *Curtius* Lib. VIII. Cap. 9. *Erymanthus crebris flexibus ſubinde curvatus ab accolis rigantibus carpitur.* Vide & *Arrianum* de Exped. Alexandri Lib. IV. pag. 82. Edit. Stephanicæ. Ita סבב ſumitur, Joſ. XV, 3. XVI, 6.

12. *Aurum autem*, &c.] Vide ad verſum antecedentem notata.

Bdellium] Heb. ברלח *bdolahh* vocum adfinitatem ſequuti *Bdellium* cum Vulg. Intt. vertimus. Bdellium autem gummi eſt odoratum arboris Arabicæ, aut Syriacæ; de quo multis egit *Cl. Salmaſius* de *Homonymis Hyles Iatricæ* Cap. IX. licèt antea haud pauca dixiſſet, in *Exercitationibus Plinianis* Pag. 368, 809 & *ſeqq.* Eum legere poterunt, quicumque rem adcuratiùs noſſe ſuâ intereſſe exiſtimabunt. Ex Hebraïca voce ברלח *bdollah* ortam eſſe vocem Græcam βδέλλα, unde [illegible] βδέλλιον natum, verè videtur obſervaſſe. *Samuel* tamen *Bochartus* Hieroz. Part. 2. Lib. V. Cap. 5. gummi eſſe negat, margaritámque interpretatur. Sed vel ſola Græcæ & Hebraïcæ vocis adfinitas ejus rationibus gravior eſſe videtur; nec eò deveniſſet, niſi commodior viſa ea vocis ברלח interpretatio ad ſitum regionis Chavilæ, prout ab eo conſtituitur, defendendum fuiſſet. Vide not. ad Num. XI, 7.

Et lapis Soham] Vocem Hebraïcam ſervavimus, quia, diſſentientibus Intt. etiam vetuſtiſſimis, quem potiſſimùm ſequeremur nobis non conſtabat. LXX. Intt. tanta hac in voce eſt varietas, ut ſatis liqueat eos neſciviſſe quis hic eſſet lapis, & negligenter hac in re eſſe verſatos. Vertunt variis in locis hanc eamdem vocem *Praſinum*, *Smaragdum*, *Sapphirum*, *Sardium*, *Onychem* & *Beryllum*. Alii *Beryllum*, aut *Onychem*, aut *Sardonychem* interpretantur. Si ſit ὄνυξ, ut vult *Joſephus*, quem *Hieronymus* & Recentiorum plerique ſequuntur, Arabicum lapidem eſſe, non minùs ac Indicum, docebit *Plinius* Lib. XXXVII. Cap. 6. Is lapis *venis* quibuſdam ſeu *zonis* notatus eſt, & *Arabicas Onychas nigras inveniri candidis zonis* idem auctor eſt. Hinc fortè שהם dicta eſt, quia שהם *ſahm* apud Arabas propriè quidem *ſagittam*, ſed metaphoricè *lineam* ſeu *ſtriam* ſignificat; unde משהם *moſahammon*, *ſtriata veſtis* dicitur. Vid. Exod. XXVIII, 20.

13. *Gichon*] Quemadmodum ex ſitu terræ Hhavilæ, veluti palpando, & Phiſchon fugientia quæſivimus veſtigia: ita hic ex ſitu terræ *Chus*, inveſtigandum eſt flumen *Gibbon.* Oſtendit *Sam. Bochartus* Phal. Lib. IV. Cap. 2. Chuſæos ſupra Ægyptum, ad Rubri maris ſinum intimum, in parte Arabiæ Petrææ & Felicis, ſedes habuiſſe; unde eoſdem eſſe cum Veterum *Scenitis*, Recentiorum *Saracenis* collegit. Ægyptus Sophon. III, 10. & Eſai. XVIII, 1. *trans flumina Chus* eſſe dicitur. Hujus autem flumina, ut idem obſervavit vir eruditiſſimus, ſunt *Beſor* in mare Mediterraneum, *Rhinocoruræ* torrens in lacum Sirbonidem, *Trajanus* amnis in mare Rubrum ad Heroum urbem influens, & *Corys*, è quo Regem Arabum aquam Cambyſæ ſuppeditaſſe prodidit *Herodotus* Lib. III, Cap. 9. qui etiam μέγαν ποταμὸν eſſe dicit. Sed nullus horum fluviorum cum Euphrate conjunctus eſt. Nec nomen etiam ullum ad vocem *Gibbon*, aut ſono, aut ſignificatione adludit. Gihhon à גוח & גוח *gouahh*, *cum impetu erupit*, *effuſus eſt* derivatur, quod fluvio adprimè convenit.

Poſtquàm vidimus, ex ipſius *Bocharti* obſervationibus, nullum eſſe fluvium in Arabica Chuſitide, qui is poſſit cenſeri, qui *Gibbon* à Moſe dicitur; ſupereſſet nos ipſe doceret quæ ſit regio *Chus*, de qua hic Moſes. Quod fecerat in libro *de Paradiſo*, quem adfectum habuit, ſed qui aut periit, aut latet. Si ex ſitu *Chavilæ*, prout ab eo deſcribitur, de ejus ſententia

coleret cuſtodirétque, collocavit. 16. *Ibi* mandata homini dedit Jehova Deus, di-
cens: ex omni Paradiſi arbore comedes; 17. at ex arbore ſcientiæ boni & mali ne
comederis, quia eo die, quo ex ea comederis, morieris.
18. Dixit

cùm tamen fructus ſalubres à noxiis, non niſi longa eadémque periculosâ experientia, ſecernere poſſe videretur; 16. à Deo monitus eſt ex omnibus nemoris arboribus, non æquè ſalubrem victum peti, 17. nam quarumdam (ſimul oſtendebantur, & propriis vocabulis appellabantur arbores) letiferos eſſe fructus; qui præſens, niſi aliunde ſuppeteret remedium, in ſtomachum demiſſi exitium eſſent allaturi.

11. An-

tentia conjicere licet, crediderim eum hîc Chuſitidem eam intelligi voluiſſe, quæ *Ciſſia* à Veteribus etiam dicta eſt, & *Chutia*, cujus populi *Chutæi*, & quæ in ejus tabulis eſt trans Tigrin infra Apameam, quæ etiam *P. D. Huëtii* ſententia eſt. De hac ipſe in *Phaleg.* Lib. III, Cap. 5. *alibi* ſe egiſſe teſtatur, quibus verbis Paradiſi deſcriptionem ſignari opinor, quoniam nuſquam aliàs in operibus editis ea de regione egit. Sanè ea gens à *Plutarcho* dicitur, in vita *Alexandri*, Κοσσαῖον ἔθνος, quam, ut Hephæſtioni parentaret, luctu ad furorem penè actus, ad internecionem delevit Alexander. Iidem ab *Arriano* Lib. VII. Κοσσαῖοι appellantur, ut à *Curtio Coſſæi* Lib. IV. Cap. 12. Eorum etiam pluribus meminit *Strabo* Lib. XI. & *Ptolemæus* in Aſiæ T. v. Verùm nullus ex Euphrate aut Tigride in eam partem delabitur fluvius; neque Gihhonis plura ſunt hîc veſtigia, quàm in Chuſitide Arabica. Si quis fluvius indidem fluens Perſicæ Chuſitidi attribui poſſit, is eſſet ipſe *Hhiddekel*, quem à *Gibbone* ſecernit diſertè Moſes.

Sunt qui velint *Gibbonem* eſſe brachium Euphratis, qui ab accolis *Naarſares* dicitur; ſed ut verum hoc eſſet, oporteret regionem *Chus* planè fuiſſe Babylonicæ viciuam, imò Babyloniæ partem inter Euphratis alveos ſitam; quod eſt prorſus Geographorum deſcriptionibus contrarium, inter quos conſulendus *Bochartus*, eo loco quem laudavimus.

Joſephus, quo fundamento nixus neſcio, Gihhonem Nilum eſſe vult, eámque vocem δηλοῦν τὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἀναδιδόμενον ἡμῖν *ab oriente nobis orientem* ſignificare. Videndus tamen *Iſ. Voſſius* in Caſtig. *G. Hornii* ad Cap. III.

Ad me quod adtinet, malim ingenuè ignorantiam profiteri meam, quàm pro comperto quidquam non ſatis perſpectum in medium proferre. Verùm, ut libens agnoſco nomen *Chus* ut plurimum in Scriptura Madianitidem deſignare: ita haud abſurdè conjici poſſe exiſtimarim, alterum fuiſſe *Chuſum*, qui ſimile nomen alteri impoſuerit regioni: ut duplex fuit *Hhavila*, alter inter Semi, alter inter Hhami poſteros, multáque conditorum nominibus ambigua loca. Crediderim etiam nominis *Chus*, veſtigia eſſe in duplici *Caſio*, aut *Caſſio* monte; quorum unus in Madianitide ad mare Rubrum, alter in *Caſſiotide* Syriæ regione fuit. Atque hoc in loco, non *Chuſanitidem* ad mare Rubrum ſpectari, ſed *Caſſiotidem* Syriæ, & Orontem quidem, ut poſtea dictus eſt, deſignari cenſuerim. Caſſiotidem totam alluit *Orontes*, ut docet *Strabo* Lib. XVI. inſpectæque oſtendunt *Ptolemæi* Tabulæ. Favet etiam conjecturæ noſtræ priſcum nomen Orontis, qui priùs, ut Græci narrant, vocabatur Τυφῶν quod magno impetu erumpat, cùm è fontibus, tum è terra, ſub qua aliquamdiu delapſus iterum emergit; quod optimè exprimitur voce גיחן *gibhon*, ut ſupra obiter diximus. Hiſce lectis, ſi in animum revocet Lector quæ de Hedenis ſitu diximus, fatebitur, ut ſpero, quæ de Paradiſi fluviis conjecimus meliùs cohærere, quàm quæ antea ab aliis hanc in rem dicta ſunt.

Vago flumine permeat] Heb. ut ſupra verſ. 11. סבב *ſobeb.* Haud abſimiliter de Oronte, Apameenſes agros rigante, Strabo Lib. XVI. δι' αὐτῆς Ὀρόντης ῥεῖ καὶ ἀναπολεῖ συχνὰ ἐν ταύτῃ, *per eam Orontes fluit & multus in ea vagatur.*

14. *Chiddekel*] Οἱ LXX, Latinus, alíique Intt. magno conſenſu *Tigrin* vertunt, & reverâ is fluvius ab occaſu in orientem, versùs Aſſyriam labitur. Videtur etiam hinc natum *Diglito*, quod nomen eſſe partis Tigridis teſtatur Plinius, *quâ*, inquit, *tardior fuit; unde concitatus, à celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi ſagittam.* Lib. VI. Cap. 27. Ex voce חדקל addito תא *tho* Syriaco more, factum eſt *Hhidkaltho* חדקלתא, & eliſâ primâ gutturali *Dekultho*, & corruptè *Diglito*. Hodiéque *Degele* ab accolis vocatur. Videtur vox ea celeritatem, potiùs quàm tarditatem, ſi ex Hebraïſmo exponatur, ſignificare, nam חדה *acutum*, קל *celerem & concitum* ſignificat. *Joſephus* interpretatur μετὰ στενότητος ὀξὺ, *cùm anguſtia acutum*, quaſi קל στενὸν eſſet, & Διγλάθ vocari fluvium dicit. Sed *Plinii* verba ad examen hîc non revocabimus. Ea expendit *Cl. Salmaſius* ad *Solinum* pag. 487. nuperæ Editionis. Verùm non committemus, ut prætermittamus obſervare à nemine hactenus, quomodo Tigris in Hedene junctim cum Euphrate & duobus aliis fluminibus aquas volvens inde dividatur ab aliis, & versùs Aſſyriam fluat, exponi potuiſſe. Nec, ut opinor, ab ullo umquam clarè oſtendetur.

Is Aſſyriam versùs fertur] Si alveus hodiernus Tigridis unus eſſet ex quatuor fluentis, quæ hîc à Moſe memorantur; dixiſſet potius *ex Aſſyria defluit in Hedenem.* Neque enim poſtquàm cum Euphrate conjunctus fuit, in Aſſyriam fertur. Sed alius intelligitur Tigridis alveus, qui hodie nullus eſt, & quo olim, poſtquàm cum Euphrate aquas miſcuerat, in Orientem, Aſſyriam versùs, derivabatur.

Euphrates] Notior erat Euphrates, quàm ut ullâ deſcriptione indigeret, quippe qui κατ' ἐξοχὴν in Scriptura vocatur הנהר *bannahar* ὁ ποταμός, & הנהר הגדול *bannahar baggadol*, ὁ ποταμὸς ὁ μέγας. *Joſephus* interpretatur σκέδασιν ἢ ἄνθος *diſperſionem* ſeu *florem*, cujus rei rationem habet *Iſ. Voſſius* in Caſtig. *G. Hornii* ad Cap. III. Quia nihil ad Scripturam adtinet, à nobis non adtingetur.

15. *Ho-*

[18.] Dixit etiam Jehova Deus: bonum non eſt eſſe hominem ſolum, ei auxilium inſtar ipſius faciam. [19.] Finxerat quidem Jehova Deus è terra omnem beſtiam agri, & omnem volucrem cœli, adduxerátque ad hominem, ut videret quo modo ea appellaret, & quocumque modo homo animal vocaverat, id nomen ejus fuerat. [20.] Voca-

[18.] Antea obiter, humani generis primordia, virum, & fœminam à Deo creatos eſſe diximus; at uterque ſimul genitus non eſt, ſed creato jam viro ſimilem ei fœminam, auxilio ad vitæ neceſſitates, generiſque propagationem futuram facere, ut fini propter quem hominem eſſe voluerit conſentaneum erat, conſtituit Deus. [19.] [20.] Nam animantia quidem reliqua oculis vir ille luſtraverat, utendá-

15. *Hominem poſtea Deus ſumſit*] Fortè extra Paradiſum creati fuerant homines, quò eos poſtea reduxit Deus; fortè, ipſâ creatione, in Paradiſo collocati ſunt; neque enim ſingula hîc ſunt nimiùm urgenda, quandoquidem ordinem non accuratè ſervari paſſim videmus.

Ut enim coleret, cuſtodirétque] Hoc eſt, ut primi Parentes, eorúmque poſteri benignam ſoli Syriaci naturam cultu aliquo leviore adjuvarent; & ne fructus à feris, beſtiiſque aliis vorarentur, ne ipſis victus deeſſet, impedirent. Alioquin, ut tunc temporis nulli erant timendi fures: ita nec à rudibus hominibus agriculturæ magna exſpectari poterat peritia, nec in uberrimo ſponte ſuâ ſolo poſtulabatur. Vid. not. ad Cap. III, 17.

16. *Ex omni Paradiſi arbore comedes*] Hoc eſt, licet tibi cujuſvis arboris fructus comedere; aut, omnium quidem arborum, quæ in hoc Paradiſo ſunt, ſalubres experieris fructus, exceptâ unâ. Mirum videri nequit Deum homines in Paradiſum intromittentem, monere qui fructus ſalubres ſint, qui nocere queant; neque enim ſcire poterant, niſi revelatione, aut longo rerum uſu. Sic Alexander Macedonibus ſuis, Indicorum fructuum ignaris, ne ſpecie deciperentur ex ficu quadam, cujus fructus δάκνειν ποιεῖ καὶ δυσεντερίαν, *alvum mordet & dyſenteriam parit*, ἀπεκήρυξε μὴ ἐσθίειν, *edixit ne comederent*, ut refert *Theophraſtus* Hiſt. Plant. L. IV. Cap. 3.

17. *Eo die quo ex ea comederis, morieris*] Alii intelligunt de illo ipſo die, quo comediſſent illicitum fructum Parentes; quaſi Deus hîc pœnam mortis, à ſe ipſo reis infligendam, comminaretur. Alii laxiùs de tempore ſequuturo. Priores minas hîc fuiſſe, non ſanctionem inviolabilem Legis exiſtimant, quoniam Deus primos Parentes illico capite non puniit. Poſteriores minas exſecutioni, pluribus poſtea annis, mandatas, ubi mortuus Adamus & Heva fato functa eſt, contendunt. Non deſunt qui velint hîc à Deo vim letalem fructûs illiciti, quæ tamen ejus benignitate ſeſe non exſeruit, indicari; adeò ut, niſi obſtitiſſet Deus, ejus rapido veneno, ipſo die quo peccaverant extincti fuiſſent primi homines.

Morieris] Eſt in Heb. *Morte*, aut *moriendo morieris*, quod multi Intt. volunt de certa morte diei, phraſi eâ ejuſmodi ἔμφασιν habente. Verùm ad examen revocatis innumeris locis, in quibus verbum cum infinitivo, aut verbali conjungitur, ut hoc loco; comperimus hanc loquutionem, cùm alibi, tum in Legibus potiſſimum uſurpari, conſuetudine potiùs Linguæ, quàm propter ullam ἔμφασιν. Infra Abimelechus Cap. XXVII, 11. edicit quicumque Iſaacum, aut ejus uxorem attigiſſet, eum *moriturum*. Paſſim in Moſaïcis legibus occurrit, neque exempla, quæ ex *Concordantiis* peti poſſunt, proferemus. Sic apud Græcos, & Atticos quidem potiſſimùm, nomina affinia verbis conjunguntur, ſine ulla Emphaſi. *Homerus* Iliad. B. verſ. 788.

Οἱ δ' ἀγορὰς ἀγόρευον ἐπὶ Πριάμοιο θύρῃσι.

Illi verò conciones concionabantur, ad Priami fores. Ad quem locum *Euſtathius*: τὸ δὲ ἀγορὰς ἀγόρευον, ἀττικόν ἐστι. ὡς καὶ τὸ βουλὴν βουλεύειν, καὶ λόγον λέγειν· καὶ ὅλως, τὸ προστιθέναι τοῖς ῥήμασι τὰ ἐξ αὐτῶν ὀνόματα: *Atticum eſt* ἀγορὰς ἀγόρευον, *ut & βουλὴν βουλεύειν & λόγον λέγειν, & univerſim nominum ad verba ex quibus derivantur adjectio.* Rectiùs dixiſſet, ut oſtendit *H. Stephanus* ad librum *Corinthi* Grammatici *de Dialectis* Tm. 1. ſi adfinia nomina dixiſſet. Etiam apud Latinos *vivere vitam*, aliáque ſimilia occurrunt, in quibus nullus Grammaticorum Emphaſin ullam quærat. Sed in Sacris haud rarò acutiores, quàm opus eſt, ſumus.

18. *Dixit etiam*] Hoc eſt, cogitavit, ſeu judicavit bonum non eſſe virum eſſe ſolum, quandoquidem alia animalia gemina erant. Hæc quoque ἀνθρωποπαθῶς dicuntur, neque enim Deus, creato demum Adamo, eum uxore indigere vidit. Non creavit Deus Adamum ſolum, quaſi nondum conſtituiſſet humanam ſobolem propagare, ſed alia quadam de cauſa nobis ignota. Multò minùs animalium ſpecies, ut quæreret adjutorium Adamo ſimile, luſtravit. Vid. ad Cap. I, 3. not.

Inſtar ipſius] Hebr. כנגדו *cnegdo.* Vocula נגד *neged*, *coram*, *è regione*, ſignificat; unde nonnulli, auxilium quod ſtet *coram eo*, mandatis ejus obſequuturum, interpretantur. Sed, ſecundùm leges grammaticas, לנגדו *lnegdo*, aut מנגדו *minnegdo* dici oportuiſſet. Alii hîc honeſtam eſſe genitalium circumloquutionem volunt, quia qui ſunt coram aliquo ejus anteriores corporis partes, & ſynecdochicè genitalia ſignari. At hoc & ſine exemplo, & durum eſt. Maluimus ſequi τοὺς LXX. & Vulg. Int. quorum illi hoc in loco habent κατ' αὐτόν, & verſ. 20. ὅμοιον αὐτῷ, hîc verò *ſimile ſibi.*

19. *Finxerat*] Hæc apud Hebræos futuro, præfixo Vau, quod præteritum tempus deſignat expreſſa ſunt. Sed quia, ſi quis Latinus Scriptor hæc eodem ordine narraſſet, pluſquàm perfecto uſus fuiſſet, eo tempore uſi ſumus. Atque ita vertimus ubicumque res poſtulavit, licèt varietate illâ temporum careant Hebræi, qui tantùm præteritum & futurum, & præſentis, ope participii *Benoni*, circumloquutionem habent; quæ omnia etiam ſcribendo confundunt. Hoc ſemel monendum exiſtimavimus, ne omiſſum apud Lectores harum litterarum non ſatis peritos, nobis fraudi eſſet.

Ut

caverat homo nomine omne pecus, *omnem* volucrem cœli, & omnem feram agri; nec homini auxilium inſtar ipſius reperiebatur. 21. Immiſit ergo Jehova Deus ſoporem homini, qui obdormiit; & ſumſit unam è coſtis illius, carnem ejus loco clauſit, 22. formavit ex ea coſta, quam ſumſerat, uxorem, *eámque* ad Adamum deduxit Jehova Deus.

dáque, pro arbitrio, à Deo acceperat, nec tamen ſatis ad omnes vitæ neceſſarios uſus idonea compererat. 21. Igitur Deus, ut congenerem mari fœminam faceret, ei altiſſimo ſopore oppreſſo, nihilque ſentienti primùm quidem coſtam è latere detraxit, & carnem ejus loco coaleſcere curavit. 22. Dein ex ea coſta ſequioris ſexûs hominem divinâ ope finxit, atque ad marem adduxit. 23. Ada-

Ut videret &c.] Hîc, ut verſ. 4. & 22. Cap. I. & 3. Cap. II. locum habet Rabbinorum axioma: דברה תורה כנגר בני ארם, *loquitur Lex ut filii hominum*, Deus enim Adami nomenclatione non indiguit. Fortè etiam hæc uno die abſoluta non ſunt, ſi ſaltem omne animalium genus luſtravit Adamus; ſed nec credibile eſt omnes non modò piſces, ſed etiam feras terreſtres, quæ in omnibus terris viſuntur, ad Adamum fuiſſe adductas. Americanæ feræ & aves, quibus in Aſia nullæ ſimiles ſunt, non videntur ad Adamum ut nomina acciperent iviſſe: uti nec quiſquam, ut opinor, omnes piſces, majores ac minores, ſeſe ei obtuliſſe dixerit. De voce *omnis* ad certas ſpecies, non omnia genera, ſignificandas adhibitæ vid. not. in Cap. VII, 18. Frequentiora ergo in Syria animalia, & mitiora videtur Hevæ conſenſu certis nominibus Adamus adpellaſſe. Quid enim ſermone, & rerum nominibus Adamus ſolus egebat? Videtur itaque hîc ordo, ut paſſim, neglectus. Vid. Cap. I, 5, 8, 10.

Quæ paucis verbis narrantur, ideò intra paucas horas facta fuiſſe cenſeri non debent. Igitur non opus eſt, cum nonnullis Intt. eò devenire, ut dicamus divinâ potentiâ, extra ordinem naturæ, omnia animalia, quibus Adamus nomen impoſuit, agmine facto ad illum, ut nomina naneiſcerentur, iviſſe. Paullatim fortè vocabula inventa, & prout primis Parentibus obverſabantur animalia, aut de iis colloquebantur, impoſita ſunt.

Quocumque modo homo animal vocaverat] Nomina volunt Rabbini Hebraïcâ Linguâ impoſita, quæ res quàm levibus rationibus nitatur oſtendimus, in Diſſert. *de Linguá Hebraicá.* Fortè ſubinnuere hîc voluit Moſes, Linguæ, quâ uterentur primi homines, inventionem, inter primas primorum Parentum fuiſſe curas; vix enim quidquam magis uſui initio illo eſſe poterat. Fortaſſe enim ſimul imperium Hominis in Bruta, nomenclatione iſtâ, deſcribitur. Vid. not. ad Cap. I, 5.

Volunt Rabbini nonnulli, aliique Intr. Adamum ſummâ ſapientiâ nomina animalibus impoſuiſſe, atque inde apparere naturas eorum illi fuiſſe perſpectiſſimas, quod fusè conatus eſt oſtendere *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. I. L. I. Cap. 9. qui conſuli poterit. Verùm ille quaſi certum habet Linguam Adami fuiſſe Linguam Hebraïcam, qualis exſtat in libris Sacris; quod, ut diximùs, dubium eſt. Deinde nomina illa interdum deſumta ſunt ex quibuſdam, quæ inſignia ſunt in animalibus, & quæ primo ferè intuitu poterant cognoſci. Denique leviſſimis nituntur conjecturis plurimæ nominum Hebraïcorum rationes, quæ obtrudi quaſi compertæ harum rerum peritis non poſſunt; ne jam repetamus quod antea obſervavimus, paucis animalibus ſtatim impoſita fuiſſe nomina; ſed tantùm prout primis Parentibus innoteſcebant, & variis experimentis cognoſcebantur.

20. *Nec homini auxilium*] Cùm Homo, vel potiùs Virorum primus inter Animalia quæ conſpexerat nullum ſui ſimile vidiſſet, ſe ſolum eſſe ſui generis intellexit. Quod de Deo, fruſtra inter animalia adjutorium Adamo quærente, exponi niſi ἀνθρωποπαθῶς non poteſt.

21. *Soporem*] Heb. תרדמה *thardemah*. Hac voce propriè altiorem ſomnum ſignificari, conſentientibus Recentioribus, vett. oſtendunt Intt. è quibus οἱ LXX. ἔκστασιν, *Aquila* καταφορὰν, *Symmachus* κάρον habent, quæ tria vocabula graviſſimorum ſoporum ſunt nomina. Ac ſanè gravem hunc eſſe oportuit, quo oppreſſus Adamus ſibi latus aperiri non ſenſit; nec dubium quin divinâ potentiâ, præter ordinem naturæ, effectum hoc ſit. Vide 1 Sam. XVI, 12.

Unam è coſtis illius] Ex hac, aut ſimili apud Orientales narratione, quam haud ſatis adſequebatur, id hauſiſſe videtur *Plato*, judice *Euſebio* Præp. Evang. Lib. XII. Cap. 12. quod de primi hominis natura ſcripſit in *Sympoſio*, ubi vult eum primum Ἀνδρόγυνον fuiſſe, adeò ut pro dorſo exteriore pars Viri aut Mulieris eſſet; deinde animal illud in duas partes diviſum, quorum una Virum, altera Fœminam fecerit: ὅντινα δὲ τέμοι τὸν Ἀπόλλωνα ἐκέλευε τό τε πρόσωπον μεταστρέφειν, καὶ τὸ τοῦ αὐχένος ἥμισυ πρὸς τὴν τομὴν, ἵνα θεώμενος τὴν αὑτοῦ τμῆσιν, κοσμιώτερος εἴη ὁ ἄνθρωπος· καὶ τὰ ἄλλα ἰᾶσθαι ἐκέλευεν, *partitione factá, juſſit Apollinem* (nempe Jupiter) *cujuſque vultum cervicíſque dimidium in eam partem quá ſectus erat vertere, ut ſciſſionem ſuam conſiderans modeſtior fieret, & reliqua curare.* Cùm hæc apud *Platonem* legiſſent vett. Rabbini, & pro ingenio ſuo, monſtrorum amante, comprobaſſent, quæſiverunt portentoſæ opinionis fulcra in Scriptura, eáque æquè inania, ut quod dicitur Cap. I, 27. *Maſculum & Fœminam eum creavit*, & quòd צלע *tſelah*, quam vocem *coſtam* vertimus, *latus* etiam ſignificet. Sed hæc indigna pænè relatu confutavit *J. Mercerus*. Ne autem dubitemus quin hæc doctrina à *Platone* primùm deſumta, dein Scripturæ auctoritate incruſtata ſit; alia faciunt Rabbinorum dogmata ſimilia, ei Philoſopho primùm debita, deinde quaſi è Scriptura hauſta in medium prolata, qualis eſt μετεμψύχωσις, aliáque ejuſmodi. Itaque non eſt cur, cum *H. Grotio*, miremur cum Platonico dogmate conſentire Rabbinorum expoſitiones. Sic & Chriſtiani Intt. haud raròad Veterum aut Nuperorum Philoſophorum placita Scripturam trahunt. Sunt qui aliter locum *Platonis* intelligi poſſe putant; ſed ſatis eſt olim, ita ut diximus, in-

Deus. [23]. Tum Adamus: hæc tandem, inquit, os ex oſſibus meis, caro ex carne mea *eſt*; hæc, quoniam è viro ſumpta eſt, Vira vocabitur. [24]. Idcirco patrem ſuum, matrémque ſuam relinquet vir, uxori ſuæ adhærebit, & una caro evadent. [25]. Erant autem ambo, Adamus ejuſque uxor, nudi, nec eos pudebat.

III. Ten-

[23]. Adamus (ita mas ille apud Hebræos nomine, quo alioqui quivis ſignificatur homo, appellatur) rem à Deo edoctus hanc ſibi aptiſſimam fore vitæ omnis conſortem, & quæ quoniam è viro decerpta eſſet, *Vira* meritò dici poſſet, agnovit. [24]. Hæc fuit origo matrimonii, quo parentibus relictis in novam, unicámque familiam mas & fœmina coëunt. [25]. Veſtium autem uſum, cùm ſoli eſſent, initio illo rerum, Adamus ejuſque uxor, integrâ verecundiâ, ignorabant.

P A-

tellectum, nec vacat rem propiùs expendere.

22. *Formavit*] Heb. ויבן vajiben, *ædificavit in uxorem*. Sed vix ita Latini loquantur. Hoc eſt, mulierem finxit, quæ Adami futura eſſet *uxor*, hoc enim voce אשה *iſcha* ſignificatur.

Ad Adamum] Hîc אדם incipit nominis proprii loco ſumi, quandoquidem primus Vir eo ab Uxore diſtinguitur.

23. *Hæc tandem*] Heb. זאת הפעם *zoth happhaham*, quod poteſt etiam verti, *hac vice*, ſed eodem ſenſus redit. Nimirum, Adamus, qui fruſtra ſui ſimilem in omnibus reliquis quæſiverat animalibus, hîc tandem ſui generis adjutorium habebat.

Os ex oſſibus meis] Si hæc verba reverâ Adamus protulit, ex revelatione divina, quæ hîc, brevitatis causâ, omittitur, unde formata fuiſſet Heva cognoverat. Sed quoniam Moſes plus ſemel Deum eloquentem inducit, quæ dumtaxat cogitabat: ſic etiam fortè Adamus id dixiſſe narratur, quod animo agitavit. Fortaſſe nec urgenda nimiùm phraſis *os ex oſſibus* &c. quaſi formatio Evæ eâ exprimatur, cùm voces בשר *baſchar*, & עצם *betſem*, *caro* & *os*, cognationem dumtaxat generis ſæpe ſignificent. Vide de priori Gen. XXXVII, 27. de poſteriori, imò utroque ſimul Gen. XXVII, 14. Jud. IX, 2. Adamus aut voce ſignificavit, aut animo dumtaxat concepit arctiſſimam fore inter ſe & uxorem adfinitatem.

Hæc vocabitur] Heb. *huic vocabitur*, i. nomen imponetur.

Vira] Heb. אשה *iſchah* ab איש *iſch*, vir, quod elegantem Paronomaſiam facit. Hanc ut exprimeremus, vetus vocabulum priſcorum Latinorum ex Orco pænè revocavimus; de quo *Feſtus* in *Querquetulanæ Viræ: Fœminas Antiqui, quas nunc dicimus, VIRAS appellabant, unde adhuc permanent Virgines & Viragines.* Hac poſtrema voce uſum *Hieronymum* imitari noluimus, quòd *Viragine* non idem ac vocabulo Hebraico, & *Virâ*, ſed mulier virilis animi ſignificetur. *Symmachus*, Interpres non ſpernendus, finxerat vocem Ἀνδρὶς, ἀπὸ τοῦ ἀνδρός.

Si hæc protulit Adamus, quæ fortè cogitavit tantùm, hi ſunt primi ſermones, quos coram Heva habuit; unde naſcitur quæſtio, quî ſe invicem intelligere poſſent? Sunt ex Veteribus & Recentioribus, qui eos ſe mutuò primùm non intellexiſſe, & Linguam nonniſi ſenſim inventam exiſtiment. Verùm ut ad pleraque vocabula rerum, quorum nullus erat eis uſus, quod adtinet, concedi hoc poteſt: ita in ſummè neceſſariis, non videtur Deus Linguam iis maxima cum moleſtia inveniendam reliquiſſe. Cùm adulti uterque eſſent à Deo creati, creatus ſimul in illis loquendi habitus, ſaltem in præcipuis; quod haud multò aliter eveniſſe crediderim, quàm quando Apoſtoli Linguis, quas antea ignoraverant, loqui cœperunt. Is Linguam callere dicitur, qui animi ſenſa verbis eâ Linguâ uſitatis exprimere poteſt, quod longo uſu ſolet adquiri; at Apoſtoli in ſe id ſubitò divinitus invenerunt, quod nonniſi tempore alii homines conſequuntur; quo pacto etiam Adamus & Heva creati ſunt, cum eodem loquendi habitu, quem nos aliquot annis contrahimus. Qui ergo mentem humanam, & mirabile corporis opificium formare potuit, idem cùm probè ſciret quid poſtularetur ut ſermones inter eos haberi poſſent, quod uſus in aliis creat, primis parentibus ſine mora dedit. Ac ſanè abſque eo dono, Deum ipſos alloquentem intelligere non potuiſſent, nec rei fuiſſent ſpreti divini moniti, quod non magis quàm bruta potuiſſent intelligendo adſequi.

24. *Idcirco* &c.] Dubium eſt hæcne Adamus, an Scriptor divinus addat. Poſterius videtur confirmari verbis Chriſti Matth. XIX. ubi non Adamo, *ſed Deo*, per Prophetam, nimirum, loquenti, hæc tribuuntur. Ac ſanè commodius videtur quaſi à Moſe matrimonii originem obiter (ut multa alia ὡς ἐν παρόδῳ obſervat) notante dicta hæc capere, ut legenti Paraphraſin noſtram liquebit.

Adhærebit] Heb. דבק *dabak*, quod Græci κυριωτέρως verterunt προσκολληθήσεται, quâ tamen voce potiùs civilem, quàm corporum conjunctionem deſignari crediderim; quemadmodum deſertio parentum, non tam corporum divulſionem, quàm familiarum notat. Vid. 2 Sam. XX, 2. & 1. ad Cor. VI, 16, 17.

Una caro] Qui hîc reſpici putat ſobolem, ab utroque parente ortam, & in qua utriuſque caro veluti coaleſcit, ut nullum è Lingua Hebraïca exemplum afferunt: ita duriuſculè hæc interpretari videntur verba. Oſtendimus ad verſ. 23. voce *carnis* interdum adfinitatem, aut conſanguinitatem ſignificari, ut *caro noſtra* dicantur adfines aut conſanguinei. Similiter hîc Vir & Uxor, inter quos nulla antea erat conjunctio, fieri dicuntur *caro una*, hoc eſt, arctâ adfinitate conjungi. Ita amitæ nuditatem retegere vetat Deus, *quia eſt caro patris* Lev. XVIII. 12. quod idem eſt ac ſi diceret, eam cum patre arctiore ſanguinis vinculo junctam eſſe, ut dici queant *caro una*. Quemadmodum autem patris nuditatem filiabus retegere non licet; ita nec filiis eam ducere uxorem, quæ cum patre *caro una* ſit.

Evadent] Heb. *erunt in carnem unam*. Samaritanus Codex à noſtro hîc aliquantùm diverſus abit, cùm in eo legatur והיה משניהם vehajah

III. *Tentatio, Peccatum & Peccati pœna.*

1. SErpens verò, cùm omnium beſtiarum agri quas fecit Jehova Deus, calliditſſima eſſet, Uxori: etiámne, inquit, dixit Deus; ex nulla arbore Paradiſi comedatis? 2. Uxor Serpenti: fructu *quidem*, ait, arborum Paradiſi veſce- Caput III.

PARAPHRASIS.

1. ad 3. EX beato illo ſtatu, Serpentis, inſidiatricis beſtiæ, operâ, deinceps deturbati ſunt. Seu enim Cacodæmon quiſpiam os ejus reſolverit, eóque organo cum Heva colloquutus fuerit; ſeu nudo exemplo, dum ſine noxa fructum vetitum vorat, eam ad violandum Dei interdictum Serpens pellexerit; haud ſecus illa ab officio receſſit, quàm ſi, fallaci oratione deluſa, credidiſſet Deum, cùm

hajah miſſchnehem & *erit ex ambobus in carnem unam.* Ei calculum ſuum addunt οἱ LXX. qui habent ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Idem eſt utriuſque lectionis ſenſus, nec ea legendi varietas in idem recidens magis mira videri poteſt, quàm innumeræ aliæ in Novi Teſtamenti Codicibus ſimiles.

25. *Nec eos pudebat*] Pudore ſuffundimur, cùm quidpiam naturâ ſuâ malum, quódque adeò numquam licet, facientes deprehendimur; aut ſi quando id facimus quod facere quidem licet, ſed non eo tempore, aut modo. Neutrum autem hîc erat, nam neque naturâ turpe eſt veſtibus carere; neque ſi id coram omnibus illicitum, coram uxore ſola illicitum eſt. Si hodie totum humanum exſtingueretur genus, exceptis duobus conjugibus, qui etiam veſtibus deſtituti eſſent; nuditas nullum in iis pareret pudorem, niſi fortè initio, propter inolitam conſuetudinem. Hæc cùm ita ſint, mirum eſt quare poſtea nuditatis ſuæ primos Parentes puduerit; nam ſoli etiamnum erant in terris. Aliquid hîc latere neceſſe eſt, quod primo intuitu ſeſe legentium animo non ingerit, de quo ad Caput ſequens verſ. 7. Interea, ut obiter quod videtur dicamus, credibile eſt Moſem hac obſervatione innuere voluiſſe primos Parentes, quaſi infantes recens natos, quibus pudori non eſt nuditas, ob mali ignorantiam, fuiſſe.

COMMENTARIUS

In Caput III.

1. SErpens, &c.] Priuſquàm ſingula verba interpretari adgrediamur, de totius loci ſenſu ſummatim dicemus. I. Veteres Judæi nonnulli hæc omnia ſimpliciter de vero Serpente, cui olim ſermo conceſſus fuerit, & quem Heva intelligere potuerit, intelligenda cenſuerunt. *Joſephus* Ἀρχαιολογίας Lib. I. Cap. I. vult eo tempore ὁμοφωνούντων τῶν ζώων ἁπάντων *omnibus animalibus eadem voce utentibus*, adeóque ratione ac intelligentiâ præditis, Serpentem invidiâ captum, Hevam in peccatum induxiſſe; eúmque inter alia has pœnas tuliſſe, ut pedibus privatus humi volutaretur. *Aben Ezra*, aliíque Rabbini haud abſimiliter hunc locum interpretantur. Certè ſi Moſes hæc ſenſiſſet, non aliter, fateor, loquutus eſſet, quàm loquitur. Statim enim Serpentem animalium *callidiſſimum* deſcribit; deinde hic calliditate ſuâ in decipienda prima Parente abuſurus eam, quaſi rationis particeps, alloquitur; poſtremò inceſſus *ventre*, quaſi pœna ei imponitur. *Joſephus* ipſe quod credidit planiùs exponere non potuiſſet. II. Alii tamen, itidem Judæi, cùm ſermonem & rationem bruto tribui, pedéſque Serpenti ablatos non concoquerent, quamvis planiſſimè loquutus videretur Moſes, & vis ejus verbis eſſet inferenda, ad Allegoriam confugerunt. Hæc inter ea cenſeri volunt quorum, ut verbis utar *Joſephi* Lib. I. initio, τὰ μὲν αἰνίττεται νομοθέτης δεξιῶς, τὰ δ' ἀλληγορεῖ μετὰ σεμνότητος, *alia quidem dextrè ſubinnuit, alia verò elegantibus allegoriis exprimit. Philo* de *Mundi Opificio*, & alibi, negat quidem hæc eſſe πλάσματα μύθων οἷς τὸ ποιητικὸν καὶ σοφιστικὸν χαίρει γένος, *figmenta fabularum, quibus Poëtarum & Sophiſtarum gaudet genus*; vult tamen eſſe δείγματα τύπων, ἐπ' ἀλληγορίαν καλοῦντα, κατὰ τὰς δι' ὑπονοιῶν ἀποδόσεις, *documenta figurata, ad allegoriam invitantia, per abditorum ſenſuum interpretationem.* Deinde ait conjici rectè poſſe ὄφιν εἶναι ἡδονῆς σύμβολον, *Serpentem eſſe voluptatis ſymbolum*, quod pluribus poſtea perſequitur. *Maimonides* etiam *Part.* 2. *Mor. Neb.* Cap. 29. allegoricè hæc exponenda cenſet, nonnullis recentioribus Rabbinis ſuccinentibus. III. At alii id interpretandi genus, quod ab ingenio Interpretis prorſus pendet, peroſi, nec tamen, κατὰ τὸ ῥητὸν, *Joſephum* ſequi ſuſtinentes, in varias abierunt ſententias, quarum nulla tamen levioribus multò laborat incommodis. Volunt non incelebres Theologi nullum apparuiſſe *Serpentem* propriè ita dictum, ſed Dæmonem eo nomine ſignificari. ideóque ab Hebræis Cacodæmonem הנחש הקדמוני *hannahhaſch hakkadmoni*, antiquum Serpentem vocari, & à Joanne Apocal. XII, 9. his verbis, deſcribi: ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλούμενος Διάβολος, καὶ ὁ Σατανᾶς, ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, *draco magnus, Serpens antiquus, dictus Diabolus & Satanas, ſeducens totam terram.* Vid. & Apocal. XX, 2. Hinc Cacodæmonem etiam Chriſto dici ἀνθρωποκτόνον ἀπ' ἀρχῆς, Joan. VIII, 44. & Auctorem *Sapientiæ*, Cap. II, 24. *invidiâ Diaboli mortem ingreſſam eſſe in mundum* docere. Vid. & 2 Cor. XI, 3. ubi *Serpens mulierem calliditate ſuâ decepiſſe* dicitur. Sed neque Cacodæmon dici poteſt aliter, quàm figuratè & ἀλληγορικῶς, *beſtiarum terræ callidiſſima*; neque inflicta Serpenti pœna patitur nos dubitare, hîc Serpentis ſaltem corpus apparuiſſe. Itaque non deſunt qui conjiciant Dæmonem, non Serpentem quidem verum induiſſe, ſed ſpeciem externam Serpentis finxiſſe; verùm & contra hanc ſententiam ſuperiora pugnant argumenta. IV. igitur pleriſque viſum Serpentis corpore, quaſi organo, uſum eſſe Cacodæmonem; & Deum, ut

cemur; 3. at ex fructu arboris, quæ in medio Paradiſo eſt: nec ex eo, dixit Deus, edatis, néve eum adtingatis, ne moriamini. 4. Tum Serpens Uxori: non moriemini, ait, 5. ſed quo die ex illo comederitis, apertum eo iri oculos veſtros, vóſque

cùm ceteros omnes fructus permiſiſſet, non providentis animo ne noxio fructu deglutito interirent, ſed præ invidia ſibi, viróque uſu Arboris Scientiæ interdixiſſe, ne Angelos, ejus fructûs ope, cognitione æquarent. 4. Exemplo ergo, aut dictis Serpentis, & ſpecie fructûs externâ, quæ oculis mirum in

ut quo odio peccatum proſequeretur oſtenderet, ipſum ſeductionis organum quaſi pœnâ adfeciſſe, qua de re infra dicemus. At quid opus fuit dicere *Serpentem calidiſſimam fuiſſe beſtiarum agri*? Cacodæmon enim vel ſtupidiſſimâ beſtiâ fuiſſet æquè feliciter abuſus; neque enim Serpentis calliditatem, ſed ſuam, ad fallendam Hevam, adhibuit. V. Hæc & ſimilia alii cùm viderent, eò deveniendum eſſe cenſuerunt, ut agnoſceremus ex hoc ænigmate hoc tantùm liquidò poſſe cognoſci; primos, ſcilicet, humani generis Parentes initium feciſſe peccandi, unde innumera mala ipſis eorúmque poſteris incubuere. Conſtat certè humanum genus, nunc & à multis ſæculis, corruptiſſimum fuiſſe; nec initium ejus labis ullum, infra orbis originem, deprehendi poteſt. At quomodo peccatum in orbem ingreſſum ſit, adeò ut primi peccati circumſtantias perſpicuè, & ſine ulla dubitandi ratione, intelligere poſſimus, indicare eorum eſſet, qui rei interfuerunt, ſi reviviſcerent. VI. Sunt tamen qui, quoniam in hac Hiſtoria multa mentio fit ſermonum, ubi nulli habiti eſſe videntur, conjiciant Serpentis quidem nullos fuiſſe ſermones; ſed eum ab Heva conſpectum comedentem fructum interdictum, ejúſque exemplo adductam, ut ipſa etiam ederet fuiſſe; cùm præterea arboris vetitæ fructus ſpecie ſuâ ad concupiſcendum eum, & fortè etiam nomine *ſcientiæ*, ſpectantem proliceret. Certè pœna Serpenti inflicta, infra verſ. 14. *pulverem comedes omnibus diebus vitæ tuæ*, indicare videtur Serpentem comedendo fructum arboris Hevam feſelliſſe; & quia ex alta arbore fructus comedens eam perdiderat, ad terræ ſuccos lambendos damnatum fuiſſe. Iidem etiam Cacodæmona quempiam huic negotio ſeſe immiſcuiſſe, non negaverint; unde *Serpentis* nomine poſtmodum ab Hebræis indigitatus fuerit, ex hoc Scripturæ loco ita intellecto. Ut autem ſermonis Serpentis, qui nullus fuit, meminit Scriptor divinus, pro narrandi qui in eo ſuprà obſervatus eſt ad Cap. I. more: ita quoque, quia loquentem inducturus erat Serpentem, cujus exemplo decepti ſint primi Parentes, ei propterea *calliditatem* tribuerit, quæ tamen bruto, non magis, quàm ſermo, ineſſe potuit. Atque ideò & ſermone & verſutiâ uſus inducitur, ut voluut ii quorum ſententiam referimus, quòd haud minùs primis Parentibus, quàm ſi doloſo ſermone eos corrupiſſet, nocuerit. Itaque & calliditas Serpentis, & ejus cum Heva colloquium, non quaſi circumſtantiæ, quæ urgeri queant, ſed quaſi orientalia, ut ita dicam, narrationis ornamenta ab iiſdem habentur. Atque hæc fuit, ex parte ſaltem, *Iſaaci Abarbanelis* ſententia, qui negat potuiſſe Serpentem cum Heva ſermones ſerere; contendítque hoc colloquio ſignificari: טענת האשה כפי מה שהתעוררה ממעשה הנחש ואכילתו מהעץ ההוא *ratiocinationes*

mulieris, ſecundùm id quod elicuit ex actione Serpentis ejuſque eſu de arbore illa. Collegiſſe eam vult ex Serpentis exemplo, ſalubrem eſſe fructûs interdicti uſum. Quæ ſententia non ſatis conſentit cum verbis: *eritis inſtar Deorum*, &c. quorum ſenſus ex Serpentis actione elici non potuit.

Nobis, in re obſcura, tutiſſima videtur ingenua ignorantiæ confeſſio, modò ſumma rei, prout videtur iis, quorum ſententiam quinto loco expoſuimus, teneatur: ita tamen ut conjicientes, qui quod caput eſt rei nobiſcum tenuerint, damnare neutiquam ſuſtineamus.

Serpens] Heb. נחש *nachaſch*. Obſervavit vir ſummus *H. Grotius* ad Matth. IV, 3. verbo נחש *nichheſch*, inter alia, *tentationem* ſignificari, quemadmodum vertitur ab *Onkeloſo* Gen. XXX, 27. נסיתי *niſſethi*, hoc eſt, *tentavi*. Atque hinc ſerpentem dictum vult נחש *nachaſch*, quod Diabolo πειραστῇ formam & nomen præbuerit. At verbum ipſum videtur nomini potiùs originem debere ſuam, & propriè ὀφιομαντείαν, ſeu divinationem ex ſerpentibus ductam, unde & ad alias divinationis ſpecies tranſlatum ſit, ſignificaſſe. Τῆς ὀφιομαντείας exempla adtulit *Sam. Bochartus* Hieroz. Lib. I. Cap. 3. Part. 1. Præterea etiamſi *Onkelos* Gen. XXX. eo pacto vocem tranſtulit, non videtur ſignificare eo loco *tentationem* propriè dictam, ſed rei ignotæ divinationis ope inveſtigationem, quæ vocis נחש *nichheſch* notiſſima eſt ſignificatio.

Cùm omnium beſtiarum agri callidiſſima eſſet] Alii volunt hîc reſpici Cacodæmonis calliditatem, qui aut ipſe apparuerit, aut Serpentem inſederit; ſed quid mirum ſi Cacodæmon beſtiis callidior ſit? Deinde, quâ ratione inter agri beſtias, quaſi ejuſdem generis, recenſeri poſſet? Alii ergo calliditatem Serpentis propriè dicti hîc ſpectari cenſent, atque anxiè veſtigia aſtutiæ in ſerpentibus quærunt; qua de re conſulendus *Sam. Bochartus*, eo loco, quem modò indicavimus. At unum tantùm hîc, ubi de inſidiis agitur, urgeri poſſe videtur; quòd ſerpentes in pulvere, aut in herbis latentes, animalium prætereuntium calces morſu adpetant, quod de hominibus dicitur infra verſ. 15. & de equis Gen. XLIX, 17. Igitur *callidiſſima beſtiarum*, eodem recidit ac quod de ſerpente dicit *Ariſtoteles* Hiſt. Animal. Lib. I. Cap. 1. Pag. 472. Ed. Lugd. C. τὰ δ' ἀνελεύθερα, καὶ ΕΠΙΒΟΥΛΑ, οἷον οἱ ὄφεις: *aliæ illiberales & inſidioſæ, ut ſerpentes.* Scilicet, hîc Moſes primorum Parentum lapſum, cui occaſionem Serpens præbuerit, quacumque demum ratione evenerit, narraturus non abs re ſerpentem *inſidioſiſſimum* eſſe animal obſervat. Sanè vox ערום de inſidioſis hominibus, atque ex cavernis erumpentibus adhibetur 1 Sam. XXIII, 22. Alioquin ad aſtutiam quamlibet quod ſpectat, animalia alia ſunt ſerpente callidiora, inter quæ *Ariſtoteles* vulpes reponit: τὰ δὲ

que inſtar Deorum, boni & mali ſcientes, futuros novit Deus. 6. Vidit autem Uxor arborem eſſe victui bonam, oculis deſiderabilem, & ad comparandam cognitionem optandam; itaque ejus fructum ſumſit, comeditque & dedit etiam viro ſuo,

in modum placebat, ad cupiditatem accedentibus ſcientiæ, permota, decerptum ex ea arbore fructum ad virum detulit, quem unà comedêre. 7. Nec

priùs quantum ſcelus, invidiæ Deum inſimulantes, admiſiſſent animadverterunt, quàm demiſſo in ſtomachum fructu, noxiam ejus naturam à Deo verè in-

δὲ πανοῦργα καὶ κακοῦργα, οἷον ἀλώπηξ, *aliæ callidæ & maleficæ, ut vulpes.*

Qui hæc volunt eſſe ἐσχηματισμένα, Moſem veluti ſibi viam munire ad id quod dicturus eſt de lapſu primorum Parentum, inſidioſæ ſerpentis naturæ prudenter mentione injectâ, ajunt. Ita antiquiſſimos Philoſophos, cùm Aſiaticos, tum Græcos, qui Apologis uſi ſunt è brutis petitis, ſi de fraude dicturi ſint, ſolitos *vulpem* inducere, *calidiſſimámque ferarum* præfari, aut quidpiam de ejus aſtutia jacere. Sic apud *Phædrum* caſeum ex ore Corvi delapſum DOLOSA *vulpes avidis rapuit dentibus.* Eadem *Avieno*, quia eſt κορυφαῖα τ̃ Αἰσωπικῶ χορῶ *Æſopicarum fabularum Choragus*, ut *Philoſtratus* loquitur, quaſi acuti ſermonis deſcribitur, & *arguta* dicitur, in Apologo Vulpis & Pardi, *aſtuta* verò in Apol. Ranæ & Vulpis. Uti autem nemo propterea exiſtimaverit iis inſidioſis ſermonibus habeudis vulpem ceteris animalibus aptiorem viſam: ita Moſi eam tribui opinionem, quam ei adſcribit *Joſephus*, dum vocem & rationem brutis ab eo datam ſignificat, negant oportere.

Uxori] Sic vertere maluimus quàm *mulieri*, licèt vox אשה *iſchah* hoc quoque ſignificet; quia ſatis non conſtat hîc non eſſe aliquam χήρα πρὸς τ̃ ἀνδρὸς. Plurimi certè Interpretes tentatam volunt, abſente viro, Hevam, idque à tentatore datâ operâ factum; quippe quam inſidioſo ſermone faciliùs deceptum iri, quàm virum, crederet. Ut tamen non auſim inferiorem ingenio Hevam Adamo adfirmare: ita nec ſine aliqua cauſa, tentationis hanc circumſtantiam ſcriptis mandatam eſſe crediderim. Multa ſunt, in hiſce libris, ad mulierum caſtigandam ſuperbiam comparata; & ex hoc ipſo loco ad mulierum viris conjunctarum, ſeu *uxorum* faſtum deprimendum argumentum ducit Paulus 1. ad Timoth. II, 14.

Quærunt autem Intt. unde Adamum abfuiſſe conſtet, qua de re ad verſ. 6. dicemus.

Uxori etiámne, inquit] *Et ſerpens erat calidiſſima & dixit uxori* &c. Sic & in ſeqq. ubi *ait*, aut *inquit*, occurrit. Pænè unica litera *Vau*, ad jungenda narrationis membra, utuntur Hebræi, omniáque, cùm careant pleriſque Modis, Futuro & Præterito exprimunt, ſi Participia & Imperativum exceperis. Sed Latinè obſcura eſſet, & intolerabilis narratio, ubi perpetua eſſent Præterita, ſolâ conjunctione ET conjuncta. Itaque Modis Latinis conſuetis uti non dubitavimus, cùm ſine κακοζηλίᾳ, Hebraïca ad verbum verti non poſſent.

Etiámne] Heb. אף כי *aph chi*, qua de particula non conſentiunt Intt. οἱ LXX habent τί ὅτι, Hieronymus *cur*, Onkelos בקושטא bkouſchtha, *verène*; atque à Cacodæmone interrogari mulierem volunt. Alii verò nullam hîc interrogationem eſſe cenſent, volúntque verti aut *multò magis*, aut *multò minùs*, quaſi hæc verba finis ſint longioris ſermonis, quo Cacodæmon Dei benignitati detraxerit; aut *quamvis*, ſubintelligendo *non moriemini*, quod in ſequentibus occurrit; quaſi Heva Cacodæmonis interpellarit ſermonem, nec eum abſolvere ſiverit. Sed cùm harum particularum multiplex admodum notio ſit, nec quæ ceteris præferri debeat aliter quàm ex orationis ſerie conſtet, vertimus *etiámne*, cui ſignificationi cum ſequentibus optimè convenit.

Ex nulla arbore &c.] Heb. *ex omni arbore Paradiſi non comedetis.* Sed in Legibus paſſim Futurum pro Imperativo, aut certè ad ſignificandum quidpiam eſſe licitum, occurrit; deinde *omnes*, adjunctâ negante particulâ, *nullum* ſignificat.

Hæc ita debere exponi oſtendit Mulieris reſponſio, in qua primùm omnes arbores ſibi interdictas eſſe negat, deinde quæ vetitæ ſint memorat. Hoc pacto etiam inſidioſior eſt Serpentis oratio, qui ſimulat interdictum Dei ſibi fuiſſe ignotum, ne fraudem meditatus videatur.

3. *Néve eum adtingatis*] Hevam hîc quaſi mentitam incuſant ſubtiliores æquo Intt. perinde ac ſi tactum etiam fructûs letalis, non eſum modò à Deo interdictum dicere voluerit; cùm Deus ſolum vetuerit eſum. Sed hæc verba ſunt antecedentibus ἰσοδύναμα, neque quidquam addunt, niſi fortè ex repetitione aliqua naſcatur emphaſis. Verbum enim נגע *nagah*, *tangere*, ſæpe eſt arripere quidpiam non ut abjicias, ſed ut utaris, aut alio animo. Inf. Cap. XXVI, 11. Abimelechus Iſaacum ejuſque uxorem *tangi* vetat, hoc eſt, contumelioſè ab ullo haberi. Jerem. XII, 14. ubi exitium minatur Deus *malis* Iſraëlitarum *vicinis*, *qui adtigerant* (הנגעים *hannogehim*) *hereditatem* Iſraëlis, hoc eſt, qui Iſraëlitarum prædia, ut iis fruerentur, invaſerant. Eadem, apud Latinos, in uſu eſt phraſis; neque quiſquam *Plinium* malæ fidei, aut ignorantiæ inſimulaverit, quia verba *Theophraſti*, de interdicto Macedonibus fructu, ἀπεκήρυξε μὴ ἐσθίειν *per præconem comedere vetuit*, tranſtulit hiſce Latinis: *edixerat ne quis id pomum adtingeret.* Utriuſque locum integrum recitavimus ad Cap. II, commate 10, & 16.

Ne moriamini] Negativa particula apud Hebræos eſt פן *phen*, quam ἀπὸ τ̃ פון *phoun*, *dubitare*, *anxium eſſe*, deducunt; unde colligunt פן propriè eſſe, *ne fortè.* Atque hinc caſtigandæ Hevæ, quaſi de divina dubitarit comminatione, occaſionem arripiunt. Verùm cùm non ſemper tam aptè Etymologiæ conveniat vocum ſignificatio, ex verbi פון ſignificatu vix quidquam colligi poteſt, niſi accedant exempla ex uſu petita. Conſtat autem particulam פן *phen*, planè eſſe ſimilem Latinæ conjunctioni *ne*, nec dubitationem tantùm, ſed quamvis cautionem in futurum ſignificare. Certè non dubitabat ip-

Digitized by Google

ſuo, *qui* cum illa *erat*, atque *ipſe quoque* comedit. Tunc amborum oculi aperti ſunt, ſe nudos eſſe cognoverunt, conſuerúntque folia ficulnea, atque iis ſibi perizomata fecerunt.

8. Po-

indicatam ſenſerunt. Itaque pudendi facinoris ſibi conſcii latebras quæſivere, & inter denſas arbores ſcenam ſibi, ficuum foliis cinctam, in quam ſe abderent, confecere.

8. Pau-

ſe Deus de comminationis ſuæ eventu, cùm his verbis Aharoni ejúſque liberis interminaretur: *Ex oſtio Tabernaculi conventûs non egrediemini, ne* (פן) *moriamini*. Levit. X, 7. Vid. & Malachiam IV, 6. Itaque nolim hîc Hebraïcam vocem vertere *ne fortè*, ut Recentiores nonnulli fecerunt, qui & alibi imitati ſunt *Aquilam contentioſum interpretem, qui non ſolùm verba, ſed etymologias verborum transferre conatus eſt*. Verba ſunt *Hieronymi*, ex Epiſt. ad *Pammachium*.

At hoc in loco dignum eſt obſervatu, quod innumeris in locis ab Intt. neglectum tenebras peperit; nimirum, licèt verba loquentium directa ſint, attamen non inde ſequi ipſa eorum verba referri, cùm ſæpe ſenſus tantùm referatur in directis orationibus, ut hîc, ubi Heva verſ. 3. verba Dei ſupra allata Cap. II, 7. non repetit. Neque Hebræi ſoli, ſed Græci etiam & Latini Hiſtorici paſſim directè loquentes inducunt eos, quorum res geſtas ſcribunt, licèt dictorum dumtaxat ſenſum referant. Unde ſequitur cavendum ne, in excutiendis verbis, æquò ſubtiliores ſimus; quaſi eorum qui loquentes inducuntur mens, ex accuratiſſima vocum interpretatione, non ſine magno acumine, cognoſci queat. Hiſtorici Sacri non tantum adhibent verborum delectum, & ne ii quidem quorum ſermones, alienis verbis, referuntur tam diligentes plerumque fuere. Heva itaque non ipſa interdictionis divinæ verba, ſed ſenſum referens à Moſe inducitur; imò fortè ne ipſe quidem Moſes eoſdem ſonos, qui à primæ Parentis ore editi ſunt, repetit; quamvis directè loquentem inducat. Ex hac ergo narratione, quæ fuerit ſermonum ultrò citróque habitorum ſententia certò cognoſci poteſt, quæ phraſes, aut quæ verba fuerint colligi nequit; quâ obſervatione vix credibile eſt quot ambitioſæ circumciderentur interpretationes, ſi in Intt. animos deſcendiſſet.

4. *Non moriemini*] Heb. *Moriendo non moriemini*, quo quidam vehementiorem negationem contineri cenſent; quàm ſi Serpens dixiſſet dumtaxat, *non moriemini*. Vid. not. ad Cap. II, 17.

5. *Sed quo die*, &c.] Heb. כי *chi*, quod plerumque quidem ſignificat *quia*, *quoniam*, at hîc adverſativæ vim habet, ut Geneſ. XIX, 2. XLII, 12. & alibi. Hæc niſi conſtaret exemplis voculæ ſignificatio, facilè in animum inducerem Serpentis orationem eſſe Ellipticam ut crederem & vertendum: *quoniam quo die ex illo comederitis, apertum eo iri oculos veſtros, vóſque inſtar Deorum, boni & mali ſcientes, futuros novit Deus; ideò ne fructum arboris ſcientiæ comederetis interminatus eſt*. Sunt enim ejuſmodi Ellipſes, in quibus integrum membrum ex ſuperioribus repeti neceſſe eſt. Matt. XVI, 9. *Cogitabant inter ſe dicentes, quia panem non accepimus*, ideò Chriſtus de fermento loquitur. Atque ita voculæ כי uſitatus ſervaretur ſenſus. Sunt & qui velint verti *quin imò*, quæ ſignificatio eſt particulæ כי Thren. I, 10. & aliis in locis, ut docebit *Ch. Noldius* in Concord. Part.

Apertum eo iri oculos veſtros.] Apud Hebræos *aperiri oculi* dicuntur, non modò eorum quibus erant clauſi, ſed & eorum qui aliquid animadvertunt, vel reſciſcunt, quod antea ignorabant. De animadverſione rei corporeæ, ea phraſis occurrit Gen. XXI, 19. ubi Deus dicitur Hagaræ *aperuiſſe oculos*, ut fontem, aut puteum vicinum, quem non videbat, animadverteret; hoc eſt, feciſſe ut eò oculos verteret, ubi erat puteus. Vide & Num. XXII, 31. Cùm autem oculi paſſim à corpore ad animum transferantur, *oculi* tralaticio ſenſu iis *aperiuntur*; qui aliquid edocentur quod neſciebant; aut qui jubentur aliquid animadvertere, unde doctiores fiant. Eſai. XLII, verſ. 7. ſervus Domini, qui ejus Legem latè ſparſurus erat, dicitur conſtitui, ut ſit *lumen gentium*, *uſque aperiat oculos cæcorum*, hoc eſt, ut Dei veri cultum ignaros doceat. Vide & Act. XXVI, 18. Contrà eorum *oculi* quaſi ſomno *graves* dicuntur, qui non animadvertunt aut neſciunt ea quæ ad animum revocare & noſſe eorum maximè intererat, Eſai. VI, 10. Igitur hoc in loco *aperientur oculi veſtri*, idem eſt ac quod ſequitur *inſtar Deorum*, &c.

Inſtar Deorum] Cùm vox כאלהים *cheelohim* poſſit ſignificare inſtar ejus *Dei*, qui *Deorum* dicitur *Deus*, aut inſtar Angelorum, qui ſunt Dei Deorum miniſtri, atque inferiores Dii; malim de Angelis exponere, propter rationem, quam ad ſequentia verba adferam.

Boni & mali ſcientes] Vocibus *boni & mali* omnia, quæ cognoſci poſſunt, continentur; quia pleraque omnia ſunt *bona* aut *mala*, utilia, noxia aut inutilia. Hoc liquet ex fœminæ Thekoïtidis ad Davidem oratione, quâ mirè hîc Geneſeos illuſtratur locus. Exſtat ea 2. Sam. XIV. & verſu quidem 14. ita ea loquitur mulier: *Inſtar Angeli Dei eſt dominus meus Rex, ad intelligendum bonum & malum*; deinde ut ſcias *bonum & malum* omnia quæ ſciri queunt deſignare, commate 20. idem hiſce verbis repetit: *Dominus meus ſapiens eſt ſapientiâ Angeli Dei, ad ſciendum quidquid eſt in terra.* Deinde *bonum & malum*, adjunctâ negatione, τῷ *nihil quidquam* ἰσοδυναμεῖ. Pueruli omnium rerum ignari dicuntur Deut. I, 39. *ignorare bonum & malum*, hoc eſt, omnia. Cùm altercari Laban cum Jacobo vetatur, Gen. XXXI, 29. *Cave tibi*, inquit Deus, *ne loquaris cum Jacobo à malo uſque ad bonum.* Ita 2. Samuel. XIII, 22. ubi narrat Sacer Hiſtoricus, quâ ratione Abſalomus iram erga Amnonem diſſimularit: *neque loquutus eſt Abſalom*, inquit, *cum Amnone à malo uſque ad bonum*, hoc eſt, nullos cum eo ſermones habuit, quibus ſimultatem ſignificaret. Hæc debemus *Lud. Cappello*, qui ſimilia in Notis

Cri-

Digitized by Google

8. Poſtca ſtrepitu Jehovæ Dei, per Paradiſum ad auram diei gradientis, audito, Adamus ejúſque uxor à conſpectu Jehovæ Dei, inter medias Paradiſi arbores, ſeſe abdi-

8. Paullò poſt, cùm aura flaret matutina, inter arbores advenientis Dei ſonitum, quo factum eſt ut ſollicitiùs ſeſe abderent, audiverunt. 9. Sed Deus Adamum è latebris excivit, & hic conatum divinis oculis ſubtrahendi ſe, haud aliter excuſavit, quàm quòd ſenſiſſet ſe Deo ampliùs gratum non eſſe. 10. Quæ-

Criticis, ad hunc locum, obſervavit. Hnc facit vocis Δαίμων, quæ *Angelum* apud Græcos ſignificat, Etymologia ἀπὸ τοῦ δάω, *ſcio*.

Vix neceſſe eſt adjiciamus duo loca Samuëlis oſtendere vocem *Dii*, in ſuperioribus verbis, de Angelis intelligi oportere.

6. *Vidit autem uxor*, &c.] Ex tribus quæ ſequuntur arboris hujus laudibus, 1. *victui bona*: 2. *oculis deſiderabilis*: 3. *ad comparandam cognitionem optanda*, mediæ tantùm conveniret verbum *vidit*, ſi proprio hîc ſumeretur ſignificatu, reliquas enim ratiocinatione tantùm colligere poterat. Atque hoc argumento confirmare ſententiam ſuam nititur *Abarbanel*, neque enim potuit Heva quod hîc Serpens dicens inducitur adſpectu cognoſcere, ſed cogitatione dumtaxat animi; unde colligit quæ hîc narrantur, ea intra primæ Parentis animum eſſe peracta; quippe quæ nihil, præter Serpentem ſine noxa fructum illicitum edentem, viderat. Verùm hîc occurrit nodus, quem antea adtigimus; nempe, quo pacto ex Serpentis actione fructûs illius eſum ad cognitionem comparandam, Deorum ſcientiæ ſimilem, conducere collegerit Heva? An credidit Serpentem ejus uſu doctiorem factum? Reſponderi fortè queat, hîc varia miſceri, atque unâ phraſi ἀκυρολόγως exprimi, quod, ex Grammaticorum & Rhetorum Canonibus, pluribus debuit, hoc aut ſimili modo: *cum vidiſſet Heva eximiam eſſe vetiti fructûs ſpeciem, Serpentémque ſæpiùs eum edentem, hinc ſalubrem eſſe collegit; & præterea, ex nomine ipſo* Arboris Scientiæ, *cognitionem majorem ejus eſu poſſe comparari conjecit.* Uni verbo ראה *vidit* duplex tribuitur ſignificatus, alter corporei adſpectûs quatenus ad rem oculis uſurpandam refertur, qualis erat externa fructûs ſpecies: alter cogitationis, ſeu judicii ad animi oculos pertinentis, quibus quæ aliter cognoſci nequeunt intuemur, quales ſunt fructûs ſalubritas, & utilitas, quas animo videre in eo fruſtra ſe rata eſt Heva. Haud rarò una eadémque vox duobus ſenſibus ſervit. Sic Marci X, 15. *Qui non admiſerit regnum Dei, in illud non ingredietur.* Βασιλεία τοῦ Θεοῦ ad prius verbum relata doctrinam cœleſtem, ad poſteriùs verò beatas piorum ſedes ſignificat. Lege *Origenis* Philocaliæ Cap. IX. cujus eſt inſcriptio: τίς ὁ λόγος τοῦ τὴν θείαν γραφὴν κατὰ διάφορα σημαινόμενα τῷ αὐτῷ ὀνόματι κεχρῆσθαι πολλάκις καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ: *quâ ratione divina Scriptura diverſo ſignificatu eodem nomina & eodem in loco, ſæpiùs uſa ſit.* Vid. & *Grotium* ad Luc. XIX, 44. ubi exempla ejuſmodi συλλήψεως. Si quis autem dubitaret an ראה de cognitione, ſeu judiciis animi dicatur, amandaretur ad Gen. XLII, 1. Eccl. I, 16.

Oculis deſiderabilem.] Hoc eſt, jucundum Heb. *deſiderium oculis.*

Ad comparandam cognitionem] Hebr. להשכיל *lehaſchchil*, *ad intelligendum*, aut *ad intelligere faciendum*, utrovis enim modo! verbum hoc ſumi poteſt, ut vel Lexica docebunt. Videtur hoc Heva ex nomine arboris conjeciſſe, accedente Serpentis ſermone. Vulg. Int. hæc quaſi antecedentibus verbis ἰσοδύναμα intellexit, vertit enim: *adſpectu delectabile.* Sed quamvis השכיל *hiſchchil animadvertere* ſignificet, nunquam tamen ad oculos refertur; animi adtentionem ſemper ſignat. Meliùs οἱ LXX. licèt barbarè, habent: ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι, *ſpecioſum ad intelligendum.*

Qui cum illa erat] Heb. עמה *himma*, *cum illa*, quod ambiguum eſt. Eſt enim vel, qui eo in loco cum illa erat, ſeu præſens intereſſet peccato Hevæ, ſeu in horto alicubi moraretur; vel, qui illi connubio conjunctus erat; vel ut comederet *cum ipſa*, ſeu hoc ſignificet *æquè ac ipſa*, ſeu ad eum detulerit fructum & cum eo demum comederit. Plerique volunt Intt. Adamum abſentem fuiſſe, & veriſimile eſt, quoniam Hevam ſolam alloquitur Serpens. Poſtrema itaque ſententia, præ ceteris, arridet. Si quis dubitet an עם *æquè ac* ſignificet, adeat 1 Par. XXV, 8. & Eccl. II, 16.

7. *Amborum oculi aperti ſunt*] Hoc eſt, poſtquàm illicitum fructum comederunt, animadverterunt quod antea in animum non revocaverant; nempe, aut ſe ſibi divinam iram conciliaſſe; aut, inteſtinorum dolore, fructûs illius uſum eſſe noxium, nedum ut ex eo emolumentum ingens, ut ſperaverant, ad ſe rediret; aut utrumque ſimul. Ad verſum 5. oſtendimus quotuplici ſenſu *aperire oculos* in Scriptura occurrat; atque ex notionibus illis hanc putamus eligendam, quam modò expreſſimus. Pollicitus erat Serpens eorum *apertum iri oculos*, hoc eſt, ut ex reliquis tentationis verbis apparet, dilucidam multarum rerum cognitionem adepturos, quæ eos Angelis æquatura eſſet. Quod quidem non evenit, etiamſi alio ſenſu *aperti ſunt oculi eorum*, uti diximus. Elegantia eſt Sacrarum Literarum, ei Tropo quem ἀντανάκλασιν Rhetores vocant adfinis, vocem aut phraſin eamdem contiguo loco ponere ſenſu alio, cujus rei exempla ſuppeditabit doctiſſimorum virorum par eximium, *H. Grotius* ad Joan. I, 16. atque *H. Hammondus* ad Matth. VIII, 22. ad quos Lectores amandabimus.

Se nudos eſſe cognoverunt] Vox quâ Hebræi *nudum* ſignificant eſt πολύσημος. Etenim ערום *harom* eſt ſupra Cap. II, 24. ubi de *nuditate* Adami & Hevæ ſermo eſt. Eadem occurrit Cap. III, 1. ad *calliditatem* ſerpentis ſignificandam, commate proximè ſequente, quod ſuſpicionem animo injecit divinum Scriptorem vocis ambiguitate veluti gaviſum, datâ operâ eam hoc in negotio uſurpaſſe. Qua in ſententia non parum confirmatum me ſentio, cùm in animum revoco tertium eſſe hujus vocis ſenſum, qui huic loco commatis 7. optimè convenit. Quia qui nudus cernitur, pudore ſuffunditur; ideò qui pudenda facit *nudus*, aut *retectus* dicitur. Ita Exod.

didete. 9. Sed Adamum vocavit Jehova Deus, eique dixit: ubi es? 10. *Adamus*
verò: ſtrepitum, inquit, tuum in Paradiſo audivi, & quia nudus ſum timui, &
me abſcondi. 11. Quis nudum, infit *Deus*, eſſe te tibi indicavit? An ex qua mo-
nui arbore ne comederes, ex ea comediſti? 12. Quam, inquit Adamus, mecum
hîc

10. Quærenti verò Deo, unde hoc accepiſſet, num
arboris illicitæ fructum comediſſet? 11. faſſus eſt ſe
cum uxore, quæ decerptum ex arbore fructum ad ſe detuliſſet, comediſſe. 12. Deus rurſus, ab uxo-
re cauſam facti ſciſcitatus, nihil reſponſi tulit, niſi
Serpentem cauſam erroris fuiſſe.

14. Tum;

Exod. XXXIII, 25. Moſes narratur poſt conflaſum, & conſecratum vitulum aureum, vidiſſe *populum nudum* (פרע *pharaouah*) *quia eum nudaverat Aharon inter hoſtes ſuos.* Hinc & In Novi Fœderis libris γυμνὸς aliquoties pro *peccatore* ſumitur. Vid. Apoc. XVI, 55. Ita ſe *nudos eſſe* Adamus & Heva, hoc eſt, ſe peccaſſe animadverterunt. Ambiguitate vocis עירם uti pergit Moſes, adeò ut hîc tertius ejus ſit, quo ea utiſur, ſenſus intra paucorum commatum ambitum. Cujus elegantiæ exempla apud viros ſummos, ad ſuperiora verba laudatos, quærentur. Vid. Cap. V, 2, 3.

Neſcio an hoc, aut ſimile quidplam in mentem Maſſorethis venerit, qui hoc loco non ערם *barom*, quæ recta eſt ſcriptio, ſed עירם *berom* ſcripſerunt, cùm Samaritanus Codex hîc & commatibus 10 & 55. inſertum *Jod* omittat.

Qui hîc *nudum* proprio interpretantur ſenſu, ii ſe inextricabilibus induunt nodis. Cùm ſoli eſſent Adamus & Heva, non magis potuit eos nuditatis ſuæ pudere, aut eam non antea animadverſam deprehendere, quàm priuſquàm peccatum admiſiſſent. At arboris illicitæ fructus, inquiunt alii, eos ad Venerem concitavis, motúſque indecoros in eorum corpore fecit; quod ut admittatur quaſi compertum, licèt inanis ſit conjectura, quid inde colligere queunt? An is eſt vitioſus viri erga uxorem adpetitus, quem ipſa natura animalibus ingeneravit? An potuit eos magis pudere, quòd nudi poſt peccatum eum ſentirent adpetitum, quàm antea? Cùm terrarum orbem ſoli incolerent, idem eſſe ipſis thalamus potuit, æquè pudicus, ſtellis apertus; ac ſi fuiſſet tecto, muris, laquearibus, & aulæis abſconditus. Certè eos ejus rei pudere non potuit, propter quam erant, non minùs ac reliqua animalia, creati. Neque nos hodie ejus rei, niſi coram teſtibus, propter incommoda quæ inde evenirent, & quæ hîc à nobis non memorabuntur, pudet. Scio equidem quæ hîc à Veteribus nonnullis, & recentioribus dicta ſint; ſed adeò inania ſunt, ut refutatione digna non ſint, & ſi ἀτερχνάγίδας proponerentur, vix audita aut lecta ab omnibus explodenentur. Si quid vindice dignum ſit, id in ſequentibus expedietur. Vid. not. ad verſ. 10, & 21.

Conſuerunt que &c.] Hoc eſt, *implicarunt.* Pergit in eadem verborum ambiguitate Moſes, & quia modò dixit primos Parentes deprehendiſſe ſe eſſe *nudos*, eos inducit nunc quaſi zonas ex arborum foliis ſibi facientes; cùm, propter rationes modò allatas, veſtibus non magis rei facti, quàm innocentes indiguerint. Credibile eſt ſub hiſce veſtibus, ſeu cingulis, aliquid aliud latere; nimirum, ſcenam quampiam foliis & ramis ficulneis tectam, in quam ſe abdiderint, cui rei ſimile quiddam 8. commate narratur. Ac ſanè חגרת *bhagoroth*, quod *perizomata* vertimus, poteſt æquè ac *cingulum*, quod corpori ſuperinjicitur, quidvis aliud ſignificare, quo circumdamur, quale eſt ſeptum, aut tectum. Hinc *Tamnditæ Arabes* חגירון *bhogiron* aut חגרון *bhegron* habitacula ſua, quæ plerumque ſcenæ ſunt, vocitant, auctore *Gieubari*, qui in Syria vixit. Ita cœperunt homines *de fronde facere tecta*, ut loquitur *Vitruvius* L. II, Cap. 1. ubi Architecturæ initia eleganter deſcribit.

Nec mira videbitur deſcriptio ſcenæ ſub imagine veſtis, ſi meminerimus Paulum 2 Cor. V. corpore, quod vocat σκῆνος, ἐνδύσασθαι nos dicere. Durius certè non eſt *cingula ficulnea* vocare ſcenas ficulneas, quàm corpus humanum dicere *ſcenam* eſſe, quâ ſumus *induti.*

Sed quare, inquies, tam dura phraſi uſus eſt Moſes, cùm non deeſſet facilis & commoda, ſi pro חגרת *bhagoroth* dixiſſet סכות *ſucchoth*! Nimirum, quia de *nuditate* loquutus eſt, metaphorâ, licèt duriore, ex re cujus cogitatio eſt cum nuditate conjuncta; veſtibus, ſcilicet; peſita eſt uſus. Ita in N. T. Chriſtus ex occaſione alicujus rei, cujus mentio injecta ab ipſo aut ab aliis, ad aliam tranſgrediens utitur tamen iiſdem vocabulis, quæ priori conveniunt, nec poſſunt poſteriori niſi durè aptari. Joannis Cap. VI. poſtquàm de *panibus*, propter quos eum ſequuta multitudo erat, loquutus eſt, ſemetipſe *panem* vocat & quidem *verum* verſ. 32. *qui vitam dat mundo*, adeò ut *niſi comedatur caro filii hominis, & niſi bibatur ejus ſanguis* verſ. 53. nulla ſit in hominibus vita. Alia ſunt captatæ durioris, ex occaſione ſuperiorum ſermonum, metaphoræ exempla in Euangeliis.

Folia ficulnea] Ficus electa eſt ad tegendam ſcenam, propter ſoliorum latitudinem & umbram, quam ob rem etiamnum hodie ſuperioris Ægypti incolæ ſtudioſè Sycomoros ſerunt, & colunt, ut docet teſtis oculatus *P. Belonius* Obſerv. Lib. II. Cap. 37. Vide & apud *Plinium* Hiſt. Lib. XII. Cap. 5. deſcriptionem mirabilem ficûs Indicæ, intra cujus ramos, quaſi intra ſepem æſtivant paſtores, opacam pariter & munitam vallo arboris. Aptioribus ad hoc noſtrum inſtitutum verbis eam deſcripſit is, ex quo illa *Plinius* mutuatus eſt, *Theophraſtus* Hiſt. Plant. Lib. IV. Cap. 5. quo dicit hanc arborem γίνεσθαι καθάπερ σκηνὴν, ὑφ᾽ ᾗ καὶ εἰώθασι διατρίβειν, *fieri inſtar tabernaculi, ſub quo & ſolent degere.*

Perizomata] Vide dicta ad vocem *conſuerunt.* Quamvis propria Perizomatum ſignificatio nobis hîc non ſatisfaciat, non omittemus tamen notare quod de Sarapidis inſulæ, in mari Perſico, incolis memoriæ mandavit *Arrianus*, in Maris Erythr. Periplo: γλώσσῃ δὲ, inquit, Ἀραβικῇ χρῶνται, καὶ περιζώμασι φύλλων κοικίνων, *lingua Arabica*

Me collocaſti Uxor, ea dedit mihi ex arbore, atque edi. 13. Uxori verò Jehova Deus: quamobrem, inquit, hoc feciſti? Serpens, ait Uxor, me decepit, atque edi.

14. Dixit ergo Jehova Deus Serpenti: quia hoc feciſti, inter omnes pecudes, & om-

14. Tum, ut intelligerent primi parentes quàm inviſum ſibi eſſet facinus, cujus vel brutum inſtrumentum veluti plecteret, converſus ad Serpentem Deus: inter beſtias, inquit, miſerrimam duces vitam, & pro epulis, quas ex arboribus erectus petebas, in poſterum ventre gradiens pulverem terræ lam-

Arabica utuntur & cingulis è foliis Cocinis. Sed non videntur intelligenda Perizomata è folio ipſo, nullâ arte parato, ſed textili opificio, ad qualia nunc utuntur *Cocoſi*, ut vocatur, foliis. Vide & *Plinium* Lib. XIII. c. 19.

8. *Strepitum*] Heb. קול *Kol*, quæ vox ambigua eſt, vocem enim loquentis & quemvis ſtrepitum ſignificat. Pro locorum circumſtantiis, rerúmque natura, alterutra eligenda eſt ſignificatio. Cùm autem nulla Dei referantur verba, quibus eum adventare intellexerint primi Parentes, antequàm Adamum nomine appellaret; videtur hìc deſignari ſtrepitus neſcio quis Dei adventûs prænuncius, cujus meminit alibi Scriptura. Sic 1. Reg. XIX, 12. poſt ventum procelloſum atque preſterem, *ſonitus* (קול) *tenuis*, & *lenis* Deum adeſſe ſignificat. Ezekiel Cap. I, 24. *ſonitum omnipotentis ſonitui aquarum multarum* conſert. Potuit igitur Adamus, aut tenuem ſonitum venti ſibilo æquabiliorem, aut etiam vento majorem quaſi ingentis fluvii, inter Paradiſi arbores, audire; quod cùm ſolitum eſſet ſignum advenientis Dei, mox eum adfuturum ſenſit. Ex *ſonitu* quaſi *greſſûs*, in mororum cacuminibus excitato, Deum adeſſe intellexit etiam David. 2. Sam. V, 24.

Ad auram diei] Οἱ LXX. habent τὸ δειλινὸν *pomeridiano tempore.* Hieronymus: *ad auram poſt meridiem.* Theodotion παραφερομένῳ: ἐν τῷ πνεύματι πρὸς κατάψυξιν τῆς ἡμέρας, *in vento ad refrigerium diei.* Hinc alii collegere pomeridiani temporis priorem, aut poſteriorem partem ſignificari. Malim intelligi de aura ſub diluculum flante, quæ *aura diei* dici poteſt, quòd diem exorientem comitetur. Sic apud Salomonem Cant. II, 17. deſcribitur aurora hiſce verbis: *donec adſpires dies, & fugiant umbræ.* Hinc Hebræi auroram נשף *neſcheph* vocant, ἀπὸ τοῦ נשף *naſchaph, flavit.* Græci eadem de ratione ἄγχαυρον dicunt: πρὸ γὰρ τούτου τοῦ καιροῦ, inquit *Apollonii Scholiaſtes*, ad Lib. IV, verſ. 111. αἱ αὖραι πνέουσι, *nam circa hoc tempus auræ ſpirant*, καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ ποιητοῦ.

Αὔρη δ' ἐκ ποταμοῦ ψυχρὴ πνέει ἠῶθι πρό,

& *hic verſus ex Poëta*, *Aura ex fluvio frigida eſt ante auroram.* Odyſſ. E. verſ. 469. Quod poſtremum hìc obſervandum, ubi agitur de loco ingenti flumine irriguo. Ideò *Vitruvius* Architecturæ Lib. I. Cap. IV. evitari vult ab ædificantibus paluſtrem vicinitatem, quia *cùm auræ matutinæ cum ſole ad oppidum pervenient, & iis ortæ nebulæ adjungentur*, &c. *efficient locum peſtilentem.*

Gradientis] Heb. מתהלך *mithhallech*; cujus vocis cùm ſit notiſſima poteſtas, attamen quid eâ hìc ſignificetur non ſatis conſtat; quia etiamſi novimus quid ſit *gradi*, tamen neſcimus quid eâ voce ſignetur, ubi de Deo ſermo eſt, ſeu quis ſit greſſus qui Deo tribuitur. Fortè ſonitus ille, de quo diximus, non ex eâdem parte horti ſemper exaudiebatur, ſed primò remotior, deinde propior, quaſi aliquis incedendo eum ederet. Quærunt Theologi, quomodo Deus ſe præſentem Adamo ſtiterit, figurâne aliqua indutus eſſet, nécne; an ſub humana loquutus fuerit forma; an tantùm ex nubibus, ut fieri apud Jobum & alibi videmus, vocem emiſerit? In varias, prout ſunt hominum ingenia, partes abeunt; ſed in tam brevi hiſtoria nulla nobis via aperitur, quâ ad certam veri cognitionem pervenire detur. Præſtat ergo cùm de hac, tum de aliis plurimis hujuſcemodi quæſtionibus ſilere.

Adamus ejúſque uxor &c.] Ordo Hebræarum vocum eſt: *Et audiverunt vocem J. D. gradientis &c. & abdidit ſe Adam ejúſque uxor* &c. Cùm nulla ſit mutatio niſi ſtructuræ verborum, quæ non poteſt ſemper in Latinam Linguam transfundi, & ſenſus ſit manifeſtus, cur barbarè loqueremur nulla erat ratio.

Atque inter medias arbores] Vid. not. ad verſ. 7.

9. *Ubi es?*] Non deſcribitur Deus Adami adiens latebras, ſed eum veluti quærens κατ' ἀνθρωποπάθειαν cujus exempla ſunt Cap. IV, verſ. 9. & alibi, ubi Deus quærit ab hominibus quaſi ignota, quæ notiora erant ei, quàm iis quorum res agebatur.

10. *Quia nudus ſum.*] Obſervandum hìc Adamum non dicere: *quia nudus eram cingulum mihi feci, quòd me nuditatis puderet meæ*, quod dicere eum oportuit, ſi de nuditate propriè dicta ageretur; ſed *quia nudus ſum timui*, quaſi diceret: quia te offendi, timui iram tuam, & me abſcondi.

11. *Quis nudum*, &c.] Ut ſuperiora verba nuditati propriè dictæ non ſatis conveniunt: ita hìc ad ἐσχηματισμένον ſermonem redit Scriptor divinus, ut videatur de vera nuditate agi, niſi res ipſa obſtet. *Nudum* antea dici oſtendimus, qui violati præcepti divini reus, adeóque divinæ iræ obnoxius eſt. Hæc ergo verba hunc ſenſum fundunt: *Quis tibi dixit me eſſe tibi iratum*, ſeu *te in eo ſtatu eſſe, in quo iram meam pertimeſcas?* Hæc autem interrogatio eò non pertinet, ut ab Adamo Deus reſponſum exprimat, ſibi quidem à nemine de ira divina quidquam dictum fuiſſe, ſed ſe ex facto ſuo facilè id collegiſſe. Neque enim eum patitur iis verbis reponere, ſtatim de arboris illicitæ fructu ſciſcitans. Eodem ergo res recidit, ac ſi Deus dicens induceretur, Adamum nihil de ira divina in ſe concitata ſuſpicaturum fuiſſe, niſi ſibi præcepti ejus violati conſcius eſſet.

Alii qui de propriè dicta nuditate hæc intelligunt, conjiciunt, ut jam diximus, motus neſcio quos in genitalibus Adami excitatos fuiſſe, quorum eum puderet; adeò ut nuditas, antea ne-

omnes feras agri maledictus eris; ventre tuo gradieris, & pulverem omnibus vitæ tuæ diebus comedes. [15] Inimicitiam inter te & Uxorem, inter ſemen tuum & ſemen ejus creabo. Hoc conteret tibi caput, tu verò ei calcaneum *tantùm* conteres. [16] Uxori

lambes. [11] Horrebit te mulier, eritque æternum inter ejus poſteros, tuóſque bellum. Caput Serpentibus, quotquot occurrent, conterere conabuntur; nec illis eos conculcantibus quidquam, præter cal-

nequaquam pudenda, ei rubori fuerit. At eam conjecturam, ne verbulo quidem Scripturæ nixam, Heva propter id ipſum Adamo collocata facilè confutat; etiamſi rei, nonniſi prætextatis verbis exponendæ, non immoramur.

An ex qua monui, &c.] Heb. *An ex arbore, quam præcepi tibi ad non comedendum, ex ea comediſti.* Ad quam phraſin, quàm proximè licuit per Latinitatem, acceſſimus. Cùm autem Hebræi careant verbo, quod ſit *ἰσοδύναμον τῷ vetare*, aut *interdicere*, coguntur dicere: *præcipio tibi*, aut *jubeo te ne hoc facias*, *ἀντὶ τῦ veto te hoc facere.*

12. *Quam mecum hic collocaſti*] Heb. *quam dediſti mecum.* Sed verbum נתן *nathan*, quod *dare* plerumque, haud rarò etiam *ponere*, *collocare* ſignificat. Vid. 1 Reg. VII, 39. Vulgatus Int. vertit. *quam dediſti mihi ſociam*, quaſi eſſet in Hebraïco Codice: להיות עמדי *libjoth bimmadi*, ut eſſet mecum, qui ſenſus optimus etiam eſt.

Ea] In Hebr. Cod. Scriptum eſt הוא cum puncto tamen *Chirec*, quia manifeſtò legendum היא cum Cod. Samaritano.

13. *Me decepit.*] An hoc tantùm dixerit Heva, an verò quæ illa deceptio fuerit pluribus expoſuerit, nobis conſtare nequit; quia neſcimus an verba ipſa Hevæ, an eorum ſenſum, idque per compendium referat Moſes. Nam, ut diximus ad verſ. 3. in directis orationibus ſæpe ſolus continetur ſenſus. Ceteroqui frigidè admodum fœdum facinus excuſans inducitur prima Parens; quippe quæ ſemet ipſa decepiſſet, dum Creaturem invidiæ in animo ſuo inſimulарat.

14. *Dixit Jehova D. Serpenti*] Qui volunt Cacodæmonem ore Serpentis Hevam eſſe alloquutum, iis minimè mirum videtur à Deo hîc Serpentem, hoc eſt, Cacodæmonem compellari. Alii verò, qui Serpentis os reſolutum fuiſſe negant, hæc ad Serpentem verba exiſtimant à Deo edita fuiſſe, non propter Serpentem, qui ea intelligere ratione deſtitutus non potuit; ſed propter Adamum & Hevam, quibus erant ſolatio.

Utrique in hoc conſentiunt, Deo, ut quo odio proſequeretur peccatum oſtenderet, aut inſtrumentum, quo homines ad peccandum prolecti fuerunt, aut peccati occaſionem veluti pœnas luiſſe. Vid. notata ad Legem de *Bove cornupeta*, Exod. XXI, 28.

Sed haud levis eſt difficultas, in oſtendendo quomodo circumſtantiæ omnes pœnæ hîc Serpenti inflictæ Cacodæmoni, quem potiſſimùm plecti oportuit, conveniant; aut ſi non omnes, quæ tandem eum reſpiciant. Si hîc allegoricis commentis indulgere liceret, hæc quidem facilè invenirentur; ſed cùm ſint omnia, in eo interpretandi genere, incerta, vix eſt ut ſeverioribus eâ ratione ſatisfiat judiciis. 1. *Maledictio* inter beſtias, in Dæmonem non cadit, niſi allegoricè *beſtiæ agri* Cacodæmones ſignificent. Hæc verba, in Chaldaicis Oraculis: *σὸν γὰρ ἀγγεῖον θῆρες χθονὸς οἰκήσουσι vas tuum feræ terræ habitabunt*, interpretatur *Pletho* de terreſtribus Dæmonibus. 2. Greſſus *ſuper ventre*, & victus *è pulvere*, non poſſunt competere Cacodæmoni, niſi intelligamus ejus è beatitudinis ſedibus expulſionem in loca inferiora, de qua Novi Fœderis tabulæ, non ſemel. Si verò, ut in ſequentibus, hîc non ſolam illam malignam Naturam quæ Hevam fefellit, ſed malos quoque homines ſpectari quis cenſeret; haud difficile eſſet loca Scripturæ invenire, quibus bonorum hoſtes *pulverem lambere inſtar Serpentium* coactum iri dicantur. Vide Pſal. LXXII, verſ. 9. Mich. VII, 17. 3. *Semen Serpentis* non poteſt etiam propriè Cacodæmoni convenire. Eſſent ergo intelligendi aut omnes Cacodæmones, ſeu Cacodæmonum genus, aut etiam mali homines, qui dicuntur in N. T. promiſcuè *ὄφεις*, *γεννήματα ἐχιδνῶν* Matt. III, 7. XXII, 33. & *τέκνα τῦ διαβόλου* 1 Joan. III, 10. 4. Inter hanc antiqui Serpentis proſapiam, & pios, quos, ſi hæc vera eſt interpretatio, oportet nomine *ſeminis uxoris* ſignificari, perpetua eſt inimicitia. 5. *Contritio capitis & calcanei*, ut de Serpente facillimè intelligitur, ægrè Cacodæmoni accommodatur; niſi incertis *τῶν ἀλληγορούντων* conjecturis, qui nomine *capitis*, maximam partem potentiæ Cacodæmonis intelligunt, *calcanei* verò partem viliſſimam ſeminis mulieris; ſeu eo ſemine Meſſias ſolus ſignificetur, cujus corpus à Judæis, inſtinctu Dæmonis, cruci adfixum eſt; ſeu pii unà cum illo, quos in rebus ad hanc vitam pertinentibus lædit Cacodæmon.

Cacodæmonis porrò pœnarum, quas ſine dubio Deo dedit, nulla hîc fit perſpicua mentio, quia ut ſub imagine Serpentis fefellit primos Parentes: ita omnis in Serpentem, quem ſolum illi viderant, cadere videtur pœna. De Cacodæmonis fraude nulla fortè iis fuit ſuſpicio, nec pœnas Naturæ, quam ignorabant, infligi poſtulare poterant; at Serpentem, qui præ oculis fuerat, plecti iis qui ab eo decepti fuerant ſine dubio gratiſſimum fuit.

His breviter obſervatis, ne neceſſaria omiſiſſe videremur, ſimpliciſſimum vocum ſenſum proſequemur.

14. *Inter omnes pecudes.*] Heb. מכל *micchol*; quod alii vertunt quaſi eſſet Comparativi Hebraïca circumloquutio, hac ſententia: *eris magis maledictus, quàm omnes beſtiæ*, &c. Nos Vulg. Int. ſequuti ſumus, quia cùm מן ſignificet ſæpe *inter* ut 1 Paral. XI, 11, 25. rei, de qua agitur, naturæ convenientior ſenſus viſus eſt, quod ex ſequente obſervatione liquebit.

Maledictus eris] Hujus vocis duplex eſt ſenſus. 1. Is *maledictus* eſt, quem diris atque imprecationibus alii proſequuntur, aut cui alii conviciantur. 2. Cui aliquid mali, ob eas preces, evenit. Duplex hîc ſenſus in unico occurrit

ver-

ri *autem* dixit: augebo dolorem & conceptum tuum, cum labore liberos paries, ad virum tuum curſus tuus *erit*, & ille dominabitur tibi. 17. Adamo verò: quia, inquit, voci uxoris tuæ obſequutus es, & comediſti ex arbore, de qua te monueram,

calcaneum; morſu adpetere poterunt. 16. De muliere autem ſe pœnas conceptûs faſtidiis, partûs doloribus, obſequióque, quod viro obnoxia præſtare cogeretur, ſumturum; 17. Adamo verò ſatis fore ſup-

verſu, Num. XXII, 6. ad quem vid. notata. Hoc etiam in loco uterque à Moſe ſpectatus videtur, nam homines ſerpentibus malè volunt, & malè faciunt. Hæc ergo oratio Dei hanc videtur habere ſententiam: *nullum erit brutum, ſeu inter domeſtica, ſeu inter fera, quod magis homines horreant, dictiſque abominentur, & exitialiori proſequantur bello.* Alii quidem Intt. maledictionem etiam ad Deum referunt, quaſi Deus quoque ſerpentibus malefecerit, ut poſteà videbimus; quod tamen parum eſt veriſimile. Ceterùm ex re ipſa apparet ſerpentes non eſſe animalia omnium miſerrima, aut hominibus adeò inviſa, ut nulla alia æquo proſequantur odio; nam lacertæ inter reptilia, & omnia quorum venenatus morſus eſt, æquè ab hominibus malè habentur. Sed ſunt ſerpentes inter ea, quæ maximo odio proſequimur.

Ventre tuo gradieris] *Super ventre.* Duæ ſunt potiſſimæ, ſuper hiſce verbis, ſententiæ. Aliis, inter quos *Joſephus* & nonnulli recentiores Hebræi, videtur Deus ſerpentem *ποδῶν ἀποστερήσας ἰλυσπᾶσθαι κατὰ τῆς γῆς ἰλυσπώμενον, pedibus privatum volutatum in pulvere trahere ſeſe* juſſiſſe. Nec ſanè, ſi hoc in animo habuiſſet Moſes, multò aliter eloqui potuiſſe videtur. *Ovidius* Metamorph. IV. Fab. 15. de Cadmo in anguem mutato:

In pectúſque cadit pronus &c.

Alii verò, propter peccatum hominis, in natura ſerpentis quidquam mutatum à Deo veriſimile eſſe negant. Quod erat naturæ ceſſiſſe in pœnam, ut in homine nuditatem, in muliere partûs dolorem, contendunt. Sanè ſi ſerpentibus fuerint umquam pedes, plures quaternis fuiſſe neceſſe eſt, propter enormem corporis longitudinem. At haud facile eſt intelligere, quî res planè naturalis & ſine moleſtia in pœnam ceſſerit. Ut pœna non eſt quatrupedibus, quòd non volent: ita nec pedibus deſtitutis, quòd ventre incedant. Unde minores ſint difficultates viderint Lectores, & hanc aut illam ſententiam pro arbitrio eligant.

Pulverem comedes.] Pulvis ſerpenti adſignatur in cibum etiam Eſai. LXV, 25. & Mich. VII, 17. non quòd pulvere veſcatur, ſed quia, cùm humi repat, fieri vix poteſt ut cum iis quæ lambit aliquantum pulveris in os non ingeratur. Similes ex ſcriptoribus Ethnicis collegit ſententias *Sam. Bochartus* in Hieroz. Part. I. Lib. I. Cap. IV. Hoc quoque, quod inſtar pœnæ ſerpenti imponitur, pertinet ad naturam ejus corporis, prout nunc eſt.

15. *Inimicitiam creabo* &c.] Hoc eſt, quia Serpens cauſa fuit primi peccati, homines ſerpentes ſemper horrebunt, ſerpentéſque vice verſâ hominibus inſidiabuntur. Quod experientiâ conſtat, & ſi in re clara neceſſaria eſſent, teſtimoniis etiam Veterum, quorum aliquot à *Sam. Bocharto* ſunt congeſta, eo quem indicavimus loco. Quin & ad ſummi odii deſcriptionem utebantur comparatione odii ſerpentis. *Plautus* ab eodem laudatus, in Mercatore Act. IV. S. 4. verſ. 25.

Nempe, uxor ruri eſt tua, quam dudum dixeras
Te odiſſe æquè atque ANGUES

Inter ſemen tuum &c.] Hoc eſt, omnes poſthac ſerpentes. Eo tempore, quo hæc geſta ſunt, erat fortè par unum dumtaxat ejus ſpeciei ſerpentum, quæ primæ Parenti *σκάνδαλον* fuit, adeò ut ex illo pari reliqui omnes ſint progeniti. Sed videtur omne ſerpentium ſignificari genus, ſeu omnes ſpecies. Hæc quidem, ad ſerpentes quod adtinet, dici poſſunt; at Cacodæmonis filii ſunt, ut videtur, mali homines. Vid. ad verſ. 14.

Et ſemen ejus.] Primo, qui ſementi ingerit, ſenſu, *ſemen mulieris* omnes ſunt homines. Jobi XIV, 1. XV, 14. XXV, 4. homines dicuntur ילודי אשה *jelonde iſchah*, *nati mulieris*, *γεννητοὶ γυναικῶν* Matth. XI, 11. Attamen Vett. aliquot Judæi, inter quos ſcriptores Paraphraſium Chaldaïcarum, quæ *Jonathanis*, & *Jeroſolimitana* dicuntur, *Meſſiam* reſpici hîc cenſuerunt; qua in re longè maximam Intt. Chriſtianorum partem adſentientem habent. Nec dubium eſt quin, ſi Serpentis nomine Cacodæmon hîc ſignificetur, Meſſias ei *caput contriverit*, hoc eſt, ejus potentiam everterit. *Apparuit enim filius Dei, ut diſſolveret opera Diaboli* 1 Joan. III, 8. ad quem locum legatur *H. Grotius.*

Sed quærendum eſſet, an ſine ulteriori interpretatione, Heva, & antiquiſſimi Hebræi hæc de ſingulari illa perſona, quæ Meſſias dicitur, intelligere potuerint. Certè ne ipſi quidem Paraphraſtæ Chaldæi, quamquam Meſſiam reſpici volunt, hoc oraculo, ſatis dilucidè *ſemine mulieris* ſignari eum docent. Verba ſunt *Jeroſolimitani: Quando filii mulieris operam dabunt legi & fecerint mandata, ſtudebunt tibi conterere caput, & occident te. Quando verò relinquent filii mulieris legis præcepta, operam dabis ut mordeas eos in calcaneis ipſorum, & ita noceas eis. Verùm erit remedium filiis mulieris, tibi verò ſerpenti nullum erit remedium; quandoquidem futurum eſt, ut ipſi alii aliis incolumitatem præſtent in calcaneo, in fine extremitatis dierum* ביומי דמלכא משיחא bjomoi dmalcho mſchihho *in diebus Regis Meſſiæ.* In eumdem planè ſenſum, *παραφράζει Jonathan.* Illi diſertè quidem *Samaëlem Angelum mortis* vocant ſerpentem, ſed *ſemen mulieris* Judæos interpretantur, qui temporibus Meſſiæ vim Samaëlis ampliùs non timebunt, auxilio, nimirum, Meſſiæ & Dei. Huc etiam reſpexiſſe videtur *Paulus* Rom. XVI, 20. qui hoc promiſſo Chriſtianos ſui ævi ſolatur: *Deus pacis conteret Satanam brevi ſub pedibus veſtris*, ubi vide *H. Hammondi* Paraphraſin.

Hoc] Legimus in noſtris Codd. הוא *hou* quod maſculini eſt generis, & referri tantùm poteſt ad

ram, dicendo ne ex ea comederes; maledicta erit propter te terra, cum dolore omnibus vitæ tuæ diebus *fructum* ejus comedes. 18. Spinam & tribulum tibi proferet, atque herba agri veſceris. 19. Cum ſudore vultus tui panem comedes, donec

ſupplicii dixit, ubi terram ſuâ ſponte fructus vitæ neceſſarios non ampliùs ferentem magno eſſet culturus labore, nec opera ſua dignum in proventu telluris præmium inventurus; donec tandem in eam ipſam

ad vocem זרע zerah, *ſemen*; conſtructione etiam ſequentium vocabulorum hoc poſtulante, cùm verbum *jeſchouphchu* ישופך *conteret tibi*, maſculini ſit generis. Ita etiam in ſuo Codice legerunt *οἱ* LXX. qui habent *αὐτός σου τηρήσει κεφαλὴν observabit tuum caput*; ubi fortaſſe legendum *αὐτό σου*, nam *σπέρμα* anteceſſit. Σ videtur ex ſequente voce præcedenti adnexum fuiſſe, aut fortè ita ſcripſerunt, quòd genus Hebraicum ſervarint: Helleniſmo neglecto, quod interdum faciunt. Legitur eodem modo in Samaritano Codice, in quo Librarii error eò minus eſſe poteſt, quò minùs *Vau* & *Jod*, in veteri illo Hebraico, quàm in Aſſyriaco charactere, adfinia ſunt. Attamen Vulg. Int. habet *ipſa*, quaſi legiſſet היא *hi*; quod magno conatu defendunt Pontificii, quia inde ſibi videntur *mulieris*, hoc eſt, Virginis Servatoris matris honorem augere. At eum adfectum auctoritate Veterum Codd. & ipſis grammaticis Canonibus, majoris eſſe ponderis non oportuit. Vide ad 2. Sam. VII, 12.

Conteret tibi caput.] Heb. ישופך *jeſchouphchu*, quod verbum primò quidem ſenſu nativo, deinde minùs proprio repetitur. Nam ſi quis aut gradiendo, aut telo ſerpentem opprimere nititur, ei caput revera conterit; at ſerpens talum mordens eum *conterere* dici non poteſt, niſi *ἀκυρολόγως*. Sed ita ſolent Scriptores Sacri; poſtquàm genuino ſenſu vocabulo quopiam uſi ſunt, ſæpe eodem, de alia re verba facientes, in ſenſum alienum illico poſtea abutuntur. Vid. not. ad verſ. 7. Alioqui dicendum potiùs fuiſſet: *Illud conteret tibi caput, tu verò calcaneum ejus admordebis.*

LXX. Intt. eo modo verterunt, qui plurimis doctis hominibus crucem fixit: *αὐτός σου τηρήσει κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν ipſe ſervabit caput tuum, tu verò ſervabis ejus calcaneum.* Cùm à nonnullis damnarentur *οἱ* LXX. quòd ita tranſtuliſſent, reſpondit eorum *ὑπερασπιστὴς* *Iſ. Voſſius*, librariorum culpam non eſſe tribuendam ipſis Scriptoribus, neque dubitandum quin priùs ſcriptum fuerit *τερήσει* & *τερήσεις perforabit* & *perforabis*, quod eſt futurum uſitatiſſimum ab inuſitato *τερέω*. *De Tranſ.* LXX. *Intt.* C. XI. Alii item *τειρήσει*, & *τερεῖ* conjecerunt, quaſi ἀπὸ τοῦ *τειρεῖν* aut *τείρειν*. Sed cùm hæc Græca eſſe haud immeritò negentur, ſuperior emendatio contra omnium Codd. auctoritatem vix ſtare, apud modeſtiores Criticos, poſſit. Deinde ne neceſſaria quidem eſt, cùm, ut rectè obſervavit *Edm. Caſtellus*, hæc Radix in Arabica Lingua *obſervare*, *ſpectare*, ſignificet; ad quam ſignificationem, ut ſolent interdum, reſpicere potuerunt *οἱ* LXX. Sic etiam Pſalm. LVI, 2, 3. verbum שאף, quod huic eſt adfine, non ineptè à *D. Kimchio* exponitur חכים *ſpectavit*, *obſervavit*, ſi qua nocendi detur occaſio. Nec ſpernendus eſt ſenſus, ſi meminerimus *τηρεῖν* interdum eſſe *occaſionem captare*, *obſervare quidpiam attentè*, quod in Indice oſtendemus. Ita ex LXX. Intt. ſententia, hæc divinorum verborum mens fuerit: illud capiti tuo, tu verò ejus calcaneo inſidiaberis. Vos invicem obſervabitis, illud ut conterat tibi caput; tu ut talum, quo te conculcabit, mordeas. Ita apud *Virgilium* Serpens, cujus morſu periit Eurydice, *ſervabat ripas* fluvii, hoc eſt; veluti excubias eo in loco agebat, ut ſi quis fortè tranſiret morſu adpeteretur:

> *Immanem ante pedes Hydrum moritura puella,*
> *Servantem ripas, alta non vidit in herba.*

Hinc nata, apud *Ammianum Marcellinum*, comparatio Lib. XV. c. 2. *Ut enim ſubterraneus ſerpens foramen ſubſidens occultum, adſultu ſubito ſingulos tranſitores* OBSERVANS *inceſſit: ita ille ab imæ ſortis gregario ad ſummum evectus militiæ munus, nec læſus aliquando, nec laceſſitus, inexplebili quodam lædendi propoſito conſcientiam polluebat.* In Æſopicis fabulis, Auceps *ἔχιν ὑπὸ πόδας πατεῖ viperam pedibus calcat*, quæ irata morſu eum perimit. Hæc autem verbi שוף ſignificatio fortè meliùs huic loco convenit, quàm altera; cùm, uti diximus, Serpens non niſi *καταχρηστικῶς terere* calcaneum hominis dici queat. Atque hinc Vulgatus Int. habet: *calcaneo ejus inſidiaberis.* *Onkelos* ſimiliter: *obſervabit ei* נטר-ליה *nater leh*: qui totum locum ita interpretatur: *Erit memor tibi ejus quod feciſti ei à principio, & tu obſervabis ei in finem*; quaſi *caput* initium, *calcaneus* finem ſignaret. Quæ aliena eſt interpretatio, ut ſatis ex ſuperioribus colligere eſt.

Ceterùm ab iis, qui Serpentem interficere volunt, caput potiſſimùm adpetitur; cùm quia eo contrito certò interit, caudâ verò reſectâ vivit; tum quia ſi cauda prematur, caput reflexum, quo in ſolo venenum eſt, mordet. Hæc ita nota ſunt, ut Veterum auctoritate non egeant.

Calcaneum tantùm conteres] Homo Serpenti pede conculcare caput, ut intereat, poteſt; at Serpens ab eo conculcatus, pedem tantùm aut tibiam, imò ſi propè caput prematur, talum dumtaxat morſu adpetere valet; ſi excipiamus Serpentem *Jaculum*, aut eos qui ſunt abnormis longitudinis. *Plinius*, poſt alios, auctor eſt *Jaculum ex arborum ramis vibrari, nec* PEDIBUS *tantùm pavendas Serpentes, ſed & miſſili volare tormento.* Lib. VIII. Cap. 23. Hîc *calcaneum* adpetiturus Serpens dicitur, quia raró lædit, niſi ab incautis conculcetur. *Hebetes oculos*, ait idem Scriptor, *huic malo natura dedit, eóſque non in fronte, ut ex adverſo cerneret, ſed in temporibus. Itaque excitatur* PEDE, *ſæpiùs quàm viſu.* Hinc Eurydice, de qua duos Virgilianos verſus recitavimus ex *Georgicon* IV. dum Ariſtæum fugeret, preſſo per incogitantiam hydro, *occidit in* TALUM *Serpentis dente recepto*, ut loquitur alter Romanus Poëta, Metamorphoſeωn Lib. X. Fab. 1. Idem Poëta Nym-

nec revertaris in terram, quandoquidem ex ea deſumtus es; nam pulvis es, atque in pulverem redibis.

20. Uxorem ſuam, quia mater omnium viventium fuit, Hevam poſtea Adamus appel-

ipſam terram, è qua deſumtus erat, reſolutis morte & putrefactione membris, rediret.

20. Adamus uxorem ſuam, quòd homines omnes, quotquot erant futuri, vitam ab ea accepturi ef-

Nymphæ Heſperies mortem eodem modo deſeribit, ſub finem Lib. XI.

Ecce latens herbâ coluber fugientis adunco
Dente PEDEM *ſtringit, viruſque in corpore linquit.*

Atque hac in re, ut diximus ad verſ. 1. ſita videtur omnis Serpentium *calliditas*, ut in herba, aut pulvere latentes fortè eos calcantes mordeant. Sed hac arte præ ceteris dicitur pollere *Ceraſtes*; *è cujus corpore eminent cornicula ſæpe quadrigemina, quorum motu, reliquo corpore occultato, ſollicitent ad ſe aves.* Quæ verba ſunt *Plinii* modò laudati, qui *Nicandro* hæc debet, à quo propterea δολόεις *doloſus* dicitur Ceraſtes. Vide & *Grotium* ad h. l.

16. *Augebo*] Heb. *multiplicando multiplicabo*, cui phraſi ineſſe ἔμφασιν plerique voluut. Sed vide quæ diximus ad Cap. II. verſ. 17.

Dolorem & conceptum tuum] Videtur eſſe ἓν διὰ δυοῖν, cùm dicere velit Moſes, *dolorem conceptûs sui*, neque enim in pœnam peccati frequentiores partus mulieribus feciſſe videtur Deus. Exempla hujus figuræ, ſi neceſſe ſit, ſuppeditabit *H. Grotius* ad Joan. III, 5. ubi hunc locum profert, ut hoc obiter dicamus, licèt perperam. Poſtquam enim notavit fieri interdum ut vox alteram quaſi limitans præcedat, ut *aqua & ſpiritus*, pro *ſpiritu aquo*, inter exempla adducit Gen. III, 16. quaſi hîc legeretur *conceptus & dolor*, pro *dolore ex conceptu*, cum contrà præcedat dolor. Dolores autem conceptûs videntur dici faſtidia, aliáque incommoda, quibus obnoxiæ ſunt poſt conceptum mulieres; & quibus Deus, niſi peccaſſet prima mulierum, ceteræque deinceps omnes, mederi potuiſſet.

Cum labore liberos paries] Hîc quoque eſt עצב *betſeb*, ut in antecedentibus verbis, עצבון hitſabon, *dolor*; ſed *laborem* vertimus, quod Idem eſt, ne eadem vox repeteretur. Pro *liberis* in Heb. Cod. eſt, בנים *banim*, hoc eſt, *filii*; ſed liberos utriuſque ſexûs ſignificari manifeſtum eſt, ut Eſai. XIII, 18. Hic autem dolor qui, prout eſt muliebre corpus, ſine miraculo vitari nequiret, in pœnam vertit; quod, in hominum innocentium gratiam, multa præter naturæ ordinem efficere potuiſſet Deus.

Ad virum tuum curſus tuus] Heb. תשוקתך *thſchoukathech*, quod eſt à verbo שוק *ſchouk*, aut שקק *ſchakak*, eorum enim confunduntur ſignificationes; שקק autem eſt *currere*, aut *curſitare*, ut Lexica docebunt. Hinc, quia ſervi circa heros, pro horum imperiis, curſitant, obedientia eorum, qui aliis ſubjecti ſunt, nomine *curſus* exprimitur, & *curſus ad eos* eſſe dicitur quibus obſequium ſeu ſpontaneum, ſeu ex lege exhibetur. Hunc horum verborum ſenſum eſſe oſtendit ἀπόδοσις ἐπεξηγητικὴ, quæ ſequitur, *& dominabitur tibi.* Propterea vetus Int. Latinus παραφραστικῶς vertit: *ſub viri poteſtate eris*, quia Latinè vix τὸ παροιμιῶδες Hebraicæ phraſeos exprimi poteſt. Ita infrà Cap. IV, 7. Caini debitum à minore fratre obſequium deſcribitur. Cantici quoque Cap. VII, 10. amantis ſponſi, erga ſponſam, συγκατάβασις iiſdem verbis pingitur: *Ego ſum amaſio meo, & ad me curſus illius* ועלי תשוקתו *vehalai thſchoukatho.*

Quod dixi de metaphora à ſervis circa heros concurſantibus ducta, id pluribus oſtendam ad Cap. XV, verſ. 2. Alii interpretantur תשוקה *adpetitum*, ſeu *deſiderium* prolis ſuſcipiendæ; ac ſanè Radix שוק *adpetere*, apud Arabas potiſſimùm, ſignificat. Sed quia ejuſmodi adpetitus non minùs viri eſt quàm mulieris, nec ſenſus is convenit Cap. IV, 7. videtur prior interpretatio haud paullò melior.

LXX. Intt. habent hîc ἀποστροφὴ, quod cùm non conveniat vocis, quæ in Codd. noſtris legitur, ſignificationibus; ſuſpicor eos aut legiſſe, aut legendum cenſuiſſe תשובה *theſchoubah*, quam vocem rectè ἀποστροφὴ vertunt 1 Sam. VII, 17. & alibi. Non video tamen quis poſſit eſſe ſenſus, niſi fortè dicere voluerint: *ora ad virum converses, ut ab eo neceſſaria accipias vitæ ſubſidia*; aut *ut ejus imperia exſpectes*, ut *oculi ſervorum* dicuntur eſſe *ad heros ſuos* Pſalm. CXXIII, 2. At nec Hebraicæ, nec Græcæ vocis ſolitus uſus eam ſignificationem admittit, nec ſcio an ipſi ſatis ſciverint quid ſibi vellent.

17. *Obſequutus es*] Heb. *Audiſti. Audire* obſequium paſſim notare omnes norunt, & Lexica docent.

Maledicta erit] Hoc eſt, minuetur ejus fertilitas, adeò ut quæ ſponte antea edebat tellus, ea ſine labore humano, eóque non levi, non ſint proventura. Notum eſt Poëtas de ſæculo aureo paria dixiſſe iis, quæ hîc innuuntur. Inſtar omnium erit *Heſiodus*, quem omnes ſunt ſequuti.

— Καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα
Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον, &c.

Fructum ferebat fertilis terra ſponte multum & copioſum, ἐν Ἔργοις verſ. 117. Vide *Virgilium* Georg. I. & Eclog. IV. & *Ovidium* Metam. Lib. I. Iidem etiam mutationem in deterius poſtea factam, haud multò aliter ac Moſes, deſcribunt.

Propter te] LXX. Intt. habent ἐν τοῖς ἔργοις σου *in operibus tuis.* Pro בעבורך *bahabourcha*, videntur legiſſe בעבדך *bahabodcha*, ad verbum ἐν τῷ ἐργάζεσθαί σε, *cùm illam coles.* Qui ſenſus non ſpernendus eſt, etſi ſatis gravis ea non eſt cauſa, ad rejiciendam Hebraïci juxta ac Samaritici Codicis lectionem, quæ & ipſa commodiſſimam fundit ſententiam.

Cum dolore] Hoc eſt, ſine moleſto labore, è terra quod tibi neceſſe eſt non proveniet. Vide Poëtas modò laudatos, quibus adjungas *Platonem* in *Politico*; ex quo tamen paucula hîc deſcribemus, Moſaicis haud abſimilia, de victu primorum hominum: καρποὺς δ' ἀφθόνους εἶχον ἀπό τι

pellavit. 21. Jehova autem Deus Adamo ejúſque Uxori tunicas pelliceas fecit, eóſque induit. 22. Dixit etiam Jehova Deus: ad cognitionem boni & mali quod adtinet, en Adamus inſtar unius noſtrûm factus eſt; nunc autem ne manum ſuam injiciat, & ſumat ex arbore vitæ, comedátque, & vivat in perpetuum *cavendum*. 23. Igitur ex Para-

eſſent, HEVAM, nomine quo vita ſignificatur, appellavit. 21. Eos autem Deus, pro ſcena è ficuum foliis, tabernaculum è ferarum pellibus facere docuit, cùm è Paradiſo eſſent expulſi. 22. Poſtquàm enim illicitum fructum, quo ſe cognitione

Angelos æquaturos ſperaverant, comediſſent, Deus eorum illudens ſtultitiæ; ſcilicet, inquit, illis audientibus, nos rerum omnium cognitione, arboris ſcientiæ fructu deglutito, æquarunt homines; nunc ne ſimili errore deluſi, atque ex arbore vitæ æter-

τε δρυῶν καὶ πολλῆς ὕλης ἄλλης, οὐχ ὑπὸ γεωργίας φυομένους, ἀλλ' αὐτομάτης ἀναδιδούσης τῆς γῆς. Γυμνοὶ δὲ καὶ ἄστρωτοι θυραυλοῦντες τὰ πολλὰ ἐνέμοντο: *fructus autem uberes & copioſos habebant, cùm ex quercubus, tum ex alia ſilva, non ex agri cultura naſcentes, quos terra ſponte ſuâ edebat. Nudi autem & ſine ſtragulis magnam partem vitæ ſub dio degebant.* Pag. 176. Ed. Genev. Ficini. Poſtea dicit αὐτομάτης τροφῆς ἀπολελοιπυίας, homines ſibi conſulere ipſos oportuiſſe.

Fructum ejus comedes] Heb. *Eam comedes.*

18. *Spinam & tribulum*] Hoc eſt, niſi diligenter terram colas, ex ea veſpreta, atque herbæ inutiles ubique, pro frugiferis arboribus, & ſalubribus herbis naſcentur. Aut, cum ſeveris arbores, ſegetes, atque olera; alia omnia orientur, aut degenerabunt. Vid. Job. XXXI, 4. Jerem. XII, 13. Priorem ſenſum prætulerim.

Herba agri] Non fructibus arborum Paradiſi, ſine humano labore, ſaltem moleſto, provenientibus; ſed frumento & oleribus, quæ, nonniſi laborioſâ culturâ, è terræ gremio eliciuntur.

19. *Panem*] Victum quem quæſiveris, nam לחם *lehhem*, victum quemvis haud raró ſignificat. Pſ. CXXXVI, 25.

Pulvis es, &c.] Superfuit aliqua originis hominis è terra apud Ethnicos cognitio; unde factum ut *Euripides* haud abſimilem huic ſententiam protulerit, quam ita tranſtulit *Cicero* Tuſcul. III.

Reddenda eſt terra terræ, tum vita omnibus
Metenda ut fruges; ſic jubet neceſſitas.

Deus qui aut aliquâ ratione ab initio rerum inſtitutâ, aut potentiâ ſuâ, præter infirmarum naturarum ordinem, Adamo vitam ſempiternam erat præſtiturus, ſi in officio manſiſſet; poſt peccatum ejus, corpus ſuæ ipſius infirmitati conficiendum reliquit. Ex pulvere diluto conſtabat, adeóque, niſi Deus aliquâ obſtaret, diſſolvi potuit. Credidit fortè propterea *Joſephus*, ſi ejus verba rectè capimus, Adami peccato non tam mortem, quàm brevitatem vitæ accerſitam. Poſtquàm enim dixit Cap. I. homines ante peccatum potuiſſe vivere ἄνευ πόνου καὶ ταλαιπωρίας *ſine labore & miſeria*, ſubdit: ὧν παρόντων γῆράς τε θᾶττον ἂν ἐπέλθοι, καὶ τὸ ζῆν οὐ μακρὸν ὑμῖν γένοιτο. *quibus accedentibus ſenectus citiùs ſuperveniat, & vita vobis adeò longa non fuerit.* Facti ergo ſunt, eo judice, non morti obnoxii, ſed brevioris ævi;

— Semotique priùs tarda neceſſitas
Leti corripuit gradum.

20. *Uxorem ſuam* &c.] Quando hoc nominis Hevæ impoſitum fuerit, conſtare nequit, quia ſervetúrne hic ordo temporis, an negligatur neſcimus.

Hevam] Heb. חוה *Hhava*, quod à חיה *vixit*, unde οἱ LXX Ζωή, quod, ut eſt ab aliis obſervatum, nomen erat mulieris apud Græcos, ut ratio nominis primæ Parentis, etiam Græcis Lectoribus liqueret. Cap. IV, 1. ubi nulla eſt nominis Græcè efferendi cauſa, iidem Intt. Εὔαν eam vocant.

21. *Tunicas pelliceas fecit*] Hoc eſt, unde tunicæ fieri deberent docuit, ſeu voce, ſeu Providentiæ tacito ductu; vix enim putem Deum confectas tunicas ad eos miſiſſe. At Hebræi ſæpe Deo ἀμέσως tribuunt, quibus efficiendis & aliæ intervenere cauſæ. Vid. 2 Sam. XVI, 10. Sic Geneſ. XXXVII, 3. Jacobus dicitur Joſepho *tunicam feciſſe*, quam fieri curavit, aut factam ei dedit. Illo tamen tempore, neceſſe pænè fuit multa à Deo homines doceri, ſine quibus miſerum nimis fuiſſet humanum genus. Θεὸς ἔνεμεν αὐτοὺς αὐτὸς ἐπιστατῶν, ait *Plato* in *Politico*, ubi multa in hanc rem. Sed, ut verum fatear, quemadmodum *perizòmata ficulnea* antea tabernaculum interpretatus ſum: ita hîc non veſtes, ſed tabernaculum pellibus contectum intelligendum ſuſpicor. In agro Babylonico, ubi tepidiores hiemes, non indigebant veſtibus pelliceis, quæ calidiores ſunt, primi Parentes. Tecti, quo ardorem ſolis, ac pluvias arcerent, uſus potiùs erat; quod præſtare ſat commodè potuit Tabernaculum pellibus tectum. Fateor כתנות chthonoth, *tunicas* ſignificare, verùm antea rationes adtuli, ob quas primas mortalium domos veſtium nomine deſcribat Moſes; atque ut, apud Romanos, *veſtis* quemlibet pannum: ita fortè apud Hebræos כתנת *chthoneth* velum quodvis, quamvis exempla nunc deſint, ſignificavit.

Hæc porrò ſeriùs fixa fuiſſe tabernacula crediderim, quamvis res narretur, antequàm ejectio è Paradiſo deſcribatur. Animalia initio illo tantâ fortè copiâ non fuere, ut poſſent occidi, velamentorum conficiendorum causâ, ſine nimia ſobolis jactura. Primo illo tempore, ut verbis Lucretianis, è Lib. V. utar, nondum ſciebant.

— — — — uti
Pellibus, & ſpoliis corpus veſtire ferarum;
Sed nemora atque cavos montes, ſilváſque colebant,
Et frutices inter condebant ſquallida membra,
Verbera ventorum vitare, imbréſque coacti.

Seriùs

Inde caſas poſtquàm ac pelles ignémque pararunt;
Et mulier conjuncta viro conceſſit in unum &c.
Tum genus humanum primùm molleſcere cœpit.

Credibile certè eſt tum veſtes inventas, quæ ſaltem pudenda tegerent, cùm luxurianti juventuti frenum injiciendum fuit, ne aut pa-

ren-

radiſo, ad colendam terram ex qua deſumtus erat, emiſit eum Jehova Deus; 24 & *poſtquàm* ejecit Adamum, Cherubos & flammam gladii *hac illac* ſe vertentis, ad cuſtodiendam arboris vitæ viam, ab oriente Paradiſi Hedenis ſtatuit.

IV. Caïn

æternam nanciſci ſe vitam poſſe rati, noxii vitio ſalubri fructu medeantur, nemore ejiciendi ſunt. 23 Hæc ubi dicta dediſſet, primos Parentes illinc eduxit, ut terram Adamus, unde originem ducebat, coleret, 24 néve poſſent eò, unde ejecti fuerant, regredi, ab oriente nemoris, ubi ſedes fixerant, viam ad arborem vitæ ducentem Angelos ſervare, flammâque imperviâ è terra excitatâ ſepire juſſit.

PA-

rentes violarent. Atque hinc natus *pudor*, ſeu adfectus ille, quo percelluntur qui, quæ privatim fieri uſus inſtituit, coram aliis facere deprehenduntur. Sed hæc nos extra oleas abducerent.

Interea ad Moſaicæ Hiſtoriæ illuſtrationem facit, quod videmus à *Lucretio* agnoſci, primas veſtes è *pellibus* fuiſſe. Quod & *Diodorus Siculus* teſtatur Lib. I. ubi dicit Herculem Leoninâ indutum deſcribi, quòd illis temporibus ſolerent homines, nondum invento molliorum veſtium uſu, δοραῖς τῶν θηρίων σκεπαστηρίοις χρῆσθαι, *pellibus ferarum quaſi integumentis uti.*

22. *Adamus inſtar unius noſtrûm factus eſt.*] Hîc duo nodi occurrunt, quibus ſolvendis deſudarunt Intt. Alter in numero plurali *unus noſtrûm* ſitus eſt, circa quem duæ ſunt potiſſimùm ſententiæ; altera nonnullorum Chriſtianorum, qui hîc divinas Hypoſtaſes ſignificari volunt, ut anteà I, 26; altera cùm Chriſtianorum, tum Judæorum, qui cenſent hîc Deum ſibi conjungere Angelos, propter vocis אלהים *elohim* ὁμωνυμίαν, quaſi diceret: *homo factus eſt inſtar unius noſtrûm, qui Dii vocamur.* Atque hi nituntur iiſdem rationibus, quibus ad verſ. 5. voce אלהים Angelos intelligi probant viri docti. Habet ea phraſis: *inſtar Deorum ſciens bonum & malum*, aliquid παροιμιῶδες; atque ex ſenſu Parœmiæ intelligi debere videntur verba eò adludentia.

Quæritur, ſecundo loco, quî homo dici poſſet evaſiſſe ſimilis Diis, bonúmque & malum cognoviſſe? cùm nihil ſimile adeptus eſſet. Conſentiunt Intt. merum eſſe σαρκασμὸν, quo Deus utens inducitur, ut oſtendat contrarium potiùs eveniſſe. Ita Ezekielis XXVIII, 3. Regem Tyri, qui ſe inſtar Dei geſſerat; ita alloquitur Deus: *Sapientior es Daniele, nihil arcani te fugit* &c. quæ ironica ſunt. Plurima ejuſmodi exempla ſuppeditabit *Glaſſius*, *Rhetor. Sac.* T. I. Cap. 5.

Hîc obiter obſervabit Lector, vel ex hoc loco ſatis apparere hanc hiſtoriam naſcentis orbis, licet ſimplici contextam, ut videtur, ſtylo non carere ſchematibus; unde minùs mirum videbitur, ſi quædam in ſuperioribus ut jacent intelligenda non ſint, quamvis nuda ornamentis narratio primo intuitu videatur.

Ne manum ſuam &c.] Hîc eſt ἀποσιώπησις, in qua intelligendum *cavendum*, aut quidpiam ſimile, ut 1 Sam. XIII, 19. Ita Ezek. XXXIV, 8. *Vivo ego, dicit Dominus Jehova, niſi propter pecus meum, quod direptioni fuit.* &c. omiſſum eſt: *paſtores negligentes perdidero*, aut ſimilis comminatio. Vid. & *Glaſſium Rhet. Sacr.* T. II. C. IV. & Gen. XXXVIII, 11.

Et vivat in perpetuum] Videtur hoc quoque pars eſſe Ironiæ, quis enim credat arborem fuiſſe ullam, quæ nativâ virtute vitam in æternum hominibus conſervare potuerit? Quemadmodum homines decepti appellatione *arboris ſcientiæ*, ſe doctiores ejus fructu deguſtato fore fruſtra crediderunt: ita enim fruſtra fuiſſent, ſi, invito Deo, ſibi vitam conſervare ope *arboris vitæ* voluiſſent. Potuit ea arbor, ut ſupra diximus, vim habere ἀλεξιτήριον, quâ fructus interdicti venenatam virtutem irritam faceret; ſed quî potuiſſet impedire ne organa humani corporis, quæ non ſunt duriora aut arctioris contexturæ, quàm reliquorum animalium, ipſo uſu & adtritu tandem corrumperentur? Dei omnipotentiâ ad hoc opus fuit. Noluit autem Deus homines Arboris Vitæ alexipharmaco uti; nec etiam potentiam ſuam in gratiam reorum adhibere viſum eſt, ut vitam in æternum eis conſervaret; quamvis fortè, ne illico interirent poſt deguſtatum fructum illicitum, impedierit.

23. *Ex Paradiſo*] Ex amœniſſimo illo terrarum tractu, quem nemore ornaverat Deus, & forte fluminibus aut montibus clauſerat.

Ad colendam] Majori labore, quàm antea; nam gravior multò labor eſt in inculta terra novos fructus ſerere, eóſque colere; quam ex terra culta fructus feliciter provenientes colligere, & conſitas, atque adultas arbores curare. Vid. not. ad II, 15. & III, 17.

24. *Et poſtquàm ejecit* &c.] Heb. *& ejecit Adamum, & ſtatuit ab oriente* &c. Senſus eſt quem expreſſimus.

Cherubos & flammam gladii.] Heb. את הכרובים *eth baccheroubim.* De propria vocis כרוב *cheroub* ſignificatione, dicemus ad Exod. XXV, 18. Hîc ſatis erit obſervaſſe Cherubos eſſe Dei Angelos, quod vel ex initio Ezekielis ſatis conſtat. *H. Grotius* exiſtimat hîc eſſe ἓν διὰ δυοῖν, & dici *Cherub & flammam gladii*, ἀντὶ τοῦ Cherub, id eſt, flammeus gladius; flammeúmque gladium interpretatur ignes ex bituminoſo Babylonis agro accenſos, per quos ſolos dabatur aditus in Paradiſum, qui proinde Adamo eo pacto clauſus erat. Crediderim potiùs hoc voluiſſe Moſem; Deum, ſcilicet, Angelos miſiſſe, qui Babylonici aut ſimilis agri bitumen accenderent, eóque quaſi flammeo gladio ad arcendos homines uterentur. Gladium hunc flammeum ignem etiam interpretatus eſt Lactantius: *Deus ejecit hominem de Paradiſo, ſententiâ in peccatores latâ, ut victum ſibi labore acquirerent, ipſúmque Paradiſum igni circumvallavit, ne homo poſſet accedere.* Inſtit. Divin. Lib. II, Cap. 12.

Hac illac ſe vertentis] Ita deſcribitur flamma, huc illuc vento acta. Eadem vox occurrit de nube vento itidem rapta, Job. XXXVII, 12.

Ab oriente Paradiſi] Cùm Paradiſus ad Tigridem uſque porrigeretur, ut ad Cap. II. oſtendimus, regio ad Orientem Hedenis ſita erat trans Tigridem, fortè in Aſſyria, aut in regione ad Auſtrum magis vergente.

COM-

Caput IV.

IV. Caïn & Abel naſcuntur. Ille hunc interficit, proptereàque plectitur. Ejus ſedes & poſteri.

1. COGNOVIT autem Adamus Hevam uxorem ſuam, *quæ* concepit, peperitque Caïnem, & à Jehova, inquit, virum nacta ſum. 2. Iterum peperit fratrem ejus Abelem; & fuit *quidem* Abel minorum pecudum paſtor, Caïn verò agricola. 3. Poſt dies *plurimos*, oblationem Caïn è fructu terræ Deo obtulit. 4. Ob-

PARAPHRASIS.

1. ADAMO Hedenis nemore ejecto natus eſt ex uxore filius, cui Caini, quâ voce apud Hebræos *poſſeſſio* ſignificatur, quòd à Deo novum in eo munus accepiſſe ſe agnoſceret Heva, nomen inditum. 2. Alterum, qui quòd brevis ævi fuerit, Habel, hoc eſt *vanitas*, appellatus eſt, poſteà peperit. Hic paſtoritiam vitam elegit, major natu terræ cultui ſeſe addixit. 3. 4. Cùm autem ambo, Caïn quidem ſegetibus, Habel verò primogenitarum lacte pecudum, rem divinam facerent, Deus

COMMENTARIUS

In Caput IV.

1. COGNOVIT.] Verbum ידע apud Hebræos, ut γινώσκειν & *cognoſcere*, apud Græcos & Latinos, interdum liberis procreandis operam dare ſignificat; quo ſenſu ter in hoc Capite occurrit. Utrum autem cum uxore Adamus rem habuerit, anteqnàm Paradiſo decederet; an demum poſt ſedes mutatas, non conſtat; quia in hiſce libris vix quidquam certi ex ſolo ordine colligere licet. At certè, extra Paradiſum, ei nati ſunt liberi.

A Jehova virum nacta ſum] Heb. את יהוה *eth Jehovah*, ἀπὸ τοῦ מאת *meeth*, *ab*. Eodem ſenſu οἱ LXX, & Vulg. διὰ τοῦ Θεοῦ, *per Deum*. Temerè nonnulli negarunt את uſquam ſumi pro מאת. Vid. Geneſ. XLIX, 25. 2 Reg. XXIII, 35. aliáque exempla à *Chr. Noldio* congeſta. Alii vertunt *cum Domino*, id eſt, Domino juvante, ut 1 Sam. XIV, 45. Qui verterunt: *virum Jehovam*, atque Hevam crediſſe Caïnem eſſe Meſſiam, qui Jehova eſt, ſcripſerunt, ii quamquam vix refutatione digni, ab *Sixt. Amama*, in *Antibarbaro*, multis confutati ſunt.

Nacta ſum] Heb. קניתי *kanithi*, *comparavi*, *adepta ſum*. Senſus eſt manifeſtus. Sunt tamen doctiſſimi viri qui hîc verti velint, *genui*, aut *peperi*, (nam hæc confunduntur) cùm quia apud LXX. Intt. Zachar. XIII, 5. vertitur ἐγέννησεν, tum quòd eam ſignificationem obtinere videatur aliis in locis, ut Deut. XXXII, 6. & infra XIV, 19. ubi vide notata. Maluimus tamen, cum LXX. Intt. & Vulg. qui habent hîc ἐκτησάμην & *poſſedi*, frequentiorem ſequi ſignificationem, quòd meliùs cum ſtructura vocabulorum conſentire videatur. Neque enim, niſi duriſſimè, dici poteſt: *genui virum à Domino.* Ab hac voce קנה *kanah* deducitur nomen קין *Kajin*, quod tamen, ex analogia, potiùs ἀπὸ τοῦ קין deduceremus, quod in *Pohel* eſt *lamentari*. Ita & infra durior occurrit Etymologia Cap. V, 29. quæ obſervatio cui ſit uſui, in Diſſertatione *de Lingua Hebraica* oſtendimus.

2. *Iterum peperit.*] Heb. *Et addidit ad pariendum.*

Abel.] Monuimus alibi nos, in illuſtrioribus nominibus, Latinum Interpretem, cujus ſermoni noſter adſuetus eſt Occidens, ſequi. Hoc in verſu, in quo bis id nomen occurrit, primò propter accentum *Athnach*, priori ſyllabæ ſubjectum, legitur *Abel*; ſecundò verò, ubi ſuperimpoſitus eſt *Kadma*, legitur *Ebel*. Quis tamen credat, propter accentus neſcio quos, mutatam in eodem commate nominum propriorum prolationem? Certè Vett. Intt. qui conſtanter eodem modo nomina efferunt, eam ignorarunt.

Pecudum minorum paſtor, &c. *agricola*] רעה צאן *roheh tſon*. Poſterior vox minores pecudes, ſeu *oves & capras* propriè ſignificat. Sed videtur hîc pro quibuſvis pecudibus ſumi. Has duas eſſe antiquiſſimas artes verè obſervaſſe *Dicæarchus* à *Porphyrio* Lib. IV. περὶ ἀποχῆς laudatus videtur, cùm ſint omnium maximè neceſſariæ & ſimpliciſſimæ. Poſtquàm aurei ſæculi vitam deſcripſiſſet, ὕστερον τὸν νομαδικὸν εἰσελθεῖν βίον, ac tandem homines εἰς τὸ τέλειον τε καὶ γεωργικὸν ἐμπεσεῖν εἶδος, narrat. Hinc & apud nationes omnium rudiſſimas etiam viguiſſe hæc vivendi genera, per horum Sæculorum navigationes, compertum eſt. *Donatus* ad Virgilium ſcripſerat *primò fuiſſe paſtoralem in montibus vitam, poſt agriculturæ amorem*; ex conjectura, ut opinor, potiùs quàm certo auctore.

3. *Poſt dies plurimos*] Heb. *à fine dierum.* οἱ LXX. μεθ' ἡμέρας. Vulg. *poſt multos dies*, quos ſumus ſequuti. Alii intelligunt *anno exacto*, quia ימים *jamim*, dies, idem eſt interdum (ut Levit. XXV, 29, 30.) ac *annus dierum*, quæ loquutio occurrit infra Gen. XLI, 1. hoc eſt, integer annus. Sed hîc à quo tempore initium anni faciemus? Nonnulli volunt hîc ſpectari Sacrificium quoddam ſollemne, quod deſinente celebraretur anno, & cujus obſervatio Moſaïcâ Lege denuò ſancita ſit. Exod. XXIII, 16. At hoc parum eſt veriſimile. Laudant quidem ex *Ariſtotele* Nicomach. Lib. VIII. Cap. II. hæc verba: αἱ γὰρ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι, μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον ἀπαρχαί· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς. *Veriſimile eſt priſca Sacrificia & conventus facta fuiſſe poſt fructuum collectiones, quaſi primitias, tum enim maximè otiabantur.* Sed mera hæc eſt *Ariſtotelis* conjectura, & quæ fortaſſe, ſi de agricola

4. Obtulit & ipſe Abel è primogenitis, atque adipe pecudum ſuarum; & Abelem
quidem ejúſque oblationem reſpexit Jehova, 5. Cainem verò ejúſque oblationem
non reſpexit; ideóque Cain vehementer iratus eſt, ejúſque concidit vultus. 6. Tum
Caini Jehova, quare, inquit, iraſceris, vultúſque tuus concidit? 7. Nonne, ſi be-
ne te geſſeris, dignitatem *tueberis*, ſin autem bene te non geſſeris, peccatum *eſt* ad
fores? Quieſce, & curſus ejus erit ad te, túque ei dominaberis.

8. Dixit

Deus ſibi Habelis munera accepta eſſe, 5. Caïnis vero non placere ſignificavit. Quo facto, Cain in fratrem, qui natu minor cùm eſſet ſibi præferebatur, invidiâ flagrare cœpit; nec recenti irâ animi dolorem diſſimulabat, 6. cùm Deus increpitum bono animo eſſe juſſit; 7. modò enim virtutem, ut par erat, coleret, fratri eum, primogeniti jure, prælatum iri: ſin verò in fratrem quidquam minùs humanum deſignaret, paratas eſſe quas lueret pœnas; ergo, ſi vellet primogeniti dignitatem tueri, quieſceret.

8. Hoc

agricola dumtaxat, qualis erat Cain, ageretur, admitti poſſet, at paſtoritiæ vitæ non convenit.

Oblationem] Hoc factum vult *H. Grotius*, non ullo Dei juſſu, ſed dictante ratione, honorem Deo etiam conſpicuum habendum; idque optimè fieri poſſe, datis Deo iis, quæ homini ſunt cariſſima. Multi & Chriſtiani Vett. & Judæi paria ſenſerunt, ut oſtendit *Guil. Outramus* de Sacrificiis Lib. I. Cap. I. At alii Dei mandato ſacrorum horumce originem adſignant, ad quos libentiùs accedimus; quòd illo rerum initio, certè poſt admiſſum peccatum, rudiores fuiſſe homines videantur, quàm ut ſponte ſuâ Dei beneficentiam & potentiam externis ritibus agnoſcendas, ſtatuerent. Deus qui ἔνεμεν αὐτοὺς αὐτὸς ἐπιστατῶν *paſcebat eos, erátque eorum ipſe præſes*, ut *Plato* de aurei ſæculi hominibus loquitur, videtur hoſce ritus homines, ne, lapſu temporis, Creatoris ſui obliviſcerentur, edocuiſſe.

E fructu terræ] An ſegetes, an verò alii fructus intelligantur parum conſtat. Sed ſi ex Hebræorum lege hæc ſunt exponenda, ſegetes intelligendæ erunt, eæque in farinam tritæ, & eam in popana ſubactam. Vid. *Guil. Outramum* de de Sacrificiis Lib. I. Cap. 8.

4 *E primogenitis atque adipe*] Quia κρεωφαγία ante diluvium ignota fuiſſe videtur, ut diximus ad Cap. I, 29. ideò cenſet *H. Grotius* victimas nullas tum fuiſſe mactatas, cùm nihil Deo ſacrari ſoleat, niſi quod in uſu ſit hominum. Uti hanc non repudiarim rationem, ita aliam quam non adtingit haud leviorem crediderim, quæ ex raritate pecudum petitur. Cùm enim initio illo tenues eſſent greges boum, ovium, ac caprarum, vix eſt credibile beneficum Numen eos in honorem ſuum, hominúmque detrimentum voluiſſe minui. Ea de cauſa Triptolemus leges tulit, Ζῷα μὴ σίνεσθαι, *animalibus non noceri*: Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, *Deos fructibus colere*. Quibus ſimilia ſanxit etiam diu poſtea Dracon, qua de re vide *Porphyrium* Lib. IV. de Abſt. §. 22. *Varro* de R. R. L. II. Cap. 5. de Tauro: *hic ſocius hominum in ruſtico opere & Cereris miniſter. Ab hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, ut capite ſanxerint, ſi quis occidiſſet. Qua in re teſtis Attice, teſtis Peloponneſus.* Vid. *Ælian.* Var. Hiſt. Lib. V. Cap. 14.

Quod *de primogenitis* obtulit Abel, Id vir ſummus lanam ovium eximiæ magnitudinis ac formæ fuiſſe vult (quod aliquot exemplis, ubi בכור bchor, *primogenitus*, ſignificat quod in ſpecie ſua eximium, comprobat) חלב *hheleb* verò idem ac *hhalab* eſſe cenſet, interpretatúrque *lac*, auctoribus LXX Int. qui variis in locis Moſaïcorum librorum ita Hebraïcam verterunt vocem, ut Geneſ. XVIII, 8. aliis paſſim adſentientibus Interpretibus.

De voce חלב, quæ æquè *hhalab* ac *hheleb* punctari poteſt: & fortè, utrovis efferatur modo, & *lac* & *pinguedinem* æquè ſonat, viro magno litem movere nolim. Sed mallem vocem בכורות *bchoroth* ſenſu interpretari proprio, ut ſit hîc ἓν διὰ δυοῖν *de primogenitis pecudum ſuarum, & de adipe earum*, ἀντὶ τοῦ *de adipe*, aut *de lacte primogenitarum pecudum*. Vide quæ de hac figura diximus ad Cap. III, 16. Infra *Abel ejúſque oblatio*, item *Cain ejúſque oblatio*, verſ. 4. & 5. dicuntur pro *oblatione Abelis & Cainis*. Hoc quoque credibile eſt monitum fuiſſe à Numine Cainem, aut etiam Adamum, placere primogenitarum pecudum lacte ſibi Sacra fieri; quo ritu homines ſe pecoris fœturam omnem, quæ primogenitarum ἀπαρχαῖς veluti continebatur, acceptam Deo referre ſollemniùs teſtabantur.

Ceterùm antiquiſſimi Ægyptii lac etiam Numinibus, eadem, ut videtur, de cauſa offerre ſoliti erant, quod teſtatur *Diodorus* Biblioth. Lib. I. Pag. 19. qui in Inſula Meroë, ad urbem Philas, ſeu Elephantinen, ubi ſepulcrum erat Oſiridis: ἑξήκοντα καὶ τριακοσίας χοὰς καθ' ἑκάστην ἡμέραν γάλακτος ἐκπληροῦν ἀνακαλουμένους τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα, *trecentas & ſexaginta choas, quotidie lacte implebant, invocantes Deorum nomina.*

4. *Abelem ejúſque oblationem*] Eſt, ut modò diximus, ἓν διὰ δυοῖν, *pro oblatione Abelis*, neque enim Abel Sacra faciens ab eo quod offerebat ſejungendus; quaſi præter Abelis pietatem, ſacrificium ejus propter ſe Deo acceptum fuerit.

Reſpexit] Satis quidem conſtat hac voce, gratam fuiſſe Deo Abelis oblationem, ſignificari. LXX verterunt ἐπεῖδεν & προσέσχε, quæ eodem recidunt, ut & Latinum *reſpicere*, quod exemplis oſtendi facile poſſet, ſi neceſſe eſſet. Vid. not. ad Cap. XXIX, 32. Sed quæritur unde Sacra facientes acceptáne eſſent, an parum grata, reſcire potuerint. *Theodotio* verterat ἐνεπύρισεν, hoc eſt, igne cœlitus demiſſo *incendit*, quo indicio Abelis oblationem gratam ſibi eſſe ſignificavit. Certè quin hoc ſequentibus ſæculis evenerit dubitarit nemo, qui legerit Levit. IX, 24. Jud. VI, 21. 1 Reg. XVIII, 38. 2 Paral. VII, 1. Si hoc ſigno propitium ſibi eſſe Deum non intellexit Abel, aliud æquè manifeſtum eſſe

opor-

8. Dixit deinde Caïn Abeli fratri ſuo * * * & cùm eſſent in agro, in Abelem fratrem ſuum inſurrexit, eúmque interfecit. 9. Tum Jehova Caïni: ubi eſt, ait, frater tuus Abel? Neſcio, ait ille, an ego ſum fratris mei cuſtos? 10. At *Deus*, quid

[a] Hoc audito, ſe cum fratre in gratiam rediiſſe ſimulat Caïn, nec eò ſeciùs à parentum tabernaculo ſeductum obtruncat. [b] Fraternâ cæde cruentum Deus, ubi Habel eſſet rogat; at ille homicidium mendacio tegere conatus ſe ſcire ubi eſſet, aut cuſtodem fratris conſtitutum eſſe negat. [c] Deus

oportuit, cum Caïn an litaſſet, necne non dubitarit, ſed accepta non fuiſſe ſacra ſua probè cognorit.

5. *Cainem ejúſque oblationem*] Id eſt, ut ad antecedens comma dicebamus, *oblationem Caini.*

Non reſpexit] Hoc eſt, eadem ſervatâ Metaphorâ, *averſatus eſt.* Ut quando alicui favemus eum libenter videmus, ad eum oculos non ſine voluptate convertimus, unde fit ut *reſpicere* idem ſonet interdum, ac *favere*: ita alicui infenſi, eum ne reſpicere quidem dignamur, ab eóque oculos avertimus; ideò *averſari*, aut *non reſpicere* neglectum, aut iram ſignificat. Vid. ad verſ. præcedentem.

Concidit vultus] Hoc eſt, cùm agnoviſſet oblationem ſuam non tanti fuiſſe apud Deum, quanti fuerat Abelis oblatio, ſe minoris fieri ſenſit. Haud abſimilis occurrit loquutio, Nehem. VI, 16. ubi Nehemias de Judæorum inimicis, cùm murum abſolutum eſſe Jeroſolimæ comperiſſent: *hoc cùm viderunt omnes finitimæ gentes, conciderunt* (יפלו *jippbelou*) *in oculis ſuis, cognoverúntque opus hoc à Domino factum eſſe.* Hoc eſt, de ſe modeſtiùs ſentire cœperunt, vel minùs ſuperbire. Ut autem quibus omnia ex voto cedunt, ii erecto capite incedunt, unde fit ut *erecto vultu* eſſe ſecundas res ſignificet (Vid. Job. XI, 15. & XXII, 26.) ita quos ſuæ ſortis pœnitet, ii dici poſſunt *demiſſo vultu* incedere, ſeu hoc faciant re ipsâ, ſeu iis verbis à corpore tranſlatis animi ſignificetur adfectus. Alexandri Macedoni milites, tantorum itinerum & præliorum pertæſi, cùm eos in longinquiores regiones ducere vellet Alexander, eorúmque animos oratione excitare conaretur, *in terram demiſſis capitibus tacebant*, quæ verba ſunt *Curtii* Lib. IX. Cap. 2. Vid. & eumdem ſcriptorem Lib. V, 5. & IX, 3. ubi ſimilia exempla.

7. *Dignitatem tueberis*] Heb. שאת *ſcheeth*, qua de voce dicemus ad Geneſ. XLIX, 3. Addidimus *tueberis*, quaſi ſubaudiretur תשמר *thiſchmor* aut quid ſimile; quòd cùm hîc, ut Cap. XLIX, de primogenito agatur, exiſtimaverimus ſenſum eſſe divinæ admonitionis, quem in Paraphraſi expreſſimus, & quo nullus alius verbis eſt Hebraicis convenientior, & re ſimplicior. Si Caïn conatus eſſet virtute antecellere fratrem, quem ætate ſuperabat, πρωτοτόκια conſervaſſet, neque Deo minùs acceptus fuiſſet. Hoc ipſum ſignificant ultima commatis verba: *curſus ejus erit ad te, tuque ei dominaberis*, ut ſtatim oſtendemus.

LXX. Intt. τὸ שאת crediderunt eſſe infinitivum, & cùm ex occaſione ſacrificii hæc dicantur, verterunt: οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς; *annon ſi rectè obtuleris*, quaſi Hebraicæ voces ad verbum verti deberent: *annon ſi rectè feceris offerendo.* Sed נשא nuſquam offerre in V. T. ſignificat.

Vulgatus Int. *recipies*, ac ſanè נשא *naſcha* accipere interdum ſignificat. Sed שאת nonniſi violenter verti poteſt *recipies.* At hic Int. in locis difficilibus, veluti Alexandrum imitatus, nodos, quos non poteſt ſolvere, audaci interpretatione ſenſûs ſecat. Hinc in *Quæſt. Hebraicis* aliò confugit, interpretatúrque hoc pacto: *Nonne, ſi bene feceris, dimittetur tibi omne delictum tuum, ſive, ut Theodotio ait*, acceptabile erit? *Munus tuum ſuſcipiam, ut ſuſcepi fratris tui.*

Onkelos etiam habet ישתבק לך jiſchthebech lach, *condonabitur tibi*, quem ſenſum & reliqui Intt. Chaldæi, & plerique ex recentioribus ſequuti ſunt. Nec negari poteſt quin verbum נשא, ubi de peccato ſermo eſt, *condonare* ſignificet. Attamen שאת nuſquam *veniam* ſonat.

Peccatum ad fores] *Peccatum* hîc eſt pro pœna peccati, ut ſæpe alibi. Vid. infra Cap. XIX, 15. *Ad fores* autem eſſe id dicitur, quod imminet aut paratum eſt. Ita ſumitur ἐπὶ θύραις Matth. XXIV, 33. & πρὸ τῶν θυρῶν Jacob. V, 9.

LXX. Intt. לפתח *lappbethahh*, ad fores, extulerunt *lephatsheahh*, in dividendo, vertérúntque διέλῃς *diviſeris*, hoc ſenſu: *nonne ſi ritè obtuleris, ritè autem non diviſeris, peccaſti?* quaſi Caïn non potuerit dici ὀρθῶς προσενέγκαι *ritè obtuliſſe*, aut bene Sacra Deo feciſſe.

Quieſce] Heb. רבץ *robets* quod eſt participium *Benoni*, & ſignificat *quieſcens* aut *cubans.* LXX habent tamen ἡσύχασον *quieſce*, ſeu legerint *rbats*, in Imperativo; ſeu participium loco Imperativi habuerint, in Lingua, cujus modi & tempora paſſim confunduntur; ſeu ſubintelligendum eſſe תהי thehi, *eſto*, ut aliæ Futuri perſonæ Participiis ſæpe adjiciendæ (Vid. inf. Cap. VI, 17. Deut. II, 2. 2 Reg. IV, 16.) exiſtimarint. Nos eos ſequuti ſumus, quòd non putaremus cum nomine חטאת *bhatath* fœminini generis, ſine ulla ratione, participium poſſe conjungi maſculinum. Non negarim tamen terminationes fœmininas qualis eſt חטאת interdum maſculini tamen eſſe generis, cùm in ſingulari, tum in plurali. Vid. Eſai. LIX, 2. Poſſet etiam fieri ut vocem חטא *bhet*, quæ maſculini, ſine dubio, generis eſt, in animo habuiſſet Moſes; quales conſtructiones apud optimos Scriptores Græcos & Latinos occurrunt. Sed ſequentia & antecedentia multò meliùs, ut interpretati ſumus, cohærent.

Ad vocem רבץ quod attinet, etiamſi pecudum humi procumbentium quietem plerumque ſignat, de quiete etiam hominum cùm animi, tum corporis uſurpatur, ut Job. XI, 19. רבצת rabatſtha *cubabis*, aut *quieſces, nec quiſquam terrebis.* Eadem radix apud Arabas eſt *exſpectare*, quod huic loco non malè convenit.

Curſus ejus] Hoc eſt, Abelis fratris, cui pri-

quid feciſti? inquit, vox ſanguinis fratris tui clamat ad me è terra. [11] Nunc igitur, quod adtinet ad terram, quæ aperuit os ſuum ad ſanguinem fratris tui è manu tua excipiendum, maledictus eris. [12] Quando tellurem colueris, virtutem ſuam

[10] Deus verò fruſtra eſſe, qui ſe facinus fugiſſe crediſſet; effuſumque fratris ſanguinem abs ſe, humanæ ſocietatis vindice, ultionem expoſcere docet. [11. 12] Ideóque, quamvis propter hominum raritatem, pœna capitis, quam commeruiſſet, remitteretur, poſthac terram, quam Habelis cruen-

primogeniti jure imperare debuit Caïn. Quamvis proximè non præcedat nomen Abelis, tamen genus vocis חטאת *bhatath* ſatis oſtendit *ſuffixum* maſculinum ו eò non poſſe referri. Suprà quis ſit hujus loquutionis ſenſus ad comma 16. Cap. III. ubi de auctoritate, quam Deus Adamo in Hevam conceſſit, docuimus. Hîc primogenito filio in minores natu haud abſimile jus conceditur, atque hinc fit ut tanti facerent Hebræi τὰ πρωτοτόκια; ut ex hiſtoria Jacobi liquet. Igitur Deus Caïnem monet, ne quidquam moveat in fratrem, cùm, ſi modò bene ſe gerat, in eum jus primogeniti ſit habiturus.

8. *Dixit deinde Cain*] Quia in Maſſoretharum Codice non ſequitur quid Abeli dixerit Cain, viri doctiſſimi qui hunc Codicem omni mendo carere volunt, verterunt: *& loquutus eſt Cain Abeli*, &c. quaſi antea, cùm iram præ ſe ferret in fratrem, eum alloqui dignatus non ſit; deinde verò, diſſimulato odio, quaſi placatus cum eo ut antea colloqui rurſus cœperit. At nullum ſimile exemplum adferunt, ubi ויאמר אל פלוני *vajjomer el phloni*, ſignificet, *locutus eſt cum aliquo*, non verò *dixit alicui*. Loca Pſ. IV, verſ. 5. & CXXXIX, 20. ſimilia non ſunt, & in iis אמר *amar*, non *loqui*, ſed *cogitare* ſignificat.

Alii ſubintelligunt הדברים האלה *haddebarim haelleh*, hoc eſt, *res illas*, quaſi Moſes vellet Caïnem dicta Dei Abeli retuliſſe; quod in tanta ira veriſimile non eſt.

Nos igitur optimas Editiones Hebraïcas, quæ hîc lacunam duobus orbiculis eſſe ſignificant, ſequi maluimus. Imò & ipſi Maſſorethæ notâ ad marginem poſitâ, „ deeſſe quidpiam fatentur: כח פסו' פסק' באמצע' פסוק, hoc eſt, *viginti octo verſus mutili ſunt in medio verſûs*, hoc eſt, viginti octo, ex Maſſoretharum ſententia, eſſe in Scriptura loca, ubi ſunt ejuſmodi lacunæ. Exemplum rurſus occurret infra XXXV, 22. Rem extra dubium collocat Samariticus Codex, qui habet נלכה השדה *nelecha haſſebade*, *eamus in agrum*, & LXX, quos ſequitur Vulgatus: διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον, *egrediamur foras*.

In agro] Opponi videtur hîc ager *tentorio*, neque enim tum erant urbes, quæ *agris* opponi poſſent: Ita & infra XXIV, 63. Iſaacus è tentorio dicitur *in agrum egreſſus*. Non videntur quidem *Cain* aut *Iſaacus* ejuſmodi loquutionibus uſi; ſed Scriptor Sacer, quod & alibi obſervavimus, res antiquas verbis ſui ævi expreſſit. Qui enim vixere in urbibus *agrum* vocant locum extra mœnia, at ita non loqueretur qui numquam mœnia vidiſſet, ut Cain, eo tempore.

Ubi eſt frater tuus] Ejuſmodi ſciſcitationibus, ubi, an qui commiſit facinus, id defenſurus ſit, videre volumus, utimur. Moſes, ut ſemper, ita hîc ἀνθρωποπαθῶς Deum inducit loquentem.

10. *Vox ſanguinis fratris tui clamat*] Heb. *Vox ſanguinum f. t. clamantium* צעקים *tſobukim*. Volunt Hebræorum Grammatici, interdum ſubſtantivis ſubjectum adjectivum convenire cum poſteriore numero aut genere, etiamſi deberet cum priore. Sic Exod. XXV, 5. *pelles arietum rubro tinctorum*, ſunt *pelles rubro tinctæ*. Sed ut id ſit Linguæ Sanctæ Idioma, qui Samariticum Codicem non adſpernantur, locum hunc Geneſews inter ejus exempla recenſeri oportere negabunt; quia in eo Codice legimus in præterito צעק *tſabak*, clamavit. Si aut hæc lectio, aut allata regula vera eſt, inanis ſit oportet eorum Rabbinorum interpretatio, qui pluralem numerum, ut quæ ex Abele naſcitura erat poſteritas unà cum illo intelligatur, adhibitum eſſe cenſent; aut nodum hîc in ſcirpo quærunt.

Clamat] Hoc eſt, vindictam poſtulat. Nam clamore Dei atque hominum fidem, gravi injuriâ adfecti, implorare ſolent. Vide ad Cap. XVIII, 20, 21.

11. *Quod adtinet ad terram*] Heb. מן האדמה min-haadama, *è terra*; hoc eſt, maledictio tibi ex ipſa terra eveniet. Vid. ad Cap. XLIX, 25. In ſequentibus quæ ſit hæc *ex terra* maledictio docet Moſes, unde diſcimus *maledictum eſſe ex terra*, & *terram propter aliquem eſſe maledictam*, phraſes eſſe ἰσοδυνάμους. Vid. ſup. Cap. III, 17, 18.

12. *Virtutem ſuam tibi non ampliùs exſeret*] Heb. *non addet dare*; hoc eſt, inſitam fructuum alendorum & augendorum facultatem non ampliùs exſeret.

Vagus & profugus] Heb. נע ונד *nab vanad*, quæ voces idem, ſecundum pleroſque Intt. ſignificant. Atque ea interpretatio cùm conſtanti ſignificatione harum vocum, ubicumque occurrunt (ſi excipias נע quod *vacillare*, inſtar ebrii, quacumque de cauſa, ſignificat) nitatur; mirum eſt LXX. Intt. qui eas haud raro, præſertim vocem נע, bene verterunt, hîc tranſtuliſſe στένων καὶ τρέμων, *gemens & tremens*. Ex conjectura fortè Hebraïca vocabula Græcè expreſſerunt, prout rei convenientiſſimum putarunt; & cùm non ſatis caperent quodnam eſſe poſſet Caïnis exſilium, quem in illa humani generis paucitate ab aliis ſejunctum vivere par non videbatur, *ſuſpiria & tremorem* exſilio ſubſtituerunt. Attamen hîc ſpeciem aliquam exſilii Caïnem pati potuiſſe oſtendemus.

Non abs re erit hîc obiter obſervaſſe, inter Græcos alióſque populos, antiquiſſimis temporibus, exſilium homicidii pœnam fuiſſe. Sic Medon Ajacis frater exſulatum ivit in Phylacen,

— Γαίης ἄπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτὰς,

à terra patria, homine occiſo. Qualia plura exempla ſunt apud Homerum, quæ collegit *Ev. Feithius* in Ant. Homericis Lib. II. C. 8. *Telamon Æaci* filius *Phocum*, fratrem à ſe præ invidia occiſum, apud *Apollodorum* Lib. III.

Cap.

ſuam tibi non ampliùs exſeret; vagus & profugus in terra eris. 13. Tum Caïn Jehovæ; majus eſt, inquit, ſcelus meum quàm ut condonetur; 14. ecce hodie me ex hac regione ejeciſti, *procul* à conſpectu tuo me abdam, profugus ac vagus per terram ero, &, quicumque in me inciderit, me occidet. 15. Dixit verò ei Jehova:

cruentaſſet ſanguine, improbo labore colenti vim ſolitam non exſerturam, dixit Deus; eumque in exſilium abire è parentum ſedibus juſſit. 11-14. Tum Caïn denunciatâ pœnâ mirum in modum perculſi, perindéque eſſe ac ſi capite pœnas lueret dicere; quandoquidem procul à parentibus locíſque, in quibus Deus præſentem ſe oſtenderet, vitam agentem quivis ex Adami liberis, ob cædem Habelis ſibi infenſis, incautum nullo negotio interfecturus eſſet. 15. Igitur Deus, quicumque Caïnem

Cap. II. κομίσας μετὰ Πηλέως κρύπτει κατά τινος ὕλης, φωραθέντος δὲ τοῦ φόνου, φυγάδες ἀπὸ Αἰγίνης ὑπὸ Αἰακοῦ ἐλαύνονται, *ablatum cum Peleo occulit in quadam ſylva, deprehenſâ verò cæde, exſules ex Ægina ab Æaco pelluntur.* Hoc exemplum Caïnis facto & pœnæ ſimile Feithianis addere libuit.

13. *Majus eſt ſcelus meum, quàm ut condonetur*] Cùm poſſemus etiam vertere: *majores ſunt ſceleris mei pœnæ, quam ut eas ferre poſſim*; nam עון *havon* & peccatum & pœnam peccati paſſim ſonat, & נשא *naſcha* propriè *ferre* ſignificat; maluimus aliter transferre, quod meliùs hæc, prout tranſtulimus, cum ſequentibus cohærere videantur, ut ex Paraphraſi noſtra liquebit. Quin autem fuerint liberi alii Adamo, ſaltem ſequioris ſexûs, dubitare nos non ſinit comma 17. ubi de uxore Caïnis. Fuere fortè & Abeli liberi, quamvis de ejus connubio ſilent Scriptura, quia ex tam brevis compendii ſilentio nihil certi colligi poteſt. Potuere autem Caïnis ſorores, ei indignatæ quòd Abelem interfeciſſet, alicubi ſopitum ſomno, aut alioquin incautum opprimere. Potuere Abelis liberi, ſi qui fuere, patris mortem inultam ſinere nolle.

14. *Ex hac regione*] Heb. מעל פני האדמה mehal phne haadamah, *ex facie regionis.* Voces ארץ & אדמה cùm & globum Telluris, & regionem etiam parvam ejus globi ſigneut paſſim, interdum ambiguitatem haud exiguam pariunt. At hîc quin regio, in qua ſedes habebat Adamus, ſignificetur dubitari nequit, ideóque τὸ ה ita tranſtulimus, quaſi ſcriptum fuiſſet: האדמה הזאת ἐκ ταύτης τῆς χώρας.

A conſpectu tuo] Heb. *à facie tua*, Hebraiſmo frequentiſſimo. Regio, in qua conſederat Adamus, videtur dici *in conſpectu Dei*, quòd Deus eam potiſſimùm tueretur, atque in ea ſola, cùm alibi nuſquam eſſent homines, ſæpe Adamo, ejúſque familiæ oraculis ſe præſentem indicaret. Cùm Paradiſi incola Adamus eſſet, id nemus erat *in conſpectu Dei*; & fortè ex antiquiſſima fama, quæ, cùm apud Hebræos ſcriptis ſervata eſſet, apud finitimos etiam obtinere potuit, nomen impoſuerant urbi Hedenicæ regionis πρόσωπον Θεοῦ *Facies Dei*, cujus meminit *Strabo*, in Syriæ Tripolitanæ deſcriptione, Lib. XVI. pag. 519. Promontorium ita vocat etiam *Ptolemæus* Lib. V. Cap. XV.

Quicumque in me inciderit] Heb. *me invenerit*, ſed ita non loquuntur Latini. Deſignat Adami familiam, quæ ei infenſa erat. Si abiero, inquit, hinc ubi aut tu, ô Deus, aut Adamus pater, atque Heva mater præſentes ne interficiar impedituri eſtis, clam aliquis me occidet. Veriſimile eſt Adamum noluiſſe Caïnem occidi, uti nec voluit Deus, quantumvis capitis reum, ſobolis causâ, ad humani generis propagationem; ut rectè conjecit *H. Grotius* de J. P. & B. Lib. I. Cap. 2. §. V. Voluntatem autem Adami legis inſtar ejus liberis fuiſſe credibile eſt, adeò ut ſi Caïn ſub Patris oculis vitam egiſſet, nullus ex familia ejus Caïnem violare fuiſſet auſus. At in locis remotioribus, & inſidiis opportunioribus, faciliùs clam Adamo obtruncari potuit, cadavérque ejus celari, & à feris abſumtum fingi. Fraus etiam aliqua ſubeſſe poterat, ut ſi quis inter virgulta Caïnem feræ pelle indutum interfeciſſet, & ſe Caïnem agnoviſſe negaſſet. Hinc ipſe Caïn, cùm fratris interficiendi conſilium agitaret, *in agrum*, hoc eſt, in locum à Tabernaculis Parentum & Sororum remotiorem ſeduxit.

15. *Ideò*] Heb. לכן *lachen*, hoc eſt, ut ne occidaris, vel ne timeas, ideò, &c. ſenſu perſpicuo. Itaque & LXX. & Vulg. videntur perperam conjeciſſe legendum לא כן, cùm verterunt οὐχ οὕτως *non ſic*.

Septuplò majores pœnas luet] Heb. *Septuplò vindicabitur* aut *punietur*. Seu vertatur vox שבעתים *ſchibbathajim*, *ſepties*, ſeu *ſeptuplò*, eodem res redit, ſed poſterius cum Vulg. Int. maluimus, quia clarius eſt. Idem obſcuriùs dixerunt οἱ LXX. ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, ubi vox παραλύειν, quæ *liberare* vulgò ſignificat, ἀντὶ τοῦ *luere* ſumitur; niſi fortè ſcripſerint παραδώσει *ſubibit*, quæ loquutio, ſine exemplo licèt, Analogiæ convenientior eſt.

Septuplum autem ſupplicium pro multiplici hîc ſumi videtur, ut ſæpè, in Scriptoribus Sacris, ſeptenarius numerus pro incerto, ſed pro rei natura, non exiguo occurrit. Vid. Pſalm. XII, 7. CXIX, 164. Prov. XXIV, 16. Vult ergo Moſes eum qui Caïnem occidiſſet, graviſſimas pœnas laturum. Alii eum quidem admittunt ſenſum, ſed volunt verbum יקם *jukkam*, quod vertimus *pœnas luet*, verti *vindicabitur*, ita ut ea vox ad Caïnem referatur, quaſi hæc ſit ſtructura orationis: *aliquo Caïnem interficiente* (כל הרג קין, Ablativo abſoluto) *vindicabitur*, Caïn, nimirum. Exempla ſunt ejuſmodi Ablativi 1 Sam. II, 13. 2 Sam. XIX, 8. 2 Reg. VII, 2. & alibi. Ajunt נקם paſſivè ſumptum nuſquam de eo qui injuriam fecit propterea̍que plectendus eſt, ſed ſemper de injuria adfecto, propter quem ſumenda eſt ultio, adhiberi. At exemplum exſtat 1 Sam. XVIII, 25. etiamſi conſtructio non eſt prorſus eadem, nam eſt להנקם באיבי lehinnakem beojebe, *ad ultionem ſumendam in hoſtibus Regis*; ad cujus exemplar oporteret hîc eſſe: בכל הרג *bchol horeg* יקם *jukkam*. Verùm ne dicam נקם in activo ſignificatu paſſim *punire* ſignificare, ideóque

va: ideò quicumque Caïnem occiderit ſeptuplò majores pœnas luet; poſuítque Jehova ſignum in Caïne, ne quicumque in eum incideret hominem interficeret. 16. Dein egreſſus eſt Caïn è conſpectu Jehovæ, ſedéſque ad orientem Hedenis, in terra Noditide, fixit.

17. Co-

nem occideret, eum ſeptuplò majores luiturum pœnas, audientibus reliquis hominibus, dixit; néve quiſquam imprudentiam cauſaretur, ac inter virgulta latentem pro fera interfectum à ſe fuiſſe diceret, Caïnem, exutâ ferinâ pelle, veſtem quâ facilè dignoſci poſſet induere voluit. 16. Quo peracto, Caïn agris, in quibus parentes tendebant; & ubi Dei vocem audire ſolitus erat, relictis, in vicinas ſilvas, ad orientem Hedenis etiam ſitas, conceſſit; qui terrarum tractus propterea *terra Noditis*, hoc eſt, exſilii regio, dictus eſt.

19. Eo

que ἀναλογικῶς paſſivè *puniri* poſſe verti, eodem redit ſenſus.

Hæc autem à Deo dicta eſſe coram aliis oportet, ut ſibi omnes à Caïne obtruncando caverent; minarum enim ignotarum nullus fuiſſet metus.

Signum] Signum adhibetur, ne quis alius eſſe putetur, quàm eſt. Sanguis impoſitus foribus *ſignum fuit*, quo Iſraëlitarum ab Ægyptiis internoſcerentur domus, Exod. XII, 13. Coccineum textum ſignum fuit, quo conſpecto, domui Rahabæ pepercerunt Iſraëlitæ, in Jerichuntis exſcidio. Signantur apud Ezekielem Cap. IX, 4. pii, quos ſervare ſtatuerat Deus in Jeroſolimitana ſtrage. Erátne ergo aliquis, quem interficere liceret, à quo ſecernendus eſſet Caïn? vix credibile eſt. Deinde in tanta hominum raritate, haud ægrè ab aliis omnibus ſecerni potuit. Fortaſſe ergo, ut indicavimus, non modò ab ira eorum, qui Abelis memoriam colebant, ſibi metuebat Caïn; ſed etiam ne dum in locis ſolis vagatur, atque inter virgulta quieſcit, ab incautis, nec ſimias, aut alias feras è longinquo ſatis ab hominibus ſecernentibus occideretur. Hinc Deus ante omnia graves pœnas Caïnem prudentibus occiſuris interminatur; deinde etiam, ne fortè imprudentes tela in eum mitterent, inſigni aliquâ veſte tectum incedere jubet. Cùm tunc temporis homines ferinis pellibus induti eſſent, facilè potuit homo inter virgulta recubans, præſertim procul ab iis locis, in quibus humanum ſedes poſuerat genus, pro fera telis peti. Nota eſt *Cephali* & *Procridis* fabula; notum eſt *Cyanippi* Theſſali uxorem ſimili caſu, ut auctor eſt *Plutarchus* in Parallelis, à canibus laceratam fuiſſe; nec deſunt in veris hiſtoriis hominum, pro feris occiſorum, exempla. Poterat & hîc fraus aliqua eſſe; ſi quis enim, ulciſcendi Abelis cupidine, Caïnem interfeciſſet feræ pelle tectum, etiamſi prudens occidiſſet, potuiſſet dicere eâ pelle ſe fuiſſe deceptum. Igitur ut ejuſmodi fraudi obviam iretur, Deus veſte dignoſcendâ Caïnem indui voluit. Hoc Moſes hiſce vocibus: *poſuit Jehova in Caïne ſignum*, expreſſiſſe videtur, quemadmodum ſupra Cap. II, 21. *induiſſe tunicis pelliceis* Adamum Hevámque dicitur. Juſſit, nimirum, Caïnem ejuſmodi veſtem inſignem induere.

16. *Egreſſus eſt Caïn.*] Hoc eſt, abiit ex eo loco, quem incolebant Parentes, & in quo Deus ſe reſponſis præſentem ſignificabat, veluti in exſilium; cùm eorum primogenitus, & heres cum iis vitam degere debuiſſet. Vid. Gen. XXV, 6. Non videtur autem Caïn ſolus egreſſus ſedibus paternis; uxorem, de qua in ſequentibus, ſecum duxit, ſeu ex ea Hanochum jam progenuiſſet, ſeu adhuc liberis eſſet deſtitutus. Alioquin eum ad Parentes, petendæ uxoris causâ, redire oportuiſſet.

Ad orientem Hedenis] Heb. קדמת עדן *Kidmath Heden.* Hoc eſt, haud procul à ſedibus paternis, quæ ad Orientem etiam Hedenis erant. Cap. III, 24. At LXX. Intt. κατέναντι Ἐδὲμ *è regione Hedenis*, quæ interpretatio ita admitti, ut ne priori fraudi ſit, poteſt. Nam & hoc modo vocem קדמה interpretati ſumus Cap. XI, 54. & aliis in locis hoc ſenſu ſumi ſatis conſtat.

In terra Noditide] *Nod.* Nomen quaſi proprium retinuimus, ſi enim appellativum eſſet, legi oportuiſſet נודו *nodo*, *in terra & vagari ejus*; hoc eſt, in qua, relictis paternis ſedibus, vagari cœpit. Vid. Pſ. LVI, 9. ubi exſulantis Davidis errores eâ voce ſignantur. LXX Intt. habent Ναίδ, quaſi legiſſent ניד cum Jod, *najid*, quæ vox derivatur à נוד *noud*, ut ἀπὸ צוד *tſoud* fit ציד *tſajid*, *venatio*, aliáque ſimilia. Vulg. habet *profugus*, ſeu ille, cum Samaritico codice, legerit נד *nad*; ſeu hîc, ut alibi, Analogiam grammaticam ſpreverit.

17. *Poſtea Caïn* &c.] *Et fuit ædificans urbem & vocavit nomen urbis de nomine* &c.

Urbem] Vel ex hoc loco, accuratum ordinem in hiſce non ſervari liquet, ut quæ ſtatim poſtea narrantur paullò poſt eveniſſe colligere liceat. Etenim à Caïne condi urbs non potuit, antequàm numeroſâ auctus eſſet ſobole, cùm urbs ſine incolis non condatur. Satis quidem credibile eſt quod *urbs* vocatur, tenuem fuiſſe caſarum collectionem, maceriâ fortè, aut ſepe viridi cinctam; ſed ſaltem aliquot incolas cepit; nec fortè ante ſextam ætatem, oppidulum hoc fuit conditum, aut adversùs feras, aut adversùs alios Adami liberos, quos timebat Caïn. עיר hir, *urbs*, Hebræis dicitur vel unum ædificium, à ceteris ſejunctum foſsâ, aut aliquo ſimili munimento. Ita Sionis arx paſſim *urbs Davidis* vocatur, 2 Sam. V, 7.

18. *Natus eſt Hanocho Hirad*] Hîc & in ſequentibus, recenſentur tantùm primogeniti filiorum, ut ætatum conſtet numerus, non ut omnes aut pleroſque Caïnis noſcamus poſteros. Vetuſtiſſimi populi ſolebant κατὰ γενεὰς tempora ſua diſponere, quas ad definiendas, ſingulæ ſufficiebant perſonæ. Hac de re rurſus aliquid ad Cap. V, 1. dicemus.

19. *Duxit is Lamech*] Circumſtantia eſt è veteri Hiſtoria petita, cum iis quæ ſequuntur. Quare hujus orationis Lamechi meminerit Moſes, verborum alioqui mirum in modum parcus, vix videtur veriſimilior ratio offerri poſſe

eâ,

[17.] Cognovit autem Caïn uxorem ſuam, *quæ* concepit & peperit Hanochum. Po-
ſtea *Caïn* urbem condidit, eámque de nomine filii ſui Hanochum appellavit. [18.] Na-
tus eſt Hanocho Hirad: Hiradus genuit Mehujaëlem: Mehujaël genuit Methuſaëlem:
Methuſaël genuit Lamechum. [19.] Duxit *is* Lamech duas uxores, *quarum* uni nomen
Hadæ, alteri Tſillæ fuit. [20.] Peperit Hada Jabalem, hic fuit pater habitantium in ta-
bernaculis, & pecus *alentium*. [21.] Nomen ejus fratris fuit Jubali, hic fuit cithara &
or-

[17.] Eo in loco ex uxore, quæ unâ exſulatum abierat, filium ſuſcepit *Hanochum*, cujus de nomine oppidulum, ubi cum libens plurimùm agebat, condidit. [18.] Natus eſt Hanocho *Hiradus*; Hirado *Mehujaël*; Mehujaëli *Methuſaël*; Methuſaëli verò *Lamechus*. Horum omnium longinquitas temporum nihil præter nomina poſteris transdidit, ſi Lamechum excipias, [19.] quem memoriæ proditum eſt duas uxores, Hadam & Tſillam, ex quibus prolem, inventis poſtea celebrem, ſuſcepit, duxiſſe. [20.] Ex Hada nati duo filii, quorum alter quidem, cui *Jabali* nomen fuit, primus, quod Scenitæ Nomades hodie factitant, nulla certa ſede, Hanocho urbe relictâ, nuſquam diutiùs morabatur, quam copiam illic pabuli pecudibus alendis inveniebat. [21.] Alter, haud admodum diverſo nomine, *Jubal* dictus.

eâ, quam viri eruditi ad alia loca ſuggerunt; nimirum, hæc è Veteris Hiſtoriæ fragmentis ſuperfuiſſe, quæ ſummâ fide Moſes poſteris, qualiacumque erant, transdiderit. Hinc porrò an primus πολύγαμος fuerit Lamechus, non ſatis conſtat; nec πολυγαμία eo initio magis vituperari potuit, quàm fratrum & ſororum damnantur matrimonia. Sive enim humani generis hoc poſtulaverit propagatio; ſeu earum, quas duxit Lamechus, alteri alius vir non fuerit, cui collocaretur, mulieribus viros numero ſuperantibus; ſeu quæcumque alia fuerit cauſa, in tanta hominum raritate, Moſes, quòd multis pòſt ſæculis Gentis ſuæ factitarunt ſanctiſſimi Patriarchæ, Lamecho vitio vertere non potuit.

20 *Pater habitantium* &c.] Hoc eſt, primus qui Nomadicam ſub tentorio egit vitam, quæ circa Palæſtinam multorum fuit populorum, & ipſorum etiam Iſraëlitarum, dum in deſerta Arabia fuere; Jacobíque, Iſaaci, & Abrahami; unde fortè factum eſt, ut Moſes hanc circumſtantiam omittere noluerit. Plinius de Arabiæ populis, Lib. VI. Cap. 28. *Nomadas inde, infeſtatoréſque Chaldæorum Scenitæ claudunt, & ipſi vagi, ſed à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur ubi libuit.* In calentibus illis regionibus, aliiſque humano cultu deſtitutis, populi in familias diviſi tamdiu tendunt in loco ubi ſunt, quamdiu pabuli copia eſt; quo deficiente, tentoria refigunt. De Scenitis Meſopotamiæ, quà ad meridiem vergit, incolis *Strabo* Lib. XVI ποιμενικοὶ μεθιστάμενοι ῥᾳδίως εἰς ἄλλους τόπους, ὅταν ἐπιλείπωσιν αἱ νομαί: *paſtoritiam vitam agentes, facilè in alia loca demigrant, ubi paſcua deficiunt.*

Pecus alentium] Heb. מקנה *mikne*, quod vulgò *pecus* ſignificat; ſed licèt vocem *alentium*, alio charactere edi curaverimus, eáque ſit, quam diximus, vulgaris ſignificatio; attamen hoc in loco crediderim, ſine Ellipſi verbi רעה rohe *paſcentis*, aut ſimilis, vocem hanc per ſe κτηνοτρόφων, ut habent οἱ LXX, ſignificare. Ita & Zachar. XIII, 5. verbum hoc in conjugatione Hiphil הקנני *hiknani*, ſignificat *me præfecit pecori.* Nec dubium eſſet ullum hanc eſſe vim vocis מקנה, ſi ita punctaretur, ut legeretur *makneh* aut *mkanneh*, ut eſſet participium *Pihel*, aut *Hiphil.* Nam dura eſt phraſis: *pater ſcenitarum & gregum*, ἀντὶ τοῦ *& paſtorum* ורעים *vrohim.*

21. *Cithara*] Heb. כנור *chinnor*, unde videtur factum Græcum κινύρα. LXX. Intt. eâ & voce κιθάρα paſſim Hebraïcum interpretantur vocabulum. Interdum etiam ψαλτήριον & ὄργανον. *Citharam* & *Cinyram* Græci vocarunt inſtrumentum haud diſſimile noſtris *Guittarris*, quo etiamnum & Græci & Arabes utuntur. Vid. *Pet. Belonii* Obſervationes Lib. III. Cap. 48.

Organo] Heb. עגב *huggab*, quod LXX. Intt. κιθάραν, ψαλτήριον & ὄργανον vertunt, unde colligere eſt, aut id inſtrumentum ſatis eis notum non fuiſſe, aut Græcis abuſos eſſe nominibus, cùm ὄργανον & κιθάρα immensùm diſtarent.

Originem verò Muſicæ, quamquam initio rudis, omittere noluiſſe videtur Moſes, ut oſtenderet mentiri Ægyptios; qui ejus inventionem *Thonthi* Ægyptio, amico *Oſiridis*, qui poſt diluvium vixit, acceptam ferebant. *Diodorus* Siculus Lib. I. p. 15. Ed. Rhodomannianæ, ex ſententia Ægyptiorum, λύραν εὑρεῖν, ἣν ποιῆσαι τρίχορδον, *lyram eum inveniſſe, eamque feciſſe trium chordarum*, auctor eſt. *Plato* etiam de Legibus. II. pag. 577. Muſicam Ægyptiacam, quam immutare non liceret, Θεοῦ ἢ θείου τινὸς, inventum eſſe vult.

22, *Thubal-kain.*] Dignum eſt obſervatu duas voces, quibus hoc nomen conſtat, apud Arabas ſignificare *laminam æris* vel *ferri*: תובאל *thubalon* & קינת *kaaaton*; quæ tamen voces Linguæ Hebraïcæ, quanta eſt in Sacris Libris, ignotæ ſunt, quamquam vix dubium eſſe poteſt, quin hæc vera ſit earum ſignificatio, ut ſequentia oſtendunt.

22. *Omne opificium*] Heb. חרש hhoreſch, *opificem*, unde alii verterunt: *erudiens omnem opificem æris & ferri*, ſed לטש *lataſch*, *polire*, *acuere*, ſignificat, nec metaphoricæ *erudiendi* notionis exemplum exſtat ullum. Quidquid id eſt, eodem res redit. LXX. habent: σφυροκόπος, χαλκεὺς (omiſſa voce כל *chol*, ex qua appareret malè tranſlatam eſſe voc לטש σφυροκόπον) χαλκοῦ καὶ σιδήρου. Vulgatus, conſtructionis grammaticæ neglector: *Malleator & faber in cuncta opera æris & ferri*, quaſi eſſet וחרש לכל מלאכות *vehhoreſch lechol mlachoth.*

Hoc quoque contra Ægyptios, à Moſe obſervatum credibile eſt. Illi in Ægypto, regnante Oſiride, dictitabant ἐν τῇ Θηβαΐδι χαλκουργεῖον εὑρεθέντων καὶ χρυσεῖον, ὅπλα κατασκευάσασθαι δι᾽ ὧν τὰ θηρία κτείνοντας καὶ τὴν γῆν ἐργαζομένους φιλοτίμως ἐξημερῶσαι τὴν χώραν, *in Thebaide æris & auri*

organo canentium pater. 22. Tſilla & ipſa peperit Tubal-caïnem, omne æris & ferri opificium expolientem. Tubal-caïni autem ſoror Nahama fuit. 23. Dixit *aliquando* Lamechus Hadæ & Tſillæ uxoribus ſuis: Audite vocem meam, dictis meis aures præbete, uxores Lamechi; nam virum propter vultus meum, adoleſcentem propter livorem meum obtruncarim; 24. quoniam *ſi* ſeptuplò Caïn, Lamechus ſepties majore pœnâ vindicabitur.

V. Adami

dictus, Citharam & Organum, quæ aliis poſt diluvium demum natis accepta perperam referunt nonnullæ gentes, primus pulſare cœpit. 22. Tſillæ filius *Tubal-Cain* ferri atque æris conflandi rationem, non alius recentior, ut iidem dictitant populi, invenit ac poſteris oſtendit. Huic fuit ſoror germana, *Nahama* nomine. 21. Proditum eſt etiam, in vetuſtiſſimo carmine, Lamechum violento ingenio, ultioniſque cupidiſſimum fuiſſe, adeò ut graves illas Caïnem interficiennbus denunciatas pœnas, præ vindicta quam ipſe de iis qui ſe injuria adficerent fumturus erat, leves futuras aliquando jactarit.

P A-

auri cudendi inventis artibus, arma eſſe facta, quibus occidendo feras & terram colendo, eam ſtudiosè cultiorem redderent, & quæ ſequuntur, apud *Diodorum* Lib. I. p. 14.

Ceterùm autem tractandorum metallorum, usque adeò difficilem, ſine Angeli cujuspiam opera, adiuveutam fuiſſe non puto, quod & de ceteris artibus jam indicavi ad Cap. III, 20. Rem optimè exprimas verbis *Gratii* Cyneg. verſ. 10.

Sed primum auſpicium Deus artibus, altáque circum
Firmamenta dedit, tum partes quisque ſequutus
Exegere ſuas, tetigitque induſtria finem.

23. *Nam virum*, &c.] An hoc ſit, quod ab uxoribus ſuis audiri vult Lamechus; an verò ratio quam profert, ut oſtendat impunè mandata ſua ſperni non poſſe, ut ſequentibus *quoniam ſeptulò*, &c. adtentionem conciliet, ambigua vocum ſtructura nos ſatis certò definire non ſinit. Sed utrumvis ſequamur, videtur hîc eſſe παροιμιώδης gradatio: *ſi adoleſcens mihi livorem, ſi adultioris quis ætatis vulnus feecrit, occidetur*. Cujus ſenſus eſt: & leviores & graviores injurias acerrimè ulciſcor, pro ratione eorum à quibus mihi inſeruntur. Similis loquutio exſtat Geneſ. XLIX, 6. Jactare vires ſuas videtur Lamechus, non quid fecerit dicere; neque enim Rabbinicæ fabulæ, ad obſcurorum locorum interpretationem fictæ, audiri poſſunt.

Non tamen prorſus *Oukeloſi* Paraphraſin ſpreverim, qui habet: *Non virum occidi, cujus causâ ego ferrem reatum; neque juvenem interemi, cujus causâ perderetur ſemen meum.* Voculam כי *chi*, quam vertimus pro ſolita ſignificatione *nam*, ille interrogandi particulam eſſe ratus eſt, quæ negationis ſæpe vim habet. Deinde לפצעי & לחברתי pœnas ſignare credidit, quibus ſe fatetur dignum, ſi crimina quæ memorantur admiſiſſet. Adludit ad Caïnem, ſed quod de poſteris ſuis addit, nihil ad rem facit. Itaque hoc rejecto, ſunt qui verti velint: *an virum interfeci in vulnus meum, aut puerum in livorem meum?* hoc eſt, ut ego vulnere aut verberibus plecterer. Sed quare interfecti pueri pœnas *livorem*, viri verò *vulnus* ſtatueret?

24. *Quoniam ſi ſeptuplò*, &c.] Quò hæ pertineant minæ ignotum eſt, minas tantùm eſſe conſtat; quibus ſignificat, ſi magnas de interfectoribus Caïnis ſumturum ſe pœnas minatus eſſet Deus, ſe multò majorem de iis qui ſe aliquâ injuriâ affeciſſent expetiturum ultionem. Ut enim *ſepties* numerum non parvum ſignificat, ita *ſeptuageſies ſepties* multò majorem. Sic quærenti Petro quouſque injuriâ nos afficienti condonare oporteret, an quidem ad ſeptimam injuriam, reſpondet Chriſtus: *non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuageſies ſepties* Matth. XVIII, verſ. 22. Ceterùm hîc prætermittendum non eſt hanc totam Lamechi orationem ὁμοιοτελεύτοις conſtare, quod præ oculis Lectori ponemus:

עדה וצלה שמען קולי
נשי למך האזנה אמרתי
כי איש הרגתי לפצעי
וילד לחברתי
כי שבעתים
יקם קין ולמך שבעה ושבעים

In ultimo verſu, legitur quidem in Codd. noſtris שבעים ושבעה, ſed præter Hebræorum morem, qui unitates decadibus præponere ſolent. Vide Cap. V, 17. & Grammaticos. Facilis fuit vocum adeò ſimilium Metatheſis. Credibile eſt multa quæ habet Moſes ex antiquiſſimis Carminibus hauſta eſſe, quibus memoriam rerum geſtarum, cùm nondum literas ſcirent, conſervarunt vetuſtiſſimi mortalium. De aliquot gentibus occidentalibus facilè hoc probari poſſet.

COM-

V. Adami ex Setho proſapia, ad Noachum uſque.

25. RUrsus uxorem ſuam cognovit Adamus, peperitque *ea* filium, quem nomine Seth appellavit; quia, *inquit*, alteram mihi ſobolem ſubſtituit Deus, pro Abele, quandoquidem interfecit hunc Caïn. 26. Deinde, & ipſi Setho natus eſt filius, dictúſque nomine Enos. Tunc temporis, de nomine Jehovæ, vocari cœptum eſt.

1. Hic

PARAPHRASIS.

25. POst Habelis cædem, Caïniſque exſilium, tertium peperit filium Heva, quem *Sethum*, hoc eſt, ſubſtitutum vocavit; quòd eam ſobolem, loco interfecti Habelis, ſubſtituiſſet Deus. 26. Sethus autem cùm adoleviſſet, inter alios liberus filium *Enoſum* ſuſcepit, cujus tempore in *filios Dei*, & *filios hominum* diſtinctis appellationibus dividi cœpit humanum genus.

1. 2. Adaj

COMMENTARIUS

In Caput IV.

25. R*Urſus uxorem ſuam*, &c.] Hæc non ita capienda ſunt, quaſi haud aliàs liberis operam navaverint Adamus & Heva; filias enim habuerunt, ut liquet ex verſ. 4. Cap. V. Nec credibile eſt, intra centum & triginta annos, quos natus erat Adamus quando Sethum genuit, tres ſolùm procreatos eſſe ab eo filios. Igitur hoc vult Moſes, inter alios liberos, poſt Abelis mortem, primum maſculini ſextûs natum ei fuiſſe Sethum.

Quia, inquit, alteram mihi ſobolem] Vox *inquit* non eſt in Hebraïco textu, ſed ſubita hîc eſt ab obliqua narrantis ad directam loquentis orationem tranſitio; qualis eſt Act. I, 4, 5. *Præcepit eis exſpectarent promiſſionem Patris: quam audiſtis à me.* Talia ſunt apud optimos utriuſque Linguæ Scriptores, ut apud *Xenophontem* Exped. Cyri Lib. I. pag. 251. Ed. Wechel. ubi obliqua oratio ita deſinit: ὧν πολλοὺς καὶ πολλὰ χρήματα ἔχομεν ἐσπακότες, *quorum multos habemus* (ἀντὶ τοῦ *habebant* ἔχοι) *multis cum opibus abreptos.*

Alteram ſobolem] Hoc eſt, aliam maſculini generis ſobolem, hæc enim dicitur in Hebræorum ſermone *ſemen*, ſeu *ſoboles* κατ᾽ ἐξοχὴν. Vid. Geneſ. XXI, 12, 13.

26. *Vocari cœptum eſt.*] Obſcuriorem locum ad verbum tranſtulimus, nam בשם *bſchem*, æquè eſt *de nomine*, ac *in nomine*. Poſterius Hebraïſmus eſt, prius Romanæ Linguæ idioma. LXX. Intt. habent: οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ, *hic ſperavit invocare nomen Domini Dei*, ſine ſenſu. Non modò legerunt הוחיל *hohhil*, aut ſaltem הוחל *hohhal*, eodem modo interpretati ſunt; ſed אז *az*, tunc, idem crediderunt eſſe ac זה *hazzeh*. Vulgatus: *iſte cœpit invocare nomen Domini*; cum Samaritico Codice legit הוחל *hehhel*, quæ eſt conjugatio Hiphil τοῦ חלל. Sed ſatis conſtat à Majoribus Enoſi invocatum fuiſſe Deum; nec qui volunt ab hoc publico Dei cultui initium eſſe factum, aut rei divinæ à Caïne, & Abele factæ meminerunt, aut in ipſa Hebraïca phraſi quidquam præſidii inveniunt.

Alii contrà vertendum cenſent: *tunc profanatum eſt in vocando nomine Jehovæ*, quia חלל interdum *profanare* ſignificat; idque eodem modo interpretantur ac ſi dixiſſet Moſes, nomen quod totius Univerſi Creatorem ac Dominum ſignat, rebus creatis impiè tributum. Quod innuiſſe volunt *Fl. Joſephum*, cùm per ſeptem ætates ſcribit homines unicum Deum OPT. MAX. διατελοῦντας εἶναι τῶν ὅλων ſenſiſſe, deinceps verò ἐκ τῶν πατρῴων ἐθισμῶν degeneraſſe, hoc eſt, res creatas, ſeu cœleſtia corpora adoraſſe. Verùm hæc eſt violentior ſacrorum verborum *vocare in nomine Dei*, & ſine exemplo, contorſio; nec vivo Adamo, Idololatriam cœpiſſe, quidquid de illo ævo narret mendax Rabbinorum natio, veriſimile eſt.

Nos *Aquilæ*, quæ cum vocibus apprimè convenit, interpretationem ſequuti ſumus: verterat enim ille τότε ἤρχθη τοῦ καλεῖν ἐν ὀνόματι κυρίου, hoc eſt, tum Sethi poſteri de nomine Dei vocari cœperunt, ut ab aliis diſtinguerentur. Pars *filii Dei* vocabantur, pars *filii hominum*, ut ex Cap. VI, 2. apparet, ubi notata vide. Sic Eſai. XLIV, 5. de populis, qui ſe Judæis erant adjuncturi: *hic dicet Jehovæ ego ſum, ille verò vocabit in nomine Jacobi*, יקרא בשם יעקב *jikra bſchem Jahacob*, hoc eſt, *filium ſe Jacobi* eſſe, Hebræâ civitate donatus, dicet; *Alius ſcribet manu ſuâ Jehovæ & nomine Iſraëlis* (בשם ישראל) *cognominabitur*. Vide & ejuſdem Prophetæ Cap. XLVIII, 1.

In Caput V.

1. *Generationem*] Heb. תולדות *tholedoth*, quâ voce & origo & poſteri ſignificantur. Suprà Cap. II, 4. *generationes cœli & terræ*, idem ac *origo cœli & terræ* ſonat. Inf. XXXVII, 2. eadem vox liberos ſignat, ut ad eum locum oſtendemus. Hoc autem Cap. V. commate, utrumque complecti videtur. Duobus enim primis commatibus origo Adami, ſequentibus poſteri traduntur. Hîc novem ætates poſterorum Adami recenſentur, ubi ſunt tantùm eæ perſonæ, ex quibus Noachus poſterioris orbis pater prognatus erat; quia aliorum, quorum proſapia omnis Diluvio exſtincta eſt, nomina ſcire parum noſtrâ intereſt. Quamvis autem תולדות *generationes* vertantur, & Græcè γενεαί, & plurimæ gentes, atque inter alias Ægyptii, per ætates tempora ſua digererent; hîc potiùs תולדות *generatas perſonas* ſignificat, ideóque *generationes*, potiùs quàm

1. Hic autem eſt generationum Adami liber. Eo die quo Deus homines creavit, eos CAPUT
ad ſimilitudinem ſuam fecit. 2. Maſculum & fœminam creavit, iíſque benedixit & no- V.
mine Adam, eo die quo creati ſunt, eos appellavit.
3. Vixit Adamus centum triginta annos, genuítque *filium* ad ſimilitudinem atque
imaginem ſuam, quem nomine Sethum vocavit. 4. Fuere dies Adami, poſtquàm
Sethum genuiſſet, octingenti anni, genuítque filios & filias. 5. Omnes verò dies,
quibus vixit Adamus, nongenti triginta anni fuerunt; poſtea obiit.

6. Vixit

1. 2. Adamus, ut diximus, unà cum Heva creatus, humani generis conditor & pater fuit; qua de cauſa, Hebræorum linguâ, homo *Adam* appellatur. Cùm primi omnium conjuges generandæ ſobolis à Deo, eodem quo formati ſunt die, facultatem accepiſſent, procreandis liberis operam dederunt; & hos quidem, ex quibus Noachus humani generis inſtaurator, de quo inferiùs dicemus, ortus eſt, poſteros habuerunt; quorum nomina, additis vitæ eorum annis, ſubnectemus. Qua tamen in recenſione, menſes & dies, qui plenis annis, ſi accurata iniretur ratio, detrahendi eſſent aut addendi, negligemus.

3. 4. 5. *Adamus* Sethum genuit anno ætatis cxxx; inde

quàm *ætates* verti. Etenim vox γενεὰ, ubi de annis agitur, certum annorum numerum complectitur, & ut plurimum quidem apud Orientales & Græcos XXXIII annos, & quatuor menſes; cùm tres γενεαὶ, apud Ægyptios & Græcos, centum annos conficere crederentur, auctoribus *Herodoto* Lib. 2. Cap. CXLII. & *Clemente Alexandrino* Strom. Lib. I. pag. 335. Verum antiquiſſimis temporibus, longiores erant γενεαὶ. Sic *ætatem* pro centum annis dixit *Ovidius*, ubi *Neſtorem* Metam. XII. ita loquentem inducit:

— — — — *vixi*
Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.

At de eodem dixerat *Homerus* Iliad. A. verſ. 250.

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίατ' &c.
Illi duæ quidem ætates variè loquentium hominum
Defecerant.
— μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν.
Et cum tertiis regnabat.

Vid. not. ad Cap. XV, 16.

Adami] In hac voce idem obſervare eſt, quod circa vocem ערום *harom* ad Cap. II, 7. obſervabamus.

Hoc in commate ſignat 1. primum Parentem, cui id nominis καθ' ἐξοχὴν hæſit: 2. hominem, cùm ea vox haud minùs Hevam quàm Adamum complectatur. Idem occurrit eodem ſenſu vocabulum, in ſecundo commate; at tertio primum virorum rurſus, ſignificatione planè diverſâ, ut ad eum locum oſtendemus; uſque adeò vocabulorum ambiguitate delectabantur, Hebræi! Nec verbulo ſe eamdem vocem aliter atque aliter intelligere monent; ab adtento Lectore, ex ipſa re, vocum poteſtates animadverti volunt.

Liber] Hac voce hoc dumtaxat ſignificatur Caput. ספר ſepher, *liber* non modò volumen paginis plurimis conſtans, ſed quodvis breve ſcriptum ſignificat. Deut XXIV, 1. ספר כריתות *ſepher chrithouth*, eſt *repudii libellus*. Ita vocatur Epiſtola 2 Sam. XI, 14. item inſtrumentum adquiſitionis Jerem. XXXIII, 11. item Catalogus Genealogicus, ut hîc, Nehem. VII, 5. Ita etiam Græci voce βιβλίον, Latini vocibus *liber* aut *libellus* utuntur. Quod obſervandum fuit, quia viri doctiſſimi hoc in negotio, propter hanc vocem ſecus intellectam, fruſtra fuiſſe videntur.

Homines creavit, eos &c.] Heb. *Hominem creavit, eum ad ſimilitudinem Dei fecit.* Hic repetitur vox, *Deus*, loco poſſeſſivi, Hebræorum more. Mutavimus numerum ſingularem in pluralem, quia hic poſterior numerus in ſequenti adhibetur commate.

2. *Creavit*] In Heb. additur *eos*, quod Latinè loquentibus inutile erat. Ceterùm ex hoc verſu malè intellecto, volunt eruditi viri à Rabbinis primum hominem ἀνδρόγυνον fictum. Crediderim potiùs ex *Platone* hoc ab iis deſumtum, deinde ad id figmentum detortam etiam, ut fit, Scripturam. Vid. ad Cap. II, 21.

Ad ſimilitudinem ſuam] Heb. *ad ſimilitudinem Dei*, more Hebraïco, ut diximus, quo pro poſſeſſivo pronomine, nomen repetitur ſubſtantivum. Vid. Not. ad Cap. XIX, 24. Attamen Samaritanus Int. hîc & IV, 6. pro אלהים habet מלאכיה *malachjah*, *angelorum*. Vid. not. ad Cap. I, 26.

Eos appellavit] Hoc eſt, cùm primùm homines de ſe loqui cœperunt, ſe ipſi *Adam* אדם appellarunt, quod ſine divina Providentia factum non eſt. Vid. not. ad Cap. I, 5.

3. *Vixit Adamus* CXXX *annos*] Hîc non adgrediemur calculum Hebraïci Codicis cum Græco, aut Samaritico conferre. Ea de re dicemus, in Notis ad Tabulam Chronologicam calci hujus voluminis ſubjectam. Duo tantùm ad baſce genealogias pertinentia ſummatim adtingemus. I. Decem ætatibus quæ hîc referuntur, tribuuntur ſemper anni pleni; quaſi homines exacto integro anno, initio ſequentis aut genuerint, aut fato functi ſint; cùm vix dubitari poſſit quin tempora generationis & mortis varia fuerint, atque in varios menſes promiſcuè inciderint. Itaque eò deveniendum, ut menſium aliquot anno aut deficientium, aut inſuper accedentium nulla habita eſſe ratio dicatur; unde accuratam Chronologiam hinc colligi non poſſe liquet. Menſes enim addendi, aut detrahendi aliquot conficerent annos. At non erant tanti Scriptori divino, ut minutias ejuſcemodi diligenter perſequeretur; quas & in aliis antiquiſſimis & graviſſimis Hiſtoriis, ubi anni integri dumtaxat inveniuntur, neglectas videmus. Exemplum neglecti accuratioris calculi verſ. 32. obſervabimus.

II. Exiſtimandum non eſt in hac Genealogia ſemper primogenitos recenſeri, cùm ratio tantùm eorum habeatur, à quibus ortum ducebat alterius orbis pater & auctor Noachus. Sethus, exempli cauſâ, nominatur pro Caïne, qui ta-

men

6. Vixit Seth centum quinque annos, genuítque Enoſum. 7. Poſtquàm verò Eno-
ſum genuiſſet, octingentos ſeptem annos vixit, filióſque & filias genuit. 8. Omnes
autem dies Sethi nongenti duodecim anni fuerunt; poſtea obiit.
9. Vixit Enos nonaginta annos, genuítque Kenanem. 10. Poſtquàm verò Kena-
nem genuiſſet, octingentos quindecim annos vixit, filióſque & filias genuit. 11. Om-
nes autem dies Enoſi fuerunt nongenti quinque anni; poſtea obiit.

12. Vixit

inde DCCC annos vixit, quibus & alios liberos, quos omittimus, ut & ejus poſterorum, procreavit. Vixit ergo in univerſum DCCCCXXX annos.

6. 7. 8. *Sethus* anno ætatis CV Enoſum genuit, atque DCCCVII præterea annos vixit, adeóque DCCCCXII annos natus obiit.

9. 10. 11. *Enoſus* XC annos natus Kenanem genuit, atque inde DCCCXV annos, hoc eſt, in univerſum DCCCCV, vixit.

12. 13. 14. Ke-

men fuit primogenitus. Nec ſanè credibile eſt, quantumvis longa tribuatur Patriarchis pueritia, eos uſque adeò ſerò liberis procreandis operam dediſſe. Adamus certè, qui ἀνὴρ τέλειος creatus erat, ex quo Hevam habuit, generare liberos potuit, nec veriſimile eſt eum intra CXXX annos tres dumtaxat filios Caïnem, Abelem, & Sethum genuiſſe. Quis crediderit etiam Noachum, poſt quingenteſimum demum annum, liberis procreandis operam dare cœpiſſe? Igitur quod ſingulis additur, *filióſque & filias genuit*, æquè ante tempora generationum hîc expreſſa, ac poſt, eveniſſe haud abſurdè quis exiſtimaverit.

3. *Genuitque filium*] Pro ויולד *vajjoled*, Samariticus habet ויליד, *vajjolid*, quod plenius eſt. Hîc autem, ſi omnium Codd. fide ſtandum ſit, mira eſt Ellipſis, quandoquidem ad omiſſum vocabulum בן *ben* refertur Suffixum additum voculæ שם *ſchem*, quaſi expreſſum fuiſſet: *genuit ad ſimilitudinem atque imaginem ſuam, & vocavit nomen ejus*; nempe, *filii*.

Ad ſimilitudinem atque imaginem] Heb. *in ſimilitudinem, in imaginem ſuam* בצלמו btſalmo. At Samariticus כצלמו chtſalmo, *ſecundum ſimilitudinem ſuam*, ut ſupra Cap. I, 26. ad quem locum vide notata. Quærunt autem Intt. qua in re ſita ea imago Adami, de qua hîc ſermo eſt, fuerit. Alii volunt peccatum naturæ humanæ inſitum ſignificari. Sed rurſus quæritur, quare de Caïne hoc dictum non ſit? Alii contrà Adami pietatem, quam imitatus ſit Sethus, ſpectari exiſtimant. At de Habele, qui pius etiam fuit, ſimile quiddam dici oportuit. Rurſus alii hîc humanitatem ſolam, quâ filius patri ſimilis ſuit, ſepoſitâ virtute ac corruptione, quæcumque tandem fuerint, intelligendam cenſent; atque hoc de Setho dici autumant, quòd ejus ſolius, in Genealogia Adami, ratio aliqua habeatur, propter acerbam Habelis mortem, Caïniſque abdicationem. Sic apud Livium Lib. V. Cap. 18. *P. Licinius*, de filio ad Quirites: *En vobis*, inquit, *juvenem*, filium tenens, EFFIGIEM *atque* IMAGINEM *ejus, quem vos antea tribunum militum ex plebe primum feciſtis. Hunc ego inſtitutum diſciplinâ meâ, vicarium pro me Reip. do, dicóque.*

4. *Fuere dies Adami* &c.] De hiſce & ſimilibus verbis, ad ſuperius comma diximus.

5. *Omnes dies*] Hoc eſt, hîc & in ſequentibus, tota vita, ante & poſtquàm liberis procreandis operam dediſſet.

Poſtea obiit] Hîc & in ſeqq. Hebr. וימת vajjamoth, *& obiit*. Cùm ex antecedentibus verbis, ſatis intelligeretur ultra memoratos annos Patriarchas vitam non produxiſſe; aut hæc abundant, more Hebræorum, aut addita ſunt Henochi causâ, in cujus deceſſu aliquid ſingulare eſt, cùm ceteri fato ſuo mortui fuerint.

6. *Centum quinque annos*] Heb. *quinque anni* שנים ſchanim & *centum annum* שנה ſchanah. Ita promiſcuè, poſt quemvis numerum, ſingularem aut pluralem addunt, contra aliarum Linguarum analogiam. Confer. 2 Paral. XXIV. 1. & 2 Reg. XXII, 1.

22. *Trecentis annis cum Deo inceſſit*] Heb. יתהלך את האלהים *jithhallech eth haelohim*. Hac loquutione piam vitam ſignificari liquet etiam ex Cap. VI, 9. Similis eſt, quæ alibi occurrit, *incedere coram Deo* Gen. XVII, 1. 1 Sam. II, 30. Cùm *vita* & *vitæ inſtitutum*, apud Hebræos, paſſim דרך derech, *via* dicatur, conſequens eſt ut *ire*, *incedere* ſit *vivere*, *vitam certâ ratione inſtituere*. Vide Pſal. I, 1. & CXIX, 1. Vivere autem *cum Deo*, aut *coram Deo*, eſt ita vivere, ut viveremus, ſi præſentem veluti cerneremus Deum. Hinc LXX. Intt. verterunt εὐηρέστει τῷ Θεῷ, quos ſequutus eſt Scriptor ad Hebræos Cap. XI. & *Onkelos*, qui habet *incedere in timore Jehovæ*. Sic & recentiores omnes, quos vidi.

Eximiè hanc in rem *Seneca*, ſi Chriſtiano ſenſu præſentiam quam Numini tribuit interpreteris. *Sic certè vivendum*, ait Ep. LXXXIII. ſeu XII. Lib. primâ, *tamquam in conſpectu vivamus; ſic cogitandum tamquam aliquis in pectus intimum inſpicere poſſit, & poteſt. Quid enim prodeſt ab homine aliquid eſſe ſecretum? nihil Deo clauſum eſt. Intereſt animis noſtris, & cogitationibus mediis intervenit. Epictetus* ejuſdem diſciplinæ homo Lib. II. Cap. 8. & Lib. I. Cap. 14. ſimilia habet.

Attamen in Henochi & Noachi hiſtoria, fieri poſſet ut aliquid amplius hæc loquutio innueret; nempe, eos eſſe cum Angelis vulgò verſatos. Certè vel ex hac hiſtoria liquet Angelos Noachum aliquoties alloquutos; Henochum etiam Prophetam fuiſſe, adeóque aliquando ſaltem cum Angelis verſatum, antiquiſſima Hebræorum docet traditio; cujus veſtigium apud *Judam* Apoſtolum ſupereſt. Huc etiam facit fama Ethnicorum, qui cum Numinibus vulgò primos homines, ſub aurea ætate, verſatos narrabant. Unde *Virgilius*, ejus ætatis reditum deſcripturus, de eo quem Ecloga. IV. laudat:

Ille Deûm vitam accipiet, diviſque videbit
Permiſtos Heroas, & ipſe videbitur illis.

Ante eum *Catullus*, in *Nuptiis Thetidis & Pelei*:

Se-

12. Vixit Kenan ſeptuaginta annos, genuítque Mahalaleelem. 13. Poſtquàm verò Mahalaleelem genuiſſet, octingentos quadraginta annos vixit, filióſque & filias genuit. 14. Omnes autem dies Kenanis nongenti decem anni fuerunt; poſtea obiit.

15. Vixit Mahalaleel ſexaginta quinque annos, genuítque Jeredum. 16. Poſtquàm verò Jeredum genuiſſet, octingentos triginta annos vixit, filióſque & filias genuit. 17. Omnes autem dies Mahalaleelis octingenti nonaginta quinque anni fuerunt; poſteà obiit.

18. Vixit

12. 13. 14. *Kenani* LXX ætatis annum agenti natus eſt Mahalaleel, quo nato DCCCXL ſuperſtes fuit, ac proinde ante DCCCCXL annum non deceſſit.

15. 16. 17. *Mahalaleel* LXV annos natus genuit Jeredum, ac poſt eum natum DCCCXXX annos vixit, in univerſum DCCCXCV.

18. 19. 20. *Je-*

Sæpius & ſeſe mortali oſtendere cœtu
Cœlicolæ, nondum ſpretâ pietate, ſolebant.

24. *Neque enim,*] Heb. *ambulavit Henoch cum Deo, & nullus ille, quia cepit eum Deus.* Mors eâ phraſi ſignificatur, in hoc libro Cap. XLII, 13, 36. & alibi; ſed hîc aliquid aliud ſonat; nempe, ſubitum ἀφανισμόν. Vertimus *neque fuit deinde*, loquutione ex *Livio* deſumta, qui Lib. I. Cap. 16. ſimilem, ſi vera eſſet Romuli hiſtoria, deceſſum deſcribit his verbis: *nec deinde in terris Romulus fuit. Pindarus* Olymp. I. de Pelope, quem fingit Neptunum ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι *ad domum Jovis tranſtuliſſe*, ὡς δ' ἄφαντος ἔπελες *cùm inconſpicuus factus eſſet.* Eodem ſenſu hîc οἱ LXX. οὐχ εὑρίσκετο *non inventus eſt.* Sic οὐδὲ Πέλοπα ματρὶ πολλὰ μαιόμενοι φῶτες ἄγαγον, *nec Pelopem matri multùm quærentes adduxerunt.* Vid. 2 Reg. II.

Sumſit eum Deus.] Heb. לקח *lakahh*, quæ vox occurrit etiam 2 Reg. II, 3. ubi de Eliæ raptu ſermo eſt. Hinc Veteres, magno conſenſu, Henochum mortis expertem fuiſſe, & in ſedem beatam raptum volunt. *Onkelos: non comparuit, nec eum occidit Deus.* Jonathan: *adſcendit in firmamentum, in verbo, coram Jehova, & vocatum eſt nomen ejus Metatron ſcriba magnus.* Sirachides Cap. XL, 18. Ἐνὼχ εὐηρέστησε Κυρίῳ καὶ μετετέθη, ὑπόδειγμα μετανοίας ταῖς γενεαῖς. *Enoch placuit Domino & tranſlatus eſt, exemplum pœnitentiæ ætatibus.* Vid. & Heb. XI, 5. *Joſephus* Lib. I. Cap. 3. ἀνεχώρησε πρὸς θεῖον, *abiit ad Numen.* Samaritanus interpres: *ſumpſerunt illum* מלכיה *malachjah, Angeli*, non *Angelus ejus*, ut laudat hunc locum *H. Grotius.* Mirum eſt Moſem rem tantam, ſi modò immortalem Henochum factum credidit, tam obiter, támque obſcurè, quaſi eam latere vellet, perſtrinxiſſe. Fortè cùm hæc ex antiquiſſimimis monumentis exſcriberet, nihil præter ea quæ nobis tradidit invenit, quibus aliquid adjicere religio fuit. At multùm abfuerunt ab ea modeſtia, qui hinc finxerunt ſedes quaſdam beatas, in ignotis terris, aut in aëre, in quas tranſlatus, Henochus primùm, deinde Moſes, poſtremùm Elias fuerit. In contrariam partem iverunt RR. *Aben Ezra & Schelomo Jarchi*, qui verba *ſumſit eum Deus* interpretati ſunt, quaſi idem ſignificarent ac *ſumſit animam ejus Deus*, quæ phraſis mortem immaturam ſignificat 1 Reg. XIX, 4. Ideóque ſanctiſſimum virum impietatis temerè incuſant; ſed eorum criminationes ipſis Moſis verbis confutantur, nec quæ afferunt commenta digna ſunt quæ audiantur.

Ceterùm videtur & hujus hiſtoriæ obſcura apud Ethnicos ſuperfuiſſe memoria, cujus veſtigia exſtant apud *Stephanum Byzantium*, in voce Ἰκόνιον: φασὶ δ' ὅτι ἦν τις Ἀννακὸς, ὃς ἔζησεν ὑπὲρ τὰ τριακόσια ἔτη, &c. *quemdam Annacum* (vox eſt detorta ab חנוך *Hhanoch*) *qui ultra trecentos* (365) *annos vixerit. Qui autem circa habitabant, conſulto oraculo quamdiu eſſent victuri, reſponſum tuliſſe hoc mortuo omnes perituros. Hæc cùm Phryges audiviſſent, vehementer lamentabantur, unde natum proverbium*, de Annaco plorare; *quod dicitur de iis qui valde commiſerentur. Cùm autem ſub Deucalione fuiſſet Diluvium, omnes interiere.* De eodem *Suidas*, quem *Nannacum*, corrupto nomine, vocat: Νάννακος, παλαιὸς ἀνὴρ πρὸ Δευκαλίωνος, &c. *Vir priſcus ante Deucalionem. Hunc regem fuiſſe aiunt, qui futurum diluvium præſciens, omnibus in templum congregatis, cum lacrimis ſupplicavit. Hinc proverbium*, à Nannaco, *de rebus antiquiſſimis.*

27. *Nongenti ſexaginta novem anni.*] Hic omnium diutiſſimè vixit, fortè quòd corpore eſſet naturâ robuſtiore, aut quòd majore temperantiâ vixerit, quæ longævitatis etiamnum hodie cauſæ ſunt. De eorum temporum longæva vita, ut aliquid dicamus, *Joſephus* duplicis generis rationes ejus rei profert *Orig. Jud.* Lib. I. Cap. 3. Aliæ pendent à Dei voluntate, qui 1. homines θεοφιλεῖς *pios* diu in vivis conſervabat; ſed non minùs diu videntur vixiſſe impii, ſaltem non negat Moſes: 2. inveniendis artibus operam dantes fovebat, quæ ratio priore veriſimilior eſt. Aliæ ab eorum victu ſunt petitæ: διὰ τὸ τὰς τροφὰς ἐπιτηδειοτέρας πρὸς πλείονα χρόνον εἶναι, εἰκότως ἔζων πλῆθος τοσούτων ἐτῶν, *quod haberent alimenta ad longius tempus aptiora, veriſimiliter per tantam annorum multitudinem vivebant.* Reverâ fructus, herbæ & legumina in cibum, aqua in potum; vita nec nimio labore exercita, nec æquo mollior; modicæ voluptates; anxietates animi, aut nullæ, aut leves; aëris patrii ſalubritas, quæ omnia in antediluvianis hominibus inveniebantur, ad longævitatem non parum conducebant. Hæc ſi cœli ſalubritatem excipias, paullatim poſt Diluvium imminuta, atque immutata breviorem facere hominibus vitam potuerunt; & cùm infirmitates parentum in liberos tranſmittantur, poſt multas ætates, debiliores ac debiliores facti ſumus, donec ad hoc breve ævum deventum ſit. Attamen vera hæc ſint licèt, ſingulari Providentiâ Dei opus erat, ut adeò longævi eſſent homines; quæ id procurare potuit, cùm propter rationes à *Joſepho* allatas, tum ut citiùs humanum genus propagaretur, quod lentè & ægrè

adeò

18. Vixit Jered, centum ſexaginta duos annos, genuítque Henochum, 19. Poſtquàm verò genuiſſet Henochum, octingentos annos vixit, filióſque & filias genuit. 20. Omnes autem dies Jeredi, nongenti ſexaginta duo anni fuerunt; poſtea obiit.

21. Vixit Henoch ſexaginta quinque annos, genuítque Mathuſalam. 22. Poſtquàm verò genuiſſet Mathuſalam, trecentis annis cum Deo inceſſit, filióſque & filias genuit. 23. Omnes autem dies Henochi trecenti ſexaginta quinque anni fuerunt. 24. Neque enim, cùm incederet cum Deo, *deinde* fuit, quia ſumſit eum Deus.

25. Vixit Mathuſala centum octoginta ſeptem annos, genuítque Lamechum. 26. Poſtquàm verò Lamechum genuiſſet, ſeptingentos octoginta duos annos vixit, filióſque & filias

18. 19. 20. *Jeredo* CLXII annos nato Henochus genitus eſt, à cujus natali die DCCC annos vixit pater, adeóque DCCCCLXII annum adtigit.

21. 22. 23. *Henochus* anno ætatis LXV Mathuſalam ſuſcepit, & CCC annos, poſt eum natum filium, vitam ſanctiſſimam, quippe qui ſe inſpectante Deo vivere intelligebat, egit, in univerſum CCCLXV annos inter homines verſatus. 24. Poſtea nuſquam conſpectus eſt; cùm Deus, eximiæ pietatis ac probitatis causâ, mortalium cœtibus eum exemiſſet.

25. 26. 27. *Mathuſala* CLXXX annum adtigerat, cùm natus ei eſt Lamechus, à quo nato DCCLXXXII annos

adeò brevis ævi hominibus, quales nunc ſumus, fieret. Nec eſt tamen hoc ita intelligendum, quaſi multò plures liberos qui quidem vitales fuerint, genuerint, quàm nunc fit; Noachum enim tres dumtaxat filios incolumes habuiſſe, tempore diluvii, videmus. Sed cùm pauci eſſent homines in terris, neceſſe erat parentes diu vivere, ut liberis ſuis auxilio eſſent, & ſe contra feras, aliáque vitæ incommoda unà tutarentur. Alioqui, ſi parentes ſæpe liberos impuberes orbos reliquiſſent, aut eâ ætate interiiſſent, quâ liberi rudiores nondum ſibi ſatis proſpicere poterant, de multis familiis actum fuiſſet. Cùm omnia experientiâ diſcerentur, neque ea poſſet in liberos adoleſcentes tranſmitti; ut ea poſteris uſui eſſet, diu cum illis parentes vivere oportuit.

Addunt & nonnulli Theologi, Religionis ab Adamo ad poſteros certiùs tranſmittendæ neceſſitatem; quod, ut verum eſſe poſſit, non uſque adeò claris nititur argumentis; ad quod accedit quòd non ſatis liquida ſint doctrinæ illius capita, ſi fortè Dei & Angelorum exſiſtentiam, creationem mundi atque initia humani generis excipias. Interea non immeritò obſervatum eſt à viris doctis, ex calculo vitæ ante-diluvianorum Patriarcharum liquere 1. Adamum eò uſque vitam produxiſſe, ut Lamechum, qui nona eſt generatarum perſonarum, uti loquuntur Juriſconſulti, videret, cùm LVI hujus ætatis anno obierit omnium Patriarcharum primus: 2. Henochum ab Adamo ſeptimum à Deo raptum fuiſſe, poſt primi Parentis mortem, ſed dum viverent ſeptem poſt eum Patriarchæ; 3. Novem Patriarchas, quantumvis longævos, antequàm Diluvium humanum genus deleret, fuiſſe exſtinctos, & Lamechum quidem quadriennio ante patrem Mathuſalemum, qui ipſo Diluvii anno interiit. Hæc certè longævitas in rudi ætate & ſcribendi imperita, ad Hiſtoriæ, & annorum certam memoriam ſervandam, planè neceſſaria erat; cùm ne ſic quidem ſatis incolumis ad nos pervenerit.

Sed ne de rationibus longævitatis Patriarcharum, potiùs quàm de rei ipſius comprobanda veritate, anxii eſſe videamur, ſequentia *Joſephi* verba addemus, quibus vel apud Ethnicos Judices cauſam obtinere potuit: μαρτυροῦσι δέ μου τῷ λόγῳ πάντες οἱ παρ' Ἕλλησι, καὶ παρὰ βαρβάροις συγγραψάμενοι τὰς ἀρχαιολογίας, &c. *Adſtipulantur verbis meis quicumque apud Græcos & Barbaros antiquitates conſcripſerunt. Etenim Manethon, qui rerum Ægyptiacarum narrationem compoſuit, Beroſus qui Chaldaica collegit, Mochus & Heſtiæus, & præter hos Ægyptius Hieronymus, qui res Phœnicias ſcriptis complexi ſunt, conſentiunt iis quæ dixi. Heſiodus quoque, & Hecatæus, & Hellanicus, & Acuſilaus; & præter hos Ephorus & Nicolaus priſcos mille annos vixiſſe auctores ſunt.* Dolendum, uno excepto *Heſiodo*, reliquos omnes periiſſe, temporum injuriâ; nec dubium quin multò plura, quàm fecit *Joſephus*, & majora veritatis ſacræ hiſtoriæ argumenta, ſi exſtarent, ex iis hauriremus. *Heſiodus*, quidem, in *Operibus & Diebus*, non modò ætatis aureæ homines diu vixiſſe, & tandem in mortem quaſi in ſomnum delapſos ſignificat, ſed de hominibus argenteæ ætatis ita loquitur verſ. 130.

Ἀλλ' ἑκατὸν μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
Ἐτρέφετ' ἀτάλλων, μέγα νήπιος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ,
Ἀλλ' ὅταν ἡβήσει &c.

Puer centum annorum apud matrem ſedulam nutriebatur creſcens, valde rudis, ſuis in ædibus, ſed cum adoleverat, &c. Sera eſt pubertas, quæ poſt centenos annos demum incipit, adeóque ſera ſenectus, ſi pro ratione reliquarum ætatum ſit ineundus, ut videtur, calculus. Loco ceterorum erit *Varro*, ſed à *Lactantio* laudatus, ac ſimul in interpretatione veteris Hiſtoriæ confutatus *Inſt. Divin.* Lib. II. Cap. XII. *Quod litteris divinis proditum, & per omnium ſcientiam publicatum, cùm Varro non ignoraret, argumentari nixus eſt, cur putarentur Antiqui mille annos victitaſſe. Ait enim apud Ægyptios pro annis menſes haberi, ut non Solis per duodecim ſigna circuitus faciat annum, ſed Lunæ, quæ orbem illum ſigniferum triginta dierum ſpatio illuſtrat, quod argumentum perſpicuè falſum eſt. Nemo enim tum milleſimum annum tranſgreſſus eſt. Nunc verò qui ad centeſimum perveniunt, quod fit ſæpiſſime, mille certè ac ducentis menſibus vivunt; & auctores idonei tradunt ad CXX annos perveniri ſolere.* Certè apud Moſem, anni menſtrui non ſunt, ut ex annis quibus Patriarchæ liberos generarunt conſtat; qui anni ſi menſtrui eſſent, ante pubertatis annos multi illis temporibus genuiſſent.

Varroni, cùm antiquiores nos deficiant, ſuccenturiatus veniet *Lucianus* qui initio libelli, cui

filias genuit. 27. Omnes autem dies Mathuſalæ nongenti ſexaginta novem anni fue-
runt; poſtea obiit.
28. Vixit Lamech centum octoginta duos annos, filiúmque genuit, 29. & nomi-
ne Noachum appellavit; hic *enim*, inquiebat, opus noſtrum, laborémque manuum
noſtrarum, propter terram à Deo maledictam, ſolabitur. 30. Poſtquàm verò Noa-
chum genuiſſet Lamech, quingentos nonaginta quinque annos vixit, filióſque & filias
genuit. 31. Omnes autem dies Lamechi ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni fuerunt;
poſtea mortuus eſt. 32. Noachus verò, cùm eſſet quingentos annos natus, Semum,
Chamum & Japhetum genuit.

VI. Hu-

nos vixit, ac proinde DCCCCLXIX vitam longiſſimam egit.

28. *Lamechus* CLXXXII annos natus filium ſuſcepit, 29. cui nomen *Noacho* impoſuit; quæ vox ſolatium ſonat; hic enim, ait, nobis ſummo cum labore terram, propter divinam maledictionem, colentibus ſolatio erit, ærumnoſámque vitam recreabit.

30. 31. Hoc nato, ad DXCV annum vitam Lamechus produxit, adeóque DCCLXXVII demum anno deceſſit.

32. *Noacho* verò, poſt quingenteſimum ætatis annum, Semus, Chamus, & Japhetus nati ſunt.

P A-

cui μακρόβιοι titulum fecit, reliquias aliquas priſcæ hiſtoriæ, quibus longa Orientalium narrabatur vita, collegit, atque hæc inter alia habet: ἔθνη ὅλα μακρόβια ἱστορεῖται διὰ τὴν δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς. Ἀσσυρίων δὲ καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων (leg. μυστηρίων) *genera tota hominum, propter victûs rationem, diu vivere memoriæ proditum eſt, quales ſunt Ægyptiorum qui dicuntur Scribæ ſacri, Aſſyriorúmque & Arabum myſteriorum* (non *fabularum*) *interpretes.* Hiſce adjungit Brachmanas Indorum, Magóſque aliarum gentium. Subjicit quoque Seras trecentos annos vivere ſolitos; cujus longævitatis cauſam alios tribuere aëri, alios Soli, alios victûs rationi, ὑδροποτεῖν γάρ φασιν ἔθνος τοῦτο σύμπαν, *totam enim hanc Gentem aquam bibere ajunt.* Tandem Athotas CXXX, Chaldæos C annos vulgò vixiſſe ſcribit.

29. *Propter terram* &c.] Heb. מן האדמה *min haadamah.* מ & מן propter ſignificare docebunt Lexica & *Noldianæ Concordantiæ*; qui ſenſus cùm ſit commodiſſimus hoc in loco, neſcio quare ab Interpretibus non ſit arreptus, potiùs quàm duras & contortas hîc nobis tranſlationes obtruderent. *Hieronymus* qui vertit *in terra*, vim particulæ מ nullo modo expreſſit. LXX qui habent καὶ ἀπὸ, videntur credidiſſe legendum מכל *omnin*, ſed ſine neceſſitate. Labor hominum major tum erat, propter terram maledictam, quàm antea. Vid. not. ad Cap. IV, 11.

Solabitur] Heb. ינחמנו *jenahhamenou*, à qua tamen voce, ſecundùm ſacræ Linguæ analogiam, deduci nequit נוח *noach.* Hinc LXX Intt. aut legerunt in ſuo Codice, aut legendum cenſuerunt ינחנו *janihhenou*, quod verterunt διαναπαύσει *ceſſare faciet.* Atque hanc eorum lectionem *Lud. Cappellus* genuinam eſſe cenſuit, eò quòd etymologicæ Analogiæ convenientior ſit. Sed duo, præter Samaritani Codicis aliorúmque Interpretum cenſenſum, quominus ei adſentiamur obſtant. Primò, neceſſe non eſt hîc ſervari grammaticam Analogiam, quæ & alibi violatur, ut monuimus circa nomen *Cain* ad Cap. IV, 1. Secundò, quis ſenſus erit horum verborum *faciet ceſſare laborem noſtrum*? An Noachus natus patris labori, in colenda terra, finem adtulit? Hoc unum præſtare potuit, ut patri adjumento eſſet, poſtquàm adoleverat; aut ſenem omni labore exſolveret, ſi Lamechus ad tantam ſenectutem perveniſſet, ut nullum ampliùs laborem ferre poſſet, cùm obierit ante octingenteſimum annum, hoc eſt, prout ferebant tempora, non nimiùm provectâ ſenectute. Sed facilè intelligimus dixiſſe patrem, naſcentem filium ſibi in ærumnis conſolationi fore, útque laborem, cui damnatus eſſet, æquiore animo ferret effecturum. Ideò tantopere abominata orbitas, quæ ſegniores in labore facit, cùm non videmus ex nobis natos, quibus noſtra relinquamus. Pulchrè *Muſonius* in libro *de laude Nuptiarum*, cujus verba nobis ſervavit *Joannes Stobæus* Serm. LXV. παραστάται μὲν ἡμῖν οἷον συμφυεῖς ἔτι καὶ αὐτοῖς ἐῤῥωμένοις ἐν ἁπάσαις γίγνονται πράξεσιν: *adjutores nobis, quippe conſanguinei, adhuc valentibus in omnibus ſunt negotiis.* ἀγαθοὶ δὲ ἐπίκουροι κάμνουσιν ἐφ᾽ ἡλικίας καὶ γήρᾳ πιεζομένοις, οἰκεῖοι μὲν ἐν εὐπραγίαις εὐφροσύνης κοινωνοὶ συμπαθεῖς δὲ ἐν τοῖς ἐναντίοις καιροῖς διάδοχοι τῶν ἀνιαρῶν: *egregii auxiliatores ætate laborantibus, & ſenectute preſſis; familiares in rebus ſecundis lætitiæ ſocii; dolentéſque nobiſcum in adverſis, & in ferendis triſtibus ſucceſſores.*

32. *Semum, Chamum & Japhetum.*] Cùm Noachus genuiſſe tres hoſce filios ſcribatur, poſt annum vitæ ſuæ quingenteſimum; quamquam quis primogenitus ſit non dicitur, attamen πρωτοτόκια Japheto deberi hinc colliguntur. Geneſ. XI, 10. *Semus centum annos natus generat Arphaxadum, biennio poſt diluvium*, hoc eſt, anno ætatis Noachi ſexcenteſimo ſecundo, Cataclyſmus enim in ſexcenteſimum ejus annum incidit. Noacho ergo, ſecundum & quingenteſimum annum agenti, natus eſt Semus; ac proinde ejus primogenitus non fuit, cùm ab anno quingenteſimo generare cœperit. Hhamus autem minimus diſertè dicitur Gen. IX, 24. unde ſequitur Japhetum maximum natu fuiſſe, qui propterea, licèt obiter, Semi אחי גדול ahhi gadol *major frater* vocatur infra Cap. X, 21.

Attamen aut quia à Semo progenita fuit gens Hebræorum, ſeu ad eum, ſilente quamquam Sacrâ Hiſtoriâ, tranſlata ſunt πρωτοτόκια, primus hîc & aliquoties infra, ut opinantur viri docti, nominatur. Sic & Abrahami ante fratres Gen. XI, 26. Jacobi ante Heſavum Cap. XXVIII, 5. Ephraïmi ante Manaſſen Cap. XLVIII, 20. nomina recitantur. Vellem etiam docuiſſent quare Hhamus, qui natu minimus, ſecundus ordine;

CAPUT VI.

VI. Humani generis depravatio, propter quam omnes homines perdere ſtatuit Deus, excepto Noacho, quem jubet Arcam ædificare.

1. CUM in terris augeri cœpiſſent homines, filiæque eis natæ eſſent, 2. filii Dei filias hominum formoſas eſſe animadverterunt, uxoréſque ſibi, ex omnibus quas elegerant, duxerunt. 3. Tum demum non permanebit, inquit Jehova, in

PARAPHRASIS.

1. INTEREA Caïnis auctâ ſobole, puellarum numero Caïnitas abundare contigit; 2. quæ cùm præterea formâ præſtarent, Enoſi poſterorum, quorum majores conſortium & adfinitatem Caïnitarum adſpernati fuerant, amorem ſibi conciliarunt, & cum iis matrimonia miſcuerunt; Caïnitæ enim Enoſidas generos habere honori ducebant. 3. Haud multo poſt Caïnitarum, quibuſcum vitam agitabant, pravis exemplis, uxorumque illecebris corrupti Enoſidæ, iiſdem ſe vitiis inquinarunt, vitioſioremque ſobolem progenerarunt. Quibus rebus factum eſt, ut Deus ſceleratæ hominum vitæ pertæſus, iis ſigni-

dine, Japhetus ultimus, quamquam primogenitus, recenſeatur hîc & VII, 13. IX, 8. X. 1. atque alibi. Certè in paterna benedictione C. IX, 27. Japhethus non dubiè Hhamo præfertur. Fortè in hiſce omnibus æquò ſubtiliores ſumus, ac ſanè Cap. X. in generationum recenſione Japhetus primus, Semus ultimus collocatur. Sic & Jacobus, qui Heſavo plerumque præponitur, poſterior nominatur infra Cap. XXXV, 29.

COMMENTARIUS

In CAPUT VI.

1. *Cùm in terris cœpiſſent homines.*] Heb. *Et fuit cùm inciperet homo.* Sed illud *& fuit* frequentiſſimum apud Hebræos, cùm in Latina loquutione abundaturum eſſet, hîc & alibi, prout viſum eſt, omiſimus. Res eſt nimis manifeſta, quàm ut ei immoremur.

Homines] Heb. האדם *baadam*, quod an ſignificet genus humanum, an ejus deteriorem partem, ut in ſequenti commate, non ſatis conſtat; ſed utrovis modo capiatur, æquè commodus emergit ſenſus. Caïnis tamen ſobolem deſignari crediderim, quia de ſequiori ejus gentis ſexu mox agitur. Ubi vox אדם voci איש *iſch*, *vir*, opponitur, deterius hominum genus ſonat, ut Pſal. XXII, 7. XLIX, 3.

2. *Filii Dei.*] Vide dicta ad Cap. IV, 26. Propter ambiguitatem vocis אלהים *Elohim*, in partes hîc ivere Interpretes, qui quidem in tres ordines, pro triplici vocabuli notione, cogi poſſunt.

Primùm ergo, אלהים *principes* populi cujuſpiam cùm ſignificet, & quidem, ut hîc, iis qui voce אדם ſignantur oppoſitum. Pſ. LXXXII, 6. *Symmachus filios potentum*, teſte *Hieronymo*, tranſtulerat. Sic & *Onkelos* בני רברביא *bne rabrebajo*, & verſionis *Samaritanæ* Scriptor שלטניה *ſcholtanjo*; quos alii ſequuti ſunt. Quæ interpretatio, ſi vera eſt, quod negare prorſus nolim, hìc ſignificabuntur filii eorum, qui humani generis principes habebantur; Sethi, nempe, ultimarum precum primi Parentis heredis, progenies. Atque hunc ſenſum ad ultimum comma Cap. IV. obiter adtigimus.

Secundùm, cùm בני אלהים dici poſſint etiam Naturæ humanâ præſtantiores Angeli, Veterum multi de Angelis, qui amore mulierum capti earum connubia concupierint, hæc ceperunt. In Cod. *Alexandrino* Verſ. τῶν LXX. ἀντὶ τ῀ υἱῶν Θεῦ, ut legitur in *Vaticano* aliiſque, habemus ἀγγέλους Θεῦ, quod ſequitur *Joſephus Orig. Jud.* Lib. I. Cap. 3. Chriſtianos Scriptores ut omittamus. Hos volunt, ad tutelam cultúmque humani generis, demiſſos; quibus quia liberum arbitrium erat datum, præceptum ante omnia fuiſſe, ne terræ contagione maculati ordinis cœleſtis amitterent dignitatem. Sed illos, ſi *Lactantio* Lib. II. Cap. 15. credimus, cum hominibus commorantes dominator ille terræ fallaciſſimus conſuetudine ipsâ ad vitia pellexit, & mulierum congreſſibus inquinavit. Verùm cùm hoc ſolo Scripturæ loco nitantur, non opus erat nova & ignota de Angelorum cupiditate, ſpirituali naturæ parum conſentanea, comminiſci; quandoquidem aliter commodius intelligi, ut vidimus, poteſt.

Tertiò, cùm אלהים *Deum Deorum* ſonet, & *filii Dei*, in Scriptura boni homines dicantur, alii eâ notione freti, Sethi ſobolem hîc ſpectari, ut ii quorum ſententiam primam recitavimus, rati ſunt. Cùm ergo Caïn in exſilium miſſus uxorem ſecum abduxiſſet, procreaſſéntque eo in loco liberos; eam humani generis coloniam, formoſis mulieribus ſequentibus ætatibus auctam, cùm vidiſſent Sethi poſteri, connubiis conjungi cum iis optarunt. Credibile eſt, ante hanc decimam ætatem Sethidarum & Caïnidarum ſejuncta fuiſſe, non ſecus ac ſedes, matrimonia; adeò ut uxorem ſibi quiſque è proximis conſanguineis duceret. Sed ab hoc tempore, quod in ſecunda ætate divulſum humanum fuerat genus, iterum coiit. Qui *de nomine Dei appellabantur*, ut loquitur Cap. IV. Moſes, ſeu *filii Dei*, ut hîc, collocari ſibi optarunt uxores ex iis, quos *homines*, aut *filios hominum* peculiari appellatione vocitabant. Quæ quidem conjunctio, licet haud illicita, tamen malè ceſſit Sethidis; atque hoc obſervari à Scriptore Sacro, ut ex alienigenis petenda non eſſe matrimonia, vel hoc priſco exemplo, Iſraëlitas obiter doceret, haud ineptè fortè quiſpiam ſuſpicetur. Vid. & infra Cap. XXIV, 3. XXVI, 35. XXVII, 46. Moris hujus Moſis haud obſcura veſtigia jam ſubolfecimus ad Capp. I, 14. II, 3.

3. *Tum demum non permanebit.*] Heb. ויאמר יי לא ידון רוחי vajjomer Jehovah lo jadon rouhhi, *& dixit*, &c. Tò ו *tum demum* vertimus, quia Deus

in perpetuum Spiritus meus in homine, etenim caro eſt; centum viginti anni dies ejus erunt.

4 Iis temporibus in terris erant Nephilæi, & poſteaquàm congreſſi eſſent filii Dei cum filiabus hominum, pepererunt etiam *hæ* illis; hi viri illi fortes, celebris olim nominis.

5 Videbat interea Jehova vitia hominum in terris augeri, nec quidquam eorum ani-

ſignificarit, niſi ad meliorem frugem redirent, ſe humanum genus perpetuum in terris eſſe non paſſurum; & quidem centenis vicenis annis, quibus pœnitentiam agere poſſet, prodicere ſe ei exitii diem adjecit.

4 Ab iis temporibus, latrocinia in terris à Cainitis exercebantur, qualibus latrones, quos *Nephiæos* Hebræi vocant, infeſtam poſtea fecerunt Arabiam. Horum vitæ exemplar ſequuti ſunt, qui Enoſidis ex Cainitidibus nati, ſibíque inſigni fortitudine famam ingentem pepererunt.

5 Cùm ergo indies in majora flagitia prolaberetur

Deus, diu antequàm humanum genus exſcidio damnaret, iram ſuſtinuerat; nec perdere properavit, ſed eò tandem devenit, ubi hominum ſcelera plecti neceſſe erat. Vocem ידון vertimus eodem modo quo Vulgatus Int. qui ipſe ſequutus erat τοῖς LXX, qui habent *οὐ μὴ καταμείνῃ με maneat.* Chaldæus ſimiliter יתקים jithkajjem, *non permanebit generatio peſſima hoc coram me in æternum. Syrus:* לא אעמר lo ehmar *non habitabit.* Polyglottorum *Arabs* تحل tahhello; in eumdem etiam ſenſum Erpenianus: تلتزق *adhærebit*; Pocockii MS. ينغمد *recondet ut in vagina.* Sententias aliorum Interpretum non referam, nedum ut ad examen revocare adgrediar. Peti poterunt ex *S. Glaſſio* Phil. S. Lib. I. Tr. I. S. 2. §. 2. Ad me quod adtinet, aut voci דון *doun permanendi* fuiſſe ſignificatum exiſtimarim, aut Interpretes antiquiſſimos legiſſe ידור *jador*, nam דור *dour* propriè *permanere*, & quidem *diu* ſonat. Hæc autem ſignificatio optimè huic loco convenit, ut apparebit ex iis quæ ad vocem רוחי *rouhhi* dicemus; dum aliæ omnes, quæ ei adfinguntur, duriores ſunt. Hîc ergo דור aut דון *doun* באדם *baadam, manere in homine*, idem eſt ac שכן באדם *ſchachon baadam*, quæ loquutio occurrit Pſal. LXXVIII, 60. Obſervavit *N. Fullerus* Miſcel. Lib. V. Cap. 5. potuiſſe דון *manendi* ſignificationem habere, quandoquidem דנה *duah* inter *Syros*, καρτερεῖν & προσκαρτερεῖν ſignificavit, quod colligit ex Interp. Syro Act. X, 7. & 2 Cor. XI, 20.

In perpetuum] Heb. לעלם *lholam*, quod tempus, pro naturâ rei de qua ſermo eſt, longiſſimum ſignificat. Hic eâ voce humano generi univerſo πανωλεθρία in longum tempus non differenda notatur.

Spiritus meus] Cùm *Spiritus*, & *Spiritus Dei* ſint πολύσημα, ut vel ex Lexicis patebit, non eſt animus omnes eorum ſignificatus hîc recenſere. Aptiſſimus videtur omnium is, quo *vitam* ſonant, adeò ut hîc ſit ſenſus quem expreſſit Paraphraſtes Chaldæus, cujus verba adtulimus: non manebit in hominibus in perpetuum vita, quam eis conceſſi. רוח *rouahh* vita eſt, cùm alibi, tum Ezekielis XXXVI, 5, 6, 8. *& ſeqq.* ubi vita in oſſa, quæ carnibus indui vidit Propheta, aliquoties eo nomine appellatur. Ne quis etiam in hoc Moſis loco dubitare queat, an hoc eâ voce ſignificetur, propter primæ perſonæ *Affixum*, in eodem illo Ezekielis Capite, ubi eſt viſionis parabolicæ ἀπόδοσις, ita loquitur Deus commate 14: *dabo ſpiritum meum in vobis* רוחי בכם rouhhi bachem, *& vivetis.* Ubi etiam eadem eſt conſtructio, atque in Moſis verbis. Ita & Pſ. CIV, 25. quod *ſpiritum eorum*, animalium, nempe, de quibus loquitur, Pſaltes vocavit, commate 30. *Spiritus Dei* dicitur: *auferſ*, inquit Pſaltes, *Spiritum eorum, exſpirant, & in pulverem ſuum revertuntur. Mittis Spiritum tuum, recreantur*, &c. Vid. & Job. XXVI, 3.

In homine] Heb. באדם *baadam*; hoc eſt, in humano genere univerſo, cujus πανωλεθρίας tempus in ſequentibus verbis ſignatur.

Etenim caro eſt] Hoc eſt, cùm ſinguli homines morti obnoxii ſint, non tanti eſt humanum genus, quod iis conſtat, ut id perpetuò in terris propagari ſinam. Contemtim hæc dicuntur, ut intelligant homines, mortalium creaturarum vitam, non tanti eſſe Deo, qui innumeras per infinita ſæcula creare poſſet; ut earum ſcelera potiùs ferat in perpetuum, quàm corruptum humanum genus deleat. *Carnem* contemtim mortales homines dici, qui neſciet, conſulat Lexica. Eximius eſt locus Pſalm. LXXVIII, 39. ubi de Iſraëlitis: *Caro ſunt, cujus abit ſpiritus, nec revertitur.* Sed quæri hîc poſſit quî potuerit eſſe Deo ratio non parcendi humano generi ante Diluvium, *quòd caro eſſet*; cùm Pſalmi loco recitato, hoc ipſum cauſa Deo fuiſſe dicatur ferendorum Iſraëlis peccatorum. *Miſericors eſt*, ait Pſaltes, *placatur peccato, neque perdit, ſæpiùs iram ſuam revocat, nec totam concitat excandeſcentiam ſuam. Eos eſſe carnem, cujus ſpiritus abit, nec revertitur, recordatus eſt.* Adde & Pſ. CIII, 13, 14. Nec infrequenter ſancti viri Deo infirmitatem humanam veluti in memoriam revocant, ut ejus miſericordiam moveant. Vid. Pſ. CII. Verùm hæc nequaquam pugnant, nam hoc ipſum, quo fit ut generis humani vita tanti non ſit, ad concitandam miſericordiam aptum eſt, prout majora aut minora ſunt delicta.

Centum viginti anni erunt dies ejus.] Ut antea de humano genere, quaſi de uno homine, loquutus eſt Deus: ita hîc univerſæ Adami proſapiæ terminus, ultra quem impunè ampliùs non peccaret, à Deo præſcribitur, quaſi uni homini mortis prænunciaretur tempus. Capite V. *dies* vidimus, ut alibi paſſim, vitam vocari, atque eadem voce intercapedo temporis, quæ ex quo hæc pronunciavit Deus ad Cataclyſmum fluxit, & quâ incolume humanum fuit genus, ſignificatur. Igitur hæc à Deo dicta oportet Noacho, centum viginti annis antequàm reliqui homines interirent. Sunt qui velint

animum, præter malum, cogitando quotidie effingere; 6. hominéſque in terris feciſſe eum pœnituit, atque animo indoluit. 7. Ergo quos creavi, inquit, homines è terris delebo; ab hominibus ad jumenta, ad reptilia, ad aves cœli *omnia perdam*, feciſſe

tur genus humanum, & ſcelerata perpetuò conſilia agitaret, 6. perdere homines ſtatuit Deus. 7. Nec homines modò, ſed & omnia bruta terreſtria & volucria, quæ in humanos uſus facta à ſe fuerant, quaſi

lint ſubaudiendam hîc eſſe conditionem reſipiſcentiæ, quam ſi præſtitiſſent ante-diluviani, deleti non fuiſſent. Ita certè intelligendas minas de exſcidio Ninives, apud Jonam, oſtendit eventus; qui & ante Diluvium par fuiſſet, ſi ſimilis antevertiſſet Dei ultionem pœnitentia.

Ceterùm omittimus *Joſephi* aliorúmque ſententiam, qui hîc modum ætatis ſingulorum hominum definiri exiſtimant; cùm eam ſatis eventus ipſe confutet, nam multi poſt Diluvium centum viginti annorum ætatem ſuperarunt, ut ex ſacra Chronologia conſtat.

4. *Nephilæi*] Hebraïcam vocem נפילים *nphilim* retinendam cenſuimus, quòd de ejus ſignificatione non ſatis conſtare videatur; nec, ſi conſtet, vox Latina, quâ vis Hebraicæ plenè exprimatur, ſuppetat. Dubium tamen eſſe nequit quin deducenda ſit à verbo נפל *naphal*, quod *cadere* ſignificat; at quare ita dicti ſint non uſque adeò liquet. Quid tamen videatur dicam. Radix non modò *cadere*, ſed *irruere* more latronum, qui ſubitò in viatores, aut incautè ruri verſantes impetum faciunt, ſonat. Job. I, 14. *Irruit Sabæus* ותפל שבא vattipphol ſcheba, *& abegit eos.* Eadem vox adhibetur, ad pugnæ initium ſignificandum Joſ. XI, 7. Igitur נפיל *naphil* illinc ductum, ut à פקד *phakad* פקיד phakid, *præfectus*, aliáque ſimilia, *latronem*, qui in prædam *irruat* poterit ſignificare. Atque hinc fortè, apud Arabas, נפאל *naphala* & *naphalon*, *prædam dividere* & *prædam* ſignificant. Certè hinc *Aquila* ἐπιπίπτοντας *irruentes* vertit, *Symmachus* βιαίους *violentos.*

Cum hac vocis origine conſentit horum hominum, quæ ſequitur, deſcriptio, ubi *viri fortes* dicuntur. Conſentit & quod habetur de *Nephilæis* Num. XIII, 34. ubi quæ dicemus vide. Ideò etiam non tam originem vocis, quàm rem, præ oculis habens Chaldæus interpretatus eſt גבריא *gabrajo*, hoc eſt, *viros fortes.* LXX. verò Intt. conjecturâ ex Numerorum loco ductâ, γίγαντες verterunt; quos ſequutus eſt *Vulgatus.* Dubitant tamen haud immeritò viri docti, an voce נפילים ſtatura ſolito altior ſignificetur, ut ad eum locum oſtendemus. Dubium etiam eſt, an eo vocabulo quilibet ſignentur latrones, aut prædones, an ejuſmodi hominum quoddam genus, ut videtur indicare ה adjectum hîc & Num. XIII. præter ipſam phraſeos in hoc poſteriori loco rationem. At quodnam ſit latronum genus nemo definierit, Veriſimile tamen eſt *Centauros*, latrones qui equis latrocinia exercebant apud Græcos, ut Arabum hodie multi, ex hoc genere fuiſſe; ideóque perperam ἥρως νεφίλας à Græcis dictos fuiſſe, cùm à Phœnicia Lingua utentibus בני נפילים *bne nphilim* vocitarentur.

Congreſſi ſunt &c.] Heb. *ingreſſi ſunt ad filias hominum*, quæ eſt coïtus frequentiſſima circumloquutio.

Pepererunt etiam &c.] Hoc eſt, cùm eſſent antea inter homines Nephilæi, qui ex hiſce matrimoniis nati eamdem vitam ſequuti ſunt. Si conjicere liceat, *Lamechus*, cujus verba, latrone ſanè digna, Capite IV. hujus libri habemus, inter Nephilæos recenſendus fuerit.

Celebris olim nominis] Heb. *qui à ſæculo viri nominis.* Hoc eſt, è genere Nephilæorum, qui à temporibus ante-diluvianis nobiles ſunt. Hæc non familiam ita vocatam fuiſſe, ſed certum vitæ inſtitutum ſequutos ſatis oſtendunt; neque enim Nephilæorum ante-diluvianorum ſuperfuit ſoboles.

5. *Videbat Jehova*] Hoc eſt, poſtquàm centum viginti annos humano generi conceſſiſſet, in pejus adhuc eorum mores ruere. Hæc enim videntur ad tempus poſterius referri debere, niſi ſit narrationis, quod ſæpè fit, inverſus ordo.

Nec quidquam eorum animum præter malum quotidie effingere.] Heb. *omne figmentum cogitationum cordis ejus tantùm malum omni die.* Quamvis ordinem & ſtructuram vocum non ſervarim, quod Latinè fieri non potuit, ſervavi tamen metaphoram, & ſenſum ad amuſſim expreſſi. LXX Intt. laxiùs, ſenſu tamen eodem: πᾶς τις διανοεῖται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ πάσας τὰς ἡμέρας. יצר jetſer, *figmentum cogitationis*, eſt quidquid cogitando, ſeu animo effingitur. Vid. 1 Paral. XXVIII, 9. XXIX, 18. לבב lebab, *cor* idem paſſim eſſe ac animum apud Hebræos, ut apud antiquiſſimos Græcos, vix opus eſt monere. Hîc habemus exemplum ejus quod dixit *Menander*: πολλοὺς λογισμοὺς ἡ πονηρία κυκλεῖ, *multas ratiocinationes verſat malitia.*

Ceterùm hæc non ſunt ita capienda, quaſi Propheta vellet ne unam quidem ante-diluvianorum hominum cogitationem peccato caruiſſe: cùm innumera ſint ἀδιάφορα, & peſſimi etiam hominum interdum bonas cogitationes animo verſent, ut quando conſcientiæ ſentiunt morſus, damnántque ipſi quod fecerunt. Tunc certè ubi ſe ipſi malos judicant, & pœna dignos, rectè ſentiunt. Sed emphatica hæc ante-diluvianæ nequitiæ deſcriptio ſummam depravationem ſignificat. Similia legere eſt Pſ. XIV, 3. & LIII, 4. Sed & apud Ethnicos, à quibus conſtat omnes non creditos eſſe malos, haud minores ſunt de ſuorum temporum corruptione querelæ, quarum aliquot, exempli causâ, recitabimus. *Sophocles* à *Johanne Stobæo* laudatus Serm. II. Φεῦ, οὐδὲν δίκαιόν ἐστιν ἐν τῷ νῦν γένει. *Heu! in genere hominum, qui nunc vivunt, nihil eſt juſtum.*

Theognis:

Οὐδὲ θεοὺς οὐδεὶς ἅζεται ἀθανάτους.
Εὐσεβέων δ' ἀνδρῶν γένος ἔφθιτο, οὐδὲ θέμιστας
Οὐκέτι γινώσκουσ', οὐδὲ μὲν εὐσεβίας.

Neque Deos quiſquam reveretur immortales; religioſorum virorum genus periit, neque jura ampliùs norunt, neque pietatem. Poſtea tamen idem

ciſſe enim ea me pœnitet. [8] Noachus tamen, apud Jehovam, gratiam invenit.
[9] Noachi autem hæ ſunt generationes. Vir is fuit juſtus ac integer in ætatibus ſuis, & cum Deo inceſſit, [10] Tres filios, Semum, Chamum, & Japhetum genuit Noachus.

quaſi creationis eum pœniteret, delere certus, [8] Noacho tamen, uni recti exempli homini, ignovit.

[9] Ei Noacho, pio ac probo viro, ſanctimoniáque Deo placere ſtudenti, [10] tres, ut diximus, fuere filii, Semus, Chamus, & Japhetus, ex quorum

idem *Theognis* viris probis ſpem addere nititur. *Seneca* Lib. IV. Quæſt. Nat. præfatione: *Virgilianum illud excute*, nuſquam tuta fides; *aut Ovidianum*

— Quâ terra patet fera regnat Erynnys,
In facinus juraſſe putes;

aut illud Menandri (*quis enim non in hoc magnitudinem ingenii ſui concitavit, deteſtatus conſenſum humani generis tendentis ad vitia*?) omnes *ait* malos vivere, *& in ſcenam ruſticus Poëta proſiluit. Non ſenem excepit, non puerum, non fœminam, non virum; & adjicit* non ſingulos peccare, nec paucos, ſed jam ſcelus eſſe contextum. Eumdem vide *de Ira* Lib. II. C. 8. Eximia ſunt & hanc in rem hæc è Medea, verſ. 531.

Nunc ſumme toto, Jupiter, cælo tona,
Intende dextram, vindices flammas para,
Omnémque ruptis nubibus mundum quate;
Nec deligenti tela vibrentur manu,
In me vel iſtum, quiſquis è nobis cadet
Nocens peribit, non poteſt in nos tuum
Errare fulmen.

Similia queritur *Ovidius* Lib. I. de ante-diluvianis hominibus.

6. *Eum pœnituit*] Cùm Linguæ ſint ab hominibus nequaquam Philoſophis aut Theologis inventæ, iique actionum, quæ ſub oculos cadunt, majorem rationem habere ſoleant, quàm animi quem non vident; mirum non eſt ſi utantur rationibus loquendi, quæ Deo parum dignæ ſunt; aut ſi animadvertentes Deum feciſſe quod ſolemus, cùm nos alicujus rei pœnitet, eum etiam pœnituiſſe dicant. *Lex* autem, ut utar Aben-Ezræ verbis, *loquitur* בלשון בני ארם *lingua plebeia*, ſeu ſtylo idiotico, non ad ἀκρίβειαν philoſophicam exacto. Alioquin, ut verè *Seneca*, in Præf. Nat. Quæſt. *Majeſtatis diminutio eſt, & confeſſio erroris mutanda feciſſe; neceſſe eſt enim ei eadem placere, cui niſi optima placere non poſſunt.* Vide & Lib. VI. de *Beneficiis* Cap. 23. Qui ædes ſtruxit, quæ poſtquàm ſtructæ ſunt ei diſplicent, is, modò ne deſit facultas, eas ſæpe evertit, & novas è fundamentis excitat, quòd priores ſtruxiſſe eum pœniteat. Idem hîc Deus fecit, qui conditum humanum genus delevit, quòd ſibi diſplicerent ejus mores, ideóque Deum *pœnituiſſe* ſcribit Moſes. Quod homines improvidentiæ arguit, qui neſciverant pœnitentiâ ſe captum iri: id Deo nihil ſimile adſcribit, ſed tantùm actionis mutationem, non ſententiæ; præviderat enim ſe ab humano genere, cùm id condidit, ejuſmodi aliquando expetiturum pœnas. Incommodè ergo *Tertullianus* contra *Marcionem*, Lib. II. Cap. XXIV. divinam pœnitentiam definit *ſimplicem converſionem ſententiæ prioris, quæ etiam ſine reprehenſione ejus poſſit admitti, etiam in homine, nedum in Deo, cujus ſententia caret culpa.* Non multò meliùs *Auctor Quæſt. & Reſp. ad Orthodoxos* Reſp. XXXVI. nodum hunc ſolvit, contentus dicere Deum eſſe ἄτρεπτον κατὰ τὸ πράττειν τὰς πρεπούσας αὐτῷ πράξεις, *immutabilem in actionibus ipſum decentibus edendis.*

Hæc cùm ita ſint, non contradicit Moſi, aut ſibi Samuël, quando 1 Sam. XV, 29. pœnitentiâ Deum duci negat, cùm eodem Cap. XV, 11, 35. pœnituiſſe eum regni Saüli dati dicat. Interdum enim Deus mutat quod fecit, quo tempore *eum pœnitere* dicimus, licèt conſilium non mutet; interdum eadem ſemper ratione agit, & tum à nobis *pœnitentiâ duci negatur*, quamvis in conſilio conſtantior non ſit, quàm alias, cùm in eum ne mutationis quidem umbra cadat. Hæc paulò θεολογικώτερον, hoc in loco, dicenda cenſuimus, propter LXX. Intt. qui, ut videtur, Sapientium Ethnicorum offenſionem veriti, contra perpetuum Linguæ uſum, verterunt, & ſine ſenſu: ἐνεθυμήθη ὁ Θεὸς ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ διενοήθη, *in animum revocavit Deus, quòd feciſſet hominem in terra, & cogitavit.*

Animo indoluit.] Heb. *doluit ad cor ſuum.* Idem fecit, quod faciunt homines, cùm iis dolet, propter quidpiam, quod factum nollent; ſeu illud delevit.

7. *Ergo quos creavi*, &c.] Heb. *Et dixit Jehova delebo*, &c. Hîc & in antecedenti commate, cum Vulg. Interprete, omiſimus vocem *Jehova*, more Hebraïco, ſine neceſſitate repetitam. ו vertimus *ergo*, quia hæc verba ſuperioris narrationis eſſe velut conſectarium ſatis liquet. Vide ſignificationem 49. particulæ ו, in *Noldianis Concordantiis.*

E terris] Heb. *è facie*, vel *è ſuperficie terræ.* Sed ut *ſupra faciem* nullam habet majorem emphaſin, quàm *ſuper* aut *ſupra*: ita nec *è facie*, aliud ſonat, quàm *è* vel *ex*. Obſcura eſt Interpretum hoſce Hebraïſmos, notiſſimi ſensûs, retinentium diligentia.

7. *Ad jumenta, ad reptilia*, &c.] Vide not. ad Cap. VII, 18.

Omnia perdam.] Cùm manifeſtum eſſet ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti oportere verbum אמחה emhhe *delebo*, è ſuperioribus, ſynonymam loquutionem ſupplevimus. Ceterùm, ut poſtea videbimus, hæc eorum ſententiæ, qui Diluvio totum orbem terrarum tectum volunt, favent. Exitium autem Deus brutis minatur, non quòd iis indignaretur, in quæ non cadit peccatum; ſed quia in uſum hominum creata pars erant eorum facultatum, quarum jacturâ plectebantur. Deinde ne humanum quidem genus, intactis brutis, diluvio perdi potuit; niſi miraculo ſervatæ fuiſſent pecudes, dum miraculo homines delebantur. Hinc cùm ingentem deſolationem Prophetæ deſcribunt, ad bruta etiam, ne exceptis quidem avibus ac piſcibus, eam interdum porrigunt. Sic Hoſ. IV, 3. *Propte-*

chus. [11] Cùm igitur terræ coram Deo corrumperentur, nequitia implerentur, [12] atque, eo inſpectante, in pejus ruerent, nam omnis caro viam ſuam corruperat; [13] adeſt,

rum primo oriundi ſunt Hebræi. [11] Quamquam autem Noachus in vitiorum torrentem brachia dirigebat, hominéſque ad emendatiorem vitam dictis & factis revocabat; illi, exemplo & monitis poſthabitis, adfectibus indulgebant. [12] Nec pauci tantùm inolitis vitiis pertinaciter adhærebant; omnes, quaſi in facinoroſam vitam conjuraſſent, omni generi nequitiæ addicti erant. [13] Itaque Deus Noachum monuit inſtare diem humano generi delendo, niſi in melius mutaretur, præſtitutum, cùm nulla cul-

rea lugebit terra, quæcúmque eam incolunt langueſcent, inter feras agrorum, inter aves cæli; imò etiam piſces maris exſtinguentur. Jerem. XII, 4. *Propter improbitatem ejus incolarum, defecere jumenta & aves.* Hic tamen piſces ſine dubio excipiendi ſunt; niſi fortè quis velit fluviatiles piſces, adfuſâ aquâ ſalsâ maris, interiiſſe. Sed aquæ marinæ ſalſugo, ingenti dulcis miſtæ copiâ, mitigari etiam potuit.

8. *Noachus tamen*] Heb. נח & *Noachus*, ו potuiſſet etiam verti *ſed*, aut quavis aliâ *exceptivâ* particulâ. Vide apud *C. Noldium*, 59, & 65. ejus ſignificat.

Gratiam invenit] Loquutio eſt frequentiſſima, quâ peculiaris favor non adquirendus, ſed jam conciliatus ſignificatur. Vid. inf. Cap. XVIII, 3. XIX, 9. XXX, 27. Latini dicunt *gratiam conſequi*, ἀντὶ τοῦ *conciliare ſibi gratiam*, ſed nec ea phraſis, nec alia Latina quam norim Hebraïcæ vim ubique ad amuſſim exprimit, ideóque Hebraïſmum à Latinæ Linguæ ingenio alioqui non nimiùm abhorrentem ſervavimus. De planta tamen *Plinius* Hiſt. Nat. Lib. XIX. p. 590. Ed. Harduinianæ dixit: *pluribus modis aſperitate victâ gratiam invenit*, ſed alio ſenſu.

9. *Generationes.*] Hac voce alii ſobolem Noachi, quæ verſ. 10. recenſetur, ſignari volunt, alii ejus vitam. Prius prætulerim, licèt ſoboles proximè non ſubjiciatur huic voci, quia quod interjicitur de Noacho eſt veluti generis ejus recenſionis initium.

Juſtus ac integer] Quemadmodum quæ de malis dicuntur verſ. 5. uſque adeò urgeri nequeunt, ut ne ſcintilla quidem boni eis fuiſſe credenda ſit: ita virtutem Noachi eam fuiſſe, quæ nullâ, vel minimâ maculâ, adſperſa eſſet negant viri docti, quibus calculum haud gravatim adjicimus. Homines virtuti ita addicti, ut habitus vitiorum exuerint, quamquam infirmitate peccant, integri tamen & juſti, in utriuſque Fœderis tabulis, dicuntur. Vide *H. Grotium* ad Lucam I, 6. Hujuſmodi fuiſſe Noachum plerique volunt, cùm uſu Linguæ Sacræ freti, tum eo quod additur in ſequentibus, *cum Deo inceſſit*. Alii tamen, inter quos *Hieronymus* in Trad. Hebr. propter additamentum *in ætatibus ſuis*, comparari dumtaxat æqualibus Noachum volunt: *Signanter*, inquit, *in generatione ſua, ut oſtenderet non juxta juſtitiam conſummatam, ſed juxta generationis ſuæ eum juſtum fuiſſe juſtitiam.* Quæ obſervatio, ſi hic intempeſtiva, ut multis videtur, nequaquam tamen ſpernenda eſt. Sanctitas enim hominum non confertur ſemper in V. T. cum æterno quodam & immutabili ſanctimoniæ exemplari, quale Chriſtus nobis & verbis & exemplo propoſuit, ſed cum uniuſcujuſque ætatis moribus. Cavendum ergo ne quod *comparatè* effertur, quaſi *ſimpliciter* dictum, capiatur; cujus admonitionis uſus frequentior eſt, quàm vulgò multi cenſent.

In ætatibus ſuis] בדורותיו *bdorothau.* Infra in ſingulari numero Cap. VII, 1. בדור הזה *baddor hazze*, in ætate *hac*; quo conſtat pluralis & ſingularis promiſcuum hîc eſſe uſum, nec quidquam ſubtiliùs quærendum. *Generatio* autem, *aut ætas*, ut Græcè γενεὰ, præter certum annorum numerum, homines æquales in Sacris Litteris, ſignificat. Vide Matth. XXIII, 36. & XXIV, 34. Itaque *in ætatibus ſuis* perinde eſt ac *inter æquales ſuos*; quâ re nonnulli ſanctitatem Noachi extolli putant, quòd inter homines perditos pius viveret, quæ res haud facilis eſt. *Sophocles* in Tereo ex *J. Stobæo* Serm. I.

Φεῦ, οὐδὲν δίκαιόν ἐστιν ἐν τῷ νῦν γένει,
Σκαιοῖσι πολλοῖς εἷς σοφὸς ἀπόλλυται.

Heu nihil eſt juſtum, in hoc hominum qui nunc vivunt genere; multis malis unus ſapiens perit. Ante eum *Heſiodus* propterea virtuti valedicendum eſſe, parum fortiter, dixerat:

Νῦν δὴ ἐγὼ, μήτ' αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
Εἴην, μήτ' ἐμὸς υἱός, ἐπεὶ κακὸν ἄνδρα δίκαιον
Ἔμμεναι, εἰ μείζω γε δίκην ἀδικώτερος ἕξει.
Non mihi nunc igitur, non qui de ſanguine noſtro
Natus erit juſtè ſit vivere; noxia namque
Juſtitia eſt, cùm jura magis pejoribus adſint.

Cum Deo inceſſit] Vide notata ad Cap. V, 22.

10. *Semum*, &c.] De ordine, quo fratrum nomina collocantur, diximus ad Cap. V, 32.

11. *Cùm igitur terræ*, &c.] Heb. *Et corrupta eſt terra coram Deo, & repleta eſt terra nequitiâ, & vidit Deus terram, & ecce corrupta erat, quoniam omnis*, &c. *& dixit Deus*, &c. Quam conſtructionem Hebraïcam, cùm nulla in ea ſit peculiaris emphaſis, in Latiniorem maniſeſtò ejuſdem ſensûs, ſervatóque loquutionum numero, transferendam cenſuimus.

12. *Omnis caro*] Hoc eſt, omnes homines, in quos ſolos corruptio ejuſmodi cadit. Deut. V, 26. Pſal. CXLV, 21. Joël. III, 1. Quamquam vox *caro* univerſa earum naturarum genera quæ carne conſtant, adeóque omnia animalia complectitur; attamen homines, qui ceteris omnibus præſtant, veluti κατ' ἐξοχὴν ita appellantur. Sic & ſuprà Caput III, 20. *mater omnium viventium* dicitur, quæ hominum omnium fuit. Apud Arabas etiam بشر בשר *baſcharon* hominem paſſim ſignat. Hîc autem eâ voce, potiuſquàm aliâ, Deum utentem inducit Moſes, quia *mortalem* etiam ſonat; quod huic loco optimè convenit, ubi de exſtinguendo hominum genere ſermo eſt. Vide verſ. 3.

Viam ſuam] Vid. notata ad Cap. V, 22.

13. *Adeſt finis*] בא קץ ba kets, *venit finis*; hoc eſt, jam conſtitui tempus, quo brevi omnes homines interibunt. Hoc dictum fortè paucis annis ante κατακλυσμόν; tempus enim ſæpè *veniſſe, aut adeſſe* dicitur, quod inſtat. Vid. *H. Gro-*

eſt, inſit Deus Noacho, finis omnis carnis apud me, nam ab iis impletæ ſunt terræ nequitia; en autem ego eos unà cum terris perdam. 14 Fac tibi ex cupreſſinis lignis Ar-

cultarum terrarum ora humanorum ſcelerum immunis eſſet; ideóque nihil ampliùs ſe moraturum, quominùs cum improbis incolis terras omnes eluvione vaſtaret, niſi Noachi familiæque ejus incolumitati conſulere vellet. 14 Auctorem ſe eſſe conſtruendi ex cupreſſinis lignis ſtabuli, in quo eſſent plures contabulationes, ejuſque intus & extra diligenter, ne quà humor ſubiret, bitumine illinendi. 15 Ædi-

Grotium ad Matth. XXVI, 17. Hæc ipſa loquutio occurrit eodem ſenſu Jerem. LI, 13. & Ezek. VII, 2, 3, 6. Vide & notata ad Geneſ. XLIX, 10.

LXX Intt. habent *καιρὸς* minùs commodè, debuiſſent ut *Aquila* *τέλος*, aut ut *Symmachus* *πέρας* vertere; nec aliter quàm nos legiſſe eos crediderim.

Omnis carnis] Οἱ LXX: *παντὸς ἀνθρώπου*, quia ita ſumitur *caro*, commate antecedente, & quia ſequitur; *nam ab iis impletæ ſunt terræ iniquitate*, quod de ſolis hominibus dici poteſt. מפניהם *mippbenehem* eſt in Heb. pro *ab iis*, *à faciebus eorum*, noto Hebraïſmo.

Nequitia] חמס *bhamas*. Vocem hanc habuimus verſ. 11. Quamvis injuriam ſeu dolo, ſeu vi inferatur, ſignificat, unde à LXX Intt. *ἀδικία*, *ἀσέβεια* & *ἀνομία* promiſcuè vertitur. Qui volunt hac voce *vim* tantùm aut *rapinam* ſignari, nulla certâ ratione nituntur, ut loca conferentibus patebit. Vid. infra Cap. XVI, 5.

Unà cum terris] את הארץ *eth baarets*. LXX Intt. *καὶ τὴν γῆν*. Vulg. *cum terra*. Chaldæus ſimiliter עם ארעא *him arha*. Eos ſequuti ſumus, & uſum Linguæ. Alii tamen מאת interpretantur *meeth*, *è terra*, quod idem eſt ac מעל פני האדמה *mehal phne haadama*, *è ſuperficie terræ*, quod habuimus ſupra verſ. 7. & infra occurrit Cap. VII, 4. Poſterior hæc interpretatio ad ſolos homines pertinet; prior proventus etiam terræ ſignificat, qui unà cum hominibus periere; quod magis arridet.

14. *Ex lignis cupreſſinis*] עצי גפר *hatſe gopher*. Non conſentiunt Interpretes de ligno *Gopher*, ex quo ædificata eſt Arca. LXX Intt. habent *ξύλα τετράγωνα*, quorum interpretationem acriter, nec ſine ingenio, defendit, ut ſolebat, *Iſaacus Voſſius* de Tranſl. LXX Intt. Cap. XII. Vult reſiniferas arbores ſignificari, quales ſunt *pinus*, *abies*, *cedrus*, *pinaſter* &c. Onkelos habet קדרוס *Kadros*. Hieronymus in Vulg. *ligna lævigata*, in Trad. *bituminata*, quaſi *Chopher* כפר & *Gopher* גפר idem eſſent. *Nic. Fullerus*, & *Sam. Bochartus*, ille in *Miſcel.* Lib. IV. C. 5. hic in *Phaleg.* Lib. I. Cap. 4. veriſimiliùs oſtenderunt *Cupreſſum* ſignificari, 1. nomine, ſi enim ἀπὸ τῦ κυπαρίσσου terminationem ſuſtuleris, ΚΥΠΑΡ & ΓΟΦΕΡ parum different: 2. quòd alia materia firmior non ſit adversùs cariem & tineas, quod locis plurimis Veterum uterque oſtendit. Atque hinc fortè factum ut Vatic. Cod. Scholiaſtes *ἐκ ξύλων ἀσήπτων* interpretatus ſit: 3. quia apta eſt Cupreſſus, ut *Bochartus* potiſſimùm probavit, ad naves conficiendas, eſque rei uſui eſſe ſolebat, ubi ſat magnâ copiâ erat: 4. quia circa Babyloniam, ubi primæ humani generis fuere ſedes, & potiſſimùm in Adiabene, ingens fuit Cupreſſorum copia, unde *Alexander* integram claſſem ædificavit, teſte *Arriano* Lib. VII. Hiſce ergo rationibus freti *cupreſſina ligna* vertere non dubitavimus.

Arcam] תבה *thebah*. Quamvis hanc vocem *arcam*, conſenſum Interpretum & inveteratum uſum ſequuti, verterimus; non uſqueadeò aptam Latinam dictionem, ut Hebraïcæ ad amuſſim reſpondeat, exiſtimamus. *Arca*, Gallicè *coffre*, propriè dicitur, quod Hebræi ארון *aron* & ארגז *argaz* vocant. At *Thebah* duabus dumtaxat in Hiſtoriis legitur, hîc ubi de Diluvio ſermo eſt, & Exod. II. ubi ſic vocatur juncea fiſcella, pice & bitumine illita, in qua infans aquis expoſitus eſt Moſes. Hoc in loco, ſcribitur pleniùs תיבה, quo docemur vocem à radice תוב *thoub* eſſe deducendam, quæ apud Chaldæos & Arabas uſitata eſt, idémque ac שוב *ſchoub* apud Hebræos ſignificat; mutato, pro earum Linguarum ingenio, ש in ת. Hebraïca autem radix שוב non modò *redire*, ſed etiam *habitare* ſignat, veluti ישב *jaſchab*, cui adfinis eſt, ut Pſal. XXIII, 3, 6. Ab hac radice Samaritæ fecerunt derivatum שיבה *ſchebah*, *habitatio*, quod exſtat Deut. XXXII, 32. in Verſione Samaritana. Poteſt & à שוב *redeundi* ſignificatu ſumto deduci, quia *habitatio* locus eſt quò reditur, ut Arabicè מתבון *methabou*. Quin analogica etiam ea ſit derivatio, nemo dubitare queat, qui meminerit à שוב, cum puncto in ſiniſtro cornu, ut nunc ſcribitur, derivari שיבה *ſebah*, ut pronunciamus, *ſenectus*; à צוד *venatus eſt*, צידה *tſedah*, venatio, &c. Hæc cùm ita ſint, תיבה *habitaculum*, non ſecus ac שיבה, commodiſſimè verti crediderim.

Ac ſanè forma & uſus Archæ Noachi habitationi erant comparata, non recondendis impedimentis ut ciſtæ, quæ *arcæ* vocari ſolent. Stabulorum ſeu ædificiorum ruſticorum, & quorum ſimpliciſſima eſt Architectura, forma eſt Noachicæ Arcæ ſimilis, niſi quòd illa ſunt unius contignationis. Simplicius nihil apud primos homines eſſe potuit, poſtquàm ligna cædere, & inter ſe aptare didicerunt, quàm quadrata ædificia, tabulis infrà, ad vitandum terræ inſalubrem humorem, ſtrata; deſuper item transverſis, & ad latera inclinatis, ut ſtillicidia hinc atque inde fierent, contecta. Cùm rimæ ſupereſſent, quà venti & humor ſubire poterant, bitumine aut pice, prout eorum erat copia, claudi potuerunt; præterquàm quòd contra putredinem nihil eſt efficacius. Ejuſmodi autem ædificium erat quod hîc תיבה vocatur, adeóque potiùs *habitaculum* quàm *arca* dici debuit. Præterea in eo erant variæ cellæ, quales neceſſariò fieri oportuit in ſtabulis, quibus diverſi generis animalia claudebantur.

Fateor fiſcellam, in quam conjectus eſt Moſes, arcæ ſimiliorem fuiſſe quàm ædificio; verùm majorem eam eſſe neceſſe non erat puero, qui recubans in eam condebatur; & impropriè תיבה *theba* dicta eſt, fortè quia Scriptor tacet ad Noachi Thebam adludebat.

Videtur & תיבה vox fuiſſe Ægyptia, quæ idem ſignificaret ac נו *no* aut *nave* (utroque enim mo-

 do

Arcam. Arcam facies nidis *inſtructam* eámque intus & extra bitumine illines. [15] Sic autem eam facies, Arcæ longitudo trecentorum, latitudo quinquagenorum, altitudo tricenorum cubirorum. [16] Feneſtram ei facies, eámque *feneſtram* è ſuperiori parte cubitalem abſolves. Arcæ verò portam ad latus ejus pones, eámque infimo, ſecundo &

[15] Ædificii longitudinem trecentorum, altitudinem tricenorum oportere eſſe cubitorum. [16] Feneſtram, quâ lux & aer admitterentur, cubitum unum altam & latam in tecto ſtabuli eſſe faciendam, nec januas in unaquaque contabulatione, quibus animalia intromitti poſſent, omittendas. [17] Brevi enim omnia

do legi poteſt, ſignificatione eadem ſervatâ) hoc eſt, habitaculum; nam quæ *No-Amon*, *habitatio Amonis* in Scriptura, ea & *Dioſpolis* & *Thebæ* Græcis dicitur. Opus fuit *Oſiridis*, quem multis indiciis *Hhamum* Noachi filium eſſe credibile eſt, qui eam חנה, hoc eſt, *habitationem* appellavit, quòd in eo loco ſedem à fratribus digreſſus fixiſſet. Vide *Diodorum* Lib. I. Bibl.

Non diſſimulandum tamen & ipſos Ethnicos, inter alias antiquæ famæ reliquias, hanc circumſtantiam de eo qui è diluvio evaſerat litterarum monumentis incolumem ſervaſſe, quòd ἐν λάρνακι *in arca* ſalutem invenerit. Vid. *Hug. Grotii* notas ad Lib. I. de V.R.C. §. 16. & *Sam. Bochartum* Lib. I. Cap. I. ſui *Phalegi*. Hi enim quidquid è naufragio antiquarum hiſtoriarum de Diluvio ad nos pervenit ſuppeditabunt.

Nidis inſtructam] Heb. *nidos facies arcam.* Eadem eſt conſtructio infrà commate 16. οἱ LXX ad verbum νοσσιὰς ποιήσεις τὴν κιβωτὸν; clariùs Hieronymus, *manſiunculas in arca facies*. *Nidos* vertimus, quia videntur variæ cellæ intelligi, in quas claudenda erant animalia. Quamquam enim *nidi* propriè avium ſunt, metaphoricè ita vocari poſſunt aliorum animalium cellæ diſtinctæ: ut in tabernis *nidi* dicuntur interſtitia tabulis ſecreta, in quibus merces ſeorſim collocantur. *Symmachus* καλιὰς verterat, aptâ voce, ſi Grammaticis credimus: *Heſychius*: Καλιὰ, τὸν οἶκον, κυρίως δὲ τὸν μὲν ξύλινον οἶκον, κᾶλα γὰρ τὰ ξύλα, *domum, propriè ligneam, nam Κᾶλα dicuntur ligna.* Vide & *Suidam* & *Etymologici Magni* Scriptorem, qui ſimilia habent.

Bitumine illines] Heb. כפרת בכפר *chapharta bacchopher* ἀσφαλτώσεις ἀσφάλτῳ, ut habent οἱ LXX. Solum Babylonicum Aſphalti, ſeu bituminis feraciſſimum fuiſſe notum eſt ex Gen. XI, 3. & Scriptoribus Ethnicis, qui de muris Babylonis ſcripſerunt. Non videtur caſu factum ut כפר *chopher*, bitumen; גפרית *gophrith*, ſulphur; & גפר *arboris reſiniferæ* nomen, ut vidimus, ſono adeò adfinia ſint, cùm inter ſe ſuam, ſulphur & bitumen tanta ſit naturæ adfinitas.

15. *Arcæ longitudo* ccc. *cubitorum*] Ut intelligatur Arcæ hujus longitudo, aliæque menſuræ, quanta fuerit *cubiti* longitudo tenendum eſt. Vulgò creditur ſeſquipedalis, ſeu unciarum octodecim, ut poſt alios multos obſervavit *Ed. Bernardus* in libro *de Menſuris & Ponderibus Antiquorum* III. ubi multos auctores coacervat, qui idem adfirmarunt. Sed vir doctus, præ nimia brevitate, & neſcio qua ſtyli elegantia, quam ubique captat, ægrè intelligi poteſt, nec multùm fortè curat. Nos ex alio Scriptore Anglo, qui haud paullò clariùs & fuſiùs rem expoſuit, omiſſis iis quæ non ſunt prorſus neceſſaria, quod adhuc veriſimillimum in hoc negotio viſum eſt, paucis, in Lectoris uſum, hic referemus. Is ſcriptor eſt *Ric. Cumberlandus* S.T.D, poſtea Petroburgenſis Epiſcopus, qui Londini libellum Anglicum hac de re edidit, anno 1686. Primùm quærit quantus fuerit cubitus Ægyptiacus, deinde Hebraicum eumdem fuiſſe oſtendit.

Exſtat adhuc in urbe *Cairo* ab eo loco, in quo priſca Memphis fuit, non remota, *Nilometrion*, in cubitos diviſum, unde incrementa cognoſcuntur Nili; quorum cubitorum menſuram tradidit *Joannes Gravius*, in libro *de pede Romano*. His autem tota Ægyptus etiamnum utitur, eoſdemque veteres fuiſſe priſcorum Ægyptiorum plurima ſuadent, ac præ ceteris conſenſus Veterum & Recentiorum, circa modum incrementi Nili, ut Ægypto ſolita concilietur fertilitas. *Auctûs per puteos*, ait Plinius Lib. V. Cap. IX. *menſuræ notis deprehenduntur. Juſtum incrementum eſt cubitorum* XVI. *Minores aquæ non omnia rigant, ampliores detinent, tardiùs recedendo.* Vid. & Lib. XVIII. Cap. 18. & Lib. XXXVI, Cap. 7. Similem cubitorum numerum memorat *Herodotus*, ſuo tempore, exundare oportuiſſe Nilum Memphi, ut inferiorem Ægyptum fœcundaret, Lib. II. Cap. 13. Νειλομετρίου meminerunt etiam *Diodorus Siculus* Lib. I. Bibl. *Strabo* Lib XVIII. & *Plutarchus*, *de Iſide & Oſir.* Conſentiunt de numero cubitorum cùm Veteribus *J. Gravius*, *Thevenotus* in Itinere Part. I. Lib. 2. Cap. XXII. & 3. Cap. LXIV. aliíque recentiores, qui Nilometrion Memphiticum deſcripſerunt, & ab Ægyptiis acceperunt, aut præſentes incrementa & decrementa Nili viderunt. Vide Indicem, in voce *Nilometrion*. Hinc eamdem olim & hodie cubiti menſuram, conſequens eſt ut credamus. Si enim olim cubitus minor fuiſſet, ſexdecim cubiti veteres ad fœcundandam Ægyptum ſatis non fuiſſent; ſi major, is cubitorum numerus, ut hodiernâ conſtat experientiâ, Ægypto noxius fuiſſet.

Præterea ſi in Ægyptiaco cubito aliqua facta eſſet mutatio; ea ab iis qui Ægyptum invaſere, variis temporibus, invecta eſſet. At Babylonii certè non mutarunt, cùm eorum cubitus quinque palmorum Ægyptiaco brevior; ſex verò palmorum, huic par ſit. Græcorum & Romanorum cubiti Ægyptiacis breviores ſunt. Turcarum *Pika* (quæ tamen vox ἀπὸ τοῦ πήχεως deducta eſt) duplicis generis, cubito Ægyptiaco eſt longior, ut liquet ex Tabula *J. Gravii*, ubi menſuras Orientalium cum pede Romano & Anglico confert. Ergo neque Babylonii, neque Græci, neque Romani, neque Turcæ novam menſuram in Ægyptum intulere. Hi autem ſoli eam regionem ſubegerunt; nam Arabes pro nativis Ægyptiis haberi poſſunt, quippe qui olim partim Ægyptiorum Regibus paruerint.

Credibile eſt autem hanc menſuram cubiti, quam ex Nilometrio habemus, & quæ eadem fuit,

& tertio tabulato *diſtinctam* conficies. 17. Nam ad me quod adtinet, aquarum diluvium terris inducturus ſum, quo ſub cœlo omnis caro, cui ſpiritus ineſt vitalis, exterminetur, & quidquid eſt in terris exſpiret. 18. Pangam autem fœdus meum tecum, túque in Arcam ingredieris, filiíque tui, uxor tua, uxoréſque filiorum tuorum unà tecum. 19. Præterea ex omni animante, ex omni carne, bina ex omnibus intromittes in

omnia animantia, quæ extra id ædificium deprehenſurum eſſet diluvium, quà terræ paterent, exanimanda; 18. at cum ceterorum ſorti, cum uxore, filiiſque & nuribus, exemtum iri. 19. Igitur quæ ſal-

fuit, *Herodoti* & *Plinii* temporibus, uſque adeò remotis, ſemper eamdem fuiſſe; cùm propter rationem modò allatam, tum quia ſine dubio vetuſtiſſimus ille fuit dimetiendi Nili mos, propter ingentes uſus qui inde derivantur, ut ex *Strabone* & *Diodoro* liquet. Hinc nullum alium ab antiquiſſimis temporibus fuiſſe cubitum, cùm nulla mutationis ratio appareat, conficitur. Plura apud eruditiſſimum *Cumberlandum* legenda.

Cubitus porrò ille Ægyptius, ut docent qui eum in Nilometrio metiti ſunt, eſt unciarum ſive digitorum 21, decimarum 8, centeſimarum, & milleſimarum totidem. Omnes Orientales, ut prodidit *Abulfeda*, à *J. Gravio* in præfatione *deſcriptionis Choraſmiæ* laudatus, digitum ſex granis hordeacis æqualibus, quorum latera ſibi mutuò applicantur, conſtare uno ore fatentur, quamvis in quibuſdam aliis menſuris diſcrepent. Electa autem craſſiora grana, cùm ſoleat optimum quodque in ſuo genere menſura eſſe reliquorum, veriſimile eſt. Itaque digitus Orientalis erit 0,912. Anglicani digiti; hoc eſt, novem decimas, unam centeſimam, duas milleſimas complectetur. Cùm autem quatuor digiti Orientales palmum unum conficerent, ſi is digitus per 4. multiplicetur, palmus comperietur eſſe digitorum Anglicorum 3,649. Si rurſus eumdem digitum per 24. multiplices, productum erit 21,888, quæ eſt ad amuſſim Cubiti, qui in Nilometrio cernitur, menſura.

Hæc cùm ita ſit, Hebraïcum cubitum, de quo hîc & alibi Moſes, eumdem fuiſſe ac Ægyptium hiſce argumentis conſtat, ſi res ſummatim ſpectetur. 1. Cùm Iſraëlitæ ſeptuaginta in Ægyptum deſcendiſſent, ibi inſtar ſervorum diu habiti, ſine dubio menſuris Ægyptiacis uſi ſunt; & cùm Moſes de menſuris loquitur, eas intelligit quibus adſuefacti erant. 2. Veriſimile eſt Ægyptios, Chananæos, atque Hebræos eaſdem menſuras à Noacho, alios quidem Chami, alios Semi miniſterio, accepiſſe. Chananæorum certè & Ægyptiorum eumdem fuiſſe cubitum, ex eo quòd *Samii* Phœnicum coloni eodem cubito uterentur ac Ægyptii, quod teſtatur *Herodotus* Lib. II. Cap. 168. colligere eſt. 3. Ex dimenſionibus Arcæ liquet, ante Jacobi in Ægyptum deſcenſum, uſitatas fuiſſe menſuras publicas, eáſque iis quæ tempore Moſis receptæ erant pares. Abſque enim hoc eſſet, dimenſiones Arcæ intelligi non potuiſſent, cùm *cubitorum* numerum dumtaxat, nullâ additâ mentione eorum longitudinis tradat. Neque dixeris Noachi cubitos à Moſe ad eos, qui ipſius tempore in uſu erant, reductos; nam præterquàm quòd ſine ratione hoc affirmaretur, nullam fractionem, in reductione, futuram fuiſſe credibile non eſt.

Si preſſiùs rem urgeamus, idem etiam comperiemus. Sunt quidem inter Eruditos variæ, circa magnitudinem cubiti Hebraïci & Orientalis, ſententiæ, ſingulæ Scriptorum Judæorum aut Arabum auctoritate nixæ. Sed eæ videntur ex ambiguitate vocis אמה *ammah* natæ, quæ cùm cubitum propriè ſignificat, apud Arabas tamen cujuſvis menſuræ, quinque, ſex, octo palmorum, nomen eſt. 1. At verò cubitus Sanctuarii Hebraïcus, qui *veriſſimus* à Vulgato Interprete in Ezekielem XLIII, 13. dicitur, conſtitit dumtaxat ſex palmis, prout omnes fatentur. Atque hæc eſt menſura intelligenda, ubicumque in V. T. vox אמה ſola legitur, nec ulla narrationis circumſtantia aliud ſuadet; quemadmodum ubi de Arcæ dimenſionibus ſermo eſt. Sunt autem tria dumtaxat loca, in quibus quod additur oſtendit non eſſe ordinario ſenſu intelligendam vocem אמה. Primus eſt Deut. III, 11. ubi vide notata. 2. Cubitus Hebraïcus palmo uno Babylonicum ſuperavit, unde factum ut duo alia loca, ubi *cubitus* occurrit, de Babylonico intelligendus, additione *palmi* ad cubitum, eum exprimant, hoc pacto: *cubitus & palmus* Ezek. XLIII, 13. & XL, 5. Quamvis autem Babyloniis & Hebræis de magnitudine cubiti non conveniret, de magnitudine palmi conſentiebant, quod de Orientalibus omnibus affirmat *Abulfeda*. Alioqui vix intelligi potuiſſet Propheta. Atque hinc cubitum Hebraïcum eumdem fuiſſe cum Ægyptio, cùm uterque Babylonicum palmo excederet, iterum liquet.

Hæc ſi vera ſunt, ut mihi quidem profectò videntur, Arca Noachi fuerit ferè duplo capacior, quàm vulgò cenſetur ab iis, qui cubitum octodecim dumtaxat unciarum fuiſſe volunt. Atque hoc modo multò aptior fuerit, quàm à pleriſque creditum, capiendis animalibus & alimentis quæ in eam recondita ſunt. Arca enim ad modulum majoris cubiti ædificata erit Arcæ ad menſuras minoris fabricatæ, ut cubus majoris cubiti cubo minoris. Cubus autem cubiti unciarum 21, 888. pænè duplo major eſt cubo cubiti unciarum 18. Quæ Geometricis atque Arithmecis rationibus extra omne dubium collocantur.

Hæc de cubito & magnitudine Arcæ hactenus. Neque enim ejus dimenſiones ſingulas diligentiùs exponere, aut oſtendere quâ ratione Animalia, victúſque eorum neceſſarius, in ea contineri potuerint adgrediemur. Juſti voluminis hæc res argumentum eſſet, & conſuli poterunt qui datâ operâ, aut digreſſionibus eam, in Commentariis, proſequuti ſunt, *Joannes Buteo*, *Joannes Temporarius*, *Jacobus* & *Ludovicus Cappelli*, *Athanaſius Kircherus*, alii.

16. *Feneſtram Arcæ facies*] Heb. צהר *tſohar*, quæ vox cùm hoc loco occurrat, impediit LXX. Intt.

in Arcam ; ut ea viva tecum ſerves ; maſculus *autem* & ſœmina erunt. 20. Ex omni volucri, ſecundùm ſpeciem ſuam; ex omni jumento, pro genere ſuo; ex omni reptili terræ, ſecundùm ſpeciem ſuam, bina ad te venient, ut viva ea ſerves. 21. Tu verò ſume tibi ex omni eſca, quâ veſcuntur, eámque ad te collige; ut tibi iiſque victui ſit. 22. Atque *hæc* fecit Noachus, & per omnia, quæ ſibi imperaverat Deus, exſequutus eſt.

VII. Ar-

ſalva eſſe vellet animalia, eorum paria ; totidem maſculis ac fœmellis, 20. cùm ex terreſtribus, ſeu minora ea, ſeu majora eſſent, tum ex volucribus, ſtabulo ſecum clauderet. 21. Néve illic interirent fame, pabula omnis generis, quibus & homines & bruta alerentur, ſibi quantâ maximâ poſſet copiâ compararet. 22. Quæ, prout juſſus eſt, exſequutioni mandavit Noachus.

P A-

Intt. qui ἐπισυνάγων nullo ſenſu verterunt. Plerique alii poſt *Symmachum* qui διαφανὲς, *pellucidum* ; *Aquilam* qui μεσημβρινὸν, *meridianum* ; *Vulgatum* qui *feneſtram* ; *Chaldæum* & *Samaritanum* qui נהור *nehor*, *lumen*, vertunt, meritò locum apertum, quà lumen ingrederetur, ſignificari exiſtimarunt, cujus rei duæ ſunt rationes haud leves ex Lingua Sacra & narratione Moſis ductæ. Primò צהרים *tſoborajim* ab eadem radice derivatum *meridiem* ſignificat, cui notioni manifeſta eſt cum lumine adfinitas. Adde & in Arabica Lingua صهر *tſabara*, etiamnum ſignificare *ardore læſit ſol.* Secundò, Cap. VIII, 6. meminit Moſes feneſtræ Arcæ, ubi vide notata. Præterea graviſſima ratio eſt à neceſſitate petita, quâ Arcæ feneſtram aliquam, non ad lucem modò, ſed & ad aërem excipiendum fuiſſe faciendam conſtat. Neque enim animalia clauſa prorſus in dolio, præſertim homines, aliáque majora, diu vivere poſſunt, ut experientia manifeſtum facit. Niſi recens aër pulmonem ſubeat, eúmque refrigeret ; ſæpiùs adductus & emiſſus priſtinum uſum ampliùs præſtare nequit, cujus rei cauſam hîc non inveſtigabimus.

Hoc, quod negari nequit, conceſſo, duo ſequuntur 1. feneſtram, quomodocumque fuerit diſpoſita, non debuiſſe claudi, ita ut nullus per eam aër ſubiret, qua de re ad Cap. VIII, 6. dicemus, 2. Aërem illac ingredientem omnes animalium cellas debuiſſe ſubire, quod quomodo fieri potuerit quærent Mechanices periti. Nos hîc eò uſque excurrere non poſſumus.

E ſuperiori parte cubitalem abſolves] Heb. *ad cubitum abſolves eam deſuper* ; quæ loquutio ambigua eſt. Significare enim hæc verba poſſunt, aut feneſtram hanc fuiſſe ſupra tectum totius Arcæ cubito editam, quales ſunt quæ in noſtratibus viſuntur tectis & *Lucarnæ* dicuntur ; aut altitudinem feneſtræ cubitum non exceſſiſſe. Alii etiam hæc verba ad Arcam referunt, volúntque mediam tecti partem, per totam Arcæ longitudinem, cubito lateribus altiorem fuiſſe; ut tecto, quod planum imbres ſuſtinere non potuiſſet, proclinato, ſtillicidia deducerentur. Verùm licèt fortè ita proclinatum tectum fuerit, id hoc loco indicari non videtur. Affixum fœminini generis in voce תכלנה *thecalennah* æquè facilè ad צהר ac ad תבה refertur.

16. *Infimo, ſecundo & tertio tabulato diſtinctam.*] Heb. תחתים שנים ושלשים תעשה *thahhthijim, ſchnijim, ouſchliſchim thahaſcheba.* LXX. Intt. κατάγαια, διώροφα, καὶ τριώροφα ποιήσεις αὐτὴν. Vulg. *deorſum, cœnacula & triſtega.* Similiter & alii. Videtur ſenſus eſſe manifeſtus, tres fuiſſe in Arca contignationes ; in quas animalia, & victus ad ea ſuſtentanda diſtribuunt viri docti.

17. *Ad me quod attinet*] Heb. *Et ego, ecce ego.*

Inducturus ſum] Heb. מביא *inducens* ſum, quod præſenti etiam potuiſſet exprimi, ut LXX. & Vulg. ἐπάγω, *induco.* Stetiſſe ſibi mergendarum terrarum ſententiam ſignificat Deus. Vide Caput XLIII, 3.

Sub cœlo omnis caro, &c.] Vid. not. ad Cap. VII, 21.

18. *Pangam fœdus meum tecum*] Vox Heb. ברית *brith*, ubi de hominibus ſolis ſermo eſt, quaſlibet conventiones aut pactiones mutuas ſignificat; ſeu inter privatos, ſeu inter Reſpublicas, aliqua de re conveniat. At ubi de Deo agitur, ſæpe aut ſponſiones, aut leges ſonat. Hîc mera eſt *ſponſio*, quâ Deus ſalutem Noachi, ejúſque familiæ curæ ſibi futuram pollicetur. Solus enim Deus ſpondet, quamquam tacitam & neceſſariam obſequii à Noacho ſine dubio exigit conditionem. At ea jam præſtabatur, atque in poſterum certò erat præſtanda.

19. *Ex omni carne*, &c.] Cùm ſit duplex de Diluvio virorum eruditorum ſententia, ut ad Caput VII, 19. oſtendemus copioſiùs, aliíque velint totum terrarum orbem aquâ tectum fuiſſe, alii verò Diluvium aliò pertinuiſſe, quàm ad eam terrarum partem quæ tum colebatur, negent; duplex eſt etiam de Animalibus in Arcam admittendis opinio. Qui telluris globum integrum inundatum volunt, omnia prorſus animalia, exceptis piſcibus, in Arcam admiſſa contendunt ; alii de brutis in regione, in qua vivebat Noachus, naſci ſolitis hæc intelligunt. Ut ex hac poſteriore ſententia, facilè & animalia & victus iis neceſſarius in Arca ſervari potuiſſe per annuum tempus intelliguntur, ex priore verò multò difficilius : ita nec poſterior ſuis incommodis caret, quæ ad C. VII. oſtendemus.

Bina] Hoc eſt, totidem maſculos ac fœminas. Vid. VII, 2, 3, 15, 16.

Ut ea viva tecum ſerves] *Ut ea vivifices.* LXX. τρέφῃς *nutrias*, non ſatis commodè. Vulg. *ut vivant*, neglectâ conjugationis Hiphil ſignificatione.

20. *Ex omni volucri*] De hac animalium diviſione vide not. ad Cap. I, 22. Difficultas hîc oritur aliqua de fluviatilibus piſcibus, qui non magis in aqua ſalſa, quàm marini in dulci vivunt : quorum tamen fluviatilium piſcium nulla hîc mentio. Sed ingenti dulcis aquæ copiâ

potuit

VII. Arcam Noachus cum uxore, filiis & nuribus ingreditur, atque in eam omnis generis animalia intromittit. Diluvium reliqua omnia delet. Caput VII.

1. NOacho deinde dixit Jehova: in Arcam ingredere tu & tota domus tua, te enim in hac ætate juſtum in conſpectu meo vidi. 2. Ex omnibus beſtiis mundis ſeptena paria, mares, eorúmque fœminas; ex omnibus verò beſtiis im-

PARAPHRASIS.

1. OMnia cùm parata eſſent, ſtabulum cum familia Noachum ingredi juſſit Deus; quippe quem ſolum, eâ tempeſtate, juſtum & pro-

bum, incolumem ſervare propterea ſtatuiſſet. 2. 3. Monuit & bruta animantia in idem ædificium admittenda, atque ex iis quidem, quæ munda habe-

potuit falſugo maris temperari, ita ut nec dulcis marinis, nec ſalſa aqua fluviatilibus officeret; ſi Diluvio tecta tota fuit terra. Alioqui regionibus tantùm aliquot inundatis, neceſſe non fuit.

21. *Ex omni eſca*] Si carnivora fuere ante Diluvium animalia, & feræ in Arcam intromiſſæ, oportuit ſatis magnam copiam minuti pecoris, præter ea ejus paria, quæ ad ſpeciei conſervationem alenda erant, in Arca eſſe. Sed non deſunt viri eruditi, ut diximus ad Cap. I, 30. qui κρεωφαγίαν brutis æquè ac hominibus ignotam ante Diluvium fuiſſe velint. Alii, qui contraria ſentiunt, non ſine miraculo, voraces feras in Arca à carne abſtinuiſſe, & mitiore victu, quale fœnum aut fruges, aliáque id genus, uſas eſſe volunt. At oppoſita huic opinioni videntur Moſis verba, qui disertè *omnem eſcam* coacervatam à Noacho fuiſſe docet. Piget hîc bariolationes meras proferre, quæ nec elevandis difficultatibus ſufficiunt, & alias ex aliis ſerunt. Acutiores hiſce de rebus meditentur.

species, duæ avium, ut docet Moſes Levit. I, 2, 14. XXII, 19. At multò plura victui munda habebantur. Vide Levit. XI. Sed dubium eſt an tempore Noachi ejuſmodi diſcrimen fuerit notum; quoniam non conſtat an κρεωφαγία ante Diluvium uſitata fuerit, imò contrarium veriſimilius eſt, ut videbimus ad Cap. IX, 3. ubi etiam poſt Diluvium, mundorum & immundorum animalium in victu differentiam ignotam fuiſſe oſtendemus.

Hoc quidem loco nituntur viri doctiſſimi, qui diſcrimen illud, ante Diluvium, voluut obtinuiſſe. Verùm quamquam verba Dei directâ oratione; quod perpetuò apud Orientales fieri ſolet, ſeu ipſa verba, ſeu ſenſus tradatur; referuntur, cum his ipſis, quæ hîc habentur, vocibus uſum non conſtat. Fortè Deus Noachum juſſit ea animalia, quorum caro ſalubris eſt, quæ hîc voce *munda* vocantur, ut victui apta, ſeptuplo numero; aliorum verò, quibus veſci inſalubre eſſet, gemina tantum intromitti paria. Fortè generatim animalia recenſens eorum, quæ poſtea munda habita ſunt, ſeptem paria, ceterorum bina intromitti in Arcam juſſit; quod divinus poſtea Scriptor, qui ſenſûs majorem quàm vocum rationem habuit, verbis ævi ſui extulit; ut ſolet & alibi facere. Vid. not. ad Cap. III, 8.

COMMENTARIUS

In Caput VII.

1. NOacho *deinde*, &c.] Quo tempore, effluxerant CXX. anni, de quibus ad Cap. VI, 3. cùm ædificata jam eſſet Arca.

In hac ætate] Vid. not. ad Cap. VI, 9. & Num. XXXII, 13.

Juſtum in conſpectu meo] Hoc eſt, non fucata pietate præditum, ut ſumitur ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ Luc. I, 6. ubi vide *Grotianas Adnotationes*.

2. *Ex omnibus beſtiis*] Heb. בהמה *bhema*, quod hîc omnia terreſtria animalia, parva, magna, ſignificat, quamquam majora ſolet deſignare. Vide ad Cap. I, 24. In hac tota hiſtoria בהמה *bhemah*, חיה *bhajjah fera*, רמש *remeſch*, *reptile*, modò confunduntur, modò diſtinguuntur, unde quæ vett. Hebræorum eſſet ἀκυρολογία colligere eſt.

Mundis] Videntur primùm *munda* dicta eſſe animalia, quibus ii veſcebantur, qui *munda* ea vocabant; *immunda* verò à quibus abſtinebant, quacumque tandem de ratione ita ſe gererent. Certè in ipſis animalibus, nullam eſſe *munditiem* aut *immunditiem* ſatis teſtatur & res ipſa, & varius hoc in negotio variarum gentium uſus. Poſt Legem Moſaicam, duplex fuit mundities & immundities animalium. Ad ſacra facienda, tres tantùm erant mundorum quadrupedum

Septena paria, mares eorúmque fœminas] Hebr. *Septena, ſeptena, virum & uxorem ejus.* οἱ LXX. ad verbum ἑπτὰ καὶ ἑπτὰ, ἄρσεν καὶ θῆλυ. Vulg. ſimiliter *ſeptena, ſeptena, maſculum & fœminam*. In duas de hiſce vocibus ſententias abeunt Intt. Alii volunt vocabulis hiſce ſignificari, ſeptem ex unaquaque ſpecie fuiſſe admittenda animalia. Ac ſanè hujuſmodi repetitionis interdum hæc vis eſt, ut infra verſ. 9. & Cap. XXXII, 16. At huic interpretationi obſtat primò quod hîc dicitur *mas & fœmina*, deinde quod verſ. 9. narrantur *bina, maſculus & fœmina*, hoc eſt, per paria in Arcam ingreſſa. Nam ſi fuiſſent tantùm ſeptem cujuſque generis pecudes, una fuiſſet compare deſtituta, adeóque per paria ingredi in Arcam non potuiſſent. Fingunt imparem numerum juſſum fuiſſe Noachum ſervare, ſacrificii causâ, ſed merum hoc eſt commentum. Deinde ſex mundarum pecudum, aut avium, ſeu trium parium, cùm ad propagandas ſpecies, tum ad victum hominibus præbendum, exiguus ſanè eſt numerus: interea dum tellus fructibus ferendis, poſt Diluvium, apta eſſet. Hæc cùm ita ſint, convenientior verbis Scriptoris divini & rei ipſi videtur eorum ſententia, qui ſeptem paria,

immundis, gemina, mares eorúmque fœminas; 3. ex avibus item cœli ſeptena, mares & fœminas, ut ſobolem in univerſa terra vivam ſerves, tibi capies. 4. Septem enim adhuc diebus elapſis, quadraginta dies & quadraginta noctes in terras pluam, & quæ-

bemus, ſeu in terreſtribus, ſeu in volucribus, ſeptena paria, ex immundis bina, ut totidem mares ac fœminæ eſſent, adſumenda eſſe oſtendit, ne eorum ſpecies in terris diluvio opertis interciderent. 4. Nam poſt ſeptem dies, intra quos ſtabulum cum omnibus animalibus erat ingreſſurus, contineu-

ria, hoc eſt, quatuordecim beſtias interpretantur. Inter eos eſt Auctor *Quæſt. ad Orthodoxos*, qui in reſponſione ad Quæſt. XLIII. Ἀληθέστερον, inquit, εἶπεν ὁ εἰπὼν τέσσαρα καὶ δεκατέσσαρα τοῦ εἰπόντος δύο καὶ ἑπτά, *verius dixit, qui dixit quatuor* (immunda) & *quatuordecim* (munda) *eo qui dixit duo* (immunda) & *ſeptem* (munda) τὰ γὰρ δύο δύο εἶπεν ἀντὶ τοῦ δύο ἄρσενα καὶ δύο θήλεα, καὶ ἑπτὰ ἄρσενα καὶ ἑπτὰ θήλεα, *nam duas, duas*, &c. *dixit Scriptura, pro duobus maſculis & duabus fœminis, & ſeptem maſculis ac ſeptem fœmellis.* Quæ fuit etiam *Origenis*, & *Aben-Ezræ* ſententia.

Pro איש ואשתו *vir, & uxor ejus* habet Samaritanus זכר ונקבה *zecher ounkeba, maſculum & fœminam*, ut eſt verſ. 13. Videtur eſſe Gloſſema, quia vocabula, quæ in noſtris Codd. leguntur, ad humanam ſpeciem propriè pertinent.

Duo] Ut antea legitur *ſeptem, ſeptem*, quemadmodum & inferiùs: ita hìc Samaritanus Codex habet: שנים שנים *ſchnajim, ſchnajim, duas, duas*, quod ſequuti ſunt LXX. & Vulg. Intt. Sed ſeu hæc vera ſit lectio, ſeu noſtra, idem eſt ſenſus. Intelliguntur duo paria, quaſi ſcriptum eſſet שנים צמדים *ſchnajim tſmadim*, ut שבעה *ſchibhah* ſeptem paria ſignificat. Fortè autem tantò majorem mundorum numerum ſervari voluit, quia hæc immolabant, iiſdémque veſcebantur; licèt alia alioquin inutilia non eſſent. Certè terrâ eluvione corruptâ, diu exſpectare, donec ſat fructuum proferret ad homines alendos, neceſſe fuit.

In Hebraïco noſtro Codice, pro *beſtiis immundis*, legitur: בהמה אשר לא טהרה הוא *beſtia quæ non munda, ipſum*, quod cùm ſolœcum ſit, Maſſorethæ legendum docent היא *ipſa*, quemadmodum legitur in Codice Samaritico; qui licèt mendoſus, & manum criticam ſæpe paſſus, in nonnullis emendatior eſt.

3. *Septena paria*] Heb. *ſeptem, ſeptem*, ut ſupra, ſeptem mares, & ſeptem fœminas. Subintelligendum cenſent Eruditi *ex avibus puris, ex immundis verò duas*, ut de pecudibus dictum. Hinc fortè LXX Intt. verſioni, aut ab ipſis, aut ab aliis hoc inſertum. Samaritanus nullum habet vocabulum ſupra ea quæ leguntur in noſtro Codice, præter dictionem הטהרה *battehora, ex ave* item *cœli* MUNDA; plura fortè addere non auſo Librario.

Sobolem] Heb. *Semen.*

Vivam ſerves] Vid. not. ad Cap. VI, 20.

4. *Septem enim adhuc diebus*] Heb. לימים עוד שבעה *ljamim hod ſchibha.* Vocula עוד *hod*, adhuc, ſignificat non cœpturum Diluvium fuiſſe intra eos ſeptem dies, ſed iis demum elapſis, ut *Jonæ* III, 4. *Quadraginta adhuc* עוד *dies & evertetur Ninive.* Præpoſitio ל *poſt* ſignificat & *poſtquàm.* Vid. 2 Sam. XIII, 23. Jerem. XXII, 3. & alia à *Noldio* citata loca. Ita verterunt μετὰ LXX Intt. infra, commate 10. ut etiam Vulg. Int. *poſt*, & *cùm tranſiſſent.* Hæc autem aut nono aut decimo ſecundi Menſis die dicta ſunt, ut liquet ex commate 13. Videtur intra hoſce ſeptem dies, Noachus animalia intromitiſſe in Arcam generatim, quo peracto, ipſe cum familia eam eſt ingreſſus.

Omnia quæ feci in iis ſtantia] Heb. כל היקום אשר עשיתי *chol hajjekoum aſcher haſchithi, omne ſtans quod feci.* יקום ἀνάστημα οἱ LXX. verterunt, Vulg. *Subſtantiam.* Reſpexerunt quidem ad radicem קום *ſtare*, ſed incommodis dictionibus uſi ſunt. Tribus verbis *in iis ſtantia*, nimirum, in terris, cùm uno non poſſemus, vertere maluimus.

5. *Omnia fecit Noachus* &c.] Hebr. *Et fecit Noachus ſecundùm omnia quæ* &c.

6. *Natus erat ſexcentos annos*] Heb. *filius erat ſexcentorum annorum.*

Cum aquarum diluvium] Heb. *Et diluvium aquarum.* Litterula ו variarum interjectionum, & adverbiorum temporis vice fungitur.

7. *Ante aquas diluvii*] Heb. מפני *mippbene, à facie aquarum diluvii*; quaſi, nempe, fugiens aquas diluvii. Hæc Hebræorum Præpoſitio quamquam & *propter*, ut hìc verterunt LXX & Vulg. Int. ſignificat; attamen paſſim adhibetur ad deſignandum fugientem quempiam *ante* hoſtem qui eum ſequitur, aut *à conſpectu* ejus quem timet, ut Geneſ. XVI, 8. Jud. VI, 6. Pſalm. III, 1. Sic & Noachus, antequàm Diluvii aquæ terris immitterentur, eas fugiens in Arcâm ſe recepit.

7. *Filii* &c.] Ut Noacho aut nulli fuerant liberi ante Diluvium, præter tres hoſce filios, aut ſi qui fuerant, ſuperſtites non erant: ita ejus filii aut ſuis orbati erant, aut nullos adhuc habuerant. Alterutrum dicatur, hinc colligere eſt humanum genus, ante Diluvium, multas regiones non impleſſe. Nam ſi Noacho ſexcentos annos nato familia tribus tantùm filiis ſine prole conſtitit; & alii plurimi fuere, quoquorum numeroſior non fuit ſoboles.

8. *Ex beſtiis* &c.] Heb. *Ex beſtia munda, & beſtia quæ non eſt munda.*

9. *Paria intromiſſa ſunt.*] Heb. שנים שנים *ſchnajim ſchnajim, bina, bina.* Gallicè *deux à deux*, hoc eſt, mas cum fœmina, ut poſteà addit Moſes. Hinc liquet ſeptem fuiſſe paria mundorum, non tria & dimidium, ut multi Intt. credidere; quod ſi fuiſſet, non ingreſſa eſſent omnia animalia שנים *bina*, mas & fœmina, ut aliquoties in hac Hiſtoria repetitur. Hìc באו *boou* vertimus non *venerunt*, ſed *intromiſſa ſunt*, propter ſequentia verba; neque enim juſſit Noachum Deus venire ad eum bruta, ſed ea venientia intromittere.

10. *Poſt ſeptem dies*] Heb. *Et fuit* לשבעת *lſchibhath hajjamin, poſt ſeptem dies*, aut fortè, *hebdomadem dierum*, ut שבעה

quæcumque feci *in iis* ſtantia è terris delebo. 5. Omnia fecit Noachus, prout mandaverat ei Jehova. 6. Natus autem erat Noachus ſexcentos annos, cùm aquarum dilu-

nentes per quadraginta dies pluvias ſe immiſſurum, quibus omnia viventia erant exanimanda.

5. 6. Paruit Dei mandatis Noachus, ſexcentos tum temporis annos natus, 7. & priuſquàm aquæ diluvii

שבעה *ſchibbah* idem ſonet ac שבוע *ſchabouhah*, hebdomas.

11. *Secundo menſe*] *Lud. Cappellus*, in *Chronologia Sacra*, de tempore Diluvii accuratè & diligenter ſcripſit, ad quem Lectorem amandamus. Ex ejus ſententia, primus Anni menſis hoc in loco, intelligendus de primo anni civilis, ſeu is qui poſtea *Thiſri* dictus, cujus initium in 22. *Septembris* incidebat. Secundus *Marcheſvan*, cujus primus dies nobis eſt *Octobris* 21. Decimus verò ſeptimus incidit in 6. *Novembris* & quidem feriam primam. Hoc demum die, demiſſus eſt imber, qui per quadraginta continuos dies, hoc eſt, ad 27. Menſis tertii, *Caſleu* poſtmodum appellati, ſeu 16. *Decembris* decidit. Hoc tempore anni, circa Vergiliarum occaſum, ex *Cappelli* obſervatione, ſolent copioſi imbres decidere; ſed ſi hoc ad juvandum conducit Diluvium, dignum eſt obſervatu Euphratem, quem nives æſtate tumidum faciunt, tenuiorem tum multò fluere, ut obſervat *Arrianus* Lib. VII. *Exped. Alexandri*. Euphratis autem hîc rationem habemus, potiùs quàm alîus fluvii, quòd primi terrarum incolæ circa ejus fluenta ſedes, ut aliquoties vidimus, poſuiſſent.

Magnæ abyſſi fontes eruperunt.] Suprà vidimus Cap. I, 2. *Abyſſum* תהום *thehom*, eſſe aquam quâ omnia initio tegebantur, & quæ poſtea in alveos coacta eodem quoque nomine venit. Verùm nunc ſignificat *Mare*, ut Pſ. XXXIII, 6. Proverb. VIII, 27, 28. nunc aquas ſubterraneas, ut Deut. VIII, 7. Ezek. XXXI, 4. ubi *Abyſſus* dicitur arborem proceram feciſſe. Vid. not. ad Gen. XLIX, 25. & Exod. XX, 4. At hîc additamentum vocis *magnæ* mare intelligi oportere oſtendit. Qui putant eſſe in Telluris centro immenſam aquarum copiam, quæ hîc intelligatur, non ſatis probant quod adfirmant. Multi viri doctiſſimi exiſtimant & fontes perennes & fluvios maximos ex aqua pluvia oriri, non ex Oceano, qui intra terræ lateat viſcera; nec futiles hanc in rem adferunt rationes. Non poſſunt etiam ſubterraneæ *Abyſſi* patroni contendere hoc ab Hebræis creditum, ex Pſ. XXIV, 2. ubi terra *ſupra fluvios & mare fundata* dicitur. Hæc enim verba hoc dumtaxat ſibi volunt, terras eſſe fluminibus & mari altiores, ut liquebit ex collatione Pſalm CIV, 7, 8.

Verùm quamquam *magna abyſſus* propriè eſt Oceanus, & ejus exundatio hîc deſcribitur; attamen è Diluvii cauſis non excluſerim exundantes etiam ubique fontes. In Æthiopia, ubi ſunt ſtata quotannis diluvia, quibus omnis campeſtris regio inundatur, *terra* tunc temporis, verba ſunt *Gregorii* Æthiopis apud *Ludolfum* Hiſt. Æthiop. Lib. I. Cap. 5. *aperit os ſuum ubique & evomit aquam. Imò intra unius cujuſque ædes ſcaturit aqua, ſi fuerint in humili loco ſitæ.* Igitur hîc intelligi poteſt cùm Oceanus in altitudinem creviſſe, tum etiam aqua fontium, undecumque oriatur, præter ſolitum, peculiari voluntate Dei, in humani generis perniciem, ſcaturiiſſe.

Cataractæ cœli] Heb. ארבות *arubboth*, *Cataractas* LXX. Intt. & Vulg. ſequuti vertimus. Quæ vox *feneſtram* quamvis ſignificat, ſed ubi de aqua ſermo eſt, *cataracta* aptiùs videtur verti. Hîc metaphoricè ſignificantur nubes, quæ omnes in aquas denſatæ effuſæ ſunt. Sic videtur ſumi Mal. III, 10. *Aperiam vobis cataractas cœli, & effundam vobis benedictiones*, hoc eſt, pluvias tempeſtivas, unde Judææ tota ferè pendebat fertilitas. Vid. Ezek. XXXIV, 26. Sunt qui velint effuſas eſſe neſcio quas aquas, ſupra ſtellas fixas poſitas; ſed eam ad Cap. I, 6. confutavimus opinionem.

Ceterùm credibile eſt hæc verba ex vetere Cantico deſumta fuiſſe, propter ὁμοιοτέλευτα.

כיום הזה נבקעו *Hoc die eruperunt*
כל מעינת *omnes fontes*
תהום רבה וארבת *Abyſſi magnæ, & cataractæ*
השמים נפתחו *cœlorum patuerunt.*

Eſt etiam aliquid in ſtylo Poëticum.

13. *Hoc autem ipſo die*] Quem, nimirum, commate 11. dixit Moſes, ubi vide notata.

14. *Omnis fera*] Hîc in tria genera dividuntur omnes terreſtres beſtiæ, feras, pecudes & reptilia, ut Gen. I, 24.

Omnis volucris, pro ſpecie ſua, omnis avicula, omnis ala.] Voce עוף *hoph*, quæ prima hîc occurrit, vulgò ſignificari avem, aut volucrem quamvis dubium non eſt; fortè tamen hoc in loco majores aves ſignat, ut diſtinguatur à duabus ſequentibus dictionibus; צפור *tſipphor* quod proximè ſequitur, *Mercero* & *Schindlero* auctoribus, *aviculam* denotat; quamquam, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. II. Lib. III. Cap. 21. omnes omnino volucres paſſim hoc nomine continentur. Neque enim hoc obſtat quominùs *aviculam* propriè ſignificet, cùm חיה *fera*, בהמה *pecus*, paſſim, modò pro certa ſpecie beſtiarum, modò pro quavis occurrant, de quibus ipſe conſulendus ejuſdem operis P. I. Lib. 1. Cap. 1 & 2. כל כנף *chol chanaph*, quod hîc ſequitur, etiam quidquid alatum eſt, ne exceptis quidem inſectis, imò fortaſſe hæc præ ceteris, ſonare videtur. Quæ interpretatio ſi admittatur; aves in tres ſpecies; maximas, quales ſunt ſtruthiones, aquilæ &c. mediocres, quales ſunt columbæ, turtures, paſſeres &c. & minimas, quales ſunt muſcæ plurium generum, dicentur. Scio equidem non defuturos, qui muſcas aliáque id genus inſecta non opus habuiſſe Arca dicent, quòd ex putrefacta humo, calore Solis agitata, naſcantur. Sed à peritioribus Phyſicis exploſa dudum eſt ea ſententia; quibus æquè veriſimile eſt Elephantem ex humo putrefacta, ac apem naſci, quod nos quidem hîc probare non adgredimur. Credibile certè non eſt ova, ex quibus excluduntur inſecta, poſtquàm per integrum annum ſub aqua ſalſa latuerant, incorrupta ſine miraculo manſiſſe.

luvium ſupra terram fuit. 7. Ante aquas igitur diluvii, in Arcam ingreſſus eſt, atque unà cum eo filii & uxor ejus, filiorúmque conjuges. 8. Ex beſtiis etiam mundis, iiſque quæ mundæ non ſunt, ex avibus & omnibus quæ ſupra terram reptant, 9. paria intromiſſa ſunt ad Noachum in Arcam, mares & fœmellæ, ut eum juſſerat Deus.

10. Poſt

luvii deciderent, cum filiis, uxore & nuribus ſtabulum ingreſſus eſt. 8. 9. Ex mundis & immundis animalibus, terreſtribus ac volucribus, paria, quot juſſerat Deus, pariter intromiſſa ſunt.

10. Exa-

Legimus quidem alibi כל צפר כנף *chol tſipphor chanaph*, *omnem avem alæ*, ad quaſvis aves ſignificandas; ſed ubi vocula כל repetitur, vertendum videtur, non *omnis avis omnis alæ*, ſed *omnis avis*, *omnis ala*. LXX Intt. qui non videbant quodnam horum eſſet diſcrimen, verterunt unâ loquutione: *πᾶν ὄρνεον πετεινόν*. Vulg. frigidè tribus: *cunctum volatile*, *univerſæ aves*, *omnéſque volucres*.

15. *Paria*] Heb. *bina*, *bina*. Vid. adverſ. 9.

16. *Venientes*] Interpretes plerique animalia omnis generis, eo numero quo neceſſe erat, divino inſtinctu, Noacho ſeſe obtuliſſe volunt. Ac ſanè, ſine divina Providentia, nihil ſimile fieri potuit. Si tamen Noachus in monte Arcam ſtruxiſſet, & Diluvium cœpiſſet, atque campeſtria paullatim inundaſſet; fortè potuiſſent plurimæ ad eum confugere feræ, inundatam planitiem fugientes. Sed & aliud videtur narrationis Moſaïcæ ratio ſuadere, & quis leniiſſet feras, ut tutò in Arcam admitti poſſent? Deinde qui fieri potuiſſet ut omnium eſſent ſpecierum, & certo numero? Certè hæc ſine miraculo fieri non potuere, quod eſt omnino agnoſcendum; niſi hæc aliter narrari, quàm reapſe fuerunt, à Moſe velimus, quod nefas.

Ingreſſi] Idem verbum eſt, בא *bo*, quod modò *venire*, modò *ingredi* ſignificat.

Poſt eum] Heb. בעדו *bahado*. Hæc Præpoſitio uſurpatur, tam de iis qui poſtquàm ingreſſi ſunt in locum quempiam, januam ipſi claudunt, quod Gallicè dicimus *fermer après ſoi*; quàm de iis qui alios ingreſſos claudunt extrinſecus, ſeu *deforis*, ut habet hîc Vulg. poſt LXX Intt. Prioris ſignificationis exſtat exemplum Jud. IX, 51. de Thebetſitis, qui capta urbe in arcem fugerant: *& clauſerunt poſt ſe* בעדם bahadam *& adſcenderunt in tectum turris*. Alterius Thren. III, 7. *ſepem fecit poſt me* (ingreſſum, nimirum) *neque exibo*. Hoc ſenſu hîc intelligenda, cùm enim Noachus deforis rimas januæ bitumine claudere, ut cetera, non poſſet, Deo curæ fuit ne aqua illac ſubiret. *Onkelos* habet: אגין יי במימריה עלוהי *Jehova protexit verbo ſuo ſuper eum*. Videtur reſpexiſſe ad ſenſum ſimilis loquutionis Jobi I, 20.

17. *Et cùm auctæ eſſent*, &c.] Heb. *Et auctæ ſunt aquæ*, *& ſuſtulerunt arcam*, *& elevata fuit è terra*. Sic & ſequentia omnia, futuris obtinentibus vim præteriti, aut imperfecti, exprimuntur.

18. *Magiſque creſcebant*] Heb. *Invaluerunt aquæ*, *& creverunt valde*. Additur hîc rurſus nominativus *Aquæ*, more Hebraïco. Vox מאד *meod*, quam magis vertimus, ſolet *valde* aut *maximè* reddi. Sed hîc comparativum gradum ſemel poſita exprimit, ut commate ſequente ejus repetitio ſuperlativi vice fungitur.

19. *Mox uſque adeò ſupra terram adtollebantur*, &c.] Heb. *Et aquæ invaluerunt valde ſuper terram*, *& tecti ſunt*, &c. Cùm per Latinitatem ad verbum vertere non liceret, neque repeti poſſet verbum *invaleſcere*, ut redditur גבר *gabar*, ſynonymâ prorſus voce hoc in loco uſi ſumus, & ſenſum accuratè, niſi fallor, expreſſimus. Si aliæ legantur Tranſlationes, hîc tantùm moleſtæ earumdem vocum, quarum etiam ſenſus non ex Lingua Latina, ſed ex re de qua ſermo eſt, eruendus, invenientur repetitiones. Pro omnibus audiatur unus vetus Int. Latinus; qui tamen repetitionem vitare conatus eſt. Ita à verſ. 18. Moſis verba interpretatur; *Vehementer enim inundaverunt*, *& omnia repleverunt in ſuperficie terræ* (ἀντὶ τοῦ valde ſuper terra creſcebant) *porrò Arca ferebatur ſuper aquas. Et aquæ prævaluerunt nimis ſuper terram*, &c. Quamquam frequentes ſunt, ut ſubinde obſervamus, apud Hebræos, ſimplices & ſine Emphaſi repetitiones; attamen iiſdem ferè vocibus hîc rem repetitam, datâ operâ, veriſimile eſt, ut vehemens ac ſubitum aquarum exprimeretur incrementum. Ac ſanè eſt aliqua in verbis gradatio: 1. creſcunt aquæ, ut Arca ab humo elevetur, & vacillare incipiat; 2. ita augentur, ut jam liberè quaquaverſum moveatur: 3. ipſi teguntur montes. Commate 17. augmentum narratur aquæ, ſine ulla particula, quâ ejus vehementia ſignificetur; ſequente additur vocula מאד *meod*; tandem 19. repetitur מאד מאד *meod meod*. Qui ergo credunt hæc eſſe additiones, perſpicuitatis causâ quaſi gloſſemata inſertas, toto cœlo falluntur. Vid. not. ad Cap. XLI, 57.

Altiſſimi quique montes, &c.] Heb. *Omnes montes alti ſub toto cœlo*. Quandoquidem, ex hiſce verbis potiſſimùm, Diluvio plerique univerſas ſub cœlo Terras tectas eſſe colligunt, hominibus eruditis contrà nitentibus; utrorumque hîc rationes, Lectori expendendas, paucis recitabimus.

Conſentiunt quidem omnes Diluvium eatenus univerſale fuiſſe, quatenus totum Orbem habitatum oppreſſit, univerſúmque humanum genus, exemptâ Noachi familiâ, eo interiit. At alii volunt totum Telluris globum aquis obrutum fuiſſe, quod alii negant.

Qui adfirmant nituntur I. verbis Moſis, qui Deum inducit Noachum jubentem *ex omni carne*, *atque omni animante* Cap. VI, 19. paria in Arcam intromittere, ad ſpeciem conſervandam, ne intercideret. Cui præcepto obſequutus Noachus *ex omni volucri*, *omni jumento*, *omni reptili terræ*, *juxta ſpecies ſuas*, in Arcam paria admiſit. Hæ autem loquutiones ſignificant omnibus prorſus ubique animalibus interitum imminuiſſe; alioqui Noacho ex regione, in qua non interierant, poſt Diluvium potiùs petenda, quàm in Arca alenda fuiſſent, quod longè moleſtius erat. Aves potiſſimùm, quæ facilè in ſiccas oras avolare potuerunt, non neceſſe erat

col-

10. Poſt ſeptem dies, aquæ diluvii erant ſupra terram. 11. Anno vitæ Noachi ſex-
centeſimo, ſecundo menſe, decimo ſeptimo die menſis, magnæ abyſſi fontes omnes
eruperunt, cœli patuerunt cataractæ, 12. ac pluvia quadraginta diebus & quadra-
ginta

10. Exactis ſeptem diebus, cœpit diluvium, 11. &
in annum quidem Noachi, ut diximus, ſexcente-
ſimum incidit, ſecundi menſis (*hoc eſt, Marcheſva-*
nis, a. d. VII. Idus Novembres) decimo ſeptimo
die, intumuere maria, terráſque inundavere,
12. dum perpetui imbres quadraginta diebus in eas
ab

colligere, poſt deſiccatam regionem inundatam, haud difficulter redituras. Quinimò ipſi Noacho commodius fuit in eam regionem confugere, quæ inundata non fuit, quàm tamdiu in Arca hærere.

II. Ut, Noachi operâ, omnium animantium ſpecies conſervatæ narrantur: ita non potuit diſertiùs ſignificare Moſes quæcumque alibi, per univerſum terrarum orbem, errabant interiiſſe, quàm hiſce verbis Cap. VII, 21. *Exſpiravit omnis caro reptans ſupra terram, inter volucres, inter pecudes, inter feras, inter omnia reptilia*, &c. *Omnia quorum naribus ſpiritus inerat vitalis, ex cunctis quæ in ſicco degunt, interierunt. Deletum eſt quidquid ſtabat in terra, ab homine ad pecudes, ad reptilia, imò ad aves cœli*, &c. Certè ſi omnia omnino ubique interiiſſe dicere velimus, planiùs vix loqui poſſimus. Quî aves omnes regionis cujuſpiam interiiſſe intelligi queant, ſi tota vicinia Diluvii expers, ad quam avolarent, fuit? An ne una quidem fera curſu ad loca ſicca evadere potuit?

III. Capite VIII. narratur Noachus exſpectaſſe, donec Terra ſiccata fuiſſet, priuſquàm ex Arca pedem efferret; cùm multò facilius fuerit in earum regionum aliquam, quæ aquis Diluvii tectæ non fuerant, exſcendere; cùm præſertim haud paullò melius futurum eſſet ejus ſolum, quàm regionis ſalsâ aquâ corruptæ. Potuiſſet etiam, ut dictum eſt, eò ante Diluvium confugere, cum familia & facultatibus; atque Arcæ exſtruendæ laborem, ac moleſtias, quas ſine dubio in ea exantlare per annum integrum eum oportuit, ſic vitare ſatius erat.

IV. Altitudo aquæ oſtendit etiam tectum fuiſſe Terrarum globum, *cùm enim altiſſimi quique ſub toto cœlo montes*, quindecim aquæ cubitis, hoc eſt, minimùm viginti duobus pedibus tecti eſſent, nulla pars fuit Terræ quæ haſce aquas exſuperarit. Ac ſanè quando aquæ reſidere cœperunt, Arca nuſquam alibi, quàm in altiſſimis Gordiæorum montium jugis, primùm hæſit.

Non addemus hiſce rationibus, ex Moſaïca narratione petitis, Interpretum Veterum & Recentiorum conſenſum, quia omnes hac una nituntur narratione. Qui cenſent non aliter univerſale fuiſſe Diluvium, quàm quia totum orbem ab hominibus cultum inundavit, omnéſque homines exſtinxit, iis exceptis qui in Arca evaſere; primùm argumentis conficere poſſe ſe putant quod volunt, deinde rationibus allatis reſponſa quærunt; quæ ſanè, ut verum profiteamur, argumentorum pondus non æquant. Nec abſimili modo, qui Diluvio tectas omnes Terras contendunt, multò meliùs quod volunt ex Scriptura probant, quàm adverſariorum objectionibus occurrunt.

I. Partem terrarum cultam ſolam Diluvio oppreſſam fuiſſe, hinc liquere cenſent, quòd cùm ſibi ſolius humani generis exitium propoſuiſſet Deus; non opus fuit Diluvium extendi ultra ea loca, in quibus homines erant. Quin autem ſolos homines plectere voluerit dubitari nequit, cùm ſoli homines peccati ſint capaces; quorum exitio, ſi bruta quæpiam involvantur, non alia de cauſa pereunt, quàm quia in eodem loco ac homines deprehenduntur. Ante Diluvium porrò, haud latè ſparſum eſſe potuit humanum genus, nec fortè ultra aliquot, circa Euphratis & Tigridis fluenta, regiones divagatum erat. *Stultum eſt*, verba ſunt *Iſaaci Voſſii* Diſſ. *de Aet. Mundi* pag. 283. *putare ante Diluvium adeò multiplicatum fuiſſe genus humanum, ut omnes terræ angulos pervaſerit. Quàm tarda tunc fuerit humana natura, in producendis hominibus, ex eo nobis conſtat, quòd Noachus nonus demum fuerit ab Adamo. Quiſquis rectè calculum inierit, inveniet ab octo illis qui Diluvii cladem evaſere, uſque ad tempus diſperſionis gentium, longè plures potuiſſe naſci mortales, quàm ab uno Adamo, ſpatio bis mille annorum. Atqui tamen certum eſt, ante diſſipationem Babylonicam, humanum genus modicam tantùm Aſiæ portionem tenuiſſe. Longè itaque abſunt à veritate, qui exiſtimant Noachi ætate per univerſum orbem propagatos fuiſſe homines, qui ne Syriæ quidem & Meſopotamiæ fines forſan exceſſerant. Ut verò Diluvii inundationem ultra orbis habitati terminos producamus, nulla jubet ratio; imò prorſus abſurdum dicere, ubi nullæ hominum ſedes, illic etiam viguiſſe effectus pœnæ ſolis hominibus inflictæ.*

II. Si altitudinem aquæ, ut per totum terrarum orbem altiſſimos contegeret montes, ſpectemus; nulla ſatis erit, neque è nubibus, neque è mari, ut eò uſque adtollatur. Si nulli ſint montes, quorum ſumma juga tribus millibus paſſuum altiora ſint, qua de re conſulendus *Iſ. Voſſius* in *Pomp. Melam* Lib. V. Cap. 2. & *Varenius* Geogr. Gen. Lib. 1. Cap. 10. aquam ſaltem ad eam altitudinem adtolli oportuit. Manifeſtum eſt autem, neque aquam marinam & quæcumque eſt in fontibus & fluviis, neque imbres ad hoc potuiſſe ſufficere. Aqua ſanè, quæ jam intra terram continetur, eò adtolli non potuit, niſi terra ſubſideret, delerentúrque proinde montes, quod Moſaicæ Hiſtoriæ contradicit. Accedens aqua nubium euſque adſcendere nequibat, cum notum ſit eam conſtare vaporibus ex aquis inferioribus evectis; oporteret enim aquam nubium collectam efficere maſſam multò majorem globo telluris, ſi tellurem poſſit ubique uſque adeò inundare, ut altiſſimos montes viginti minimùm pedibus ſuperaret; quod poteſt probari ex conſideratione magnitudinis circulorum aqueorum, quibus ambiretur terra, & qui quo magis ab ejus centro diſtarent, eo ampliores eſſent. Ut ex his difficultatibus expediant ſe nonnulli, primò mare ut præter

ginta noctibus in terra fuit. 13. Hoc autem ipſo die, in Arcam ingreſſi ſunt Noachus, Semus, Chamus & Japhetus, unáque cum illis uxor Noachi & tres filiorum ejus conjuges. 14. Hi, *inquam*, & omnis fera, pro ſpecie ſua; omne pecus, pro genere ſuo; omne reptile quod reptat ſupra terram, pro ſpecie ſua; omnis volucris, pro genere ſuo,
omnis

ab nubibus effuſi ſunt. 11. 14. 15. 16. Iis aquis ſubmerſi Noachus, ejuſque filii, atque eorum uxores, unà cum omnis generis brutis quæ ſecum habebant, interiiſſent, niſi poſt intromiſſa bruta,
ut

morem tolleretur, fingunt in imis ejus partibus, atque in terræ cavernis, ne vacuæ eſſent, condenſatum aërem, aut neſcio quid aliud aquæ loco fuiſſe; deinde aërem etiam, in aquam coagulatum, unà cum pluvia cecidiſſe. Sed hæc omnia conjecturas eſſe, de quibus Moſes ne γρὺ quidem; deinde miracula miraculis ſuperimponi, ut terræ, in quas nulla erat ratio immittendi Diluvii, ſubmergerentur, fateri eos neceſſe eſt. *Si univerſum aërem in aquam permutatum fuiſſe ponamus*, ait idem *Voſſius* jam laudatus in Ep. ad *And. Colvium*. pag. 385. *non tamen efficiemus ut aquæ moles telluris ſuperficie pedibus triginta & uno, cum dimidio, altior fuerit. Hoc exinde probo, quod neque antliis, neque ullâ aliâ vi attractrice effici poſſit ut aqua altiùs adſcendat. Aër enim foris premens & aquam intra tubum, aut antliam adigens, cum aqua tubo comprehenſa æquilibrium facit. Quantum itaque eſt pondus aquæ tubo contentæ, tantum quoque eſt pondus aërei cylindri, qui foris aquæ incumbit. Si itaque univerſus nobis incumbens aër condenſaretur, ac converteretur in aquam, non totis triginta duobus pedibus altior eſſet futura aquarum ſuperficies.* Adde quòd, ut ex aëre conficeretur aqua, aut liquor qui denſitate aquam æquaret, aërem euſque condenſari oporteret, ut certa ejus moles parem aquæ molem pondere æquaret. Ut hoc autem fieret, oporteret aërem octingentis minimùm vicibus denſiorem fieri; nam certis experimentis conſtat pondus proprium infimi hujus, quem ſpiramus, aëris, qui ſine dubio graviſſimus eſt, eſſe octingentis vicibus minimùm proprio aquæ pondere minus. Vid. eruditam Diſſertationem *Edm. Halleji* in *Actis Philoſophicis Londinenſibus*. T. XVI. pag. 104.

Alii, qui condenſationem aëris concoquere non poſſunt, aquam pluviam & marinam rarefactam cenſent. *Sed profectò ſi tantam aquæ rarefactionem admittamus*; verba ſunt Voſſii; *ut moles ejus minimùm quindecies ſolito fuerit major, quod neceſſariò ſtatuendum, jam non aqua ſed nebula dicenda fuiſſet; in qua nec homines, nec cetera terreſtria animantia mori potuiſſent, nec vivere piſces. Præterea verò, etiamſi ex leviſſimo ſubere tota Noachi Arca fuiſſet conflata, non tamen ſuſtentari à tam levi corpore potuiſſet.*

Si quis aquam è nihilo creatam diceret, ruſúſque poſt interemta animalia, in nihilum redactam, primùm conjecturam proferret, cui nihil ſimile apud Moſem legitur; qui contrà aquas & *abyſſi* & *cœlorum*, quæ jam erant, in terras immiſſas fuiſſe prodit. Deinde videndum eſſet, an Deo dignum ſit immenſam aquarum copiam creare, & in nihilum redigere, ut tegerentur terræ, in quibus præter feras nihil fuit. Denique ex Capite VIII. aquas vento, non inuſitato divinæ omnipotentiæ effectu, imminutas fuiſſe liquet.

III. Indidem tertium deducitur argumentum, quo Diluvium aliquot tantùm regionum fuiſſe probare nituntur. *Immiſit*, inquit Moſes Cap. VIII, 1. *Deus ventum & remiſerunt aquæ.* Hoc unum ventus efficere poteſt, ut paullò plures vapores evehantur, aut ut aqua in certam partem, in quam ſat citò non reflueret, celeriùs feratur; ſed Oceanum exhaurire nequit. Quis credat ergo totum terrarum Orbem, tantâ aquarum altitudine contectum, vento potuiſſe exſiccari? Non hoc certè magis potuit eo vento fieri, quàm initio rerum ejuſdem operâ mare in alveum cogi; præſertim ſi conſideremus Solem perpetuò, etiam ſine vento, vapores è terra elicere, qui, cùm in aëre nimiâ copiâ ſunt, per pluvias in terram recidunt. Præterea, ſi ventus tantam copiam aquæ in vapores extulit, oporteret ſemper in nubibus haud paullò plus eſſe aquæ quàm in Oceano; cùm ſi omnes effundantur aquæ, totam Terram, ne altiſſimis quidem montibus exceptis, tegere queant; quod fieri non poſſe antea vidimus.

IV. Si per totum terrarum orbem aquæ marinæ fuiſſent, vix ac ne vix quidem Arbores, aliæque minores Plantæ ab interitu vindicari potuiſſent. Si autem, per omnes terras, omnes plantæ ſalſugine maris fuiſſent corruptæ, unde porrò natæ eſſent, cùm à Deo denuò creatæ nuſquam dicantur? Nemo autem negarit ſub aqua marina, intra anni ſpatium, aut paullò minùs, & Plantas & Semina corrumpi: quæ nemo etiam è luto putrefacto & ſole fermentato, ut olim creditum eſt, naſci denuò poſſe rerum naturalium peritus adfirmarit. Verùm hoc elevari poteſt argumentum, ſi univerſalia Diluvii patroni reſponderint, ut faciunt, ſalſuginem maris aquâ dulci, tantâ copiâ ei adfuſâ, imminutam admodum fuiſſe. Sed & difficulter quomodo ſine pernicie, ſub aqua dulci, pleræque Plantæ perennare potuerint capiemus.

V. Si omnia omnium terrarum animalia ad Noachum generatim venerint, ut veniſſe oportet, ſi utrumque tectum aquis fuit Hemiſphærium, quæretur quo pacto ex America, tot propria ei terrarum parti animalia in Meſopotamiam ſeſe contulerint? Si America noſtro continenti juncta ſit, ſatis conſtat ſub Septemtrionibus eam eſſe commiſſuram, in gelido Climate, cujus frigus torridæ Zonæ non ferunt animalia. Imò ſi juncta ſub cœlo benigniore cenſeatur, quî tot flumina, & lacus, montéſque & ſilvas ſuperare potuerunt, in tam longinquo itinere, Americana bruta, ſerpentes potiſſimum? *Quo pacto*, ait *Iſ. Voſſius* pag. 398. *animal*, exempli cauſâ, *cui à tarditate inceſſus Ignavi vocabulum indidere, ad Noachum ſtabulatum*
per-

omnis avicula, omnis ala. 15. Ad Noachum ex omni carne, cui ſpiritus ineſt vitæ,
paria in Arcam intromiſſa ſunt. 16. Venientes mas & fœmina, ex omni carne, in-
greſſi, ut eum juſſerat Deus; & poſt eum *ingreſſum* clauſit Jehova.
17. Per quadraginta dies, diluvium deinde ſupra terram fuit; & cùm auctæ eſſent
aquæ, attollebant Arcam, eáque ab humo elevabatur. 18. Invaleſcebant porrò, ma-
giſque

ut narravimus, homines in idem ingreſſi eſſent ſtabulum; & ne aqua per rimas ſubiret, clauſas januas Deus extrinſecus oblevíſſet.

17. Cùm ergo cœpiſſet diluvium, primùm alii quantùm ab humo elevari ligneum ſtabulum Noachi; 18. mox liberiùs innare aquis, atque huc illuc,

perrexit, viámque confecit, quam ne viginti quidem annorum millibus naturali gradu devorare potuiſſet?

Univerſalis prorſus Diluvii patroni doceant præterea oportet, quâ ratione (*Id.* pag. 386.) *animalia, relicto navigio Noachico & habitato Veteribus orbe, in Americam, & terras vaſto diremtas Oceano penetrarint. Quod ſi voluntate divinâ fieri potuiſſe ſtatuamus, aliud iterum ſe offeret abſurdum; illud, ſcilicet, innumera adeò ferarum genera, noſtro orbi & olim & nunc incognita, tam vaſta ſpatia tranaſſe, nullo in priſtinis ſedibus relicto generis ſui ſemine.*

VI. *Non minùs exhibet negotii ipſum Arcæ ædificium, ſi verum ſit quod exiſtimat major pars ſuiſſe id commune omnium ferarum ſtabulum, nullámque in terris reperiri animalium genus, cujus poſteritas ex hoc ſepto non pullularit. Si vel illa ſaltem ſupputemus animalia, quæ in orbe Veteribus cognito paſſim occurrunt, locus qui in ſacris litteris Arcæ adſignatur, tot gregibus ac tam diuturno alimento minimè ſufficiet. Quod ſi etiam novi Orbis & Auſtralis Hemiſphæris bruta addere velimus, vix ſolis animalibus, nedum tam copioſo pabulo, ſatis erit futurum ſpatii.* De magnitudine Arcæ quid reponant viri docti, ſi dicere aggrediamur, non Adnotationes, ſed librum ſingularem hac de re ſcribere videamur. Conſulantur ii, quorum nomina adtulimus ad calcem eorum quæ ad Cap. VI, 15. obſervavimus. Nos quidem, ut duplo majorem Animalium fuiſſe numerum, quàm vulgo ajunt, oſtendimus: ita duplo ferè capaciorem Arcæ amplitudinem tribuendam eſſe demonſtravimus. At non levis ſupereſt difficultas, de victu tot diverſorum animalium & comparando, & ſervando in clauſis cellariis incorrupto, per tantum tempus. Non facilè etiam captu eſt, quî animalia ipſa, quomodocumque fuerint in cellas diviſa, cellæque eorum purgatæ, potuerint tamdiu clauſa vivere. Quæritur etiam an generationi operam dederint, quod ſi negetur, mirum videbitur bruta, quæ minimùm ſemel quotannis, pauciſſimis exceptis, coïtus deſiderio tenentur, eo abſtinuiſſe. Si affirmetur, ſobole creſcente, majorem victûs copiam abſumi neceſſe erit. Plurimi hîc ad miracula confugiunt, quæ ut fieri potuerint: facta tamen fuiſſe, ſine neceſſitate, vix creduntur. Quid autem terras hominibus vacuas, earúmque animalia inundari neceſſe erat?

VII. Erunt fortè, ut minuatur difficultas, qui velint non plura animalia, in unaquaque ſpecie creata quàm in humana. Verùm eos confutat vir doctiſſimus ſæpiùs laudatus. *Jam inde à Creationis principio*, inquit, *Deus univerſum Terrarum orbem, pro facultate ſingularum terrarum, mariúmque, omni ferarum, piſcium, arborúmque genere implevit. Unus autem homo ſolitariè procreatus fuiſſe dicitur. Maxime autem à ratione alienum fuerit exiſtimare, bina tantùm cujuſque ſpeciei animalia, idque uno ſaltem in loco à Deo fuiſſe formata. Si enim ita ſentiamus, quid demum fiet de illis plantis, animalibuſque, quæ in ſeparatis proveniunt continentibus, quæque ob memoratam rationem non potuerunt ex noſtro orbe illuc transferri & propagari?*

Hæc cùm ita ſint, qui hiſce rationibus adficiuntur, contendunt, ut diximus, terram dumtaxat habitatam, ejúſque animalia Diluvio oppreſſa fuiſſe. Sed quia objiciunt alii, quando Deus loquitur, ibi debere ceſſare humanas ratiocinationes; *Rectè quidem*, inquiunt qui partem telluris hominibus cultam inundatam cenſent, *ſi verba divina unum tantùm admitterent ſenſum.* Similiter Reverendiſſ. Vigornienſis Epiſcopus *Edu. Stillingfleetus*, in *Originibus Sacris* Lib. III. Cap. 4. ubi hac de re fusè ac eruditè, ut ſolet, agit, ex Scriptura, totam Telluris ſuperficiem tectam fuiſſe, neceſſariis argumentis probari poſſe negat. Videndum ergo quid allatis initio rationibus reſpondeant.

Primùm, cùm *omnia* animantia in Arcam admiſſa dicuntur, obſervant vocabulum *omnis* ambiguæ eſſe ſignificationis, & rariſſimè abſolutè accipi, plurimis verò in locis reſtringi ad rem de qua agitur. Vel apud ipſum Moſem, cùm famem *ſuper omnem terram* invaluiſſe ſcribit, non niſi de aliqua orbis portione intelligendum eſſe fatentur Theologi. Hæc *Voſſius*. Sic & alii Scriptores, ubi de animalium paulò majore numero ſermo eſt, interdum loquuntur. *Livius* de Circenſibus ſpectaculis ſui ævi Lib. XLIV. Cap. 9. *Mos erat tum, nondum hac effuſione inductâ beſtiis* OMNIUM GENTIUM *circum complendi, varia ſpectaculorum conquirere genera.* Hic *omnes Gentes* aliquot Pop. Romani imperio finitimæ aut ſubditæ dicuntur; & ſatis conſtat non omnis generis beſtias in Circum inductas. Haud abſimiliter plurimæ aves & beſtiæ apud Ezekielem Cap. XXXI, 6. ubi ſub imagine arboris deſcribitur Rex Ægypti, *omnes* appellantur: *in frondibus ejus nidificarunt omnes aves cœli, ſub ramis ejus genuerunt omnes agrorum feræ, & in umbra ejus habitarunt univerſæ gentes & numeroſæ.* Vid. Dan. IV, 18. Sic & Hoſ. IV, 3. ubi ingens Judææ vaſtitas deſcribitur: *propterea*, ait Propheta, *lugebit terra, quæcumque* (OMNIS habitans in ea) *eam incolunt, inter agrorum feras, & inter aves cœli, in languorem incident; imò etiam piſces maris exſtinguentur.* Itaque *omnia* animalia munda & immunda in Arcam intromiſſa de iis, quæ naſcebantur in regione, in qua erant primæ humani generis ſedes, hoc eſt, circa Ti-

giſque ſuper terra creſcebant; jam Arca ſupra aquas ferebatur; 19. mox uſque adeò ſupra terram adtollebantur, ut altiſſimi quique ſub toto cœlo tegerentur montes. 20. Poſtquàm montes tecti ſunt, quindecim cubitis ſurſum creverunt. 21. Exſpiravit omnis caro reptans ſupra terram, inter volucres, inter pecudes, inter feras, inter omnia reptilia in terra repentia, tum etiam omnis homo. 22. Omnia, quorum naribus ſpiritus inerat vitalis, ex cunctis quæ in ſicco *vivunt*, interierunt. 23. Deletum eſt quidquid ſtabat in terra, ab homine ad pecudes, ad reptilia, imò & aves cœli. Deleta ſunt *omnia* è terris, ſuperſtes tantùm fuit Noachus, & qui cum eo in Arca erant. 24. Exundarunt autem aquæ ſupra terram, centum quinquaginta diebus.

VIII. Aquæ

luc ferri; 19. tandem uſque adeò, creſcente eluvione, adtolli, ut altiſſimorum montium juga carina æquaret, 20. atque intra paucos dies, aquâ quindecim cubitis ea ſuperante, altior fieret. 21. 22. 23. Tum demum interierunt non omnes modò homines, pecudéſque ac feræ, ſed etiam ipſæ volucres, quæ ſiccum locum, cui inſidentes requieſcerent, nuſquam invenere. 24. Atque ingentis ejus eluvionis aquæ, per centum quinquaginta dies aut crevere, aut pari altitudine, ne ullum elaberetur animal, terras operuere.

P A-

gridem & Euphratem, intelligenda ſunt. Nec fortè *omnia* prorſus *omnium* generum fuere; ſed *omnia* tantùm, quibus uti ſolent homines. Ejuſmodi ſunt pecudes, quibus veſcebantur, ut boves, oves, &c. equi, aſini, cameli, qui vehendo aut bajulandis oneribus uſui ſunt, ſed *immundi*, hoc eſt, victui non commodi. Inter aves potuere eſſe galli, anſeres, anates, columbæ, corvi, &c. Neque mirum hæc animalia juſſum ſervare Noachum, quæ ex vicinis regionibus venatione petenda, & cicuranda, non ſine labore & longo & moleſto, fuiſſent.

Ad ipſum quod adtinet, hæ eſſe rationes potuere, ob quas in ſiccam regionem confugere non eſt juſſus; ne, ſcilicet, eum alii ſequerentur illuc homines. Præſtabat etiam, ut ſeriò loqui intelligeretur Noachus, navigium, quo evaſurus è Diluvio erat, coram iis fabricari, quibus hoc nunciabat. *Juſtitiam etiam Deus*, conjectore Voſſio, *locum non habere cenſuit, niſi in loco convenienti. Ecquis verò convenientior concipi poſſit locus illo, quo ſontes in conſpectu Noachi punirentur, ipſe verò inſons in medio peccatorum ſervaretur?*

Secundò, quæ de *omnium animalium* pernicie dicuntur, ea pariter intelligenda de iis omnibus quæ intra ſubmerſarum regionum fines fuere; ut reſpondent *Iſ. Voſſius & Eduard. Stillingfleetus*. Imò ex iis, quæ de voce *omnis* dicta ſunt, non omnium prorſus ſed plerorumque exſcidio, & eorum quidem potiſſimùm quibus utuntur homines, poſito, Moſaïcæ ſatisfieri narrationi colligere eſt.

Tertiò, Noachus exſpectavit in Arca, donec Terræ exſiccatæ fuiſſent, ut potiùs in terras ſibi notas & feris vacuas, quàm in ignotas, & feris nimis abundantes iret. Corruptum ſine dubio fuit ſolum ſtagnantibus aquis; ſed Meſopotamia in quam conceſſit, ac regiones vicinæ ingentibus fluviis rigatæ minus à ſalſugine detrimentum paſſæ ſunt, quàm aliæ aqua dulci deſtitutæ; ut brevi agri priſtinam fertilitatem recuperare potuerint.

Quartò, altiſſimi montes, qui aquis Diluvii ad tantam altitudinem contecti fuere; erant qui in regionibus, in quas ſparſum tunc fuit humanum genus, ſunt. Neque additamentum *ſub omni cœlo* aliud ſuadet, quandoquidem de regionibus aliquot finitimis interdum adhibetur, ut Deut. II, 25. *Eo die incipiam mittere terrorem & metum tui, per populos ſub* OMNI COELO, ubi vide notata.

Postquam quid pro hac ſententia contra priorem dici poſſit vidimus, quærendum ſupereſſet quàm latè ex hac opinione, patuerit Diluvium. Sed cùm neſciamus in quas regiones ſparſum humanum genus fuerit, quatenus pertinuerit Eluvio definire quis auſit? Fortaſſe regiones, quæ inter quatuor maria Perſicum, Caſpium, Euxinum & Syriacum, inter quæ Tigris & Euphrates, pluráque alia flumina maxima intercipiuntur, erumpentibus omnibus aquis, & illuc divinâ potentiâ congeſtis omnium terrarum nubibus, atque in humorem denſatis, inundatæ fuere. Hoc quidem ſine miraculo fieri non potuit, at nec ulla eſt ratio expediendi ſine miraculo tanti Cataclyſmi. Quo minora & pauciora ſtatuuntur, ſi reliqua explanari commodè queant, eo ſolet ab Interpretibus omnibus veriſimilior haberi expoſitio; quia nec Deus ſolet miraculorum, ut ſic loquar, uſque adeò eſſe prodigus, ut ad ea, ubi cauſæ naturales ſufficere poſſunt, deveniat, nedum ut ſine ratione omnes naturæ leges evertat. In hac ipſa hiſtoria audimus Deum monentem, tempus eſſe quo in Arcam ingrediendum tandem erat, quia Noachus hoc vix per ſe cognoſcere poterat; at egreſsûs tempus non indicat, re prudentiæ Noachi permiſsâ, quia ſine divina ope reſcire hoc potuit. Animalia potuiſſet ſine alimento viva in Arca ſervare, quod non parum eam exoneraſſet, & laborem Noachi minuiſſet; non fecit tamen, cum humanâ operâ victus animantibus ſubminiſtari poſſet. Ubi deſinit humana induſtria, ibi demum divinum incipit auxilium, & viciſſim.

Objiciunt nonnulli iis, qui regiones dumtaxat aliquot inundatas volunt, ſi hoc fuiſſet, aquæ ſuperficiem perfectè ſphæricam futuram non fuiſſe, adeóque Arcam, inæquali aquæ libramento, neceſſariò ad depreſſiora loca fuiſſe declinaturam. At, ut rectè *Voſſius*, quod in minoribus inundationibus, idem quoque in hoc magno & pluſquàm naturali contingere potuit Diluvio. Eadem námque vis, quæ maria & nubes pluvias in eum terrarum tractum, qui perdendus erat, egit, eadem illa & Arcam & declivia aquarum latera, quoad opus fuit, ſuſtinuit.

Nisi

VIII. Aquæ Diluvii recedunt, ſiccatur terra, egreditur Arcâ Noachus cum ſuis & animalibus, rem divinam facit, benedictionémque, leges, & promiſſum de numquam futuro Diluuio à Deo accipit. Vineam colere incipit, cujus vino inebriatur, irriſúſque à filio Chamo, huic maledicit, reliquis duobus bene precatur, & decedit.

1\. RECORDATUS poſtea Noachi, omniúmque ferarum & pecudum, quæ cum eo in Arca erant, ventum immiſit Deus in terram, & remiſerunt aquæ. CAPUT VIII.
2\. Fontes abyſſi & cataractæ cœli clauſa ſunt, pluviáque è cœlo cohibita.
3\. Re-

PARAPHRASIS.

1\. EXACTIS centum quinquaginta diebus, ex quo cœperat Diluvium (*Niſanis* 19, *Nonis Aprilis*) Deus Noachi, brutorumque animantium, quæ cum eo in Arca erant, memor, ſeptemtrionalem ventum quo in Oceanum refunderentur aquæ, terris immiſit. 2. Jam ante decem & centum

NISI ex Cap. VIII, 4. Armeniæ montes aquâ tectos fuiſſe liqueret, ut ſi pro אררט *ararat*, haberetur אורן vel חורן, *auran*, aut, *hhauran*, ut ſcribitur hoc nomen Ezek. XLVII, 18. non deeſſent qui ſuſpicarentur humanum genus, quod in inſula *Teredone*, & circa oſtia *Tigridis* & *Euphratis* ſedes fortè poſuerat, ſubitâ eorum fluviorum & inuſitatâ planè exundatione, conjuncta cum extraordinario Oceani æſtu, pluviiſque continuis, ſubmerſum fuiſſe; excepto Noacho, qui Arcâ clauſus, ad *Auranitidis* montes, ad lævam Babyloniæ ſitos, vectus fuerit. Sed omnium Codicum conſtantiſſima lectio, ad quam difficultates memoratæ, quibus *Iſ. Voſſii* ſententia premitur, accedunt, aliam Moſis mentem fuiſſe oſtendunt. Fidi autem Interpretis non eſt ſemper quid ſibi commodiſſimum, atque intellectu facillimum videatur quærere; non quod ipſi videtur, quod poteſt eſſe & paſſim eſt abſonum, ſed quid verba Scriptoris quem enarrat nativo ſignificatu ſonent, fideliter exponendum.

20\. *Poſtquàm montes* &c.] Heb. *quindecim cubitis ſurſum invaluerunt aquæ, & tecti ſunt montes.* Senſum expreſſimus, qui ad verbum tranſlatis vocibus Hebraicis Latinè non conſtaret. Ita & ante nos Vulg. Int. *Quindecim cubitis altior fuit aqua, ſuper montes quos operuerat*, quem & alii ſequuti ſunt. Literulam ו, in ſimili ordine vocum, *poſtquàm* verti oportere oſtendet *C. Noldius* 42. ejus ſignificatione. Hîc cum nullus occurrat terminus, à quo dici poſſint aquæ ſurſum creviſſe, præter juga montium, quindecim cubitis ea ſuperata fuiſſe ſine dubio dicere voluit Sacer Hiſtoricus.

21\. *Omnis caro reptans*] Quamquam vox רמש ramaſch, *repere*, motum eorum animalium propriè ſignificat, quæ *reptilia* à Latinis dicuntur; hîc metaphoricè quemvis inceſſum ſonat, ut & alibi, ut infra Cap. IX, 2, 3. Ceterùm hîc, & ſeqq. duobus commatibus, eſt iterum κλίμαξ, qualem obſervavimus in 17, 18 & 19. Nec ſine Emphaſi eſt earumdem vocum repetitio.

23\. *Quidquid ſtabat.*] Vid. ad verſ. 4.

Deleta ſunt omnia è terris] *Omnia* addidimus ne repetitio, quæ in Hebraica Lingua frigida non eſt, Latinè videretur frigidiſſima.

24\. *Exundarunt autem* &c.] Heb. ויגברו *vajjigberou*, quod verbum ſæpiùs habuimus, ad ſignificandum aquarum incrementum. Hoc in loco, cùm aquarum incrementum, tum ſtatum aquarum non creſcentium quidem, ſed eadem altitudine, ac ſine decremento terram tegentium ſignat. Nam à quadrageſimo die, ut vidimus ad verſ. 12. ceſſante pluviâ, aquæ ſine dubio ampliùs non crevere, ut oſtendemus ad Cap. VIII, 1, 2. Rectè *Lud. Cappellus* in Notis ad 3. Tab. Diluvii verbum גבר *gabar* ait eſſe ſimpliciter *pollere*, ſeu *viribus valere*; unde ſequitur ut quamdiu aquæ vel intumuerunt, vel in ea altitudine, ad quam excreverant, permanſerunt, tam diu de iis dici poſſit ויגברו המים *vajjigberon hammajim*, & *prævaluerunt aquæ*; ſtatim verò ac imminui cœperunt, non ampliùs יגברו dicendum ſit. Sic ſumitur hoc verbum Exod. XVII, 11. Hinc Vulg. hîc optimè, *Obtinuerunt aquæ.* Maluimus *exundarunt*, quia ubi de aqua ſermo eſt, aptior vox, quamquam totam vim Hebraïcæ vocis non exprimit, viſa eſt

COMMENTARIUS

In CAPUT VIII.

1\. R*Ecordatus eſt*] Hoc eſt, ita ſe erga Noachum geſſit, ut qui amici periclitantis recordantur; ſive, ei opitulatus eſt. Vide quæ diximus ad Cap. VI, 6.

Ventum immiſit] Heb. *& fecit tranſire ventum*, hoc eſt, ἐπήγαγεν *adduxit*, ut LXX Intt. & Vulgatus. Vento autem hoc exſiccatæ ſunt aquæ, ſi prorſus univerſale Diluvium fuit: aut in Oceanum repulſæ, ſi pars aliqua dumtaxat Telluris iis contecta erat. Fortè Septemtrionalis fuit ventus, qui in Perſicum & Indicum mare potiſſimùm aquas rejecit, & ſimul vapores ex iis eduxit, lacunáſque, quæ nimium humorem retinebant, arefecit.

Et remiſerunt] Heb. וישכו *vajjaſchoccbou* LXX ἐκόπασε τὸ ὕδωρ, Vulg. *imminutæ ſunt aquæ.* Potiùs deſierunt adtolli, propter rationem quam mox dicemus.

2\. *Fontes abyſſi & cataractæ cœli*] De his egimus ad Cap. VII, 11. Ut aperiri hæc dicuntur quando pluvia incipit, ita *claudi* quando deſinit. Eodem ſenſu, *claudi cœlum* dicitur Deut. XI, 17. & alibi. Quod cùm ita ſit, rectè obſervat *Lud. Cappellus* quæ in hoc verſu narran-

3. Redierunt autem aquæ è terra *in priſtinum locum*, perpetuò recedentes, & poſt centum quinquaginta dies defecerunt. 4. Arca verò menſe ſeptimo, decimo ſeptimo die menſis, in montibus Araraticis requievit. 5. Dum aquæ minui pergerent, ad

tum dies, undas terris ingerere deſierat Oceanus, deſierant & nubes pluvias effundere; [3] at iis elapſis, tum demum aqua paullatim reſidere cœpit, & poſt centum quinquaginta dies, tota effluxit.

[4] Navigium autem, ſi ita appellari poteſt, quo Noachus cum familia & animalibus vehebatur, menſis ſeptimi die decimo ſeptimo, ad jugum Armeniæ montium adpulit, & quietum eo in loco

rantur eveniſſe poſt quadraginta dies, quibus continens imber deciderat. Nam ut Geneſ. VII, 11. cataractæ cœli apertæ, & fontes abyſſi recluſi dicuntur, eo die quo imber cœpit decidere: ita hæc eadem occluſa dicuntur eodem die, quo *cohibitus eſt imber è cœlo*, hoc eſt, poſt imbrium initium quadrageſimo. Is dies cùm, ex accurato ejuſdem viri docti calculo, incidat in 16. Decembris, eóque tempore Septemtrionales oriantur ſæpe venti, non poterat commodior, eodem judice, ad modum aquis imponendum, eſſe tempeſtas. Digna tamen eſt, quæ hanc in rem legatur Diſſertatio viri docti *Gulielmi Bonjour*, de anno Diluvii Univerſalis, edita Romæ anno MDCCV. Alium calculum iniit, quàm *Cappellus*, nec minùs veriſimiliter ratiocinatus eſt. Sunt hæc ejuſmodi, ut nihil Mathematico more demonſtrari queat.

3. *Redierunt in priſtinum locum*] Verbum שוב *ſchoub redire*, & *recedere* ſignificat, quia quæ *redeunt* in locum unde venerant, eo ipſo *recedunt*. Ita hîc aquæ, quæ ex Oceano in terras effuſæ fuerant, recedentes in priſtinum locum redierunt.

Perpetuo recedentes] Heb. *eundo & recedendo erant. οἱ* LXX *πορευόμενον abiens.* Hi infinitivi הלוך ושוב continuationem ſignificant, ut 1 Sam. VI, 12. *iverunt eundo & mugiendo*; hoc eſt, neque ire, neque mugire deſierunt, donec in agrum Iſraëliticum Arcam detuliſſent. Vide infra verſ. 5. & Cap. XXVI, 13.

Poſt centum quinquaginta dies &c. Hoc eſt, poſtquàm aqua minui cœpit. Ut per centum quinquaginta dies auctæ, aut in eadem altitudine fuerant aquæ: ita per centum quinquaginta dies, earum facta eſt imminutio. Alii tamen hos *centum quinquaginta dies* intelligunt de iis, quibus aqua exundavit, & verbum חסרו *chaſeron* de initio imminutionis interpretantur. Ita Vulg. *Cœperunt minui.*

4. *Menſe ſeptimo, decimo ſepſimo die menſis*] Ita etiam Samaritanus Codex. At LXX. ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς & Vulg. *vigeſimo ſeptimo die menſis.* Aut legerunt pro שבעה עשר יום *decimo ſeptimo die*, שבעה עשרים *ſchibbah beſchrim*, *vigeſimo ſeptimo*; aut ita legendum cenſuerunt. *Lud. Cappellus* lectionem hanc meliorem noſtrâ cenſet, quippe ordini conventiorem hiſtoriæ. Poſtquàm oſtendit, quod ſupra indicavimus, centum quinquaginta dies, poſt quos minui cœperunt aquæ, inchoandos ab initio imbrium eſſe, ac proinde decimo octavo menſis ſeptimi finem iis ſtatuendum; conſequens eſt ut aquæ minui cœperint decimo nono die, ſi menſes fuerunt lunares, quod ſe probaſſe ſperat; vel decimo ſeptimo, ſi *Joſ. Scaligerum*, qui ſolares fuiſſe exiſtimavit, ſequimur. Non videtur autem viro doctiſſimo veriſimile Arcam hæſiſſe in jugo montium Araraticorum, illo ipſo die quo cœperunt aquæ minui, aut etiam biduo antequàm cœpiſſent decreſcere. At, quod cum pace viri κρατιστεύοντι dictum ſit, crediderim LXX Intt. quos *Hieronymus* eſt ſequutus, propter allatam quidem rationem, Hebraicum Codicem cenſuiſſe emendandum; quæ tamen ratio haud ſatis firma videtur, ut veterem ſollicitemus lectionem. Nam cùm aqua quindecim tantùm cubitis altiſſimos montes ſuperaret, facilè potuit Arca, etiam antequàm minui inciperent aquæ, ſummo montis impingere jugo. Nec hoc ipſe negarit *Cappellus*, qui rectè obſervat uſque adeò onuſtum navigium vix quartâ altitudinis ſuæ parte ex aquis extare potuiſſe. Arca autem, cùm eſſet triginta cubitos alta, viginti duos minimùm in aquam demerſa erat, adeóque facilè in vada quindecim cubitis ab aquæ ſuperficie depreſſa incidere potuit. Priùs delata fuerat per loca, in quibus aut nulli erant, aut depreſſiores montes; tandem Auſtrali fortè vento in Armeniæ montes impacta eſt, quod commodiùs, niſi fallor, fuit, quàm ſi in Oceanum delata, aut in vallem aliquam profundiorem & ſerò exſiccatam fuiſſet. Ex Oceano portus petendus erat; atque in valle diu etiam exſpectandum. Hiſce de rationibus, noſtri Codicis lectionem præferendam conjecturæ LXX Interpretum & *Hieronymi* exiſtimarim.

In montibus Araraticis] Pro אררט Samaritanus Codex habet הררט Vulg. Int. hîc habet *montes Armeniæ*, ut 2 Reg. XIX, 37. & Eſ. XXXVII, 98. ubi etiam Ἀρμενία à Græcis Intt. dicitur. Quæ verſio confirmatur ex *Beroſi* fragmento, quod exſtat apud *Joſephum* Lib. X. Cap. 2. *Orig. Jud.* Is eamdem hiſtoriam, quæ loco laudato Regum habetur, narrans Sennacheribi filios *in Armeniam* confugiſſe memoriæ prodiderat. Antiquiſſimi Scriptores Ethnici, qui de Diluvio ſcripſerunt, navigium, quo ſervatum eſt humani generis ζώπυρον, in Armeniam delatum eſſe auctores ſunt. Eorum verba ſuppeditabit *Sam. Bochartus. Phal.* Lib. I. Cap. 3. ubi & recentiorum teſtimonia hac de re congeſſit. Idem eruditè oſtendit eam partem montium Armeniæ intelligi quæ in *Gordiene* fuit. Ii montes *Carduchi* & *Gordiæi*, aliiſque affinibus nominibus, apud Veteres appellantur. Siti erant in Armeniæ & Adiabenes confiniis, ut vir doctiſſimus, cujus ſcrinia non excutiemus, docebit. Interpres Samaritanus hoc loco pro *Ararat* habet סרנדיב *Sarandib*, quæ eſt Inſula Oceani Indici, de qua *Geographus Nubienſis* Clim. 3. Part. 8. in qua eſt mons altiſſimus, qui ab aliquot dierum itinere remotis cernitur; quæ ſine dubio eſt cauſa, ob quam nomine *Ararat* eum ſignificari cenſuerit, cùm antea montes altiſſimi ſubmerſi eſſe dicantur. Videtur eſſe Inſula *Madagaſcaris*.

Ceterùm dicitur Arca quieviſſe *in montibus* Ar-

ad menſem uſque decimum, ejus menſis decimi primo die, conſpecta ſunt cacumina montium. [6]. Poſt quadraginta dies, quam fecerat feneſtram Arcæ aperuit Noachus, [7]. emiſitque corvum, *qui* egreſſus, donec areſcerent aquæ è terris, exibat

eo hæſit. [5]. Cedentibus deinde ſenſim aquis, decimi menſis primo die exuere montium cacumina. [6]. Quadrageſimo abhinc die (*Abi* 10, *a.d.* *X Calend. Sextiles*) clathris feneſtræ ſtabuli reſeratis, [7]. corvum emiſit Noachus, qui avolavit & revolavit aliquoties, donec exſiccaretur humus. [8]. Cor-

Armeniæ, cùm in uno montium quieverit, non in pluribus, phraſi Scripturæ uſitatâ, cum minùs accuratè aliquid quod tanti non eſt deſcribit. Sic Jud. XII, 7. de Jephthe: *ſepultus eſt*, ait Hiſtoricus Sacer, *in urbibus Galahad*, hoc eſt, in quapiam Galahaditidis urbe, quam nomine appellare neglexit. Matth. II, 20. *quærentes animam infantis* non plures dicuntur, ſed Herodes ſolus.

5. *Dum aquæ minui pergerent*] Heb. & *aquæ fuerunt eundo & deficiendo.* Vid. not. ad 3 comma.

Ejus menſis decimi primo die] Heb. *in decimo in uno menſis.* באחד *beebhad* eſt pro בראשון *briſchon*, primo; cardinalis, ut loquuntur, pro ordinali, quod & alibi occurrit, ut inf. verſ. 13. 2 Paral. XXIX, 17. Hic primus fuit dies menſis *Thamuz*, hoc eſt, decimus quartus Junii, in anno Juliano; ſi, nempe, decimus menſis ſupputetur ab initio anni civilis, ut rectè exiſtimat *Lud. Cappellus*, non ab inchoato Diluvio, ut Rabbini, qui hìc omnia turbant, ut oſtendit vir eruditiſſimus.

Conſpecta ſunt cacumina montium] Si hìc ſoli montes altiſſimi intelligantur, à prima aquarum imminutione, ſeptuaginta dierum intervallo, quindecim dumtaxat cubitis aquæ minutæ fuerint, aut non multò pluribus. Sed fortè & minùs edita juga intelligenda ſunt. Si quis quærat unde hæc circumſtantia Noacho innotuerit, cùm feneſtram Arcæ nondum eo tempore aperuiſſet, duplici ratione reſcire hoc potuit. Facilè ſenſit undas eſſe infra Arcam, cùm eam ampliùs non verberarent, ut antea ſine dubio fiebat. Præterea potuiſſet & per feneſtræ clathra cacumina montium proſpicere; oſtendimus enim neceſſe fuiſſe feneſtram aëri ingreſſum in Arcam præbere, ſine quo animalia vivere non potuiſſent ſine miraculo, cujus nuſquam meminit Moſes.

6. *Poſt quadraginta dies*] Hoc eſt, ex *L. Cappelli*, quam ſequimur, ſupputatione, menſis *Ab* decimo die, qui vigeſimum tertium *Julii* incidit.

Feneſtram aperuit] Nimirum, clathra removit, quibus avibus claudebatur, licèt aëri aperta.

7. *Qui egreſſus exibat & redibat*] *Et exibat exeundo & redeundo.* Ita & Samaritanus, & Onkelos. At LXX Intt. hìc negationem inſerunt: καὶ ἐξελθὼν οὐκ ἀνέστρεψεν *qui egrediebatur & non revertebatur*, ut habet Vulgatus. In Alexandrino Codice additur τοῦ ἰδεῖν εἰ κεκόπακε τὸ ὕδωρ, quod Gloſſema eſt ex ſequente commate deſumtum. Hinc orta inter eruditos viros controverſia, Hebræíne Librarii negationem detraxerint, an addiderint Græci, de qua multis agit *Sam. Bochartus Hieroz.* Part. 2. Lib. II. Cap. XII. qui verè oſtendit ſenſus ex Hebræorum & Græcorum lectione orientes conſentire non poſſe. Negat idem meritò datâ operâ codices fuiſſe corruptos, aut apud Hebræos, aut apud Græcos. Exiſtimat LXX Intt. legiſſe: ולוא ישוב vlo jaſchob, *& non reverſus eſt*, ut Futurum pro Præterito ſumatur. Nec ſanè multùm differt ſcripturâ יצוא ושוב *jatſo vaſchob*, ab eo quod fuiſſe vult in Codd. LXX. Intt. Græcam ſcripturam perſpicuam magis eſſe Hebraïca cenſet, eámque & contra objectiones aliquot tuetur, & obſcurâ traditione Græcorum, cujus ſuperſunt in fabulis veſtigia, confirmat. Potiſſima ejus ratio, quam tamen ultimam adfert, hæc eſt. Non facile eſſe ſe expedire hiſce verbis: *exiit exeundo & redeundo.* Nam cùm *exiit exeundo* ſit Hebraïcæ Linguæ uſui conſentaneum, quod ſequitur, *exiit redeundo* durum & *oppoſitum in appoſito*, ut Logici loquuntur, videri queat. Dubitat etiam an uſpiam alibi ejuſmodi occurrat loquutio, *exire redeundo.*

Quam ille conjecturam modeſtiſſimè in medium adtulit, eam, cum ejus manium pace, confutare eodem modo non eſt, opinor, illicitum. Primò poſſemus ejus objectioni ſatisfacere, ſi ex Samaritico Codice legeremus, non ושוב *vaſchob*, ſed ושב *veſchab* in præterito, & *redibat*, ut dixerit Moſes *exibat exeundo & redibat.* Sed neceſſe non eſt, cùm idem ex noſtra lectione naſcatur ſenſus, & analogia etiam poſtulet ut verbum hoc infinitivo ſit modo, quemadmodum in ſimili phraſi ſupra verſ. 3 & 9. Malè conjungit *Bochartus* verbum יצא *jetſe*, *exiit*, cum שוב, conjungendum enim eſt dumtaxat cum proximè ſequenti verbo יצוא *jatſo*; quod quia in infinitivo erat, ſequens etiam verbum eamdem ſtructuram ſequutum eſt. Similis eſt conſtructio 1 Sam. VI, 12. 2 Sam. III, 16. Quia enim dictum fuerat הלכו הלך *halechou haloch*, & וילך הלך vajjelech haloch, *ibant*, & *ibat eundo*; ideò additur in priore loco וגעה vegaho, & *mugiendo*, in poſteriore ובכה oubacho, & *flendo*; cùm alioqui dicendum fuiſſet געות gahoth *mugientes* & בכה boche *flens*, ex Grammaticorum Canonibus. Igitur ſenſus eſt vocum Hebræarum, quem expreſſimus. Corvus, ſcilicet, ſemel egreſſus dum exſiccabantur terræ, ſæpiùs rediit, denuóque exiit. *At non patet*, ait Bochartus, *quorſum Noë corvum in Arcam ſemel regreſſum, paſſus ſit ex ea toties egredi, & per quinquaginta dies divagari nullo ſucceſſu.* At nec ratio ulla fuit retinendi Corvi, cui cadavera fortè plus ſatis victûs ſuppeditabant.

Deinde non ſatis conſtat an Codices Græci omnes hanc negationem habuerint, nam præter *Procopium*, qui, ut obſervavit ipſe *Bochartus*, eam non admittit, conſtat Veteres quoſpiam, qui antiquâ Italâ ex Græco tranſlatâ uſi ſunt, hunc locum ſine negatione citaſſe. *Ambroſius Officior.* Lib. I. Cap. 25. In Ed. Froben. & Benedictinorum anni MDCXC. *Quando Corvum, quando Columbam dimitteret, quando reciperet* Revertentes. Hinc, ut puto, ſuper-

bat & redibat. 8. Emiſit etiam à ſe columbam, ut videret an aquis levata eſſet terræ facies; 9. nec inveniens columba, ubi pedis ſui requieſceret planta, cùm ſupra totam terram eſſent aquæ, ad eum rediit ad Arcam. Ille verò, exſertâ manu, eam in Arcam ad ſe recepit. 10. Exſpectavit rurſus ſeptem alios dies, atque iterum ex Arca columbam emiſit. 11. Venit autem columba ad eum, tempore veſpe-

8. Corvo tàndem non ampliùs redeunte, quippe cui ſatis paſtûs in cadaveribus nondum abſumtis, & apparere incipientibus erat; columbam, quæ humida loca refugit, emiſit, ut an terræ ſuperficies jam exſiccata eſſet, cognoſceret: 9. At columba, omnibus limo & luto oblitis, loco cui inſideret non invento, ad ſtabulum rediit, atque à Noacho recepta eſt. 10. Poſt ſeptem dies, iterum emiſſa columba, 11. veſperi rediit, foliúmque oleaginum roſtro adtulit, unde Noachus arbores,

ſunt etiamnum Codd. Latini MSS. è quibus abeſt, cujuſmodi ſex laudantur in Ed. Plant. anni 1583. *Hieronymus*, in *Traditionibus Hebr.* negat Codices Hebræos cum Græcis conſentire, quamquam locus eſt corruptus, ut fatetur ipſe *Bochartus*. Ideóque ſi legatur hodie negatio in Latinis *Hieronymi* Codicibus, aut datâ operâ, ne à Græcis abire videretur, ab ipſo Hieronymo relicta eſt, aut ab aliis addita. Credibile etiam eſt Græcos Codices, tempore *Joſephi*, eâ caruiſſe, quoniam Ant. Jud. Lib. I. Cap. 4. habet αὖϑις Νῶχον ἐπανῆλθε *rediit ad Noachum*, cùm ſoleat alioqui Græcos Intt. ſequi.

8. *Emiſit etiam columbam*] Addunt Græci ὀπίσω αὐτοῦ, & Latinus *poſt eum*, nempe, corvum; quod in Hebraico quidem non exſtat Codice, ſed ſubintelligendum; aut latere in conjunctione ו quâ hoc comma inchoatur, & quæ paſſim *poſt* & *dein* ſignificat, veriſimile eſt. Cùm ex corvi volatu, qui cadaveribus inſiſtere potuit, & humidis etiam gaudet locis, quo in ſtatu terræ ſuperficies eſſet ſatis cognoſcere nequiret Noachus, poſt eum Columbam, quæ nonniſi ſiccis locis inſidet, emiſit; unde cognovit, licèt Corvus diutiùs abeſſet, terræ ſuperficiem in locis inferioribus aquâ reſtagnante adhuc fuiſſe tectam, atque in ſuperioribus luto. Plura hanc in rem *Bochartus*, loco laudato, & Cap. VI. Lib. I. qui à ſtudioſo Lectore adiri poterit.

An aquis levata eſſet terræ facies.] Heb. *an levatæ eſſent aquæ è ſuperficie terræ.* Latinè quidem phraſin invertimus, ſed & ſenſus & metaphora ipſa ſervata à nobis ſunt. Imò & eadem conſtructio verbi קלל *kalal*, apud Hebræos uſitata erat, ut videre eſt Exod. XVIII, 23. 1 Reg. XII, 4.

9. *Ubi pedis ſui requieſceret planta*] Heb. *Nec invenit columba requiem*, aut *locum quietis volæ pedis ſui.* מנוח *manoahh*, idem eſt ac מנוחה *mnoubba*, de quo vide not. ad Geneſ. XLIX, 15. Emiſſa eſt columba, ut viri docti obſervarunt, quòd diu & procul volet (Vid. Pſ. LV, 7.) libentérque humi paſcatur, quippe quæ ſeminibus in terram projectis aut deciduis veſcatur; ac præterea ex locis remotiſſimis ad nidum redeat. Non multò pòſt reverſa eſt, ob cauſam ad ſuperius comma allatam.

9. *Exſertâ manu*] Heb. *Et miſit manum ſuam & cepit eam*, &c.

10. *Septem alios dies*] Hinc nonnulli colligunt Columbam, cùm primùm exploratura terrarum ſiccitatem evolavit, ſeptem diebus poſt Corvum fuiſſe emiſſam. Nec ſanè inanis eſt conjectura, niſi vocula *alii* אחרים *abberim* abundet; quod poſſet quidem fieri, neceſſarium tamen non eſt. Ideóque non prorſus gratis, ut opinabatur *Sam. Bochartus*, ſeptiduo poſt corvum emiſſa dicitur Columba.

Iterum emiſit] Heb. *Addidit emittere*, notiſſimâ phraſi.

11. *Tempore veſpertino*] Cùm per totam diem volitaſſet, aut arboribus inſediſſet, tandem cicurum columbarum more in nidum ſub veſperam rediit.

Folium oleaginum] Oleæ folium adtulit, potiùs quàm alius arboris, quòd olea ſemper vireat, etiam in aqua marina, quod ex *Theophraſto* & *Plinio* probat *Sam. Bochartus*, Capite jam laudato *de Columba Noachi*. Oleaginum autem hoc folium petitum cenſet ex Aſſyria, quæ olearum fertiliſſima fuit. 2 Regum XVIII, 32. Sed opus non erat Armeniâ egredi, cùm *Gogarene*, ejus regionis tractus, oleæ ferax ſit. Strabo Lib. XI. pag. 363. πᾶσα ἡ χώρα αὕτη καρποῖς τε καὶ ἡμέροις δένδροις, καὶ τοῖς ἀειθαλέσι πληθύει· φέρει δὲ καὶ ΕΛΑΙΑΝ: *tota hæc regio fructibus & arboribus manſuetis, itémque ſemper virentibus abundat; fert etiam* OLEAM.

Verè obſervat idem *Bochartus* duo hinc ab Noacho potuiſſe colligi; primum, non montes dumtaxat, ſed & loca plana, aut certè colles etiam inferiores, quibus maximè gaudent oleæ, ſiccatos: alterum, terram Diluvii aquis non uſque adeò corruptam fuiſſe, ut nullæ ſtarent arbores, quæ Solis ardore iterum pullulare, victúmque ei præbere brevi poſſent.

Terras aquis levatas] Heb. *aquas levatas deſuper terra.* Vide not. ad verſ. 8.

12. *Exſpectavit tamen*] *Et exſpectavit.* Conjunctionem ו ſimiliter vertit *Hieronymus*, *nihilominùs*, ſuadente orationis ſerie. Vide LXV. ſignificationem apud *Noldium.*

Quæ ad eum ampliùs non rediit.] Cùm aquæ magis, ac magis recederent, nec victus columbæ, nec locus, in quo deliteſceret, defuit; unde jam terram poſſe incoli agnovit Noachus. De reliquiis hujus Hiſtoriæ apud Ethnicos, conſulendus ſæpiùs laudatus *Sam. Bochartus*; qui & typicas hujus Hiſtoriæ ſignificationes, aliáque huc pertinentia magnâ diligentiâ coacervavit.

13. *Sexcenteſimo primo anno*] Hoc eſt, *vitæ Noachi* לחיי נח *lbhaje Noabh*, ut Cap. VII, 11. unde LXX. addunt ἐν τῇ ζωῇ τοῦ Νῶε. Hîc quoque eſt אחת *una*, pro *prima.* Vid. ad verſ. 5.

Primo menſe, &c.] Initio menſis *Thiſri*, *Septembris*, 11. ex Tabula *Lud. Cappelli.*

Primo menſis] Heb. באחד *in uno menſis.* Vid. ad verſ. 5.

Exſic-

veſpertino, decerptúmque in ejus ore erat folium oleaginum, unde Noachus terras aquis levatas eſſe cognovit. 12. Exſpectavit tamen rurſus ſeptem alios dies, emiſitque columbam, quæ ad eum ampliùs non rediit.

13. Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo *menſe*, primóque menſis *die*, exſiccatæ ſunt è terra aquæ; removitque Noachus Arcæ tectum, & arefactam eſſe terræ

bores, quæ ſub aquis latuerant, retectas eſſe intellexit. 12. Nec eo ſeciùs poſt elapſum iterum ſeptiduum, præſtolatus eſt, quo tempore emiſſa columba, ut antea fecerat, cùm ſiccis locis inſidere commodè poſſet, victumque eſſet è ſeminibus nacta, non ampliùs eſt reverſa.

13. Igitur ſexcenteſimo primo ætatis Noachi anno, primi menſis die primo *Thiſri* 1. a. d. III *Idus Septembres*) penitus effluxerant aquæ; quo tempore amoto ſtabuli tecto, terras undique aquis le-

Exſiccatæ ſunt è terra aquæ] Hoc non ita intelligendum, quaſi terra prorſus exſiccata fuerit, in omnibus locis, in quibus nullæ poſtea aquæ fuere; commate enim ſequente, differtur id in vigeſimum ſeptimum diem menſis ſecundi, hoc eſt, in quinquaginta dies. Sed loca omnia eminentiora videntur fuiſſe ſiccata. Quæſiverit tamen non immeritò curioſior Lector, quî eſſe potuerit tanta temporis intercapedo, inter ultimam columbæ emiſſionem, & diem hunc, quo aquæ è terra exhauſtæ dicuntur? Interceſſerunt enim, ex *Lud. Cappelli* calculo, quem ſequimur, viginti octo dies; cùm emiſſa fuerit ultimùm Columba, ſecundo die menſis ultimi, hîc verò exſiccatio ad primum diem menſis primi anni ſequentis referatur. Reſpondet, & quidem rectè, item *Lud. Cappellus*, eo tempore, quo Columba emiſſa ad Noachum non eſt reverſa, potuiſſe jam ſiccos eſſe campos qui ſunt in collium jugis, licèt convalles etiamnum aquis tectæ eſſent; atque in iis campis Columbam hæſiſſe credibile eſt.

Removit Noachus Arcæ tectum] Cùm ut liberiori aëre, poſt tam longum carcerem, frueretur; tum etiam ut facilius quaquaversùm terras proſpiceret.

14. *Secundo verò menſe*] Quomodo tantum effluxit tempus à primo anni die, quo exſiccatam terram modò legebamus, & tempus quo Noachus Arcâ egreſſus eſt? ſunt enim quinquaginta quinque dies interpoſiti. Initio anni non quidem tecta erat aquis terra, ac proinde ſicca, ſi is ſtatus cum priſtino conferatur, dici potuit; attamen cœnoſa adhuc erant omnia, & reſtagnabat in profundioribus lacunis aqua. At quinquaginta quinque poſt diebus, induratum fuit lutum & exhauſtæ lacunæ, ſi excipiantur lacus & ſtagna ex perennibus fontibus orta. Tum demum, præſertim ſi animo reputemus Autumno ex Arca Noachum egreſſum, egrediendi tempus fuit; neque enim eâ tempeſtate anni per uliginoſum ſolum ſalubre aut commodum fuit incedere.

Terra prorſus *aruerat*] Voculam *prorſus* inſerere coacti ſumus, quia non fert Linguæ Latinæ ingenium tot gradus exſiccationis, quot hîc deſcribuntur, unâ eadémque voce, aut penitùs ἰσοδυνάμοις exprimi. Hebræi, ἀκριβείας, ſi qui alii, in loquendo negligentes, eadem voce plura deſcribunt, ut jam ſupra vidimus in narratione incrementi aquarum; quod aliæ Linguæ vix patiuntur. Hinc, ut opinor, LXX. Int. ſuperiore commate habent ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς ſervato ſenſu, ſed mutatâ loquutione, hîc verò ἐξηράνθη ἡ γῆ.

15. *His verbis*] Heb. *dicendo* לאמר.

16. *Egredere*, &c.] Noachus, qui, decimo ſeptimo die Menſis ſecundi, Arcam ingreſſus erat; vigeſimo ſeptimo ejuſdem Menſis, anno ſequente, eâ egreditur; unde collegit *L. Cappellus* eum in Arca manſiſſe integrum annum Solarem, ſeu 365. dies, cujus rei rationes apud eum leguntur.

17. *Reptent*] Heb. שרצו *ſcharetſou*, quod poſſet, ut ſequentia, verti *augeantur*. Vid. not. ad Geneſ. I, 20. Hîc reptare etiam eſſe poteſt ſpargi per totam terram. De diviſione Animalium, vide ad Cap. I. notata

19. *Omnis fera*, &c.] Non eſt hæc accurata diviſio beſtiarum. Ante τὸ רמש *remeſch*, quod ſecundo occurrit loco, oporteret eſſe בהמה *bhemah*. Sed Hebræi non ſolent ſemper eſſe accurati.

20. *Deinde Altare*, &c.] De Origine Sacrificiorum diximus ad Cap. IV, 3.

Cepit — holocauſta] Heb. *Cepit ex omni*, &c. *adſcendere fecit adſcenſiones in altare.* עלה *holah* dicitur victima, quæ detractis extis tota imponebatur altari, ſeu, ut loquuntur Hebræi, tota *adſcendebat*, vel *adſcendere curabatur* העלה *hohalah* in altare. Hoc autem ſacri genus, cùm ad gratias agendas, tum ad deprecandam divinam iram adhibebatur; quam in rem vide quæ collegit *Guil. Outramus*, de Sacrificiis Lib. I. Cap. X. Fortè non eſt urgenda nimiùm propria vocis עלה ſignificatio, & quodvis Sacrificium cùm ſonare queat, Hebræorum more adfinia vocabula paſſim miſcentium, *holocauſtúmne* fuerit quod obtulit Noachus, an aliud ſacrum non ſatis liquet.

21. *Placamenti odorem*] Heb. ריח הניחח *reahh hannihhoah*. οἱ LXX ὀσμὴν εὐωδίας quod vertit *odorem ſuavitatis* Vulg. Int. Quamquam à ſenſu non abeunt, attamen proprietatem vocis ניחח non exprimunt, quæ eſt à verbo נוח *quievit*, *quietus fuit*, quod in *Hiphil* conſtructum cum voce חמה *hhamah*, *ira*, placare ſignificat Ezek. XXIV, 13. Unde & apud Syros nomen hinc derivatum מתניחנא *methnihhono*, *placatum*, *ſedatum*, *reconciliatum* ſonat. Igitur ניחח hoc in loco videtur aut *expiatio*, ſeu *placatio* vertendum, aut *placamentum*, ſeu victima piacularis. Poſteriorem ſequuti ſumus ſenſum, quia ea vox ita manifeſtò ſumitur Ezek. XX, 28. ubi de victimis Deo ingratis ſermo eſt. Integra autem loquutio *olfacere odorem placamenti*, aut *ſacrificii*, idem ſonat ac, acceptum habere ſacrificium. Vid. Levit. XXVI, 31. Num. V, 21. 1 Sam. XXVII, 19. Videtur autem hæc phraſis *olfacere ſacrificium*, derivata ex Ethnicorum opinione; qui Deum nidore victimarum gaudere, ſeu eum libenter olfa-

ræ faciem vidit. 14. Secundo verò menſe, vigeſimo ſeptimo die, terra *prorſus* arue-
rat. 15. Tum alloquutus eſt Noachum Deus, his verbis: 16. egredere ex Arca
tu, unáque tecum uxor tua, filii tui, atque eorum conjuges. 17. Omnem *etiam* be-
ſtiam, quæ tecum eſt, ex omni carne, inter volucres, inter pecudes, atque inter om-
nia reptilia, quæ in terris repunt, unà educito; repténtque in terra, & in ea creſcant,
ac multiplicentur.
18. Exiit itaque Noachus, atque unà cum ipſo filii ejus, uxor, & filiorum conju-
ges. 19. Omnis *etiam* fera, omne reptile, omnis volucris, quidquid reptat in terris,
generatim ex Arca egreſſa ſunt. 20. Dein Jehovæ altare exſtruxit Noachus, cepit-
que

levatas deſpexit Noachus, nec tamen, propter lu-
tum, illico egrediendum ratus eſt. 14. At tandem
vigeſimo ſeptimo ſecundi menſis die (*Marſchefva-
nis 27, Nonis Novembribus*) ipſum etiam lutum
exſiccatum eſt. 15. Tum demum Noachum cum
ſuis è ſtabulo 16. exire juſſit Deus, cùm CCCLXV
dies, ſeu annum ſolarem Ægyptiacum, eo incluſus
fuiſſet. 17. Egreſſa etiam ſunt, Deo jubente, alia
omnia animantia, ut iterum terras, ut antea, ſo-
bole ſuà implerent, & hominum uſibus, aucto nu-
mero, ſufficere poſſent.
18. 19. Emiſſis itaque Noachus brutis, & cum
uxore, filiis & nuribus ſtabulo egreſſus, 20. Deo li-
beratori altare erexit, atque in eo holocauſta, in
gratiarum actionem, ex pecudibus & avibus mun-
dis adolevit. 21. Placatus tum humano generi Deus,
propter

olfacere exiſtimabant. Oſtendimus in Diſſ. *de Lingua Hebraica*, in ea loquutiones Ethnicas eſſe.

Inquit apud ſe] Heb. *dixit ad cor ſuum*, hoc eſt, *apud animum ſuum ſtatuit*, ut Salluſtianâ utar phraſi, non ampliùs perdere orbem terrarum. Apud Hebræos, ut apud Græcos Poëtas, *anima mea*, aut *cor meum* paſſim occurrit ἀντὶ τ͂ ego. Vid. not. ad Cap. VI, 6. *Dicere* autem *ad cor*, aut *in corde*, idem eſt ac cogitare, ſtatuere apud ſe.

21. *Eò quòd animi ejus cogitationes* &c.] Heb. *Quia figmentum cordis ejus*. LXX Int. ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τ͂ ἀνθρώπων ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρά. Vulgatus ſimiliter ſenſum potiùs quàm verba reſpexit, qui hiſce verbis reddidit: *ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt*. Sed Græci Intt. meliùs verterunt particulam כי ὅτι, quàm Vulg. *enim*, hæc enim eſt loci ſententia: hominum depravatio, quamquam maxima, me non ampliùs eò adducet, ut terras perdam, quemadmodum feci; eorum potiùs aut tolerabo, aut aliter plectam peccata. Alioqui, ſi Vulg. Int. ſequamur; eadem cauſa, ut obſervarunt viri docti, quæ antea Deum ad perdendum orbem terrarum impulerat, videretur effectura ut ei in poſterum parceret. Vide tamen not. ad Cap. VI, 3. ut & ad Capitis ejuſdem verſ. 5.

Non ampliùs-animantia-occidam] Heb. *Non addam ampliùs percutere omne vivens*.

22. *Satio*] Heb. *Semen*, ſed ex ſequente voce ſationem intelligendam liquet, nam meſſi opponitur ſatio.

Hiems, ver, æſtas & autumnus] Quatuor anni tempeſtates hîc ſignificari videntur, adeóque vertendum קר kor *hiemem*, חום hhom *ver*, קיץ kajits *æſtatem* & חורף hhoreph *autumnum*. LXX tamen Interpretes קיץ vertunt Θέρος, חורף Ἔαρ, Vulg. *frigus & æſtus*, *æſtas & hyems*, quaſi annus in duas tempeſtates divideretur, quod Veteres Latini & Græci interdum faciunt. Sed קר, quod manifeſtò *frigus* ψῦχος ſignificat, eſt ſine dubio *hiems*; חום *ver*, quod ita dicitur propter æſtum, qui in Palæſtina extremo vere, menſibus Majo & Junio, eſſe ſolet, præſertim meſſis tempore; unde Scriptura קציר חום hhom *katſir* meminit, *caloris meſſis*. Vid. Eſai. XVIII, 4. Ordine tempeſtatum ſervato, קיץ erit *æſtas*, quâ calor tantus eſt, ut *tædio ſit*, quæ radicis קוץ *'kouts* ſignificatio eſt; חורף *hhoreph* verò erit autumnus, ut Prov. XX, 4. ubi tempus arationis, quæ autumno fit, eo nomine appellatur. Apud Arabas etiam חורף خريف *hhariphon* autumnum, & verbum חרף خرف hharapha, *colligere fructus autumnales*, *autumnum tranſigere* ſignificat. Attamen interdum annus dividitur in duas tempeſtates, quarum altera calidum tempus complectitur & קיץ dicitur, altera frigidius & vocatur חרף. Vid. Pſ. LXXIV, verſ. 17. Zachar. XIV, 8. quæ res fefellit Interpretes.

Ceterùm hoc in loco Deus futuram in poſterum ſemper tempeſtatum viciſſitudinem ſtatuit, non quòd antea non fuiſſet ſemper, eóque ipſo anno quo terræ ſub aquis latuerant; ſed quia perinde Noacho fuerat, ac ſi non fuiſſet, neque terris aquâ tectis receſſum, aut acceſſum Solis ſenſerat.

22. *Nox & dies*] Fuerant quidem diluvii tempore; ſed & Noacho & Brutis in Arca deliteſcentibus veluti perpetua nox, per plures menſes, fuit.

In Caput IX.

1. *Benedixit*] Vid. not. ad Cap. I, 28.

2. *Timor, terrórque veſtri ſit* &c.] Vid. not. ad locum laudatum, cujus idem eſt ſenſus, nam quibus *dominamur*, ea nos *timent*. Ultima commatis verba, *hæc in manum veſtram traduntur* idem oſtendunt. Pro *reptat in terra*, non malè etiam verteris *calcat terram*, hoc eſt, movetur in terra; nam ſervabitur ſic Hebraïcarum vocum תרמש הארמה *thirmuſch baadama*, ſtructura.

3. *Quidquid reptat & vivit*] Heb. *Omne mobile*, vel *reptile quod vivens eſt*, quibus verbis omnia continentur animalia. Vid. notata ad Cap. I, 24. Hinc autem duo diſcimus memoratu digna. Primum eſt ſtatim poſt Diluvium omnium animalium, ſine mundorum & immundorum diſcrimine ullo, eſum licitum fuiſſe. Si enim aliqua hîc facta fuiſſet exceptio, eam memoraſſet Moſes; Deo verò nihil excipiente,

Digitized by Google

quæ ex omni pecude munda, atque ex omni volucri munda *holocauſta*, quæ in altari obtulit. 21. Odoratus *hinc* Jehova placamenti odorem, non ampliùs, inquit apud ſe, propter hominem, eò quòd animi ejus cogitationes à pueritia malæ ſint, terris maledicam; non ampliùs, quemadmodum feci, animantia omnia occidam; 22. non ampliùs, per omnes telluris dies, ſatio & meſſis, hiems, ver, æſtas & autumnus, nox & dies deſinent.

1. Benedixit præterea Deus Noacho ejúſque filiis, & iis creſcite, inquit, augemini, ac replete terras. 2. Timor, terrórque veſtri ſit in omnes terrarum feras, in omnem CAPUT IX.

propter hominum peccata, quamquam à pueritia mala agitant conſilia, terras non ampliùs perdere decrevit, & animantium generibus perpetuam incolumitatem apud ſe pollicitus eſt. 22. Quamdiu ipſa duraret tellus, ſolitarum tempeſtatum, hiemis, veris, æſtatis & autumni diſcrimina, quæ miſta per annum Eluvionis fuerant, ſemper futura; tempuſque homines ſerendi ac metendi viſuros, interpiente, Noachus ſine dubio ab nullo animali, cujus caro ſalubris & grati videretur ſaporis, ſeſe abſtinuit. Alterum eſt, quod obſervavit H. *Grotius*, ante Diluvium jus quidem fuiſſe homini in animantia; ut, ſcilicet, lacte, lana, & mortuorum ſuo fato exuviis, útque viventium labore, quo ſuus minueretur, ad ferenda aut trahenda onera uteretur; at non ut ea in cibum verteret. Fruſtra alioquin hîc Noacho permitteretur, quod dudum licitum erat; cùm præſertim Moſes antea ſatis indicarit Cap. I, 29. herbas & fructus ante-diluvianis hominibus in victum datos. Conjecturæ Theologicæ aut Philoſophicæ, quæ huic expoſitioni opponuntur, leviores ſunt, quàm ut eas confutare neceſſe ſit; cùm admitti nequeant, niſi hæc Moſis torqueantur verba.

diu labori intentos fore, noctu quietutos, ut ante Diluvium, ſic etiam in poſterum ſtatuit.

1. Quemadmodum humani generis primis parentibus ſpeciei propagandæ, implendarúmque multitudine ex ſe orta terrarum facultatem conceſſerat: ſimilia etiam Noacho ejuſque filiis, humanæ ſtirpis inſtauratoribus, largitus eſt; 2. atque in omnia, inquit, terræ, aëris, & aquarum animalia, imperium

Non ſecus ac virentem herbam.] Reſpicit Moſes ad id quod dixit Cap. I, 29. Cùm antea herbas & fructus vobis dederim, ait Deus, nunc præterea vobis animantia concedo.

4. *Cùm ejus anima*] Heb: *in ejus anima, ſanguine ejus.* Cùm obſcurum poſſet eſſe quid vocabulo *anima* vetaretur, addidit Moſes דמו damo *ſanguinem ejus*, κτ̓ πρόσθεσιν ἐξηγητικὴν, ut Grammatici loquuntur. Manifeſtò hoc liquet ex Deut. XII, 23. ubi diſertè *ſanguinis* interdicitur eſus, eò quòd ſit *anima*: *ſanguis eſt anima*, ait Moſes, *animam autem cum carne non comedes.* Similia extant Levit. XVII, 11, 13, 14. Ubi vide notata. Ita interpretatur & *Joſephus* Ant. Lib. I. Cap. 3. ubi Deus ita loquens inducitur: διατέταχ γὰρ ἁπάντων ὑμᾶς εἶναι πεποίηκα &c. χωρὶς αἵματος· ἐν τούτῳ γάρ ἐστιν ἡ ψυχὴ, *dominos omnium vos feci, excepto ſanguine, in hoc enim eſt anima.* At poſteriores Rabbini, inter præcepta Noacho data, quæ ad totum genus humanum pertinere ab iis putantur, hoc recenſent; ſenſúmque eſſe volunt, *membrum animalis viventis non eſſe comedendum*, cùm tamen hoc ſit aliquid ampliùs, quàm ſanguinem comedere. Videntur in hanc ſententiam delapſi, quòd נפש *nephesch, anima*, paſſim *vitam* deſignet; quod ſi ita hîc intelligatur, ſenſus interdicti hic erit: *modò ne carnem in ejus vita, ſeu ſanguine comedatis.* Neque hæc abſurda eſt ſententia, ſed loca Levitici & Deuteronomii, quibus ſimpliciter ſanguine interdicitur, atque effundi jubetur, oſtendunt hîc ipſius ſanguinis eſum vetari, non membri ex animali vivo diſcerpti. Seu נפש *vita* ſit, aut *anima* vitæ principium perinde eſt. De Noacho traditis, ex ſententia Rabbinorum, præceptis multis egerunt cùm alii viri docti, tum *Joan. Seldenus* Lib. I. *de Jure Nat. & Gent.* & de hoc, quod modò recitavimus, Lib. VII. Cap. 1. Sed hæc poſterioris ævi commenta exigui ſunt, ad expoſitionem horum librorum, uſûs.

Anxiè quærunt Viri Docti, quæ cauſa hujus præcepti abſtinendi à ſanguine Deo eſſe potuerit; nam quæ hîc & alibi profertur, *quia ſanguis anima eſt*, aut *vita brutorum*, enarratione & ipſa indiget; quæritur enim, quare homines vetuerit Deus deguſtare brutorum ſanguinem, eò quòd eſt eorum vita; cùm ea occidere & carnes occiſorum comedere per eum licuerit. Non minùs certè in membris, quæ comeduntur, vita eſt, quàm in ſanguine. Cùm in ſequentibus verbis homicidium interdicatur, hæc ad idem negotium pertinere credibile eſt. Imò inter hæc & quæ ſequuntur manifeſta eſt oppoſitio, hinc enim homines beſtiarum cruorem deglutire vetantur: illinc brutis, quæ homines eſſent voratura, pœnam minatur Deus. Deinde ſubjicitur lex, de hominibus ſanguinem mutuò ſuum effundentibus. Videtur ergo Deus, veluti per gradus quoſdam, ad homicidium vetandum procedere, quorum primus hîc eſt; nimirum, licitam quidem hominibus brutorum cædem, nec carnibus veſci vetitum, ſed priùs eſſe effundendum ſanguinem. Sic enim Deus homines, ſine immanitate, brutis utendum docuit; nam cùm effundi eorum ſanguis nequeat, ſine celeri morte, per exquiſita veluti ſupplicia non eſſe occidenda oſtendit; ne homines primùm brutis veſcentes, permiſſione à Deo accepta crudeliter fortè abuterentur, & ſævitiæ adſueſcerent. Eo ergo interdicto, ad feritatem hominum inter ſe impediendam, viam ſibi ſternit Deus. Immanitas certè erga beſtias eſt veluti tirocinium ſceleſtioris crudelitatis, & qui ſuſtinent malè habere pecudes, earúmque malis videntur delectari, ii ſæpe haud multò miſericordiores erga homines evadunt. Hinc venatores, hinc lanii, atque id genus homines inclementioris plerumque ſunt indolis, quippe qui continuis cædibus ὅσον ἐστὶ τῇ φύσει φονικὸν καὶ θυμῶδες ἔῤῥωσαν, καὶ πρὸς οἶκτον ἀκαμπεῖς ἀπειργάσαντο, τὸ δὲ ἥμερον τὸ πλεῖστον ἀπήμβλυναν, *quidquid in natura eſt truculentum & efferam roborarunt, & rigidum atque* ad

nem voluctem cœli, in omnia quæ in terra reptant, atque in omnes maris piſces. Hæc in manum veſtram traduntur. 3. Quidquid reptat & vivit, id vobis victui erit, omnia non ſecus ac virentem herbam vobis do; 4. modò ne carnem cum ejus anima, *ſeu* ſanguine comedatis. 5. Certò etiam de ſanguine animarum veſtrarum quæſtionem exercebo, è manu cujuſvis feræ illum repoſcam; hominis animam è manu hominis, è manu cujuſvis fratris ejus repetam. 6. Effundentis humanum ſanguinem, inter homines,

rium exercete, iiſque pro arbitrio utimini. 3. Iis veſci, non aliter ac oleribus fructibúſve, vobis per me licet, 4. modò ne ſanguinem cum carne deglutiatis, quod immanitatem quamdam præ ſe fert, & pretioſiori ſanguini effundendo animos veſtros adſuefacere poſſet. 5. Uti vos ſanguine brutorum veſci veto, ſi quæ fera humanum effuderit ſanguinem, pœnas mihi dabit, pariterque ſi homo homi-

ad miſericordium non flexile reddiderunt, manſuetudinem verò maximu ex parte hebetarunt. Verba ſunt *Antobuli* apud *Plutarchum*, de *Solertia animalium*, qui ad homicidia viam ſic eſſe adfectatam paullatim cenſet. Propterea etiam feruntur Areopagitæ puerum, qui coturnicum oculos effoderat, damnaſſe; quia ex eo prœmaturæ ſævitiæ ſpecimine qualis aliquando eſſet futurus, ſi viveret, judicabant. Vide *Quintil.* Inſt. Or. Lib. V. c. 9. Eadem de cauſa ζῶντα τοῦ κριὸν ἐκδείραντι δίκην ἐπέθηκαν, *vivo arieti pellem detrahenti pœnam impoſuerunt* iidem Athenienſes, ut auctor eſt *Plutarchus*, oratione primâ περὶ σαρκοφαγίας. Graviſſimi etiam Philoſophi, qui eſum carnium permittebant, volebant tamen animalia ita occidi, ut non viderentur homines ὑβρίζοντες οὐδὲ βασανίζοντες, *eu contumelia adficere, aut cruciare.* Inter contumelias & cruciatus, hæc referuntur condimenta, ubi ſanguis unà cum animali comedebatur: οἱ μὲν εἰς σφαγὴν ὑῶν ὠθοῦντες ὀβελοὺς διαπύρους, ἵνα τῇ βαφῇ τοῦ σιδήρου κατασβεννύμενον τὸ αἷμα καὶ διαχεόμενον τὴν σάρκα θρύψῃ καὶ μαλάξῃ. οἱ δὲ οὔθασι συῶν ἐπιτόκων ἐναλλόμενοι καὶ λακτίζοντες ἵνα αἷμα, καὶ γάλα, καὶ λύθρον ἐμβρύων ὁμοῦ συμφθαρέντων ἐν ὠδῖσιν ἀναδεύσαντες φάγωσι τοῦ ζώου τὸ μάλιστα φλεγμαῖνον: *alii verubus ignitis porcos jugulant, ut ferri tincturâ ſanguis exſtinctus, atque diffuſus carnem molliat delicatámque reddat. Alii uberibus ſuum fœtarum, inſtante jam partu, inſiliunt eáque calcant, ut ſanguinem, & lac & tabum fœtûs ſimul interfecti inter matris dolores eximentes, maximè inflammatam animalis partem vorent.* Hæc *Plutarchus* Orat. alterâ, περὶ σαρκοφαγίας. Idem in Libro de *Solertia Animalium* pag. 965. *Autobulum* inducit dicentem non oportere κυνηγεῖν καὶ ἁλιεύειν ἡδυνομένοις τερπομένους καὶ ἀποθνήσκουσι, τοῖς δὲ ἀπὸ σκύμνων καὶ νεοττῶν ἐλεεινῶς ἀγομένοις, *venari & piſcari ut voluptatem capiamus beſtiarum cruciatibus & mortibus, aut iis miſerabiliter à pullis catuliſve abreptis gaudeamus.* οὐ γὰρ, inquit, οἱ χρώμενοι ζώοις ἀδικοῦσιν, ἀλλ' οἱ χρώμενοι βλαβερῶς καὶ ὀλιγώρως, καὶ μετ' ὠμότητος, *non enim injuſtè faciunt qui utuntur animalibus, ſed qui hoc faciunt damnosè, contemtim, & cum crudelitate.* Ibidem etiam crudelitatem erga bruta, gradum eſſe ad ſævitiam in homines exercendam docet. Videtur certè eadem eſſe ratio duarum aliarum Moſaicarum legum, quarum unâ Iſraëlitæ *hædum in lacte matris coquere* Deut. XIV, 21. alterâ *matrem pullis incubantem* capere vetantur, ejuſdem libri Cap. XXII, 6. ad quæ loca vide not.

5. *De ſanguine*, &c.] Heb. *Sanguinem veſtrum animarum veſtrarum quæram.* Hoc eſt, ſanguinis veſtri, à quo vita veſtra pendet, effuſi ab ipſis brutis repetam pœnas. Potuiſſent homines mirari ſibi brutorum ſanguine interdici, cùm feræ non paucæ humanum ſanguinem ſorbeant. Itaque Deus feras hoc impune laturas negat, quod an venatorum operâ effecerit, aut aliâ quapiam viâ non liquet. Quamquam pœna propriè dicta in bruta non cadit, attamen veluti pœnas luunt, cùm propter violatos homines occiduntur. Vid. not. ad Cap. III.

Animarum veſtrarum] Quemadmodum, per adpoſitionem, *ſanguis* in ſuperioribus *anima*: ita hîc mutatâ conſtructione dicitur *ſanguis animæ*, quaſi *ſanguis vitæ*, aut ex quo vita pendet.

Quæſtionem exercebo] Heb. אדרש *edroſch*, *quæram*, quâ voce ſignificatur non ſola quæſtio, qualis eſt quæ à judicibus inſtituitur, in ſe ſpectata; ſed pœnæ etiam, quæ poſt ſeverè exercitam quæſtionem, reis infligitur, quod docent ſequentia. Vid. & Gen. XLII, 22. Hinc Pſ. IX, 13. דרש דמים *quæſitor ſanguinis*, id eſt, cædum ultor, dicitur Deus.

Feræ] LXX. Intt. πάντων τῶν θηρίων Vulg. *cunctarum beſtiarum*, unde liquet eos legiſſe, ut hodie legimus in noſtris Codd. At Samaritanus habet חי *hhai*, vivens, quâ voce ſignificantur homines, Capite III, 29. ubi Heva dicitur *mater omnis viventis*. Vid. & Pſ. CXLIII. 2. Sed videtur eſſe emendatio Librarii, qui convenientius credidit pœnas ab hominibus quàm à feris repeti. Antecedentia certè & conſequentia lectionem noſtram confirmant.

Illum repoſcam.] Idem eſt verbum ac ſupra, quo ſignificat Deus ſe repetiturum pœnas à feris, quæ ſanguinem effuderint humanum. Eſt Metaphora deſumta ab iis, quibus aliquid creditum eſt, & à quibus debitum aut depoſitum repoſcitur. Ut *in manum* iis traditum eſt, ita *ab eorum manu* repetitur, quod hîc καταχρηστικῶς etiam de beſtiis dicitur, ſi חיה legendum ſit.

Hominis animam] Hoc eſt, vitam, ut ſupra. Quævis Lexica exempla ſuppeditabunt.

E manu cujusvis fratris] Heb. איש אחיו *iſch ahhiv*, *viri fratris.* Vox איש *iſch* conjuncta cum ſequente אח *ahh*, quemlibet, aut alterum ſignificat. Sic infra XXVI, 3. *Jurarunt* איש לאחיו *vir fratri ſuo*, hoc eſt, alter alteri. Samaritanus Codex habet hîc ו ante אחיו, ſine cauſa, ut videtur, quamquam Vulgatus ſequutus hoc eſt.

Repetam] Idem verbum ac paullò antea, ubi vertimus, varietatis causâ, *repoſcam.*

6. *Effundentis humanum ſanguinem*, &c.] Heb. *Effundens ſanguinem hominis in homine effundetur ſanguis ejus.* שפך *ſchophech* fundens, eſt

nes, ſanguis effundetur, quia Deus hominem ad imaginem *ſuam* fecit. 7. At vos creſcite & augemini, fœtificate in terra, atque in ea multiplicamini.

8. Dixit etiam Deus Noacho, ſimúlque ejus filiis: 9. En ego fœdus meum, cum vobis & poſteris veſtris, pango; 10. item cum omnibus, quæ vobiſcum ſunt, animalibus inter aves, inter pecudes, atque inter feras terræ, ex omnibus Arcâ vobiſcum egreſſis quarumvis terreſtrium beſtiarum *generibus*: 11. pango, inquam, vobiſcum fœdus meum, non ampliùs aquis Diluvii exſcindetur omnis caro, nullum ampliùs erit ad per-

minem occiderit, non impune feret. 6. Neque enim animalis, ad imaginem meam facti, temerè ſanguinem effundi patiar. 7. Vos verò creſcite, & prole veſtrâ terras implete.

8. Hiſce etiam verbis Noachum ejúſque liberos alloquutus eſt Deus: 9. 10. 11. Vobis, poſteriſque veſtris, & brutis, quorum ſobolem in terrarum eluvione ſervaſtis, me nullum ampliùs, quo omnia

eſt veluti ablativus abſolutus, *effundente*. Alii nominativum abſolutum appellant, qualia multa ſunt in utriuſque Fœderis Libris exempla Vid. *S. Glaſſium* Phil. Sacr. Lib. III. Tr. I. Cap. 28. Senſum plenè expreſſimus, Hebraiſmum non potuimus.

Inter homines] Heb. באדם *baadam*, quod alii vertunt *per hominem*, quaſi Deus dicat: *per hominem effundetur ſanguis ejus, qui humanum effuderit ſanguinem.* Sic intellexit *Onkelos*, qui habet: *Qui effuderit ſanguinem hominis, per teſtes, de ſententia judicum, ſanguis ejus effundetur.* Ita & Rabbini aut ante, aut poſt Onkeloſum, qui hîc ſextum exſtare volunt Noachi filiis editum præceptum על הדינים *de judiciis*, de quo *J. Seldenus* Lib. IV. Cap. I. *De Jure Nat. & Gent.* Ita denique, ante hoſce omnes *Joſephus*, *Archæol.* Lib. I. Cap. 4. qui verborum Moſaïcorum ſenſum Græcè ſic extulit: παραινῶ φόνου σφαγῆς ἀνθρωπίνης ἀπέχεσθαι, &c. τοὺς δράσαντάς τι τοιοῦτον κολάζοντας: *moneo abſtinendum ab humana cæde*, &c. & *quidpiam ſimile qui commiſerint plectendos.* Nec dubitari poteſt quin Præpoſitio ב paſſim *per* ſignificet; attamen, ex frequentiſſimo Hebraicæ Linguæ uſu, fuiſſet dicendum ביד אדם *bjad adam*, *per manum hominis.* Ac ſanè ubicumque legitur באדם, aut *in homine*, aut *inter homines* ſignificat.

Cùm *in homine* vix ullum pariat ſenſum, ad alteram ſignificationem, *inter homines*, deveniendum duximus; unde plana naſcitur ſententia, quæ eadem eſt ac proximè præcedentium verborum, ſed clariùs expreſſa. Quod dixit Deus *ſe repetiturum* vitam hominis interfecti ab interfectore, inter homines, ut inter bruta; hoc ipſum hîc dilucidiùs exponit, quando interfectoris ſanguinem effuſum iri ait. Similis prorſus loquutio eſt Eccleſ. VIII, 9. *dominatus eſt* האדם באדם *homo inter homines in malum ſuum.* Sæpiùs etiam in libris Moſis occurrit באדם ובבהמה *baadam oubabbhema*, inter homines & pecudes, ut Exod. XIII, 2.

LXX. Intt. ſenſum, non phraſin, expreſſere, cùm verterunt, prout eorum verba in Complutenſi Editione, atque apud *Chryſoſtomum* Homil. 27. in Geneſin leguntur: ἀντὶ τοῦ αἵματος ἀνθρώπου τὸ αὐτοῦ ἐκχυθήσεται, *pro ſanguine hominis, ejus* ſanguis *effundetur*; quod ex veteri Itala ad verbum expreſſit *Ambroſius*, de *Arca Noë* Cap. XXVI. & *Hieronymus* Comment. in Soph. Cap. I. Hic tamen in Verſione Geneſeos omittit vocem באדם quaſi ſenſui inutilem, fortè quòd mendoſè ita ſcriptum cenſeret.

M. Meibomius in IV. Specimine interpretationum ſuarum Veteris Teſtamenti pag. 38. reſtituendum putat בארמה *baadamah*, *in terram*, & poſt ישפך effundetur, addit בה bah, *in eam*, vertitque: *quicumque effuderit humanum ſanguinem in terram, ſanguis ejus effundetur in eam.* In ſequentibus verbis verbis יהוה addit poſt verbum עשה: *ad imaginem quippe Dei fecit* Dominus *hominem.* Hanc ait carminis lege certiſſimam eſſe emendationem; ſed cùm leges carminis Hebraïci inter ſua λιπόῤῥημα habeat, de iis dubitare licebit; cùm præſertim falſum ſit *ſententiam* loci *poſcere* ullam hîc emendationem, ut ille contendit, quod nos oſtendiſſe ſperamus.

Quærunt Intt. quâ ratione homicidæ ſanguinem *effundi* hic velit Deus? Rabbini ſuperiora verba, quibus ſe *repetiturum* humanum ſanguinem ab hominibus & feris minatur, ad pœnam cœlitùs in homicidas immiſſam pertinere arbitrantur; hæc verò de ſuppliciis à judicibus ſumtis agere volunt, ut obſervavit *J. Seldenus.* Videntur tamen hîc, ut ſæpe aliàs, æquo ſubtiliores eſſe, & in tota Dei oratione quævis pœnæ intelligi, ſeu Deus eas per ſe, ſeu per alios infligat. Nec ita intelligenda hæc verba, niſi ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, qualia plurima dicta apud ſacros & profanos occurrunt Scriptores. Homicidæ plerumque pœnas luunt cædis, ſeu in judicum manus incidant; ſeu, juſtâ Dei providentiâ, violentâ nece intereant. *Æſchylus* in *Agamemnone*:

Τῶν πολυκτόνων γὰρ
Οὐκ ἄσκοποι θεοί.
Κελαιναὶ δ' Ἐριννύες χρόνῳ
Τυχηρὸν ὄντ' ἄνευ δίκας,
Παλιντυχεῖ τριβᾷ βίου
Τιθεῖσ' ἀμαυρόν.

Hoc eſt, interprete *H. Grotio.*

Non fallunt oculos Deûm
Multo ſanguine qui madent.
Nam quos ſors nimiùm favens
Spreto jure trucem docet
Exercere potentiam,
Hos nigrum furiæ genus
Everſos vice temporum
Obſcuro involvunt loco.

Deus hominem ad imaginem ſuam fecit] Heb. *quia ad imaginem Dei*, vel *Deus fecit hominem.* Si vertas *ad imaginem Dei*, erit ſubintelligendum יהוה; ſi *Deus*, ſupplendum erit *ſuam*, quaſi ſcriptum eſſet בצלמו *bsſalmo*, cum legamus בצלם *bsſelem.* LXX. Intt. habent ἐποίησα *feci*, quaſi eſſet in Heb. עשיתי *haſchithi.* Vulgatus: *homo factus eſt*, נעשה *nahaſche*, non quòd aliter

perdendas terras Diluvium. 12. Atque hæc erit, ſubjecit Deus, fœderis mei teſſera, quam ego inter me & vos, atque inter omnia, quæ ſunt vobiſcum, animalia in perpetuum futuris ætatibus conſtituo. 13. Arcum meum in nube poſui, eritque fœderis, inter me & terras, teſſera. 14. Cùm nubibus terram obduxero, conſpicietúrque in nube arcus meus, 15. fœderis mei inter me & vos, atque omne animal cujuſvis carnis, memor ero; nec ampliùs, ad perdendam omnem carnem, aquæ erunt Diluvii. 16. Cùm fuerit arcus in nube, eum adſpiciam, ut ſim memor fœderis inter me & omnem viventem carnem, omnem carnem quæ eſt in terris. 17. Hæc ergo erit, ait Noacho Deus, fœ-

nia deleantur animalia, Diluvium immiſſurum polliceor. 12. Néve dubitetis me promiſſi hujus memorem fore, volo poſthac hanc vobis, per omnia ſæcula, perpetuæ cum animalibus pacis à me initæ eſſe teſſeram. 13. Arcum pluvium, inter ſolem & pluvias guttas ſiti, coloribus variis conſpicuum vidctis; hæc mihi erit æternæ vobiſcum pacis teſſera. 14. Cùm nubilum undique cœlum longas minabitur pluvias, ne tamen Diluvium timeatis; ſtatim enim atque arcum illum conſpicietis, 15. ſcitote me promiſſi mei memorem nequaquam, in omnium animalium perniciem, terris Diluvium immiſſurum. 16. Is me pollicitorum meorum veluti admonebit, ne iterum animalia omnia exſtinguam; 17. hæc erit teſſera pacis, quam ego numquam violabo.

18. Tres filii Noachi, unà cum eo ex ſtabulo egreſſi, ut antea diximus, Semus, Chamus & Japhethus fuere; atque ex Chamo quidem oriundi ſunt Chananæi, quorum regionem Hebræis ſe datu-

ter ac nos legerint, ſed quia ſe vocum conſtructione non expediebant. Ratio autem hæc, non interficiendi hominis, huc redit: Bruta quidem, quorum dominium ad homines pertinet, occidere licebit; at hominem, qui, ad inſtar Dei, iis dominatur, & nemini niſi Deo obſequium omnibus numeris abſolutum debet, temerè interficere nefas. De imagine Dei, vide dicta ad Cap. I. 27.

9. *Fœdus meum*] Hoc eſt, promiſſum, quod nullâ conditione nititur; nam antehac ne propter peccata quidem hominum, Deus immiſſurum ſe terris Diluvium teſtatus eſt, & inferiùs cum brutis ipſis pangere ſe hoc fœdus ait. Vid. not. ad Cap. VI, 18.

Cum poſteris veſtris] *Cum ſemine poſt vos.*

10. *Inter aves*, &c.] Heb. בעוף *bhoph*, quod poſſet etiam verti *ex avibus*, hoc eſt, ex genere avium.

11. *Nullum ampliùs erit*, &c.] Hoc eſt, quale fuit, quo totum exſtinguatur humanum genus, pauculis adeò exceptis, &c. Nam peculiares plures fuere cataclyſmi.

12. *Atque hæc erit, ſubjecit Deus*] Hebr. ſemper eodem modo: *& dixit Deus, hæc erit*, &c.

Fœderis mei teſſera] Cùm אות *oth* σημεῖον quodvis, ſeu *ſignum* ſonet, malui voce *teſſera* uti, quæ hanc in rem aptior eſt. Notæ ſunt *teſſeræ hoſpitales*, quibus conſpectis, hoſpites ſe invicem agnoſcebant. Sed erant etiam teſſeræ pacis & belli. *Pomponius* de Origine Juris L. 2. *Q. Fabius, qui miſſus ad Carthaginienſes legatus, cùm eſſent duæ teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato utram vellet deferre, utramque ſuſtulit, & ait Carthaginienſes petere debere utram mallent accipere.* Similia habet *A. Gellius* Lib. X. Cap. 27. *Q. Fabius Imp. Romanus dedit ad Carthaginienſes Epiſtolam, ubi ſcriptum fuit Populum Rom. miſiſſe ad eos haſtam & caduceum*, SIGNA *duo belli, aut pacis*, &c. *M. autem Varro non haſtam ipſam, neque ipſum caduceum, ſed duas* TESSERULAS; *in quarum altera Caduceum, in altera Haſtæ ſimulacra fuerunt inciſa.* Hic cœleſtis arcus eſt velut *teſſera pacis*, quâ Deus Diluvium ſe non ampliùs terris immiſſurum ſignificat. Quemadmodum autem, teſſerarum, ſeu materiæ ex qua teſſeræ conſtabant, ſive lignum eſſet, ſive æs, aut quidvis aliud, nulla erat ſignificatio; ita cùm pluvius arcus per ſe nihil indicaret, niſi pluviam cadere ubi erat; voluntate Dei, teſſera in poſterum fuit, quâ benevolentiæ divinæ homines commonefierent, & ipſi in memoriam, ſi ita loqui fas eſt, promiſſum quòd hîc legimus revocaretur.

In perpetuum futuris ætatibus.] Heb. לדורות עולם *ldoroth holam*, *in generationes æternitatis.*

13. *Arcum meum in nube poſui*] Heb. נתתי natbatthi, *dedi*, ſed idem verbum, quod *dare* ſignificat, paſſim eſt *ponere*. Sic in verſu antecedente אני נתן *ani nothen*, vertimus *conſtituo*. *Arcus* autem *Dei* dicitur arcus pluvius, quia quæcumque è nubibus decidunt, aut in iis ſunt, videntur eſſe in Dei ſede, aut ab eo manare; cùm Deus in nubibus tabernaculum ſuum conſtituere Hebræis dicatur Pſ. XVIII, 12. Non magis quidem meteora Dei providentiâ reguntur quàm reliqua, etiam terreſtria; ſed quia homines eò pertingere nequeunt, neſcio quid divini in meteoris, potiùs quàm in terreſtribus quæſivere. Ita fulmen dicitur *ignis Dei*, & à Deo vibrari cenſetur. Pluviam mittere etiam, quaſi eam peculiari curâ hominibus largiretur, paſſim ſcribitur. Hiſce, aut ſimilibus de cauſis, arcus pluvius *Dei arcus* dici videtur. *Homerus* propterea non ſemel Jovis peculiari voluntati Iridem tribuit, eâque varia præſagiri vult. Sic Iliad. P. verſ. 547.

Ἠΰτε πορφυρέην ἶριν θνητοῖσι τανύσσῃ
Ζεὺς ἐξ οὐρανόθεν, τέρας ἔμμεναι ἢ πολέμοιο
Ἢ καὶ χειμῶνος δυσθαλπέος, ὅς ῥά τε ἔργων
Ἀνθρώπους ἀνέπαυσεν ἐπὶ χθονὶ, μῆλα δὲ κήδει.

Veluti cùm purpuream Irin mortalibus extenderit Jupiter è cœlo, ſignum ut ſit aut belli, aut procellæ frigidæ, quæ homines ab operibus, quieſcere facit in terra, & nocet ovibus.

15. *Omne animal cujuſvis carnis*] Heb. *omnis anima vivens, in omni carne.*

16. *Inter me*] Heb. *inter Deum*, more Hebraïco, quo pronominis loco paſſim ſubſtantiva repetuntur.

18. *Erant filii Noachi*] Fortè hoc repetitur, ne Noacho liberi in Arca nati exiſtimentur, & ne ipſi etiam, quorum nomina recitantur, pro-

fœderis, quod pepigi inter me atque inter omnem carnem, quæ eſt in tellure, teſſera.

18. Erant filii Noachi, qui ex Arca egreſſi ſunt, Semus, Chamus & Japhethus; Chamus autem pater eſt Chanahanis. 19. Hi tres filii Noachi, à quibus ſparſæ per univerſas terras coloniæ.

20. Noachus, agricola cùm eſſet, vineam plantare cœpit, & 21. cùm vinum bibiſſet, temulentúſque eſſet, in medio tabernaculo ſeſe retexit. 22. Vidit autem Chamus nuditatem patris, *de qua* duos fratres foris monuit. 23. Semus verò & Japhethus arreptâ

turum promiſit Deus. 19. Ex hiſce tribus totum humanum genus, tot coloniis per orbem terrarum ſparſum, prognatum eſt.

20. Noachus cùm ex Armeniæ montibus, in fertiliſſimos Aſſyriæ deſcendiſſet campos, agriculturæ animum adpulit, & vitibus pluribus collectis, vineas plantare, vinumque ex racemis exprimere primus omnium inſtituit. 21. Vino, pluſquàm par erat, delectatus largiùs aliquando ſeſe invitavit, atque in medio tabernaculo, præ temulentia, retectis verendis, obdormiit. 22. Contigit autem Chamum paternum tabernaculum eo tempore fortè ingredi, & patrem indecoro ſtatu jacentem videre; eoque ſpectaculo, quem refugere debuerat, oculos paſcere, & ridentem fratribus quòd viderat narrare. 23. At Japhethus & Semus patris reverentiores, deco-

procreandæ ſoboli, in tanto terrarum luctu, operam dediſſe cenſeantur.

Pater eſt Chanahanis] Cùm hæc in Iſraëlitarum gratiam, qui Chananæis bellum erant illaturi, ſcribantur; hìc obiter obſervat Moſes quod Capite ſequente fuſiùs eſt narraturus, quia quæ noſſe cupiunt homines ea quàm primùm reſcire amant, nec hiſtoriæ ordinem exſpectant. Præterea de maledictione Chanahanis quod proximè ſequitur poſcebat, ut quæ inter Chamum & Chanahanem conſanguinitas eſſet Lector moneretur.

19. *A quibus ſparſæ per univerſas terras coloniæ*] Heb. *Et ab illis diſperſa eſt omnis terra.* Idem C. X, 18. verbum פוץ *phouts* ſonat.

20. *Noachus agricola cum eſſet* &c.] Heb. *Et cœpit Noachus vir terræ, & plantavit vineam.* Notus eſt Hebraïſmus, duo præterita aut futura adhibere, quorum poſterius eſt infinitivi loco. *Vir terræ* eſt agricola, ut *vir belli* איש מלחמה *iſch milhhamah* eſt *vir bellicoſus.* Exod. XV, 2. aliáque ſimilia. Obſervarunt viri docti Deucalionem à Græcis cum Noacho miſtum, ſeu Deucalioni quæ Noacho evenerant tributa. Dignum & hoc fuerat obſervatu, verba Hebraïca איש הארמה verti poſſe ἀνὴρ πυῤῥᾶς, cùm ארמה *adamah rubram*, πυῤῥὰν, ſignificet; certè videntur ab antiquiſſimis Græciæ incolis ita verſa fuiſſe, unde ſuum Deucalionem *Pyrrhæ maritum*, ambiguitate vocum decepti, finxerunt. Hanc etiam fœminarum primam poſt Diluvium fuiſſe ajunt, quia uxor Noachi mulierum, quæ Diluvium evaſerunt, maxima natu fuit. Vide, inter alios, *Apollodorum* Biblioth. Lib. I. Cap. 2.

Vineam plantare cœpit.] Hoc eſt, multas vites colligere unum in locum, ex quarum racemis maturis vinum exprimeret. Hæc contra Ægyptios qui volebant, ut docet *Diodorus* Bibl. Lib. I. εὑρέτην φάσκουσι τὸν Ὄσιριν τῆς ἀμπέλου πρῶτόν τε οἴνῳ χρήσασθαι, καὶ διδάξαι τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τὴν γεωργίαν, *inveniſſe Oſiridem vitem, primum vino uſum, & docuiſſe alios homines agriculturam.*

21. *Cùm autem vinum* &c.] Heb. *& bibit è vino & ebrius factus eſt.*

Seſe retexit] Hoc eſt, indecoro corporis habitu, retectis pudendis, in medio tabernaculo fortè prolapſus obdormiit. 2 Sam. VI, 20. verbum גלה *galah*, retexit, quod hic adhibetur, indecorâ ſaltatione verenda nudare ſignificat.

22. *Nuditatem*] Hoc eſt, pudenda, ut paſſim. Ex quo homines pudore tangi cœperunt, veſtibúſque uti, quod quomodo factum videatur indicavimus ad Cap. III, 21. à liberis parentum conſpici pudenda nefas fuit.

Monuit] Heb. *Et nunciavit.* Non ſine riſu, ut ex ſequentibus colligere poſſe videmur. Si enim invitus & dolens, in tabernaculum patris fortè ingreſſus, nudum eum vidiſſet, déque eo tegendo fratres monuiſſet, exſecrationes paternas commeritus non eſſet. In brevi hiſtoria, qualis hæc eſt, multa attento Lectori ſupplenda relinquuntur.

23. *Arreptâ veſte* &c.] Heb. *& arripuit Sem & Japheth veſtem & poſuerunt* &c.

Amborum humeris] Heb. *humero amborum.* Vox hæc caret duali, apud Hebræos, cùm reliqua nomina membrorum duplicium duali gaudeant. Semper dicunt שכם *ſhechem.* Vult eſt propriè *dorſum* ſignificari *M. Meibomius* 2. *Speciminis* pag. 10. hac potiſſimùm de ratione, quòd ea ſignificatio meliùs conveniat variis locis ubi occurrit. Verùm ut negare noluerim שכם, propter viciniam, interdum pro *dorſo* poni: ita ratio allata levis eſt, ut ex locis, quæ ipſe profert, apparet. Vult eos qui bene rem expenderint faſſuros rei illi perficiendæ non humeris, ſed dorſo ſuo Semum & Japhethum pallium impoſuiſſe. Non inficior dorſo pallium ab iis impoſitum. Sed ſimul etiam ex humeris ſuſpenſum ipſe non negarit. Imò ſi verborum proprietatem nimiùm urgeremus, humeris non dorſo impoſitam veſtem diceremus. Certè ſignificatio humeri meliùs convenit 1 Sam. X, 24. ubi Saul dicitur *totum populum humero ſupereminuiſſe.*

24. *Cùm edormiiſſet* &c.] Heb. *Et excitatus eſt Noachus è vino ſuo, & cognovit.* Latino more, ſervatâ metaphorâ, rem expreſſimus.

Quid ſibi feciſſet.] Hæc verba aliquid ampliùs indicant, quàm ſolum conſpectum; qui ſine culpa eſſe potuit, niſi acceſſiſſet riſus, aut petulantia verba. Quem *minimum filiorum* vertimus, is vocatur *parvus filius ſuus* in Hebr. textu; unde factum ut quidam *Chanahanem* intelligant, & pronomen *affixum* in בנו *bno*, ad Hhamum referant, quod durum. Ut גדול gadol, *magnus*, natu maximum filiorum ſignificat

reptâ veſte, impoſitáque amborum humeris, retrorſum *eò* iverunt, nuditatémque texerunt patris; neque, cùm facies eſſent averſæ, patris nuditatem viderunt. [24] At Noachus, cùm edormiiſſet vinum, quid ſibi minimus filiorum feciſſet reſcivit; [25] &, maledictus, inſit, Chanahan, ſervúſque ſervorum fratribus ſuis erit. [26] Benedictus verò, ſubjecit, Jehova Deus Semi, erit huic Chanahan ſervus. [27] Amplificabit Deus

corſque memores, injectâ humeris veſte; ambo retrorſum gradientes, in patris tabernaculum ingreſſi ſunt; excuſsáque ex humeris veſte, quod filios videre inhoneſtum fuit texerunt. [24] Noachus ergo, cùm edormiiſſet crapulam, & quo pacto ſe erga ipſum filiorum natu minimus Chamus geſſerat accepiſſet; [25] ſubitò irâ correptus, Chamo fore ut Chanahanis poſteri Semi & Japhethi ſoboli duriſſi-

cat Cap. XI, 21. ita hîc קטן katon, *parvus* minimum. Vid. not. ad Cap. V, 32.

25. *Maledictus Chanahan*] Cùm Chanahan poſſit eſſe nomen filii Hhami, aut ejus poſterorum, qui Palæſtinam poſtea occuparunt; quærunt viri docti, utrum ſit intelligendum? Qui prius volunt, omiſſum hac in narratione, à Lectoribus ſupplendum cenſent, Chanahanem Hhami filium primum avi verenda vidiſſe, & patri cachinnantem quid vidiſſet narraſſe. Hoc à Judæo ſe accepiſſe narrat *Theodoretus* Quæſt. LVII. in Geneſ. Ideóque ipſum ab avo ſervituti devotum volunt. Alii verò, qui Chananæos interpretantur, & Hhamum, & ejus filium Chanahanem pœnas luiſſe volunt, non in ſe, ſed in poſteris; quos aut internecione deleverunt, aut in ſervitutem redegerunt Iſraëlitæ. Attamen ex undecim Chananæorum populis, quorum mentio fit Cap. X. ſex huic ſupplicio obnoxii non fuerunt *Sidonii*, *Arkæi*, *Sinæi*, *Aradii*, *Samaræi*, & *Chamathæi*. Sed ſatis eſt haſce diras ad Chananæorum partem pertinuiſſe, ut maledictus *Chanahan* dici queat. Videtur omnino hæc in gratiam Iſraëlitarum obſervata, ut intelligerent nihil mirum eſſe, ſi in Chananæorum immitterentur facultates, cùm jam à temporibus Noachi diris eſſent devoti.

Sed quærunt iterum Intt. quare, cùm culpa Hhami, aut filii ejus Chanahanis, fuerit, pœnas luerint, qui tot pòſt ætatibus vixere, eorum poſteri? Solutu non erit difficilis nodus, ſi duo in animum revocentur; primò parentes plecti poſterorum pœnis, quando eas vident, aut futuras ſciunt, ideóque Hhamum, aut Chanahanem pœnas Noacho dediſſe violati pudoris, ab eo tempore, quo poſteritati eorum maledixit. Deinde eos poſteros non tuliſſe pœnas propriè dictas peccati proavorum, ſed propter ſua ipſorum commiſſa, venditos fuiſſe, aut occidione occiſos. Quamquam enim poſteri, propter majorum peccata non plectuntur, ſi propriè loquamur; attamen majores poſterorum pœnæ aut præſentes, aut futuræ, ſi eas prævideant, urunt. Vid. not. ad Exod. XX, 5. Sed cur Hhamo, inquies, aut Chanahani præſentes non infligebantur pœnæ, omiſsâ eorum poſteritate? Præſentes certè fuerunt, cùm animo reputarent ex ſe oriundos olim ſervos Semi & Japhethi poſteris futuros; nec eorum ſoboles, propriorum peccatorum pœnas luens, propterea graviùs plectebatur.

Maledictio autem, quam hîc Chananæis prænunciat Noachus, non modò de ſervili conditione, de qua in ſequentibus; ſed etiam de ſobole ad paucos redacta intelligi poſſe videtur, ut jam diximus. Nam ut *benedicere*, fœcunditatem optare ſignificat; ita *maledicere* ſterilitatem, & ſobolis paucitatem vovere eſt.

Servus ſervorum] Hoc eſt, viliſſimum mancipium, ea enim ejuſdem vocis ſtructura eſt, apud Hebræos, ἐπιτατική, ut *ſanctum ſanctorum*, *canticum canticorum*, &c. LXX. Intt. παῖς οἰκέτης.

Sed & varia fuere ſervorum genera, quorum alia aliis honoratiora. *Eliezer* Damaſcenus, quem Abrahamus heredem, niſi natus ei fuiſſet filius, ſcripturus erat, ut legimus infra Cap. XVI, 2. quique ejus diſpenſator fuit, ſine dubio reliquæ præerat familiæ, ut & alii fortè hero cariores ſervi. Itaque in Abrahami familia *ſervi ſervorum* fuere, qui aliis ſervis dicto audientes erant, & vilioribus miniſteriis defungebantur. *In magna familia*, ait Cicero V. Paradoxo, *ſunt alii lautiores ſervi, ſed tamen ſervi, atrienſes ac topiarii. — Qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, qui ſpargunt non honeſtiſſimum locum ſervitutis tenent.*

Cùm autem hæc ſit antiquiſſima *ſervitutis* mentio, de origine ſervitutis hîc quæſtio agitari ſolet. Dum genus humanum exiguum fuit, atque unà habitavit, cùm omnes communis originis memores cum Noacho victitarent, non videtur ullus fuiſſe ſervus; nam duæ ſervitutis cauſæ aberant, paupertas & vis. Poſtea verò, cùm diviſo in colonias varias humano genere, multi unde viverent non haberent, nec comparare ſibi aliunde quàm aliis ſerviendo poſſent, libertatem ſuam victûs causâ addixerunt. Multi, poſt orta bella, ab hoſtibus capti, nec vitâ ſpoliati, ne poſthac nocere poſſent, neu gratis alerentur, vi in ſervitutem redacti ſunt. Poſtea etiam inde nati *vernæ* ſervili conditioni, naſcendi ſorte, mancipati ſunt. Verè ergo Juriſconſulti l. *quòd adtinet. Digg. de Reg. Jur. Quod ad jus naturale adtinet, omnes homines æquales ſunt.* *Juſtinianus* etiam Inſt. Lib. I. T. 3. de jure perſonarum: *Servitus eſt conſtitutio juris gentium, quâ quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur. Servi autem ex eo appellati ſunt, quod Imperatores captivos vendere, ac per hoc ſervare, nec occidere ſolent. Qui etiam mancipia dicti ſunt, eo quod ab hoſtibus manu capiuntur. Servi autem aut naſcuntur, aut fiunt; naſcuntur ex ancillis noſtris; fiunt aut jure gentium, id eſt, ex captivitate, aut jure civili, cùm liber homo major viginti annis ad pretium participandum ſeſe venundari paſſus eſt.* Neque Juriſconſultis, in re uſque adeò manifeſta, *Ariſtoteles* Polit. Lib. I. Cap. 3 & 4. contradixit; cùm enim naturâ ſervos eſſe ait, de indole ſervili, non de naturæ conditione intelligendus, ut oſtendit *Dan. Heinſius*, in Epiſtola, quæ exſtat in *J. Rutgerſii* Var. Lect. Lib. IV. Cap. 3.

Tem-

Deus Japhethum, habitabit in tentoriis Semi, & huic quoque ſervus erit Chanahan.

28. Trecentos porrò quinquaginta annos poſt Diluvium vixit Noachus, 29. fueruntque omnes ejus dies nongenti quinquaginta anni; poſtea obiit.

I X. Fi-

riſſimam ſervituri eſſent ſervitutum haud falsò vaticinatus eſt; 26. & erit, inquit, cur Deo ſuo gratias agat Semi proles, cùm Chanahanis ſoboli imperabit. 27. Japhethi etiam poſteris ampliſſimas regiones colendas dabit, atque ad fines uſque Semi, ſubjectis horum quoque imperio à Chanahane oriundis, porriget Deus.

28. 29. Cùm trecentis quinquaginta annis diluvio ſuperſtes fuiſſet Noachus, deceſſit, ac nongentis quinquaginta annis in univerſum vixit.

PA-

Tempore antem Noachi, cùm non eſſent ſervi ulli, quid aliquot poſtea ætatibus futurum eſſet divinitus præſciviſſe eum neceſſe eſt. Fortè etiam ante Diluvium, Nephilæi ſervos habuerunt.

Fratribus ſuis] Hoc eſt, fratrum ſuorum poſteris. Nam apud Hebræos *fratres* vocantur conſanguinei omnes, gradibus etiam remotiſſimis. Vide inter alios Lexicographos *Val. Schindlerum.*

26. *Benedictus verò, ſubjecit*, &c. *Et dixit benedictus* &c.

Jehova, Deus Semi] Si pro, ברוך יהוה אלהי שם *benedictus Jehova Deus Semi*, legeretur ברוך ליהוה אלהיו שם *benedictus Jehovæ Deo ſuo Semus*, nulla eſſet difficultas; ſed cùm exſpectetur hìc benedictio Semi, Deo ipſi benedicit Noachus. Miſſis quæ Interpretes multi piè quidem, ſed verbis hiſce parum convenienter, dixerunt; perinde planè erat utrovis modo vaticinium ſuum conciperet Noachus, cùm ſit utriuſque phraſeos idem ſenſus. Solent homines Deo *benedicere*, quando beneficio aliquo ab eo adfecti ſunt. Crebra in Scriptura exempla eorum, qui propterea exclamant: *Benedictus Jehova* &c. ברוך יהוה. Vide inſ. Cap. XIV, 19, 20. Nec ii dumtaxat, quibus collatum eſt beneficium, eâ utuntur formulâ; ſed & alii etiam, qui ſecundis rebus utentibus bene volunt. Sic Jethro, cùm intellexiſſet quot bona Deus Iſraëli fuiſſet largitus, in hæc verba erumpit: *Benedictus Jehova, qui vos è manu Ægyptiorum liberavit* &c. Exod. XVIII, 10. Sic & Achimahatſus 2. Sam. XVIII, 28. victoriam Davidi gratulans: *Benedictus Jehova Deus tuus, qui tradidit viros, qui manum in dominum meum regem ſuſtulerant.* Vid. 1 Reg. X, 9. 2 Par. IX, 8. Hæc ergo eſt gratulationis formula, quæ huc redit: eſt quod gratias agamus Deo, propter ingentia quæ in te, ô Seme, collaturus eſt beneficia. Qui ſe grates Deo debenti conjungit, benevolentiam ei ſuam, cui beneficium collatum eſt, oſtendit; ſimúlque quanti id beneficium faciat ſignificat, quod facit hoc in loco Noachus.

Deus Semi] Quamquam alibi, cùm Deus *ſe Deum futurum* cujuſpiam ait, favorem pollicetur, ut oſtendemus ad Cap. XVII, 8. attamen hìc eò ſpectari vix crediderim; ſimpliciter Deum à Semi poſteris colendum ſignificari credibilius, ut *Deus Davidis* & *Salomonis* in locis modò citatis, numen eſt ab iis cultum. Peculiariter tamen *Deus Semi* dicitur *Jehova*; quo nomine Creator omnium Deus ſeſe appellavit poſtea, quòd à Semi poſteris ſolis diu ſit cultus.

Erit huic Chanahan ſervus] Heb. למו *lamo* quamquam pluralis numeri ut plurimum eſt, videtur hìc eſſe ἀντὶ τοῦ לו, quoniam nihil eſt quò referatur præter Semum. Sic ſumitur Pſ. XI, 7. XXVIII, 8. & alibi. Impletum hoc volunt plerique Intt. in Chananæis, quorum pars deleta, pars ſub jugum miſſa ab Iſraëlitis, à tempore Joſuæ ad Salomonem potiſſimùm, quamquam non ſemper ſuperiores fuerunt Iſraëlitæ; in quorum gratiam hoc Noachi vaticinium, tot aliis dictis & factis prætermiſſis, litterarum monumentis mandatum eſt.

27. *Amplificabit Deus Japhethum*] Hebraïcè eſt Paronomaſia, quâ figurâ ea Lingua præ ceteris delectatur, יפת ליפת *japhth ljepheth.*. Vide ſimilem, in nominibus etiam propriis, Gen. XLIX, 8, 16, 19. יפת *japhth* eſt futurum conjugationis *Hiphil*, pro יפתה *japhtheh*, more horum verborum, in quibus ultima *He* haud rarò excidit. Hìc tantùm exſtat in hac conjugatione, ſed frequenter in Samaritana & Chaldaïcis Paraphraſibus occurrit. In conjugatione *Kal*, apud Hebræos, *pellici* ſignificat, unde aliquot Intt. hìc *pellicere* verterunt, exponúntque Noachi verba, de Japhethi poſterorum ad cognitionem veri Dei vocatione. Sed primò פתה *phatha* plerumque in malam partem trahitur, & *decipi* ſonat. Deinde eo ſignificatu conſtanter cum Accuſativo jungitur, cùm hìc cum Dativo conſtruatur. Denique פתה de ejuſmodi vocatione nuſquam occurrit.

Ideóque potiùs viſum eſt ſequi Samariticam, & Chaldaïcam ſignificationem, quam alteri antepoſuerunt LXX. Intt. qui habent πλατύναι & Vulg. qui vertit *dilatet*. Duplici autem ſenſu poteſt hoc intelligi. Cùm פתה apud Samaritas *creſcere* ſit, ubi de multitudine ſermo eſt, ut Gen. XXX, 30. poteſt hìc de multitudine poſterorum intelligi. Sed cùm apud eoſdem & Chaldæos *ampliare* agros ſonet, ut Deut. XII, 20. à Noacho hìc ampliſſimos terrarum tractus Japhetho promitti viri docti exiſtimarunt. Nec quidquam obſtat quominùs utramque notionem conjungamus. Ac ſanè & numeroſam ſobolem, & latiſſimas regiones colendas Japhetho Deum dediſſe eventu ipſo manifeſtum eſt. Præter univerſam Europam, Japhethidis ceſſere, ut ad ſequens Caput oſtendemus, Aſia minor, Armeniæ pars, Iberia, Albania, Media, & quidquid eſt ad Septemtriones, quod veteres *Scythæ*, hodierníque *Tartari* occuparunt. Ex iis locis innumeri exercitus olim in Auſtrales regiones irrupere in Aſia & in Europa, quas occuparunt; unde *Jornandes*, rerum Gothicarum Scriptor, haud ineleganter *officinas gentium, & veluti vaginas nationum* appellavit. Noſtro etiam tempore, *Tartari* florentiſſimum Sinarum Imperium invaſere.

Ceterùm יפת *japhth* hìc ſolum ac ſine caſu legitur, ut verbum ejuſdem ſignificationis מרחיב Deuteron. XXXIII, 20. & hoc ipſum מפתי in Samaratica ejus loci paraphraſi.

Ha-

IX. *Filiorum Noachi poſteri, quorum coloniæ terrarum orbem inſedere.*

1. HÆ ſunt generationes Noachi filiorum, Semi, Chami, & Japhethi, his enim filii poſt Diluvium nati ſunt.
2. Filii Japhethi *fuerunt* Gomer, Magog, Madai, Javan, Thubal, Meſech

CAPUT X.

PARAPHRASIS.

1. HÆC eſt filiorum Noachi, poſt Eluvionem, nata progenies.
2. JAPHETHO natu maximo nati ſunt *Gomer*, qui Phrygiam; *Magog*, qui Scythiam; *Madai*, qui Mediam; *Javan*, qui Ioniam & Græciam; *Thubal*, qui Tibarenen; *Meſech*, qui Moſchicam, & *Thiras*, qui Thraciam occupavit. 3. Filii GOMERIS fuere *Aſchenaz*, qui Aſcaniam Phrygiæ tractum; *Riphath*, qui Riphæos montes, & *Thogarma*, qui Cappadociam tenuit. 4. Filii JAVANIS *Eliſa*, cui Peloponneſus, *Tharſis* cui pars Macedoniæ, *Chitthim*, cui altera ejuſdem regionis pars, & *Dodanim* cui Epirus ceſſit. 5. Hi coloniis ſuis Europam inſuláſque adjacentes, præter Aſiæ partem non exiguam, paullatim impleruut, & latè per ampliſſimas regiones ſparſi primigeniam linguam, quæ omnibus una fuerat, ita temporis lapſu corruperunt, ut neque ſe invicem intelligant,

Habitabit in tentoriis Semi.] Duplex poteſt eſſe horum verborum ſenſus, pro nominativo, qui ſubintelligendus. Alii volunt repeti vocem *Deus*, hoc ſenſu: ampliabit Deus Japhethum, idémque (nimirum, *Deus*) habitabit, &c. Ac ſanè Deus in tentoriis Semi habitavit, cùm primò in Tentorio Conventûs, deinde in Templo à Salomone condito præſentem ſeſe oſtendit. Vid. Pſ. CXXXII, 13, 14. Ita locum hunc intellexit *Onkelos: Dilatet Deus Japhetho, & habitet* שכינתה *ſchechinatho* (ſic vocatur divinæ præſentiæ ſymbolum nubes) *in tabernaculis Semi.*

Alii, inter quos *Sam. Bochartus* Phalegi Lib. III. Cap. I. ubi ſecum ſentientes laudat, exiſtimant nomen *Japhethi* hîc eſſe repetendum, ut Noachi mens ſit, Deum aliquando Japhethi ita prolaturum fines, ut habitet etiam in tabernaculis, ſeu in ſedibus Semi. Certè cùm antecedens comma totum ad Semum pertineat, hoc toto Japhethus reſpici videtur. Deinde ſi ultima verba: *& huic quoque ſervus erit Chanahan*, ad Japhethum referantur; proximè antecedentia, *habitabit in tentoriis Semi*, ad eumdem referri neceſſe eſt.

Si quæſieris quâ ratione Japhethus in tentoriis Semi habitarit, doceri nos hoc volunt verbis Balahami Num. XXIV, 24. quibus prædicit *Aſſurem* & *Heberem*, à populis qui *Chitthim* vocantur, ſúntque è Japhethi poſteris, oppreſſum iri. Notum eſt Græcos & Romanos ex Japhethi poſteris ortum ducentes Aſiæ regiones, quæ Semi ſoboli obtigerant, invaſiſſe. Poſtea *Chriſtiani* & *Turcæ*, qui etiam Japhethidæ ſunt, Judæam invaſerunt, poſterioréſque etiamnum tenent. Quin etiam aliæ ſeptemtrionales Aſiæ gentes Perſarum, Indorum & Sinarum imperia occuparunt, quæ hodiéque habent. Addunt *Semi tabernaculis*, Judaïcam Eccleſiam ſignificari, ad quam Gentes ex Japhetho ortæ per Apoſtolos adjunctæ ſint, atque, hoc etiam ſublimiori ſenſu, Japhethum in tentoriis Semi habitaſſe. Plura hanc in rem vir doctiſſimus, quæ Lector ex ipſo fonte, ſi videatur, hauriet.

In tentoriis] Quia multæ per Orientem Gentes Scenitæ ac Nomades erant, ideò *tentoria* paſſim pro ſedibus videntur poſita. Vide not. ad Cap. IV, verſ. 20. Cùm autem in tentorio unuſquiſque ſuo viveret, *habitare in tentorio alicujus* perinde eſt ac ejus ſedes ſibi vindicare. Hoc ſenſu Rubenitæ *in tentoriis Hagarenorum habitaſſe* dicuntur 1 Paral. V, 10.

Huic quoque] Hîc etiam eſt למו *lamo*, quod potuiſſet quidem verti *eis*, quia Japhethi & Semi mentio injecta eſt; ſed vertimus *huic*, ne ſit inanis repetitio.

Servus erit Chanahan] Macedones & Romani Syriam & Palæſtinam ſubegere. Iidem pleraſque omnes Tyriorum & Sidoniorum colonias vectigales ſibi fecere, ac præſertim quidem Romani, qui Africam, Hiſpaniam & Siciliam Pœnis refertas provincias habuerunt.

COMMENTARIUS

In CAPUT X.

1. *His enim*] Heb. *Et nati ſunt eis. Vau* ſæpe eſt αἰτιολογικόν. Vid. apud *C. Noldium* particulæ hujus ſignificationem 37. quamquam plura exempla parum apta profert.

2. *Gomer*] גמר Multa horum nominum, cùm non virorum ſed gentium ſint, ut oſtendemus, quo pacto ſint intelligenda, non ſemper conſtat. Populi, qui *Gomer* ab Hebræis appellabantur, ab Ezekiele XXXVIII, 6. ad Septemtrionem aut Judææ, aut Chaldææ collocantur, non procul à Thogarma. *Gomer, & omnia agmina ejus; domus Thogarma* ad *latera ſeptemtrionis.* Itaque ſi voce אפריק *Aphriki*, apud Chaldæos Intt. *Jonathanem* & *Jeroſ.* intelligenda ſit *Africa*, toto cœlo aberrant. *Joſephus Gomerem Galatarum* patrem fuiſſe vult, ac ſanè Galatia eum ſitum quem diximus obtinet; ſed gentes Gallorum qui regioni nomen fecere, aliunde illuc, ut notum eſt, venerant. At intelligit fortè *Joſephus* primos tractûs terrarum, cui poſtea Galatiæ nomen inditum eſt, colonos. *Sam. Bochartus*, quem hîc ut plurimùm ſequimur, veriſimillimè *Phrygiam* eſſe judicavit, cujus pars κατακεκαυμένη, id eſt, *exuſta* dicebatur, quòd ſolum ejus nigrum eſſet, & cinericium, veluti ex aduſtione. Ac ſanè גמר *gamar*, apud Hebræos & Syros, *conſumere*, & גמורא gumro, *carbonem* ſonat. Similiter & tota regio, apud Græcos, ab illa potiſſimùm parte, Φρυγία, dicta eſt, διὰ τὸ φρύγεσθαι *à torrendo.* Quæ ille pluribus didu-

Digitized by Google

ſech & Thiras. 3. Filii verò Gomeris Aſchenaz, Riphath & Thogarmah. 4. Filii
Javanis Eliſa, Tharſis, Chitthim & Dodanim. 5. Ab his diviſæ in inſulas gentium
coloniæ per tractus ſuos, pro uniuſcujuſque lingua & familia, per nationes ſuas.
6. Filii verò Chami Chus, Mitsrajim, Phut, & Chanahan. 7. Filii Chuſi Seba,
Chavilah, Sabtha, Rahmah, & Sabthecha. Filii Rahmæ Seba & Dedan. 8. Ge-
nuit

gant, neque communis originis memores ſint.

6. Chamo fratrum natu minimo nati ſunt *Chuſus* qui Chuſitidem ad mare Idumæum, *Metſer* qui utramque Ægyptum, *Phuth* qui Libyæ partem, & *Chanahan* qui Chananæam vicináſque regiones condidit. 7. Filii Chusi fuere *Seba* Jemamitarum Arabum, *Chavila* Chaulothæorum, *Sabtha* Leanitarum, *Rahma* Regamenſium, & *Sabthecha* Samydacæorum in Carmania, quò ex Arabia trajecere, pater. Rahma filii fuere *Seba*, qui ad Sabæos montes ad maris Perſici oſtium; & *Dedan*, qui haud procul illinc ad orientem circa locum, ubi eſt urbs Daden, ſedes poſuit. 8. Sed inter Chuſi filios longè celeberrimus & potentiſſimus fuit

diducit, in ſuo *Phaleg.* Lib. III. Cap. 8. Præterea Chaldæos Paraphraſtas idem ſenſiſſe docet, אפריק enim eſſe *Phrygiam*, præpoſito *Aleph* initiali, quia vox Phrygia à duplici conſonante incipit. Nec etiam diſſentit multùm *Joſephus*, cùm Galatæ Phrygiæ partem invaſiſſent, ut docet *Strabo* Lib. XII.

Magog] מגוג. Patrem hunc alii Gothorum, alii Celtarum, alii Aquitanorum, alii Germanorum volunt, ſine ratione. *Joſephus* verò, *Hieronymus* & alii ortos ab eo Scythas contendunt; quod pluribus argumentis firmat *Sam. Bochartus* Phal. Lib. III. Cap. 13. Inter ſeptemtrionales Gentes ab Ezekiele XXXVIII, 2. recenſetur Magog: *Pone*, inquit Deus, *faciem tuam contra Gog, in terra Magog, principem capitis*, vel *Ros*, *Meſech & Thubal*, quem locum fusè interpretatur vir doctiſſimus. Terra Gog vel Magog ea eſt Scythiæ pars, quæ Caucaſo ſubjecta eſt, qui dicebatur à Colchis & Armenis גוג חסן *gog hhaſan*, id eſt, *Gogi munimentum*, & à Græcis molliori ſono Καύκασος. Etiam *Gogarene*, Iberiæ pars trans Cyrum, ipſum nomen ſervat. Eam Armeni poſtea Iberis eripuerunt, ut auctor eſt *Strabo* Lib. XI.

Madai] מדי *Medorum* hîc gentem, aut conditorem gentis intelligi omnes conſentiunt. In Danielis & Eſtheræ libris פרס ומדי *pharas oumadai*, Perſæ & Medi ſæpiùs appellantur. De Medis vide Phal. Lib. III. Cap. 14.

Javan] Cùm vox יון æquè *Jon* ac *Javan* efferri queat, mirum non eſt apud Græcos, hujus poſteros, dictos *Ionas*, eorúmque regionem *Ioniam*. Oſtendit *Sam. Bochartus* ejuſdem Lib. Cap. III. *Ionas* dictos pleroſque Græcos, & eos quidem potiſſimùm qui è Thracia ad Iſthmum Corinthiacum porrectas regiones colebant. Hinc Alexander apud Danielem VIII, 21. dicitur *Rex Javan*; & mancipia Græca, quæ magni per totum Orientem fiebant, apud Ezekiel. XXVII, 13. *Javani* adſcribuntur. In eodem loco *æs* ex Javane videtur eſſe *Euboicum*: ut *ferrum*, quod indidem Tyrum vehebatur, *Macedonicum*, vel *Bœotium*. Hæc & alia *Bochartus*, ſumma cum ratione. Crediderim tamen nomen *Javan* in Scriptura complecti etiam pleraque Aſiæ minoris παραθαλάσσια, ad Occaſum potiſſimùm ſpectantia, quæ à Græcis primùm culta ſunt, atque unde in Græciam propriè dictam profecti ſunt coloni; quamvis & hæc ſeriùs colonos priſcæ patriæ reddiderit. Cùm Aſia ſuperior primos homines viderit, quorum progenies illinc paullatim per terras ſparſa eſt, minorem Aſiam priùs fuiſſe cultam, quàm Europam credibile eſt. Itaque Iones potiùs aliorum Græcorum conditores, quàm Græci Ionum fuerint; & quæ regio Ionia dicta eſt, in Aſia minore, priùs id nominis habuit, quàm cetera Græcia. Fortè etiam antiquis temporibus latiùs Ioniæ patuit nomen, &, ut diximus, omnem oram maritimam, ſaltem apud ſuperioris Aſiæ incolas, complexum eſt. Hinc *Javan*, in Ezekielis loco laudato, cum *Meſchech* & *Thubal* Aſiaticis, ut videbimus, populis conjungitur. Latiùs ſparſos fuiſſe per Aſiam Ionas obſcura fama apud Græcos remanſerat; quamquam iis ſedes tribuunt, quas numquam habuerunt. *Euſtathius* ad *Dionyſium Periegeten* verſ. 94. ex *Stephano Byzantio*, poſtquam docuit Ionium mare ſic dici ab *Iaone* Italo, aut *Ionio* Illyrio, hæc ſubjicit: λέγουσι δέ τινες καὶ τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρι Αἰγύπτου πέλαγος Ἰόνιον λέγεσθαι ἀπὸ τῆς Ἰοῦς, καὶ τὴν ἐκεῖ δὲ Γάζαν, Ἰόνην καλοῦσί τινες, *quidam ajunt mare, quod à Gaza ad Ægyptum uſque porrigitur, Ionium dici, ab Ione; & quidam Gazam, quæ illic eſt, Ionen vocant.* *Ionitas* etiam ex *Pauſania* Chronographo in Syria collocat *Chronicum Alexandrinum*, ut ad *Stephanum* monuit *Luc. Holſtenius.*

Thubal] תובל. *Sam. Bochartus* Phal. Lib. III. Cap. 12. *Tibarenos* ſignificari meritò conjicit. Ex Thubal Græci fecerunt *Tibar* & Τιβαρῶν χώραν, ut habet *Diodorus*, aut *Tibaros*, ut *Euſebius* & *Strabo* Lib. XI. & *Hecatæus*, quod *Bocharto* omiſſum, in *Europa*, apud *Stephanum* in voce Χοιράδες. Duplices autem Tibari fuere, quorum alii Cotyoro & Chalybibus vicini, alii verò prope *Phaſin* & *Moſchicam*, qui cum Moſchis paſſim conjunguntur; cujus diſtinctionis rationes, apud virum doctiſſimum, legentur. Apud Ezek. XXVII, 13. *Thubal & Meſchech mancipiis & vaſis æreis* Tyri *negotiari* dicuntur, ac ſanè Vett. teſtimoniis, quæ à *Bocharto* collecta ſunt, ingentem mancipiorum numerum è Ponticis regionibus per Aſiam proſtitiſſe conſtat. Pro *vaſis æneis*, quorum mercaturam feciſſe dicuntur Tibareni, *chalybea*, ſeu *ferrea* poſſent ſubſtitui: nam נחשת *nhhoſcheth chalybem*, non minùs ac *æs* ſignificat. Vid. Jud. XVI, 21. Lament. III, 7. Notiſſimum eſt autem Chalybes, qui miſtim cum Tibarenis habitabant, tractandi ferri peritiſſimos fuiſſe. Quin & ipſa vox תובאל *thubal* Arabicè *ſquamam ferri & æris* ſignificat; quo fit ut crediderim non eſſe Thubal tam hominis quàm loci nomen, cùm naturæ regionis conſentaneum ſit, quod à *Bocharto* animadverſum non eſſe miror.

Meſech.] משך. Idem eodem in loco *Bochar-*

 tus

nuit etiam Chus Nimrodum. Hic in terris potens eſſe cœpit. [9] & ſtrenuus venator coram Jehova fuit; unde dici ſolet, ut Nimrodus ſtrenuus coram Jehova venator. [10] Initium

fuit NIMRODUS, [9] qui cùm inſediſſet loca feris infeſta, aſſiduâ venatione earum numerum minuit, incoliſque ſecuritatem peperit; unde etiamnum hodie venandi ejus celebratur proverbio ſtudium. [10] Hic, ubi cœpit regnare, Babylonis, Arecœ, Secadæ, & Chalnes, in Babylonia tractibúſque

tus oſtendit *Moſchos* intelligi, incolas eorum montium qni Iberiam dividunt ab Armenia, & ntramque à Colchide; imò qui occuparunt quidquid eſt jugorum à Phaſi ad Pontum Cappadocinm uſque. Hinc fit ut, propter viciniam, paſſim cum Tibarenis, non modò apnd Sacros, ſed etiam Ethnieos Scriptores conjnngantur. Conjicit vir ſnmmns non eſſe משך *meſchech* hominis, ſed popnli nomen, qui hoc vocabulum tnlerit à longo tractu montium. Sic Pſalm. CXXVI, 6. David משך הזרע meſchech hazzerah, *tractum ſeminis* dixit, propter ſulci longirudinem, in qnem ſemen tractim conjicitnr. Cni conjecturæ faciliùs adſentientur, qni in *Ptolemæi* tabulis longnm Moſchicorum montium, ab intima Iberia ad Pontnm uſque Cappadocium porrectorum, tractum inſpexerit.

Thiras] תירס. *Joſephus*, *Chaldæi* Intt. Chriſtianíque plerique omnes vett. & recentiores aut *Thracas*, ant *Thracum* conditorem hîc ſignificari volnnt. Nec pauca hujus vocis veſtigia in Thracia & Thracum nominibus inveniri oſtendit *Sam. Bochartus*, Phal. Lib. III. Cap. 2.

3. *Aſchenaz*] אשכנז. Miſſis conjecturis, quarum ratio nulla profertur, meritò exiſtimavit vir doctiſſimus è terra *Gomer*, ſeu Phrygia majore Colonos, duce *Aſchchenazo*, in Phrygiam minorem & Troadem dednctos, ad Pontum uſqne ſe diffudiſſe. Hine in Phrygia regio, urbs & palus *Aſcaniæ* dictæ, fluviúſque *Aſcanius*, de qnibns *Stephanus* in voce Ἀσκανία. Hinc ipſe Pontus, deflexâ aliquantulùm voce ἄξεινος vocatus, quod malè Græculi inhoſpitalem interpretati, cùm conſtet ejus maris accolas barbarorum omnium juſtiſſimos fuiſſe, ut copioſè oſtendit *Sam. Bochartus* Ph. Lib. III. C.9.

Riphath] ריפת. Dubium eſt an hæc vera ſit lectio, an verò *Diphath*, ut legimus 1 Paral. I, 6. Si *Diphath* malimns, eò aliqnatenns, ut obſervavit *Bochartus* Phal. Lib. III. Cap. 10. adludit *Tobata* nrbs *Paphlagoniæ*, quam hoc nomine appellari judicat, item *Tibius* Paphlagonicorum ſervorum nomen. Sin *Riphath* præferas, ejus nominis in *Rhebante* amne & regione Bithyniæ, veſtigia inveniri poſſe cenſet. Malim, cnm pleriſqne, *Rhiphæos* montes intelligere; qnos quare *nuſquam eſſe* dicat, nulla ratio eſt. *Strabo* qnidem *Hyperboreos* nullos nnquam fuiſſe, quales deſcribebantur, probavit; ſed nnllos eſſe montes Rhiphæos, ultra qnos ficti illi collocabantur popnli, nullo argumento oſtendit. Quamvis ergo nulla ſit regio ſeptemtrionalis, quæ *ultra Boream* ſita & frigoris expers dici qneat; propterea Rhiphæos montes, quorum tot meminernnt Scriptores, nuſquam fuiſſe non dixeris. Eos *Pomponius Mela* collocat ultra Arimphæos ad Septemtrionem. *Ultra*, inqnit, *ſurgit mons Riphæus, ultráque eum jacet ora quæ ſpectat Oceanum* Lib. I. Cap. XIX. Libro verò II. Cap. I. pertinere eos ad orientalem Tanaïdis ripam ſcribit. Pars Moſcoviticorum jugorum eo nomine videtur appellata. Nec nomen à moribus Gentis, quæ ſub Rhiphæorum montinm radicibus vixit, alienum. Ita eos deſcribit *Herodotus* Lib. IV, Cap. 23. τούτους οὐδεὶς ἀδικέει ἀνθρώπων, ἱροὶ γὰρ λέγονται εἶναι. οὐδέ τι ἀρήιον ὅπλον ἐκτέαται. καὶ τοῦτο μὲν τοῖσι περιοικέουσι αὐτοί εἰσι οἱ τὰς διαφορὰς διαιρέοντες· τοῦτο δὲ ὃς ἂν καταφύγῃ ἐς τούτους, ὑπ' οὐδενὸς ἀδικέεται: *his nemo homo injuriam inſert, ſancti enim eſſe dicuntur, neque bellicum ullum inſtrumentum poſſident. Iidem & finitimorum controverſias dirimunt, & quiſquis ad eos confugit, is à nemine læditur.* *Herodotum* exſcripſere *Pomponius Mela*, loco laudato, *Plinius* Hiſt. Nat. Lib. VI. Cap. 13. & *Solinus* Cap. XVII. Sed pro *Argippæis*, nt in ſequentibus verbis ab *Herodoto* in Codd. noſtris appellantnr, *Arimphæi* dicuntur. Meliùs *Riphæi* ant *Ariphæi*, adjecto א, dicerentur, nt vel ex nomine Riphæorum montinm colligere eſt. Ac ſanè ראף *raapha*, apud Arabas, *pium*, *clementem*, *miſericordem eſſe* ſonat, & ריף *riphon*, *pium & clementem*. Satius igitur eſt ריפת veram lectionem eſſe agnoſcere, & *Riphæos* exponere; cùm ſic Vett. omnes Intt. legant, nec variatio nlla ſit, niſi quòd in Samaritico Codice eſt ריפד riphad.

Thogarma.] תוגרמה. Ezekiel Cap. XXVII, 4. *equos & mulos* ad nundinas Tyriorum *è domo Thogarmæ* adductos fuiſſe auctor eſt. Idem Cap. XXXVIII, 6. ad Septemtrionem Chaldææ, aut Judææ eam regionem collocat. Hinc *Sam. Bochartus* Phal. Lib. III, Cap. 11. poſt nonnullos Veterum, *Cappadociam* intelligi ſtatuit: ingentem enim numerum eqnorum & mulorum alebat; qui per totum Orientem in pretio habebantur, quod teſtimoniis Veterum oſtendit. Eadem ad Septemtrionem eſt & Judææ & Chaldææ. Præterea ex nomine *Thogarmah*, ant *Torgama*, nt Græci habent, nomen duxiſſe *Trogmos*, ant *Trocmos* Galatas, qni Cappadociæ partem tenebant, non à Duce *Trocmo*, meritò conjicere videtur. Fortè ab hac voce, quod à viro ſummo omiſſum miror, orta eſt vox Perſica גרם & Arabica גרמא *gormaon*, qnæ *eximium jumentum* ſignificant, qualibns abnndabat Cappadocia. Vel ex his vocibus orta eſt vox תוגרמה *thogarmah*, quod faciliùs crediderim. Atqne in hoc ipſo libro גרם Cap. XLIX, 14. conjnnctum nomini חמור *hhamor*, aſinus, ſignificare hoc videtur.

4. *Eliſah*] אלישה. Hoc nomine ſignari Elidem, cujus pars ab Homero vocatur *Aliſium*, imò & totam Peloponneſum exiſtimat *Bochartus* Phal. Lib. III. Cap. 4. Meminit pnrpuræ Ezekiel ex *Eliſæ inſulis*, allatæ Cap. XXVII, 7. Oſtendit autem vir doctiſſimns, cùm ex Peloponneſo ipſo, tum ex circumjectis inſulis ingentem pnrpuræ copiam avectam fuiſſe; imò & Snſis ipſis ab Alexandro, poſt victnm Darium, *Hermionicæ purpuræ* talentorum qninqne millia inventa. *Hermione* urbs eſt Peloponneſi, ad Argolicum ſuum. Conjecturam *Bochar-*

Digitized by Google

tium ejus regni Babel, Erech, Acchad, & Chalne, in regione Sinharis fuere. [11] Ex
hoc tractu in Aſſyriam exiit ac Niniven, urbem Rechobothas, Chalacham, [12] &
Reſenem, quod magnum eſt inter Niniven & Chalacham oppidum, condidit. [13] Mitsra-

biſque vicinis, celebrium urbium fundamenta je-
cit. [11] Hinc in Aſſyriam profectus, oppida po-
ſtea maxima, Niniven, Rechobothas, Chalacham,
[12] & Reſenem condere inſtituit. [13] Jam ut ad
alios

charti confirmamus, omiſſis ab eo nominis *Eliſcha* aliis veſtigiis: 1. Fuit ΕΛΙΚΗ ad ſinum Corinthiacum ſita, cujus meminit *Homerus* Iliad. Θ. & quæ biennio ante Leucticam pugnam mari hauſta, teſtibus *Strabone* Lib. VIII, & *Polybio* Lib. II. Hanc urbem nonnulli, ut prodidit *Stephanus Byzantius*, nomen debere *Helicæ Ionis uxori* volebant; quod obſervatu dignum, cùm hîc *Eliſcha Javanis* ſeu *Ionis* filius dicatur. 2. Tractus Laconicæ Ἕλλαι dicebantur, ut liquet ex fragmentis *Polybii* ab *H. Valeſio* editis Lib. XVI. & *Stephano*, quamquam mutilo, in voce ἙΛΛΑ. 3. Ἕλος duplex fuit in Peloponneſo, ſi credimus *Homero*, quorum alterum in Laconica ſitum Menelao paruit, alterum haud procul Pylo Neſtori ſubjectum. Vid. Iliad B. 584 & 594.

Tharſis] תרשיש. *Sam. Bochartus* Phal. Lib. III. Cap. 7. poſt *Euſebium*, Tharſidem in Hiſpania quærendam putat. Nominis veſtigia in *Tarſeia* urbe, ad Herculeum fretum ſita, invenit. *Tarſis*, ait Ezekiel Cap. XXVII, 12. Tyrum alloquens, *negotiator tuus, ex copia omnium divitiarum argentum, ferrum, ſtannum & plumbum præbuit nundinis tuis.* Hiſpaniam autem *metallis plumbi*, verba ſunt Plinii, *ferri, æris, argenti, auri totam fermè ſcatere*, uno ore plurimi Veterum teſtantur, nec minùs Tyrios eò navigaſſe & colonias deduxiſſe conſtat. Alia fuit *Tharſis* in Oceano Indico, de qua 2 Paral. XX, 36, 37. non procul ab Ophira, id eſt, Taprobana ſita.

Verùm cùm antea, ex ipſo *Bocharto*, *Javanis* poſteros, qui hoc in commate ſingillatim recenſentur, oram quæ à Thracia ad Iſthmum uſque Corinthium porrecta eſt occupaſſe oſtenderimus; ſatius videtur in eadem ora Tharſidem quærere, neque enim ſolus Javan, aliò miſſis filiis, tantam regionem incoluiſſe potuit. Crediderim ergo in Macedonia alicubi fuiſſe *Tharſidem*, de qua hîc ſermo eſt. Primùm enim Macedoniam metallis gravidam olim fuiſſe, teſtantur veteres, & etiamnum eſſe hodierni Scriptores. *Diodorus* Bibl. Lib. XVI. Pag. 412. *Philippum* Amyntæ F. ait Crenidas urbem inſtauraſſe & ſuo nomine *Philippos* appellaſſe τὰ δὲ κατὰ τὴν χώραν χρύσεια μέταλλα παντελῶς ὄντα λιτὰ καὶ ἄδοξα ταῖς κατασκευαῖς ἐπὶ τοσοῦτον αὔξησεν ὥστε δύνασθαι φέρειν αὐτῷ πρόσοδον πλεῖον ἢ ταλάντων χιλίων, *auri vero metalla per regionem, quæ tenuia erant & obſcura, operibus uſque adeò auxiſſe, ut poſſent proferre ei reditum majorem quàm mille talentorum.* Philippus etiam pænultimus Macedoniæ Rex, inter alia quæ conatus eſt, ad vires Macedoniæ augendas, *metalla vetera intermiſſa recoluit, & nova multis locis inſtituit*, ut auctor eſt *Livius* Lib. XXXIX, 24. Romanis verò, poſt Perſen Regem victum, *metalli Macedonici vectigal quod ingens erat, metalla quoque auri & argenti non exerceri, ferri & æris permitti* placuit, ut idem teſtatur Lib. XLV, 18 & 29.

Hoc quoque multis oſtenderat *Strabo* ſub finem Libri VII. ut ex ejus fragmentis videre eſt, quæ à Lectore poterunt conſuli, ab his verbis: ὅτι πλεῖστα μέταλλά ἐστι χρυσοῦ ἐν ταῖς Κρηνίσιν, ὅπου νῦν οἱ Φίλιπποι πόλις ἵδρυνται, &c. Nec multùm à voce *Tharſis* abit nomen urbis Emathiæ *Tyriſſa*, in qua fortè antiquis temporibus conflabantur metalla, quæ poſtea ad oram maritimam per *Aliacmonem* fluvium devehebantur. Ejus meminit *Ptolemæus* Lib. III. Cap. 13. & *Tyriſſæorum* populorum *Plinius* Lib. IV. Cap. 10. Fortè etiam Tharſis partem aliquam *Thraciæ* ſignificat. Nec Pangæus mons ſolus ſed & ἡ πέραν καὶ ἡ ἐντὸς τοῦ Στρυμόνος μέχρι Παιονίας *regio trans & cis Strymonem, ad Pæoniam uſque*, argenti & auri habebat metalla, teſte *Strabone*. Ipſe *Thucydides* Lib. IV. in Thracia Amphipoli vicina præfuiſſe ſe τῶν χρυσείων μετάλλων ἐργασίας auctor eſt. De metallis, quæ etiamnum hodie in Macedonia exercentur, legendus *Petrus Belonius* Lib. I. Obſ. Cap. 50.

Præter haſce conjecturas, de nomine *Tharſis*, poſſet & tertia addi ſuperioribus fortè veriſimilior, nimirum, *Thaſſum*, aut *Thaſum*, eâ appellatione ſignari. Θάσσος dicitur ἀντὶ τοῦ *Tharſis* eliſo R, cujus rei exempla *Sam. Bochartus* plus ſemel congeſſit. Ipſe quidem in *Chanaане* Lib. I. Cap. 40. aliter de hoc nomine judicat, ſed ejus conjectura non uſque adeò certa eſt. Thaſios autem olim ex metallis magnos habuiſſe proventus teſtatur *Herodotus* Lib. VI. Cap. 46. Videntur autem ea metalla iis, cùm in continente Macedoniæ, tum in inſula fuiſſe, quod ſubobſcurè ſignificat *Herodotus*. *Crenidibus* certè, ubi erant aurifodinæ, à Philippo expulſos prodidit *Diodorus* Biblioth. Lib. XVI. Pag. 408. In Thaſum autem Phœnicas ire ſolitos auctor eſt in ſequentibus *Herodotus*, ubi poſtquàm dixit ſe vidiſſe Thaſiorum metalla, ſubjicit: καὶ μακρῷ ἦν αὐτῶν θωμασιώτατα, τὰ οἱ Φοίνικες ἀνεῦρον οἱ μετὰ Θάσου κτίσαντες τὴν νῆσον ταύτην, *& longè admirabiliora erant iis quæ invenere Phœnices, qui una cum Thaſo inſulam condidere.* Addit eorum fodinas fuiſſe inter *Ænura & Cœnura* è regione Samothraciæ, καὶ ὄρος μέγα ἀνεστραμμένον ἐν τῇ ζητήσι, *magnum montem in indagatione eſſe everſum.* Unde credibile fit, poſtquàm nihil ampliùs auri inveniebatur, deſertam à Phœnicibus inſulam; quo factum eſt ut poſtea ubi fuerit *Tharſis*, cùm Thaſus priſcæ Tharſidis opulentiam non æquaret, quamquam dives, quæſitum ſit.

Chitthim.] כתים. Duæ ſunt de hac voce ſententiæ, rationibus non ſpernendis firmatæ; quas ſententias omiſſis aliis, quæ ſolâ auctoritate Intt. nituntur, referemus. Plurimi *Macedoniam* ſignari cenſent, ſed *Sam. Bochartus* Phal. Lib. III. Cap. 5. Chaldæos Intt. ſequutus Italiam, inſuláſque vicinas exponit, hiſce de cauſis; à quo cur diſſentiamus breviter oſtendemus.

I. Cùm Daniel Alexandrum vocet Regem *Javan*, confunderentur *Javan* & *Chitthim*, quæ

raïmus autem genuit Ludim, Hanamim, Lehabim, Naphthuchim, 14. Phathruſim, Chaſluchim, unde Philiſthæi oriundi, & Caphthorim. 15. Chanahan verò genuit Sidonem

alios Chuſi poſteros redeamus, Mizraim, qui Ægyptum condidit, poſterorum coloni fuere Æthiopes, Ammonis accolæ, Libyægyptii, Maricæ populi, Thebaïdis incolæ, Pentapolitani; ex quibus oriundi, qui Chananææ maritimam partem Ægyptum verſus occuparunt poſtea, Philiſthæi,

quæ à Moſe diſtincta; ſi idem utriuſque Rex dicatur, ut volunt qui *Chitthim* Macedoniam interpretantur. Hæc *Bochartus* cùm ſcriberet, non animadvertebat *Javan* latiùs patere quam *Chitthim*, cùm prima vox ferè totam Græciam extra Iſthmum, cujus maximæ partis Rex erat Alexander, complectatur; altera ſolam Macedoniam, cui ſoli non imperabat Alexander, ut omnes norunt. *Chitthim* ergo partem τοῦ *Javan* ſignificare poteſt, & quidem, ut oſtendemus, Macedoniam.

II. Danielis XI, 29, 30. *naves Chitthim* vult *Bochartus* eſſe Romanas, quia Romani *Antiochum*, de quo eo in loco ſermo eſt, Ægypto decedere coëgerunt. At nihil obſtat quominus vertamus, *naves è Chitthim*, quaſi ſcriptum eſſet מכתים *micchitthim*, quia eæ naves venerunt ex inſulis quæ *inſulæ Chitthim* dicuntur. Vide *Livium* Lib. XLV, 10. Quod ad ipſum Danielis locum, Deo dante, copioſiùs oſtendam.

III. In Balahami vaticinio, quod tertio loco adfert vir eruditiſſimus, ex Num. XXIV, 24. *naves à parte Chitthim*, Macedonicas eſſe, non Romanas, ad ea verba demonſtrabimus.

IV. Ezek. XXVII, 6. *inſulæ Chitthim* ſunt inſulæ Macedoniæ objectæ, quod interea dum pluribus probemus, conſulere poterit Lector *M. Meibomium*, qui hunc locum feliciſſimè interpretatus eſt, ad calcem libelli *de Fabrica Triremium*.

V. Veſtigia nominis Chitthim nonnulla in Italia *Bochartus* invenit, & præterea כתים Arabicè *occultum* notat, quod ad *Latii* appellationem adludit. Sed ut eæ rationes non ſunt ſpernendæ, cùm aliæ firmiores allatæ ſunt, & acceſſionis loco habentur; ita poſtquàm infirmas eſſe, quæ hîc proferuntur, oſtendimus, acceſſio exigui apud nos ut ſit ponderis conſequens eſt.

Exiſtimamus eam eſſe veriſimiliorem ſententiam, quæ Macedoniam, & aliquot vicinas Ægæi maris inſulas intelligendas ſtatuit, hiſce de rationibus, quas partim ſuppeditavit ipſe, quem modò confutavimus, vir ſummus.

I. Auctor Libri I. Machabæorum, haudquaquam contemnendus Scriptor, putavit haud dubiè Chitthim eſſe Macedonas, cùm initio libri *Alexandrum Macedonem* egreſſum eſſe ἐκ τῆς Χεττιὶμ Cap. I, 1. dicat. Idem Cap. VIII, 5. Perſeu ultimum Macedoniæ Regem Κιτιέων βασιλέα vocat.

II. Fortè hoc didicerat ex Num. XXIV, 4. ubi *naves* מיד כתים mijjad Chitthim *è parte Chitthim adflicturæ* dicuntur *& Aſſurem & Heberum*; quod vix poteſt de aliis, quàm de Macedonibus, intelligi, ut ad eum locum oſtendemus.

III. Eſaias Cap. XXIII, 1. exitium minatur Tyro, & addit fore ut *reveletur*, id eſt, erumpat in eos id malum, *ex terra Chitthim*, quod reſpicit Macedonas, qui ductu & auſpiciis Alexandri Tyrum deleverunt. Præter eventum, qui oſtendit Macedonas eſſe intelligendos, *naves Tharſis*, hoc eſt, è Thaſſo venientes, lugere potiſſimùm vult Propheta, unde ſatis liquet *Tharſis* & *Chittim* vicinarum terrarum eſſe nomina. *Ululate*, inquit, *naves Tharſis, quia vaſtata eſt* Tyrus *è domo veſtra, à venientibus è terra Chitthim revelatum ei eſt.* Commercium ſignificat navium onerariarum ultro & citro Tharſide Tyrum, Tyro Tharſidem, commeantium; quod ab Alexandro Macedoniæ Rege, adeóque non procul Thaſſo profecto, perdendum erat. Atque hinc novum colligitur argumentum, quo Tharſidem à Macedonia remotam non fuiſſe conſtat. Scio quid huic loco repoſuerit *Bochartus*, ſed ubi ad Eſaiam deventum erit, reſponſum feret. Nunc, ne omnia in hoc volumen congeramus, modò dictis erimus contenti.

IV. Eodem facit, ut rectè obſervavit vir eruditiſſimus, quod à *Chitthim* videtur adludere Macedoniæ vetus nomen Μάκετα, Μακετία, aut Μακεττία, de quibus *Stephanus*, *Heſychius*, aliíque.

V. Si licet addere conjecturam de origine vocis כתים, eam deducendam à nomine כתם *chethem* exiſtimarim, quod *aurum puriſſimum* ſonat, quale *Tharſide* ſeu *Thaſſo* à Tyriis navibus in Aſiam vehebatur. Creditur quidem vulgò כתים plurale eſſe quaſi à כת *cheth* ſingulari; ſed ſine ratione hoc à Grammaticis adfirmatur, neque enim uſquam exſtat id ſingulare. Non ſatis etiam conſtat an à Maſſorethis huic nomini puncta ſint rectè adpoſita. LXX habent Κήτιοι non Κίττιοι & Num. XXIV, 24. Κιτιαῖοι, ſecundùm Romanum, Κητιαῖοι verò, ſecundùm Alexandrinum Codicem. Similiter & in aliis locis variant libri. Vulgatæ verſionis exemplaria *Cethim* & *Cetthim* habent. Fortè efferendum fuit hoc nomen כתים χϑίμ, cum *Scheva* ſub prima, ut בדיל *bdil* plumbum. Huc facit quod ex *Arriano* obſervat *Euſtathius* ad Dionyſii verſ. 517. Thaſum inſulam χρυσῆν dictam, ob auri copiam, quæ tranſlatio eſt vocis Hebrææ כתם aut כתים.

Dodanim] דודנים. In Samaritico Codice legimus רודנים *Rhodanim*, quomodo ſcribitur hoc nomen 1 Paral. I, 7. & ſcriptum erat in Codice τῶν LXX. qui interpretantur Ῥόδιοι. Hanc lectionem *Sam. Bochartus* Phal. Lib. III. Cap. 6. alteri præfert, & *Rhodani* intelligit accolas. Ut rectè confutat LXX Intr. ita haud ſatis firmis argumentis ſuam ſententiam comprobat. Malim legere utrobique *Dodanim*, & quoniam ſuperioribus nominibus Javanidarum, Græciam & Macedoniam, earúmque tractus intelligi oſtendimus, Epirum aut partem ejus, quæ circa *Dodonæum* ſilvam fuit interpretari: niſi quis malit Theſſalicæ *Dodonæ* (nam in Theſſalia etiam fuit ejus nominis urbs) agros intelligi; quod perinde eſt, modò ne nimiùm à Macedonia

donem primogenitum, Chethum, 16. Jebuſæum, Emoræum, Girgaſæum. 17. Chivvæum, Harkæum, Sinæum, 18. Arvadæum, Tſemaræum & Chamathæum; *ex quibus*

ſthæi; ac denique, qui ad majorem Syrtim in Africa ſedes habent. 15. Ex Chanahana undecim gentes ortum duxere, Sidonii, Chitthæi, 16. Jebuſæi, Emoræi, Girgaſæi, 17. Chivæi, Harkæi, Sinæi, Arvadæi, 18. Tſemaræi & Chamathæi, ex quibus variæ coloniæ diverſa in loca ſparſæ ſunt. 19. Cha-

donia recedamus. De Dodona ſupereſt eximium *Stephani* fragmentum, quod plures interpretati ſunt. Vetuſtiſſimum fuiſſe Græcorum Dodonæum oraculum auctor eſt *Herodotus* Lib. II. Cap. 52. Oracula primùm edita fuere, ut poſteà narrat, in eo loco à muliere, ſi Ægyptiis credimus; à columba verò, ſi Dodonæis Sacerdotibus. Ortam hanc eſſe poſteriorem opinionem ex ambiguitate vocis Phœniciæ, aut Hebraïcæ ינית *javanith*, aut *jonith*, quæ *mulierem à Javane oriundam*, & *columbam* ſignificare poteſt, dudum obſervavit *Steph. Monachius* in Epiſt. ad *Jac. Gronovium*, cujus eruditi exſtant in fragmentum Stephani commentarii.

5. *Diviſæ coloniæ*] Hebr. *Separatæ ſunt inſulæ* &c. Vid. ſup. Cap. IX, 19.

Per tractus ſuos] Heb. *in terras ſuas, quiſque pro ſua lingua, pro familiis ſuis* &c.

In Inſulas gentium] Hoc eſt, per Europam, quæ ita vocatur, quia ex Aſia minore per mare Ægæum in Europam trajicientibus innumeræ occurrere videntur inſulæ. Ipſam hanc noſtram Europam credebant fortè eſſe inſulam, nec multùm à vero aberant. *Europa* enim, ut verbis *Pomponii Melæ* utar, terminos *habet ab oriente, Tanaim & Mæotida, & Pontum; à meridie, reliqua noſtri maris; ab occidente, Atlanticum; à ſeptemtrione, Britannicum Oceanum.* Vid. & Sophon. II, 11. In 2 Macchab. XII, 38. Demetrius Nicanor, pace armis partâ, dicitur omnes copias dimiſiſſe, præter peregrinas, ἃν ἐξενολόγησεν ἀπὸ τῶν νήσων τῶν ἐθνῶν, *quas collegerat ex inſulis gentium*, hoc eſt, ex Græcia. Contrà Aſiatici ſuum ſolum vulgò ἤπειρον *continentem terram* vocitabant. *Herodotus* Lib. II. Cap. 103. de victoriis à Seſoſtre de Aſiaticis primùm, deinde de Europæis relatis: ταῦτα δὲ ποιέων διεξήει τὴν Ἤπειρον, ἐς ὃ ἐκ τῆς Ἀσίης ἐς τὴν Εὐρώπην διαβὰς τούς τε Σκύθας κατεστρέψατο &c. *Hæc faciens peragravit continentem, donec ex Aſia in Europam transgreſſus Scythas ſubigeret.* Sic & alibi ſæpe.

6. *Chus*] כוש. Duplicis *Chuſi* meminere Scriptores Sacri, de quorum utroque egimus ad Cap. II, 13. Nec quidquam addemus de eo, quem Orontis in Syria accolam fuiſſe diximus. Alteri non in Æthiopia, ſed in Arabia ſedes fuiſſe, contra vet. & recentiorum Intt. pænè omnium conſenſum, manifeſtò oſtendiſſe videtur *S. Bochartus* in Phaleg. Lib. IV. Cap. 2. *Primò*, *Chuſan* & *Madian* confunduntur Hab. III, 7. *Sephoráque* uxor Moſis, quæ *Madianitis* erat, *Chuſitis* appellatur, Exod. II, 16, 21. Urbem autem Madian in Arabia fuiſſe ad mare Erythræum, ex *Joſepho*, *Ptolemæo* & *Hieronymo* conſtat. *Secundò*, Ezekiel. XXIX, 10. minatur Deus ſe vaſtaturum Ægyptum *à turri Syenes, uſque ad terminum Chus*, quibus verbis duos terminos Ægypti oppoſitos ſignificari palam eſt. Cùm ergo *Syenen* omnes ſciant fuiſſe ultimam Ægypti urbem, Æthiopiam verſùs, *Chus* eamdem ad cœli plagam ſpectare non poteſt. Quin & Arabiam intelligi, quâ clauditur Ægypti tractus ab Æthiopia remotiſſimus, neceſſe eſt. *Tertiò*, 2 Reg. XIX, 9. Sennacheribum oppugnantem oppidum in tribu Judæ Tirhaca *Rex Chus* ex improviſo adortus dicitur; quod cùm facilè à Madianitidis Rege fieri potuerit, Æthiopes, niſi ſubactâ priùs Ægypto, adgredi nequiverunt. Vid. & 2 Par. XIV, 9. XXI, 16. ubi ſimiles *Chuſæorum*, non Æthiopum deſcribuntur expeditiones; & Eſai. XX, 4, 5. ubi à *Chuſæis* auxilium Azoto negatum iri dicitur. *Quartò*, ejuſdem Prophetæ Cap. XVIII, 1. Ægyptus dicitur eſſe *trans flumina Chus*, quod de Æthiopia ab homine in Judæa vivente intelligi non potuit, ſed de fluviis Madianitidis veriſſimum eſt. Hæc ſunt potiſſima ſententiæ *Bocharti* firmamenta, unde meritò colligit Chuſæos ad Rubri maris ſinum intimum, in parte Arabiarum petrææ & felicis, ſedes habuiſſe; adeóque eoſdem cum veterum Scenitis, hodiernis verò Saracenis fuiſſe. Quæ ille fuſiùs probat & exponit.

Mitſrajim] מצרים. Ex perpetuo Scripturæ uſu, Ægyptum ita vocari omnes norunt. *Sam. Bochartus* Lib. IV. Cap. 24. nomen hominis eſſe negat, propter formam dualem; itaque cùm in Hhami filiis ſecundus cenſetur Mitſrajim, intelligendum patrem incolarum terræ Mitſrajim, id eſt, Ægypti. Dualem factum eſſe opinatur à ſingulari מצור *matſor*, quod Ægyptum ſignificat. 2 Reg. XIX, 20. Eſai. XIX, 6. & Mich. VII, 12. & pro מצורים *metſorajim*, per compendium dictum *Mitſrajim*. Duali porrò numero effertur hoc nomen, quia, ut omnes ſciunt, duplex fuit Ægyptus, ſuperior & inferior; & מצור *matſor* quidem, aut מצר *metſer* dicta fuit Ægyptus, vel quia natura *munitiſſima eſt*, vel quia *arcta*, utraque enim ſignificatio voci צור *tſour* ineſt.

Phut] פוט. Ut filii Hhami, de quibus modò egimus, Ægyptum & finitima Africæ ad Tritonidem uſque paludem occuparunt, quod poſtea clariùs liquebit: *Phut*, ejúſque ſoboles, ad Oceanum Atlanticum ab ea palude per Africam longè, latéque colonos miſere. Certè *Phutæorum* veſtigia varia fuiſſe oſtendit ex nominibus *Bochartus* Phalegi Lib. IV, Cap. 33. At non æquè omnes ab Ægypto remoti fuere Phutæi, cùm Ægyptiacis bellis ſæpe impliciti fuerint, ut liquet ex Jerem. XVI, 9. Ezek. XXX, 5. & Nahumi III, 9.

Si à viro doctiſſimo quæſiveris, quare פוט *phout* Afri dicantur? reponit ita dictos quòd פוט *phout* idem ſit ac פוץ *phouts*, ſpargi, quod de coloniis in varias regiones miſſis dici vidimus ad Cap. IX, 19. Ac ſanè ט & צ, apud Syros potiſſimùm, mutari tralaticium eſt; nec minùs certum Africanos Nomadas *in familias paſſim & ſine lege diſperſos* (verba ſunt *Pomp. Melæ*) Africam coluiſſe. Addimus hîc, quod virum ſummum fugit, *Salluſtium* de bello Jugurthino

bus poſtea in varias colonias diviſæ ſunt Chananæorum familiæ. [19] Chananæorum autem fines fuere à Sidone, quà itur Gerarem ad Gazam uſque, *atque illinc* quâ itur Sodo-

19. Chananææ autem fines ſunt, ſi à ſeptemtrione initio facto ad meridiem pergamus, à Sidone Gazam uſque, quâ ad Gerarem via eſt; dein ad ſeptemtriones ex meridie reverſis per Sodomam, Gomor-

Cap. XVIII. ubi *ex libris Punicis*, *qui Hiempſalis Regis dicebantur*, de primis Africæ colonis agit, eam conjecturam confirmare. Inter eos numerat *Medos*, *Perſas* & *Armenos*, quòd ex illis regionibus, aut finitimis, Noachus ejúſque filii profecti terrarum orbem coloniis impleverint. Si Pœnis credimus, primùm ad Oceanum, ex Hiſpania venientes, terras occupavere, inde in Getuliam abiere, poſtea in Numidiam, denique in Africam propriam. *Quia autem ſæpe tentantes agros*, ut ait Salluſtius, *alia, deinde alia loca petiverant*, *ſemet ipſi Numidas appellavere*, hoc eſt, נמודים nemoudim, *errantes*, nam מוד *moud* eſt moveri, quod apud Arabas eſt etiamnum in uſu, & apud Phœnicas fuit, ut oſtendit *Sam. Bochartus*, aliud agens, *Chanahanis* Lib. II. Cap. 2. Hebræi dicunt מוט, facili mutatione literæ ד in ט. Vult quoque Medos *Salluſtius*, corrupto à Libybus nomine, barbarâ linguâ *Mauros* appellatos. At potiùs ita dictos ſimile vero eſt مار & מור *mour* quod *mutare*, *tranſire* ſonat. Pro participii inflexione Syra מירין *moirin*, Pœni fortè מורין *maurin* efferebant.

Chanahan] כנען. Hujus poſteritas Judæam, Phœniciam, & Syriam, ut ex ſequentium nominum expoſitione liquebit, occupavit. De hoc multis egit *Sam. Bochartus* Lib. IV. Cap. 34. Fortè, quod ab eo omiſſum, eo nomine Hhami filius ita dictus, quòd avus eum maledictione *depreſſerit*, nam hic eſt verbi כנע *chanab* ſignificatus, & aliquoties etiam occurrit de iis qui ab hoſtibus vincuntur, & ſervilem in modum habentur. Vid. Levit. XXVI, 41. & Pſ. LXXXI, 15. Hoc autem infortunium paſſos eſſe Chanahanis poſteros oſtendimus. Poſtea כנען *chnahan*, *mercatorem* denotavit, quia Chananæorum pars non ſpernenda, Sidonii & Tyrii, mercaturâ per totum terrarum orbem celebres fuerunt.

7. *Seba*] סבא. Sunt tres in hoc Capite aut viri, aut populi, hoc nomine, niſi quòd primi nomen per ס ſcribatur, reliquorum per ש. Fuit & quartus, de quo Geneſ. XXV, 3. Græci & Romani Scriptores omnes *Sabæos* appellavere, eorúmque ſedes in variis locis poſuere, ita tamen ut omnes Arabiæ adtribuerint. *Ad utrumque mare*, Arabicum & Perſicum, habitaſſe Sabæos ſcribit *Plinius* Lib. V. Cap. 28. Hujus autem Sebæ, Chuſi filii, poſteros eoſdem eſſe ac *Jemamitas*, qui ad Caurum confines erant Arabibus, Laris fluvii accolis, veriſimiliter conjecit *Sam. Bochartus* Lib. IV. Cap. 8. Eoſdem etiam *Gerræos* poſtea dictos vult, quorum ſedes ad Sinum Perſicum in *Ptolemæi* Tabulis viſuntur. Horum Sabæorum meminit Eſaïas XLV, 14. his verbis, quibus Deus Cyrum alloquitur: *labor Ægypti*, *& negotiatio Chuſi ac Sabæorum*, *virorum procerorum*, *ad te tranſibunt*, *ac tibi erunt*, &c. Chuſo junguntur, ut ejus poſteri, fortè ut ab aliis non ſcripturâ tantùm, ſed etiam peculiari indicio, diſtinguantur Sabæis. Sic *Chus & Sabæi*, idem erit ac ſi dixiſſet Propheta, *Chuſidæ Sabæi*, aut, *Sabæi filii Chuſi.*

Chavila] חוילה. Hi veterum ſunt *Chaulotæi*, aut *Chablaſii*, prout variè nomen hoc corruptum eſt, Arabiæ deſertæ incolæ, de quibus, contra *Bochartum*, diximus ad Cap. II, verſ. 11.

Sabthah] סבתה Veteribus, ait *Bochartus*, Lib. IV. Cap. 10. *Sabatha* & *Sabathes*. Videtur primam regni ſedem conſtituiſſe in Arabiæ felicis *Leanitis*, ad mare Perſicum, ubi à mari paullò longiùs, in via è Gerræorum ſinu ad Arabiam deſertam, Σαφθὰ urbs à *Ptolemæo* deſcribitur. Sed inde Sabthæorum, vel Sabathæorum colonias, mari transmiſſo, in Perſidem migraviſſe, argumento ſunt Σάφθα inſula *Ptolemæo*, Σαφὰτ *Marciano*, & *Meſſabathæ*, ita dicti quaſi *mediterranei Sabathæ*, quia à mari longiſſimè diſtant.

Rahmah] Heb. רעמה. LXX. Int. efferunt *Regma*. Inter Ichthyophagorum Sinum & Larem fluvium, in Arabia felici, fuit *Regama* urbs, cujus *Ptolemæus* & *Stephanus* meminerunt. Hujus urbis, aut regni conditorem à Moſe intelligi meritò conjecit *Sam. Bochartus* Lib. IV. Cap. 5.

Sabthecha. סבתכא. Ex Arabia, unde ortum ducebat Sabthecha, facilis fuit in Carmaniam trajectus, ſi per littora maris Perſici eò contendit. In Carmania autem urbem habuit *Samydacen*, auctore *Stephano*. Eamdem, cum cognomine fluvio, deſcribunt *Ptolemæus* & *Marcianus Heracleota*. Nec cuiquam negotium faceſſere poteſt mutatio literæ B in M, aut TH in D, quæ ſunt in linguis Orientalibus frequentes, ut oſtendit *Bochartus* Lib. IV. Capite 4. Igitur ex *Sabthecha* facilè fieri potuit *Samydace*.

Seba] Heb. שבא. Ab hoc oriundi *Sam. Bocharto* Lib. IV. Cap. 7. videntur quos *Aſabos* vocat *Ptolemæus*, atque ad maris Perſici oſtium, cum ingentibus montibus, collocat. Eodem in loco montes *Sabo* deſcribit *Arrianus*, in Periplo. Hos autem Sabæos patrem habuiſſe hunc *Sebam* Regmæ filium, ex *Dedanis*, de quo ſtatim loquemur, vicinia colligit. Hujus tractûs urbis meminiſſe videtur *Stephanus*, qui præter *Sabas* Arabiæ celeberrimam urbem, cujus gentile Σαβαῖος; alterius mentionem facit, quam Σαβὼ vocat, & cujus gentile Σαβοίτης; quod addendum locis à *Bocharto* allatis. Optimè idem obſervavit de hoc שבא agi in Scriptura, quotieſcumque cum nomine *Chus* conjungitur; aut cum aliquo ex Chuſi poſteris, ut Pſalm. LXXII, 10. Ezekiel. XXVII, 22. XXXVIII, 13. At erravit cùm à *Pomponio Mela* Lib. III, 8. Sabæos ad Perſici maris oſtium collocari dixit, quod inſpecto *Pomponio*, in Voſſiana Editione, liquebit.

Dedan] דדן. *Dedan* duplex fuit, una Idumææ de qua Jerem. XXV, 23. XLIX, 8. cujus cives *Dedanim* Eſaïæ XXI, 13. & conditor *Dedan* Abrahami nepos. Gen. XXV, 3. Altera urbs Ara-

Digitized by Google

domam, Gomorrham, Admam, Tſeboïmum, uſque ad Laſam. 20. Atque hi Chami filii, pro familiis, linguiſque, per regiones & gentes ſuas *fuerunt*.

21. Se-

morrham, Admam & Tſeboïmum, Laſenſis ager ultimus occurrit. 20. Atque hæc fuit Chami progenies, prout in varias ſedes ac linguas, pro locorum & gentium diverſitate, diviſa fuit.

21. Se-

Arabiæ maritima, quam condidit *Dedan* Regmæ filius, & ad quam pertinent hæc Ezekielis XXVII, 15. *Filii Dedan negotiatores tui*, &c. quod oſtendit *Sam. Bochartus* Lib. IV. Cap. 6. Hanc autem eamdem eſſe, quæ etiamnum hodie *Daden* dicitur, & ad Orientem Regmæ ſita eſt, idem exiſtimat. Hanc deſcribunt Recentiores Geographi, medio ferè ſpatio inter fretum Baſoræ, hoc eſt, oſtium maris Perſici, & Omanorum fluvium *Om*, qui *Lar* eſt *Ptolemæi*, & *Phulg* Geographi *Nubienſis*. Ideò laudatus Propheta Cap. XXXVIII, 13. *Schebam* & *Dedanem* conjungit. Hæc & alia vir doctiſſimus.

8. *Nimrodum*] Hujus Chuſi filii ſeorſim & pluribus verbis meminit Scriptor divinus, propter res Hebræis olim cum Nimrodi poſteria, hoc eſt, Aſſyriis & Babyloniis, futuras. De hoc Nimrodo multa, eáque erudita habet *Sam. Bochartus* Lib. IV. Cap. 12. At viri docti, qui de Chronologia ſcripſere, præterea quærunt quo nomine apud τοὺς ἔξω vocetur Nimrodus. *Dionyſ. Petavius Belum* fuiſſe exiſtimat, qui primus imperii Babylonici conditor à *Cteſia*, & & aliis poſt *Cteſiam*, fuiſſe perhibetur. Vide eum paucis ſuam proferentem ſententiam, in *Rationar. Temp.* Part. II. Lib. 2. Cap. 3. At *Iſ. Voſſius*, ex *Africano*, ante *Belum* regnatum in Babylonia CCXV. annis, & *Evechoum*, quem tamen perperam *Nimrodum* credi ait, primum Babyloniæ regem ſtatuit. Diſſert. *de Ætate Mundi*. Cap. IX. Alii alia ſentiunt, ſed plerique exiſtimant ab hoc tempore perpetuum fuiſſe, per aliquot ſæcula, Babylonicum regnum, donec à Medis everſum ſit; quâ in re *Cteſiæ* potiſſimùm auctoritate nituntur, qui Babylonios circiter mille ac trecentos annos regnaſſe prodiderat. Calculum Chronologicum ſuppeditabit laudatus *Petavius*.

Nobis verò, ut certa habemus ex Scriptura argumenta, quibus Babylonicum regnum tenue antiquiſſimis temporibus & vicinis fuiſſe minus, nobis conſtat: ita Nimrodo quod nomen apud Ethnicos fuerit, fruſtra quæri videtur. De Babylonici regni initio ad comma 10. dicemus. Interim *Nimrodo* nomen impoſitum obſervabimus à מרד *marad*, quod *rebellare* apud Hebræos ſignificat, & cujus Arabicum derivatum מאריד *maridon*, *contumacem*, *ſuperbum*, *inſolentem* ſonat. Ejuſmodi indolis oportet fuiſſe, qui primus parentum imperium ſpreverit, quod antiquiſſimum eſt imperii genus; & in alios uſurpare inſtituerit, ut fecit Nimrodus. Vix mihi perſuadeo hoc nomen ei nato primùm impoſitum, uti nec multa alia aliis, quæ eorum inventa, aut indolem ſignificant. Videntur potiùs cognomina quædam eſſe, quorum ſolorum, nominibus ipſis oblivioni mandatis, ſuperfuerit apud poſteros memoria, qua de re in Diſſ. *de Lingua Hebraica* agemus.

Potens eſſe cœpit.] Heb. vocem גבור *gibbor* LXX. Intt. voce Græcâ γίγας reddiderunt, quæ, ut optimè obſervavit *Sam. Bochartus*, licèt Hebraïcæ interdum reſpondeat, malè hic adhibetur. Si ſtaturam giganteam in animo habuiſſet Moſes, dixiſſet והוא הגבור הראשון היה vhou haggibbor hariſchon hajah, *& hic fuit primus Gigas*. Sic & in ſequente commate peccatum. Quod cùm Patribus aliquot Græcis, ex re ipſa, innotuiſſet, voci γίγας eamdem ſignificationem tribuerunt, ac quæ eſt vocibus δυνάστης, ἰσχυρός, quibus priorem interpretatur *Heſychius*, quamquam contra Græcæ Linguæ uſum. *Potentia* autem hæc Nimrodi videtur regnum, quod primus inter homines uſurpaſſe proditur, potiſſimùm ſignificare; quamvis vires corporeas hinc excludere noluerim, quippe quæ cùm ad venationem, tum ad occupandum imperium, neceſſariæ fuiſſe videntur. Vid. Pſal. CXII, 2. ubi *potens in terra*, divitem ſignificat, & ſup. Cap. VI, verſ. 4.

9. *Dici ſolet*] יאמר jeamer, *Dicetur:* hoc eſt, dici ſolet. Quæ formula adagionibus præmittitur. Vide Cap. XXII, 14.

Strenuus venator] Heb. גבור ציד gibbor tſajid, *potens venatione*. Hic quidem גבור *gibbor* valentem viribus ſignificat, neque enim laborem venationis ferre, aut feras adgredi quiſquam, niſi prævalido corpore, poſſit. Malè οἱ LXX. γίγας κυνηγός, nam ציד *tſajid* non *venatorem*, ſed *venationem* ſonat; nec poteſt conjungi cum voce גבור *gibbor*, niſi hæc *potentem* ſignificet. Sic eadem conſtructione occurrit גבור חיל *gibbor hhajil*, *potens viribus*, hoc eſt, fortis, Judic. VI, 12. XI, 1. & alibi haud rarò. Si umquam venationis ſtudium in pretio eſſe oportuit, debuit certè eo tempore, quo humani generis coloniæ per terrarum orbem ſpargi cœperant; propter feras, quibus homines infeſtabantur. Ideò Deus noluit intra annum Chananæos expelli omnes, quorum fines invaſere Iſraëlitæ, ne per vaſtam regionem ſparſi, à feris illuc, gregibus allectis, concurrentibus nimiùm vexarentur. Vid. Exod. XXIII, verſ. 29. Deut. VII, 22. Igitur ubi mentionem variarum urbium à Nimrodo conditarum, eo tempore quo homines vagi per ſolas ſpargerentur terras, facturus erat, meritò ejus venandi peritiæ meminit Scriptor ſacer. Hinc &, in antiquiſſimis Græcorum hiſtoriis, ex occiſis feris maximam laudem conſequutos eorum Heroas videmus; cujus rei hiſtoria *Herculis* non unum ſuppeditat exemplum. Vid. *Apollodorum Biblioth.* Lib. II. & *Diodorum Siculum* Lib. IV. Quibus adde *Xenophontem*, initio libri de *Venatione*. At digna ſunt *Plinii* verba, quæ huc ex Panegyrico transferantur, ubi laudato venandi ſtudio in Trajano: *Olim*, inquit, *hæc experientia juventutis, hæc voluptas erat; his artibus futuri duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu; nec mediocre pacis decus habebatur ſubmota campis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agreſtium labor.*

21. Semo etiam nata eſt ſoboles, imò omnium qui trans *fluvium degunt* , *cum* fratre Japhetho natu majore, pater fuit. 22. Filii *enim* Semi, Helam, Aſſur, Arphachſad, Lud

21. Samus etiam Noachi filiorum ſecundus, quem ultimo loco, quia ejus prolis hiſtoriam ſcribere adgreſſi ſumus, collocavimus, numeroſam habuit ſobolem; plerique enim populi, qui trans Euphratem ſedes habuere; ab eo & Japhetho natu maximo orti ſunt. 22. Ex filiis ejus *Helam* Elymaidem, *Aſſur* Aſſyriam, *Arphachſad* Arraphachitidem, *Lud* Lydiam, *Aram* Syriam occupavit. 23. Arami filii

Coram Jehova] Hæ voces ſignificatum intendunt. Sic Jonæ III, 3. *urbs magna Deo* eſt urbs maxima, & Act. VII, 20. ἀστεῖος τῷ Θεῷ formoſiſſimus puer. Cùm divinæ naturæ præſtantia omnia creata infinito intervallo ſuperet, Hebræi quæ eximia in ſuo genere erant non poterant vehementiùs laudare, quàm ſi dicerent ea *eſſe Dei*. Infra Geneſ. XXX, 8. ars egregia, *ars Dei*; cedri omnium altiſſimæ, Pſ. LXXX, 11. *cedri Dei* appellantur. Quia autem non ea eximia ſunt quæ à Naturis, quibus longè plurima, deſunt judicantur eximia, ſed quibus præſtantiſſimæ Naturæ pretium tribuunt; quando volebant Hebræi cujuſpiam rei excellentiam prædicare, eam ejuſmodi eſſe *coram Deo*, hoc eſt, vel ipſo Deo judice, dictitabant. Ideò fortè viri ſancti, cùm laudantur, non dicuntur ſancti *coram hominibus*, quorum longè maxima pars vitiis inquinatiſſima ſanctos vocarit non modò optimos, ſed minùs perditos, quibus nihil, ex moribus ævi quo vivunt, exprobrent; ſed *coram Deo*, qui cùm ſanctiſſimus ſit, inquinatam ſanctimoniam non probarit. Vide Luc. I, 6. Epheſ. I, 4.

Ut Nimrod] Proverbium, quo uti ſolebant Orientales, tempore Moſis, ad eximium venatorem ſignificandum.

10. *Initium ejus regni*] Hoc eſt, regni primam ſedem Babylone ſtatuit, ſeu regnare cœpit Babylone.

Babel] De ſitu Babylonis, aliiſque ad eam urbem pertinentibus, multis egit *Sam. Bochartus Phal.* Lib. IV. Cap. 13. *& ſeqq.* ad quem Lectorem amandabimus. Duo dumtaxat hîc obſervari neceſſe eſt. Primum eſt, initia urbis, cujus meminit Moſes Cap. XI, & quæ dicta eſt *Babel*, ob cauſam quam narrat, non deberi Nimrodo; qui non magis fuit ejus conditor, quàm quivis aliorum, qui ad eam exſtruendam convenerant. Fortè tamen, aliis aliò abeuntibus, ipſe cum iis quibuscum ſocietatem iniit circa ea loca manſit, eáque ſibi & ſuis hoc pacto vindicavit. Cùm autem, ſeu vi, ſeu conſenſu, iis qui eum tractum tenebant imperitaret, initium ejus regni in iis locis factum dicitur.

Secundò, etiamſi concedetur, quod ut negari nequit, ita non ſatis conſtat, illo ipſo in loco, in quo fruſtra humanum genus ſibi Metropolin condere tentavit, conditam poſtea ejuſdem nominis urbem; non ideò ſequetur regnum Babylonicum, à Nimrodo initium ducens, perpetuò floruiſſe, vicinóſque & Aſiæ pleroſque populos ſibi obnoxios habuiſſe, ut plerique cenſent. Quod quia ad plurium Scripturæ locorum illuſtrationem pertinet, hîc nuſquam poſtea repetendum copioſiùs perſequemur. Perpetuam ergo Regum Babyloniorum ἀνεπικόπων, & maximam Aſiæ partem ſub imperio tenentium ſeriem non fuiſſe, nec everſo Babyloniorum regno, ad Medos, deinde ad Perſas ſummam rerum tranſlatam hiſce argumentis conſtat.

I. Gen. XIV, 1. & ſeqq. *Amraphel Rex Schinhar*, ſive Babyloniæ, numeratur inter auxiliares copias *Chedorlahomeri Regis Helam*, id eſt, Perſidis, quaſi multò potentioris; quippe qui, licèt remotior ad Orientem, ſubditos haberet ſibi in Palæſtina Reges, ut ad eum locum oſtendemus.

II. *Cteſiæ*, apud *Diodorum* Siculum, *Biblioth.* Lib. II. mille trecentos annos Babyloniorum aut Aſſyriorum (nam confunduntur eorum imperia, licèt poſtea diſtincta fuerint) imperio tribuenti opponimus patrem Hiſtoriæ *Herodotum*, qui Lib. I. Cap. 95. Aſſyrios ſuperiorem Aſiam quingentis tantùm & viginti annis tenuiſſe auctor eſt; quibus elapſis, Medi aliæque Gentes contra eos rebellaſſe feruntur, quamquam Aſſyrios ſibi non ſubjecerunt. Non abit ab Herodoti ſententia *Dionyſius* Halicarnaſſeus, qui initio Libri I. *Ant. Rom.* & Aſſyriarum Originum ſubleſtam fidem, & ejus Imperii tenuitatem, hiſce verbis perſtringit: ἡ μὲν Ἀσσυρίων ἀρχὴ παλαιά τις οὖσα, καὶ εἰς τοὺς μυθικοὺς ἀναγομένη χρόνους, ὀλίγου τινὸς ἐκράτησε τῆς Ἀσίας μέρους: *Aſſyriorum quidem imperium vetus, & ad fabuloſa uſque retrocedens tempora, exiguâ Aſiæ parte potitum eſt.* Durationem ejus breviſſimam fuiſſe exiſtimabat *Appianus Alexandrinus*, cujus hæc ſunt in præfat. verba: Ἀσσυρίων τε αὖ καὶ Μήδων, καὶ Περσῶν, τριῶν τῶνδε μεγίστων ἡγεμονιῶν, &c. οὔπω ὁ χρόνος ἀφίκετο τῶν ἐννακοσίων ἐτῶν: *Aſſyriorum, Medorum, & Perſarum, trium maximorum imperiorum, duratio nongentos annos non adtigit.*

III. Confutantur etiam facilè qui *Nimrodum Belum* fuiſſe volunt, atque ab ejus filio *Nino* non gloriam tantùm, quâ antiquiores contenti fuerant, bello quæſitam, ſed & magnitudinem dominationis continuâ poſſeſſione firmatam tradunt; cujus etiam poſt fata, uxor Semiramis res maximas geſſerit. Nam præterquàm quòd Abrahami temporibus Aſſyriorum imperium Perſico minus fuit, ut vidimus; quis credat haud multò poſtquàm humanum genus per terras ſpargi cœpit, cùm rari homines per ignotas regiones errarent, quæſitum fuiſſe Aſiæ imperium? Certè Ninus, ſi Nimrodi filius fuiſſet, imperium in ſilvas & feras, potiùs quàm in homines, quos armis ſubigere neceſſe fuerit, exercere eo tempore potuit. Adde quòd, ſi ejus fuiſſet antiquitatis Nini & Beli imperium, non potuiſſet *Juſtinus* Lib. I. Cap. 1. dicere *fuiſſe temporibus antiquiores* Nino *Vexorim Ægypti, & Scythiæ Regem Tanaum; quorum alter in Pontum, alter uſque Ægyptum proceſſit.* Nemo ante Nimrodi ævum, talia ſomniet.

IV. Ex Scriptoribus Sacris conſtat, ſtante adhuc Babyloniorum regno, ex eorum ſententia, qui perpetuum fuiſſe id à Nimrodo ad Arbacem Medum volunt, varios fuiſſe in Babylo-

Lud & Aram fuere. 23. Filii verò Aram, Huts, Chul, Gether, & Mas. 24. Arphachſad genuit Selachum, Selach genuit Heberum. 25. Hebero autem nati ſunt duo filii;

filii fuere *Huts* qui in Damaſcena Syria, *Chul* qui in Cholobotena Armeniæ tractu, *Gether* qui inter Lycum & Caprum Meſopotamiæ fluvios, & *Mas* qui circa Maſium montem ſedes poſuit. 24. ARPHACHSADO natus eſt *Selach*, Selacho *Heber*. 25. cui fuere filii duo, *Phelegus*, cujus nomen *diviſio-*

byloniorum vicinia cis & trans Euphratem, apud non remotos Syriæ, ac Arabiæ, & ad Orientem magis vergentes populos, potentiſſimos Reges; meminere enim ſæpè Regum Syriæ, ante tempora Davidis, aliorúmque finitimorum Dynaſtarum, qui cum maximis exercitibus Hebræorum agros populati ſunt, gentémque vectigalem habuerunt. 1. *Cuſchan Rex Meſopotamiæ*, non *Babylonis*, ſubdidit Iſraëlitas Judic. II, 8. 2. *Heglon* Rex *Moabitarum* eos ſubegit. Jud. III, 12, 13, 14. 3. *Jabin* Rex *Chanahanis* vectigales eos fecit. Jud. IV, 1, 2, 3. 4. Idem Madianitæ poſtea fecere. Jud. VI, 1. 5. Ammonitæ & Philiſthæi obnoxios habuerunt Iſraëlitas. Jud. X, 8. 6. David geſſit bellum cum *Hadadhezere* Rege *Tſobæ*, quæ ad ortum Euphratem habuit, ad occaſum Damaſcenen; & cum Damaſcenis. 2 Sam. VIII, 3, & ſeqq. 7. Poſt victoriam de iis populis relatam, gratulatum ei miſit filium *Thohi* Rex *Hhamathæ*, hoc eſt, Caſſiotidis. Quis credat, florente Babylone Regum Rege, tot bella, ac fœdera, ſine ejus arbitrio, cujus tamen nuſquam Scriptura meminit, mota atque geſta fuiſſe?

V. Prima in Scripturis, poſt Nimrodum, Babyloniorum Regum mentio occurrit in Hiſtoria Hezekiæ 2 Reg. XX, 12. 2 Par. XXXII, 31. ubi *Merodac*, *filius Baladanis*, *Rex Babel* legatos ad Hezekiam miſiſſe dicitur ſciſcitatum de portento, quod ægro Judæ Regi acciderat, additis etiam muneribus. Quàm hæc parum conveniant Imperii Babylonici majeſtati, qui ejus magnitudinem, cum Reguli Judææ ditione, comparabunt ſatis intelligent.

VI. Tum demum Aſſyriæ Regum ſumma in Scriptura prædicatur potentia, cùm ex eorum quos oppugnamus ſententia, imperium Aſiæ ab Aſſyriis ad Medos tranſlatum fuit. Aſſyriorum potentiſſimi Reges, poſtremis Iſraëlis Regibus, recenſentur *Phul*, *Theglath-phalaſar*, *Salmanaſar*, *Sennacherib*, & *Aſarchadon*.

VII. Temporibus Hezekiæ, circa Euphratem & Tigrin, duplex fuiſſe regnum, quorum neutrum erat Medorum, conſtat; *Aſſyriorum*, nempe; quorum Regum nomina modò recitavimus: & *Babyloniorum*, quod Hezekiæ æquales tenuerunt *Merodac* & *Baladan*, dum à Salmanaſare & Sennacheribo regerentur Aſſyrii. Poſt hæc etiam tempora, magnus fuit *Nabuchodonoſor*, qui *Chaldæus*, non Medus erat. Quin & hoc vivente conſtat ex *Eupolemo*, apud *Euſebium* Præp. Ev. Lib. IX. Cap. 39. imperitaſſe Medis Aſtibarem, narrat enim Nabuchodonoſorem παραλαβόντα Ἀστιβάρην τὸν Μήδων βασιλέα συστρατεῦσαι αὐτῷ *oraſſe Aſtibarem Medorum Regem ſecum expeditionem ſuſciperet*, ut ſciamus ſocium fuiſſe Regem, non vectigalem.

VIII. Attamen ante Imperii Babylonici finem, Medi Aſſyriam invaſerunt, & Babyloniorum potentiam æquarunt. *Herodotus* Lib. I. Cap. 185. & ſeqq. auctor eſt Nitocrin Babyloniorum Reginam, cùm florens videret Medorum Imperium, & ab eo occupatam urbem Ninum (Niniven Aſſyriæ Metropolin) cogitaſſe de muniendo regno Babylonico operibus, quæ ab eo deſcribuntur.

Hæc cùm ita ſint, neque Babylonicum regnum omnium Aſiæ maximum, perpetuo tenore, fuiſſe; neque tum demum Medos in Aſia imperaſſe, cùm Babylone deſiiſſent eſſe Reges, quorum locum Medi occuparint, colligere eſt. Videtur varia fuiſſe eorum regnorum fortuna, ut modò vicinis imperarint, modò finitimis victa ſervierint. Videntur & plura regna, variis temporibus orta, penitus collapſa fuiſſe, & interdum poſt res adflictas iterum floruiſſe. Igitur quamquam *initium regni* Nimrodi Babel fuiſſe dicitur, non eſt cur Babylonem, ab eo tempore ad *Arbacem* uſque Medum, rerum eſſe potitam exiſtimemus.

Sunt qui velint relicta etiamdiu inchoatæ Babylonis rudera ab Nimrodo, & diu poſtea denuò conditam; ſed eorum rationes levioris eſſe momenti videntur. Vide *J. Marshamum in Chron. Canon.* ad ſæculum XVII.

Erech] ארך. Cùm ab hoc nomen *Areccæ*, aut *Arechæ*, cujus meminere *Ptolemæus* & *Ammianus*, non abludat, nec ſitus repugnet; hanc unam eamdémque eſſe urbem rectè conjecit *Sam. Bochartus* Lib. IV. Cap. 16. ubi plura ſententiæ ſuæ refert firmamenta. Hoc inter alia memorabile eſt, cùm ארך *erech*, *longitudinem* ſignificet, Areccam longiſſimam fuiſſe ad Euphratis ripas, auctorem eſſe *Herodotum*. Hujus urbis cives ארכויא *archevuje* Eſd. IV, 9. dicuntur.

Acchad] LXX. Intt. habent Ἀρχάδ, & oſtendit *Sam. Bochartus* litteram ר ſæpe interponi; inventóque in *Sittacene*, Aſſyriæ provincia, fluvio *Argade*, vel *Archade*, conjicit urbem *Sittacen*, dictam etiam *Archad*; quia longè plurimæ urbes fluviis, ad quos erant conditæ, cognomines fuere. Hæc ille, & alia Lib. IV. Cap. 17. Malim tamen eſſe urbem Σακάδα, quam Ptolemæus paullò infra *Ninum*, antequàm in Tigridem influat *Lycus* fluvius, collocat. Nec opus eſt fingere nomen urbi fuiſſe, quod nuſquam apud Veteres exſtat; nec multùm à nomine אכר receditur, nam S ab initio additi aut detracti frequentia ſunt, in nominibus propriis, exempla. Obſervat ipſe *Bochartus Chanaanis* Lib. I. Cap. 35. eoſdem eſſe populos, apud *Dionyſium*, *Satricanos* & *Atricanos*; apud *Strabonem*, *Sardiæos* & *Ardiæos*; apud *Ptolemæum*, *Selgovas* & *Elgovas*, aliáque ſimilia, quæ laudato *Bocharti* loco legentur.

Chalne] כלנה. Cùm manifeſta hujus nominis veſtigia ſuperſint in *Chalonitide*, cujus Metropolis fuit poſtea *Cteſiphon*, ita dicta ab ejus inſtauratore *Pacoro*, non abſurdè conjicit vir doctiſſi-

filii; alteri Phelego, quia ejus diebus diviſa eſt terra, fratri verò ejus Joktani nomen fuit. [26] Joktan autem genuit Almodadum, Selephum, Chatſarmavethum, Jarachum, [27] Ha-

viſionem ſonat, quia ejus ætate in varias colonias humanum genus diviſum eſt, & *Joktan*. [26] Hujus Joktanis liberi variarum in Arabia tribuum

fuerunt conditores; & *Almodad* quidem Allumæotarum, *Seleph* Salapenorum, *Chatſarmaveth* Chatramotitarum, *Jarach* Alilæorum; [27] *Hadoram* Dri-

doctiſſimus *Phalegi* Lib. IV. Cap. 18. *Chalnen* antea dictam eam urbem, quam Pacorus Cteſiphontem vocavit.

In regione Sinharis] Heb. *in terra Schinhar*, שנער. Ita dicitur *Babylonia*, aut tractus terrarum circa Babylonem, cujus fines ignoti ſunt. Hoc cùm ex hoc loco, tum ex Cap. XI, 2, 9. manifeſtò liquet. Daniel. I, 2. Nebuchadnetſar, obſervante *Sam. Bocharto* Phal. Lib. I. Cap. 5. vaſa templi Jeroſolimitani, *in terram Schinhar* deportaſſe dicitur; hoc eſt, Babylonem, in fanum Beli; ut inter alios teſtis eſt *Eupolemus*, apud *Euſebium* Præp. Evang. Lib. IX. Cap. 39. Apud *Joſephum* Lib. I. Cap. 4. Ant. Jud. *Heſtiæus*, qui res Phœnicias ſcripſerat, τοῦ πεδίου τοῦ λεγομένου Σεννάαρ ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ χώρᾳ μνημονεύει, *campi dicti Sennaar in Babylonica regione meminit.* Superfuiſſe, etiam poſtremis temporibus, hujus nominis in Babylonia veſtigia, oſtendit idem *Bochartus*.

11. *Ex hoc tractu in Aſſyriam exiit*] Eſt in Heb. Codice ההוא, ſed ſub ו eſt punctum *Chirec*, ut intelligatur legendum eſſe ההיא, ut eſt in Samaritico Exemplari, & prout genus vocis הארץ poſtulat. Ceterùm hunc verſum, auctore *Sam. Bocharto* Phal. Lib. IV. Cap. 12. ita vertimus, quaſi ἀντὶ τοῦ אשור eſſet אשורה, cum ה, ut Grammatici loquuntur, motum ad locum ſignificante; & vocem אשור hîc non viri, ſed regionis nomen eſſe cum eo exiſtimamus. Alii vertunt: *Ex terra illa egreſſus eſt Aſſur* (Semi filius) *& condidit Niniven*, quod à Prophetæ mente alienum meritò judicat vir ſummus, hiſce de cauſis. Primò, ſine ratione hîc fieret mentio Aſſuris filii Semi, quia hîc poſteri Chami recenſentur. Secundò, non patitur narrationis ordo Moſem Aſſuris colonias referre verſ. 11. natales verò verſ. 22. Tertiò, proprium non fuit Aſſuri Semi filio, quòd egreſſus ſit è terra Schinhar, cùm hinc totum humanum genus per terrarum orbem ſparſum ſit. Quartò, ſeries orationis Moſis, ſi de Aſſure Semi filio ſermo ſit, planè luxatur. Quintò, Michæ V, 5. Aſſyria dicitur *terra Nimrod.* Deeſt autem ה in voce אשור, ut in voce ירושלים 1 Reg. III, 15. & alibi.

Exiit] Interpretatur Bochartus, ad bellum inferendum, nam *egredi* apud Hebræos haud rarò hoc ſignificat, ut 2 Sam. XI, 1. *vertente anno, quo tempore egrediuntur Reges*, hoc eſt, ut Vulgatus habet, *quo ſolent Reges ad bella procedere.* Reliquit autem fortè Babyloniam, propter inundationes, quibus obnoxiam fuiſſe Veteres teſtantur, & quibus regio tecta quotannis ferè fuiſſet; niſi Euphratis aquæ ſummâ arte in paludes, atque in lacus manu effoſſos derivarentur, qua de re legendi *Herodotus* Lib. I. Capit. CLXXXV. *Strabo* Lib. XVI. & *Arrianus* de Exped. Alex. Lib. VII. *Abydenus*, apud *Euſebium* Præp. Evang. Lib. IX. Cap. 41. de Babylonis ſolo: λέγεται δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, θάλασσαν καλεομένην, Βῆλον δὲ παῦσαι, &c. *dicuntur omnia initio aqua fuiſſe, & maria dicta, Belum verò finem impoſuiſſe*, &c.

Niniven.] Quamquam vocatur hæc urbs à Græcis & Romanis Scriptoribus *Ninus*, attamen & Niniven dictam non ignoravit *Ptolemæus*; qui Libro VIII. habet: Νῖνος ἡ καὶ Νινευΐ. Exiſtimatur dicta נינוה quaſi נין-נוה *Nin-naveh*, aut *Nin-noh*, unde à Græcis dicta *Ninos*, hoc eſt, *Nini habitatio.* Cùm autem alium *Ninum*, præter *Beli* filium, in Babylonico Imperio, fuiſſe non conſtet, is verò Ninus, ex accuratiorum Chronologorum calculo, circa tempora Deboræ floruerit; hæc Moſis verba ita ſunt intelligenda, non quaſi à Nimrodi ævo hæc urbs *Ninive* dicta fuerit, aut ad magnitudinem, qualis erat tempore Jonæ Prophetæ, pervenerit. Sed uti ex tenuibus, ſine dubio, initiis ad tantam amplitudinem crevit, multis pòſt ſæculis: ita etiam cùm à Nimrodo jacta eſſent ejus fundamenta, & alio fortè nomine nuncupata, ab altero conditore Nino cum augmento novum videtur accepiſſe vocabulum, quod frequenter evenit nominibus urbium. Ita *Cteſiphon*, *quam* alius *priſcis temporibus inſtituerat* (& *Chalnen* vocarat) *poſtea Rex Pacorus incolarum viribus amplificatam, & mœnibus, Græco nomine, Perſidis effecit ſpecimen ſummum.* Quæ verba ſunt *Ammiani Marcellini* Lib. XXIII. De ſitu Ninives diſſidentes Veterum ſententias diligentiſſimus collegit *Sam. Bochartus* Lib. IV. C. 20. Alii ad Tigrin, alii ad Euphratem eam collocant; alii ſupra Lycum fluvium, alii infra ſitam contendunt. Oſtendit quidem duplicem fuiſſe Niniven, alteram ad Euphratem in Comagena, alteram ad Tigrin in Aſſyria, quæ videtur hæc eſſe; ſed ciſne, an trans Tigrin fuerit, variantibus ſententiis, rurſus dubium fit. Quibus rebus, eò tandem adducitur vir doctiſſimus, ut concedat in ſententiam *Luciani*, qui in Dialogo *Speculantium*, ἡ Νῖνος μὲν, inquit, ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, *dudum periit Ninus, nec ullum ejus ſupereſt veſtigium.* Cetera, quæ ad hanc urbem pertinent, apud *Bochartum* ipſum, legentur.

Rechobothas] Ita vertimus plurale fœmininum רחובות *rhhoboth.* LXX. Intt. τὴν Ῥοωβὼθ πόλιν, ut & *Onkelos* aliique. Alii tamen רחובות עיר rhhoboth hir, *plateas urbis* reddunt. At priorem ſententiam veriorem eſſe probat *Sam. Bochartus* Lib. IV. *Phal.* Cap. 21. primò, quòd *plateæ urbis* dicerentur רחובות העיר *rhhobothe habir*: 2. quia poſtquàm dixit Moſes Niniven à Nimrodo conditam, additamentum *& plateas ejus*, inutile & ſine exemplo eſſet: 3. *Ædificandi* vox aut *condendi* ad domos potiùs platearum, quàm ad plateas pertinet: 4. Ideóque, ne ambiguitate vocis Lector deceptus *plateas* intelligi crederet, *urbem* adjicit Moſes.

Fuit quidem hujus nominis oppidum ad Euphratem, infra *Cercuſium*, & *Chaboræ* ac *Euphra-*

27. Hadoramum, Uzalem, Diklam, 28. Hobalem, Abimaëlem, Sebam, 29. Ophirem, Chavilam, & Jobabum. Hi omnes Joktanis filii. 30. Fuere eorum ſedes à Me-

Drimatorum, *Uzal* Auzaritarum, *Dikla* Minæorum, 28. *Hobal* Abalitarum, *Abimaël* Malitarum, *Seba* Sabæorum, 29. *Ophir* Caſſanitarum, *Chavila* Chaulanæorum, *Jobab* denique Jobabitarum pater fuit. 30. Hi Arabiæ eum tractum occuparunt, qui eſt inter Muzam, celeberrimum Arabiæ ad ma-

phratis confluenta, cujus mentio occurrit Gen. XXXVI, verſ. 37. Sed eam nimiùm ab Aſſyria remotam judicat vir eruditiſſimus, quàm ut hìc intelligatur. Conjicit *Birtham* intelligi, urbem inter *Sacadam* & *Lycum* fluvium ad *Tigrim* ſitam, quia ברחתא Chaldaïca Linguâ *plateas*, ut Hebraicè רחובות *rhhoboth* ſignificat.

Chalachan] Idem ejuſdem Libri Cap. 22. כלח fuiſſe cenſet *Calachenes* regionis, circa *Lyci* fluvii fontes, Aſſyriæ. Hanc etiam intelligi vult 2 Regum XVII, 6. & XVIII, 11. quò Rex Aſſyriæ deportaſſe dicitur Iſraëlitas, & *collocaſſe in* חלח hhalah & *in Chabor*. Nec dubium eſt, quin ח & כ mutentur.

12. *Reſenem*] Cùm duplex ſit *Reſina*, apud *Ptolemæum*, in Meſopotamia, neutra tamen hîc intelligi poteſt, judice *Bocharto* Lib. IV. Cap. 23. quia neutra eſt inter Chalachenen & Niniven. Putat ſignari urbem, quam *Lariſſam* vocat *Xenophon* Anab. Lib. III. nomine detorto ex לרסן *lereſen*, quâ voce utebantur accolæ interrogati à Græcis, cujus urbis eſſent quæ videbant illac tranſeuntes rudera? Ubi ל notam genitivi ad vocem ipſam pertinere crediderunt Græci, cum Aſſyrii τῆς Ῥησὴν intelligerent. Sanè ſitus convenit, ſi, quod plerique hodie Eruditi contendunt, Ninus intra Lyci & Tigridis confluenta ſita fuerit, & verum ſit quod ἀεὶ τὸ כלח dictum eſt.

Quod magnum eſt oppidum.] *Lariſſam* ſuam *magnam* vocat *Xenophon*, & erat, ut eam deſcribit, haud modica urbs, quamquam Ninivæ aut Babyloni conferri non potuit. Moſes tamen hoc κατ᾽ ἐξοχὴν à magnitudine petitum Reſeni adjecit, non aliis; quia cùm illæ omnibus eſſent notiſſimæ, hæc ignotior debuit, ne cum aliis fortè confunderetur, peculiari deſcriptione inſigniri.

13. *Mitsrajim autem genuit*] Cùm oſtenderimus ad comma 6. *Miſsrajim* nomen eſſe regionis, horum verborum hic ſenſus erit: populos, quorum nomina ſequuntur, ab ea regione, quæ *Mitsrajim* dicitur, eſſe oriundos, hoc eſt, Ægyptiacæ originis. *Hhamus*, nimirum, cum familia primò Palæſtinam, Madianitidem, Ægyptum & Libyam occupavit; deinde, ſuccreſcente ſobole, vicinas etiam regiones poſteri ejus impleverunt. Fortè Nomadum ac Scenitarum familiæ ſæpe loca mutantes, aut paſcuorum causâ, aut ut vitarent impotentius validiorum imperium, in remotiores plagas, ſecretas ab aliis ſedes quæſituræ, abierunt.

Ludim] Decem argumentis *Æthiopes*, quorum nomen Hebraicum hactenus ignoratum erat, intelligi oſtendit vir præſtantiſſimus, quem ad hoc Caput potiſſimùm ſequimur, *Phalegi* Lib. IV. Cap. 26. לוד *loud* Arabicè *tortuoſum eſſe*, ubi de flumine ſermo eſt, ſignificat, quod haud malè convenit Regioni amfractuoſis *Nili* flexibus ſectæ. Cetera ejus argumenta huc non transferemus, monebimus tantùm Eſaiæ LXVI, 19. & Jerem. XLVI, 9. *Ludæos* quaſi eximios ſagittarios celebrari, quâ arte excelluiſſe Æthiopas oſtendit vir ſummus. Addere potuit apud Jeremiam Ægypto exitium prædici, ideóque vocari vicinos populos, aut ſpectatores futuros, aut in caſſum auxiliaturos: *Egrediantur viri fortes Chus & Phut* (hoc eſt, Madianitæ hinc, Libyes illinc) *geſtantes clypeum*, & *Ludim* (Æthiopes ex auſtrali regione) *geſtantes & tendentes arcum.* Suſpicatur idem *Bochartus Phul* deſignare Eſaiæ LXVI, 19. *Philas*, dictas etiam *Elephantinen*, urbem & inſulam in Nilo, ambigui inter Ægyptios & Æthiopas juris; quia פיל phil *Elephantem* Chaldæis & Arabibus ſignat, mutatio autem & facilis & frequens eſt τοῦ י in ו. Sed & fortè legendum in Eſaia פוט *phut*, ut eſt apud Jeremiam, quia *Philitæ* aut Elephantinenſes ſub nomine לוד *lud* continentur, quiſpiam cenſuerit.

Hanamim] Intelligit *Bochartus* Lib. IV. Cap. 30. eos Nomadas, qui circa Ammonem vagabantur, & qui ita dicti fuerint ἀπὸ τοῦ ענם *hanam*, aut *ganam*; quod veteribus Ægyptiis, ut hodiernis Arabibus, *ovem* ſignificarit. Hi Nomades oves paſcebant, carnibúſque ovillis veſcebantur, cùm à vaccis & ſuibus abſtinerent; ut prodidit *Herodotus* Lib. IV. Cap. 186. Pellibus etiam ovium amicti erant, teſtibus *Diodoro Siculo* Lib. III. & *Pomp. Mela* Lib. I. Cap. 8. Denique locus, in quo erat Templum *Ammonis*, dicitur *arietis* indicio primis incolis fuiſſe repertus, quod ex *Hermippo* refert *Hyginus Poët. Aſtronom.* Cap. XX. Lib. II. Unde idolum ibi cultum κριοπρόσωπον. Alia addit vir doctiſſimus, quæ minùs veriſimilia à nobis huc non transferentur.

Lehabim] Cùm *Phut*, frater ejus qui Ægyptum condidit, Libyam occuparit, cujus incolæ לובים *lubim* dicuntur; hos cenſet eſſe *Sam. Bochartus* Lib. IV. Cap. 28. Libyægyptios, qui ad occaſum Thebaïdis, in ſolo arenoſo, immodicíſque caloribus exuſto ſedes habebant. Atque hinc nomen illis factum eſt, nam voce להבה *lehaba* non *flammam* ſolùm, ſed etiam *æſtum* Hebræi ſignant. Vide Joel. I, 19. Arabes quoque להבאן *labban* æſtum vocant.

Naphthuchim] Sunt populi, ait vir ſummus Cap. ſequente, נפתוח *nephthouahh*, quod quid ſit docet his verbis *Plutarchus*, in Libro de *Iſide*: Νέφθυν καλοῦσι (Ægyptii) τῆς γῆς τὰ ἔσχατα, καὶ παρόρεια, καὶ ψαύοντα τῆς θαλάσσης, *Nepthyn vocant terræ extrema & montana & mare attingentia.* Νέφθυν eſt à recto *Nephthys*, hoc eſt, נפתוח, quemadmodum Ἰησοῦς idem eſt ac ישוע *jeſchouah.* Cùm autem duæ oræ maritimæ, montibus interciſæ, ſint in vicinia Ægypti, una ad mare Rubrum, altera ad Mediterraneum, priore Troglodytis adtributâ, poſteriorem à *Naphtuhhæis* occupatam exiſtimat *Bochartus*. Sedes ergo in *Marmarica* habuerunt, ubi *Adyrmachidas* collocat *Herodotus* L. IV. Cap. 169. Eo in tractu montoſa ſunt littora, & fuit,

Meſa, quà itur in Sepharam, montem Orientis· 31. Atque hi fuerunt Semi filii, pro familiis, linguis, terriſque & gentibus ſuis. 32. Hæ *denique* filiorum Noachi familiæ, pro

mare Idumæum emporium, & Sapharitarum montes ad ortum ejus urbis ſitos. 31. Atque hi fuerunt Semi poſteri, prout in gentes linguis diverſas, lociſque diſſitas diviſi fuere. 32. Eo modo ex

& fuit, teſte Ptolemæo, *Phthia*, portus, Hebraicè פתחיה *phthiahh*, quod ab eadem radice derivatur. *Bochartus*, hoc omiſſo, *Aphtuchi fanum* in Pentapoli, quaſi Naphthuchæorum nomini adfine profert.

14. *Phathruſim* פתרסים. Scriptores ſacri, qui terræ *Phathros* meminere, modò de ea loquuntur, quaſi de regione diverſa ab Ægypto, ut Eſai. Cap. XI, 11. & Jeremiæ XLIV, 1. modò quaſi de parte Ægypti, ut Ezek. XXIX, 14. ubi Propheta Ægyptios ex captivitate ſua in terram *Phathros*, in qua habitarant, reductum iri ait. Hinc *Bochartus* Lib. IV. Cap. 27. ſui *Phalegi*, *Thebaidem* ſignari conjecit, quæ modò ſuperiori Ægypto accenſetur, modò ab ea ſecernitur, ut exemplis probat. Ezekielis Cap. XXIX, 14. ſic loquitur Deus: *reducam captivitatem Ægyptiorum*, *reducam eos in terram Phathros*, *terram habitationis eorum*, hoc eſt, in Thebaïdem, quàm præcipuè vaſtaverat, & cujus incolas in captivitatem abduxerat Nabuchodonoſor, ſecundùm vaticinium Nahumi III, 8. ubi *No-amon* Thebas eſſe oſtendit *Bochartus*. Jeremiæ etiam Cap. XLIV, 1. ſubinnuitur ſitus hujus regionis in Prophetiæ inſcriptione: *Verbum quod fuit ad Jeremiam*, *contra omnes Judæos habitantes in terra Ægypti*, *qui habitabant Migdol & Taphnes & Noph*, *& terram Phathros*, ubi exordio facto ab iis qui viciniores erant Judææ, progreſſus fit ad ulteriora incolentes. *Migdol Herodoto*, *Hecatæo* & LXX Intt. eſt Μάγδωλος in ingreſſu Ægypti, non procul à mari Rubro. Exod. XIV, 2. Num. XXXIII, 7, 8. *Taphnes* dicuntur ab *Herodoto* Δάφναι Πηλούσιαι, nec procul à *Pelusio* collocantur à *Stephano Byzantio*. Paullò ulteriùs, è Judæa in Ægyptum euntibus, id oppidum quàm Magdolus occurrebat. Sequitur *Noph*, quod alibi *Moph* dicitur, & quod eſt *Memphis*. Tandem eſt *Phathros*, hoc eſt, regio ultra Memphin, ſeu Thebaïs. Ac ſanè Nomus erat Thebaidis *Phaturites*, teſte *Plinio*, & *Pathyris* vicus mediterraneus trans Nilum, è regione Thebarum. Quæ omnia pluribus diducta apud *Bochartum* legenda ſunt!

Chaſluchim] כסלחים. Horum nomen cùm ſit *Colchorum* vocabulo adfine, conſtétque hiſtoricis monumentis Colchos fuiſſe Ægyptiorum colonos, exiſtimavit *Sam. Bochartus* hos ſignari. Poſterius ſanè tanto auctoritatum pondere demonſtravit Lib. IV. Cap. 31. ut nemo niſi ſtultè ejus argumenta elevare adgrediatur. Vide inter alios *Herodotum* Lib. 1. Cap. 104. Si adfinitas vocum æquè firmum eſſet argumentum, manifeſta ab eo videretur tradi veritas. Sed cùm poſſit indubitatum eſſe Colchos ab Ægypto ortum duxiſſe, dum dubium erit *Colchos* eſſe *Chaſluhhos*; in eam ſententiam iverim libentiùs, quam ſequutos videmus Intt. Chaldæos qui habent פנטפולוי *phantapoulote*, hoc eſt, *Pentapolitas*, ſeu maritimarum Cyrenaicæ partium incolas, Napthuhhæis, de quibus anteà diximus, vicinos. Vix eſt ut credamus eos ex Ægypto, antiquiſſimis temporibus, aut navibus in Colchidem iviſſe, aut pedeſtri itinere Syriam totam & Armeniam peragraſſe, ut tandem ſedes in Colchide figerent. Seriùs hoc factum; præſertim ſi à *Seſoſtri*, ut plurimi prodiderunt ſcriptores à *Bocharto* laudati, eò ſint deducti coloni; quod tamen ille negat ὑποθέσεως ἀνάγκῃ, hac ratione ductus, quæ dubia eſt, Moſem hîc rei illius meminiſſe, quæ proinde Seſoſtri, qui tempore Roboami vixit, tribui nequit. Sed quæret quiſpiam, unde conſtiterit *Jonathani* Pentapolin hîc intelligi? Conjecturáne, an quia Judæorum ejus ævi opinio fuit, adfirmarit non dixerim.

Si liceat conjicere de origine nominis hujuſce Cyrenaicæ Pentapoleos, pro viri doctiſſimi more, dicemus *Chaſlubbim* dictos ex voce כסתא *chiſtha* quæ, apud Chaldæos, *pabulum*, *ſtramen* ſignificat, aut aliâ voce à radice כסס *chaſas* ortâ, & quæ apud primos Pentapoleos incolas ſimile quiddam ſonarit, & voce לח *lahh viridis*; quia, cùm vicina omnia arerent, fontibus & paſcuis abundabat. Hinc locus ille κάλλιστον τῶν χωρῶν, *tractuum pulcherrimus*, *Herodoto* Lib. I. Cap. 158. dicitur. Cùm Libyes eò duxiſſent Græcos colonos, ubi erat ſons Apollinis, eodem auctore, eos ita alloquuti ſunt: Ἄνδρες Ἕλληνες, ἐνθαῦτα ὑμῖν ἐπιτήδειον οἰκέειν, ἐνθαῦτα γὰρ ὁ οὐρανὸς τέτρηται, *Viri Græci*, *hic vobis habitare commodum eſt*, *cœlum enim hic eſt pertuſum*; quæ loquutio Hebraïca eſt, ad ſignificandum locum in quo pluviæ tempeſtivæ terram fœcundant. Vid. notata ad Cap. VII, 11. Contrà cœlum dicitur *clauſum*, ubi nimia ſiccitas eſt. Vid. ad Cap. VIII, 2.

Propterea etiam, ut cum *Plinio* Lib. V. Cap. 5. loquar, *vagantibus fabulis*, *Berenice* urbs Pentapoleos *Heſperidum quondam vocata* fuerat; quòd, nimirum, eo quoque in loco à nonnullis *Heſperidum* dicerentur eſſe horti, *propter amœnitatem loci*, *& fontium ubertatem*, ut loquitur de ea regione *Juſtinus*. Lib. XIII. Cap. 7. Sed & ad eam pertinere cenſebatur *Hammonis oraculum*, quo eam *illuſtrari* ait Plinius: *in qua gleba non ſine miraculo lucus viret*, *undique ſecus agris arentibus*. Verba ſunt *Solini*, Cap. XXVII. *Incredibile dictu*, ait eodem de loco *Curtius* Lib, IV. Cap. 7. *inter vaſtas ſolitudines ſitus*, *undique ambientibus ramis*, *vix in denſam umbram cadente ſole*, *contectus eſt*, *multique fontes*, *paſſim manantibus aquis*, *alunt ſilvas*. Vide etiam horum Libyæ tractuum deſcriptionem, quæ exſtat apud *Herodotum* Lib. IV. C. 98. & *ſeqq*. Non mirum ergo ſit, ſi ejus tractûs incolas à כסתא לחה *chiſtha-lahhah*, *pabulo virenti*, *Chaſluhim* dicti ſint, aut *Chaſlahhim* כסלחים, ſi Samariticum ſequimur exemplar.

Unde Philiſthæi oriundi] Hebr. *unde exiverunt Phliſchthim*. פלשתים. Aut per Ægyptum, Ægyptiorum conſenſu, ex Africa in Aſiam tranſie-

pro ætatibus, gentibúſque ſuis, à quibus *oriundæ* nationes per terras poſt Diluvium ſparſæ ſunt.

ex Noachi tribus filiis ortum humanum genus, per omnes orbis terrarum oras, ex Babylonia ubi ſedes primùm fixerat, latè ſparſum eſt.

tranſiere: aut navibus in oram Syriæ Palæſtinæ maritimam delati ſunt, quod verius videtur. Cùm enim maritimum tractum inſederint, credibile eſt eos maris peritos fuiſſe. Sed hac de re iterum ad ſequentem vocem.

Chaphthorim] כפתרים. Chaldæi lutt. *Cappadociam*, quod alii ſequuti, propter ſolam, ut videtur, adfinitatem ſoni ſyllabarum *Chaphtho*, & *Cappado*; quod ingenioſiſſimus *Bochartus* confirmavit, novo argumento. Ut *Chaſluchim*, interpretatus eſt *Colchos*; ita *Chaphthorim*, quos vicinos Chaſluchæis fuiſſe, ut dicemus, conſtat, conjecit eſſe incolas ejus Cappadociæ partis, quæ Colchis proxima eſt, circa Trapezuntem, ubi *Side* & *Sidene*, quia Græcè *σίδη* idem eſt ac Hebraïce כפתור *Chaphthor*, hoc eſt, *malum granatum*. Nos cùm Chaſluchæos Africæ reddiderimus, regionem quoque Caphthor in ea etiam quæramus neceſſe eſt. Philiſthæi, qui hîc dicuntur ex Chaſluchæis oriundi, vocantur Jeremiæ XLVII, 4. *reliquiæ inſulæ Chaphthor*, & apud Hamoſum Cap. IX, 7. ita loquitur Deus: *An non Iſraëlitas deduxi ex terra Ægypti, & Philiſthæos ex Chaphthor?* Unde colligere eſt Philiſthæos ex Chaſluchæis originem ducentes, à Chaphthoræis in captivitatem abductos, à qua liberati littora Syriæ Palæſtinæ occuparunt; & ſimul hos populos fuiſſe finitimos, aut non multùm remotos, quandoquidem Chaſluchæorum partem captivam abduxerant Chaphthoræi. Vide & Deut. II, 23. Itaque hos exiſtimarim majoris Syrtis accolas fuiſſe, eúmque tractum dictum כף־תור *chaph-thor*, quaſi *littus circuli*, ſeu circulare. Chaldæi littus vocant כף & כיף *cheph*, à radicibus כפף *chaphaph* & כוף *chouph*, quæ idem ſonant, & *curvare* ſignificant, quia plerumque littus eſt incurvum. Altera vox תור *thour* aut *thor*, non ſecus ac טור *tour*, *orbem* aut *circulum* interdum ſignificat, & à Lexicographis confertur cum voce Gallica *tour*, hoc eſt, ambitus. Littus autem, quod Syrtim majorem ambit, plusquàm dimidiam partem circuli deſcribit, ut tabulas Ptolemæi inſpicientibus liquebit. *Strabo* Lib. II. τῆς δὲ μεγάλης Σύρτεώς φησιν Ἐρατοσθένης κύκλον εἶναι πεντακισχιλίων, τὸ δὲ βάθος χιλίων ὀκτακοσίων, *magnæ Syrtis ait Eratoſthenes ambitum eſſe quinque millium ſtadiorum, profunditatem mille octingentorum.* Vid. & *Pomponium Melam* Lib. I. Cap. 7. & *Plinium* Hiſt. Nat. Lib. V. Cap. 4. Obſcurum eſt vocis *Chaphthor* veſtigium, in nomine *Gaphara*, ut ſcribit *Plinius*, aut *Graphana*, ut habet *Scylax*, quod urbis inter minorem & majorem Syrtim ſitæ fuit; quid enim vetat nos credere malè prolatum fuiſſe pro *Chaphathra*, quod ad *Chaphthor* multò magis accedit?

Videtur etiam, *malum Punicum* ab Hebræis כפתור *chaphthor* dici, eò quòd ex illa Africæ regione *Chaphthor* primùm allatum in Aſiam fuiſſet: quemadmodum *Punicum* à Romanis dictum, quòd ex regione *Pœnorum* in Italiam eſſet advectum. *Plinius* Lib. XIII. Nat. Hiſt. Cap. 19. Africa *circa Carthaginem punicum malum cognomine ſibi vindicat.* Neque hoc leve eſt conjecturæ noſtræ, de Chaphthoræorum populorum ſedibus, firmamentum. Sanè ut ægrè capimus Philiſthæos ex Cappadocia in Syriam veniſſe, ubi ſedes habuerunt: ita difficulter ex Africa in Cappadociam dimittimus Chaphthoræos; & omnia meliùs cohærent, ſi ejuſdem proſapiæ homines, quantùm per Hiſtoriam licet, in finitimis regionibus collocemus. Si conſtaret id nomen, quo Itali & Galli illud littus etiamnum vocant, *Golfo di Sidra*, vetus eſſe, res planè confecta eſſet, nam סדרה *Sidra*, apud Arabas, eſt *malum punicum*. Vetus nomen eſſe ſuadet quod Veteres circa hæc loca *Lotophagos* collocent, Loti autem ſpecies Arabibus סדרה *ſidraton* dicatur.

Ceterùm אי כפתור *inſula Chaphthor*, apud Jeremiam Cap. XLVII, 4. videtur unam ex tribus inſulis, quæ in Syrti majore deſcribuntur, deſignare. Si vera eſt conjectura noſtra, erit eadem quæ *Sidra* סדרה hodie vocatur, in Syrti majore.

15. *Sidonem primogenitum*] צידן. Hoc eſt, eum qui *Sidonem* urbem condidit, quocumque tandem nomine fuerit. Notiſſima eſt, ex ſacris & profanis Scriptoribus, urbs Sidon, Phœnices ante Tyrum metropolis. Plurima de ea congeſſit *Sam. Bochartus*, *Geographiæ Sacræ* Part. I. Lib. IV. Cap. 25. Is meritò verum eſſe cenſet, quod ſcribit *Trogus Pompeius* à *piſcium ubertate* appellatam Sidonem, nam *Said* (Heb. צד *tſajid*) hodiéque dicitur Sidon, & plurimi ex Veteribus ad mare piſcoſiſſimum ſitam fuiſſe teſtantur. Vide & *Joan Marſhamum* in Ægypt. Canone ad Sec. XI. p. 290. Ed. Londin.

Chethum] Heb. חת *Hheth*. Hic pater fuit *Chitthæorum*, quorum, ut rectè obſervavit *Sam. Bochartus Phalegi* Lib. IV. Cap. 36. quem in hiſce nominibus plurimùm ſequimur, ſedes fuere ad Auſtrum Judææ, circa *Chebronem* & *Berſabeam*. Vide Num. XIII, 30. Nomen hoc deductum videtur à radice חתת *terruit*, quòd hæc familia, bellicoſior reliquis, vicinis terrori eſſet. Chitthæi erant *Arba*, & *filii Hanakl* ejus poſteri, ut liquet ex Joſuæ XV, 13, 14. & Num. XIII, 23. Videntur mercede vicinis militaſſe, certè ſuſpicati Syri Hhitthæos adverſùs ſe conductos à Rege Iſraëlis, Samariæ obſidionem ſolverunt, 2 Reg. VII, 6.

16. *Jebuſæum*] Heb. היבוסי *hajjebuſi*. Hi *Jebus*, quæ & *Jeroſolima*, tenuerunt, invitis Hebræis, ad tempora uſque Davidis. Vide Joſ. XV, 63. Jud. I, 21. XIX, 10. 2 Sam. V, 9.

Emoræum] Heb. האמרי *haemori*, quod LXX. & Vulg. *Amorrhæum* efferunt. Hæc gens partem montium Judææ occuparat, Num. XIII, 30. Sed haud pauci ex ea Jordanem transgreſſi, agros Moabitarum & Hammonitarum, inter fluvios *Jabbokum* & *Arnonem*, invaſerant, Num. XXI, 26. Joſuæ V, 1. Hos fuiſſe ὑπερβολικῶς ait Hamos proceritate cedris, robore quercubus pares. Cap. II, 9.

Girgaſæum] Horum reliquias, tempore Chriſti, circa *Gadara*, trans Jordanem, ſedes habuiſſe docet nos Matthæus Cap. VIII, 28. Marcus &

Lucas, in ejuſdem hiſtoriæ narratione, habent aut idem, aut, variant enim Codd. Γεργεσηνὸς vel Γεργασηνὸς.

17. *Chivæum*] Hebr. החוי *Habbivvi*. Hi, ut docet Scriptor Libri Judicum Cap. III, 3. *incolebant montem Libanum, à monte Bahal Hhermon, ad ingreſſum Hhamathæ.*

Harkæum] Hebr. הערקי *habarki*. Hos tenuiſſe *Arcam* urbem in Libano ſitam, cujus meminere & *Ptolemæus* & *Joſephus* ex *Menandro*, cenſet *Sam. Bochartus*. In ea fuiſſe fanum Veneris *Architidis*, à Phœnicibus cultæ, ut auctor eſt *Macrobius* Saturn. Lib. I. Cap. 27. idem ſuſpicatur.

Sinæum] Non procul ab *Arca* fuiſſe *Sin* urbem, *Sinæorum* metropolin, cujus rudera vetus nomen retinuerant, ſcribit *Hieronymus*, in Quæſt. Hebr. in Geneſin. Huc potius pertinet Σιννᾶν, locus in monte Libano munitiſſimus, cujus meminit *Strabo* Lib. XVI. p. 755. ut obſervavit *Joan. Marshamus.*

18. *Arvadæum*] Si hi ſunt, ut videntur omnino, iidem ac *Aradii*, *Aradi* inſulæ ad oſtia Eleutheri fluminis, incolæ fuere; de quibus plura collegit *Sam. Bochartus*, quæ huc non transferemus.

Tſemaræum.] Hos paraphraſes *Jonathanis & Jeroſolimitana* חמצאי *Emeſenos* interpretantur. Ita & *Hieronymus* : *Samaræi quibus Emeſa* (ita legendum cum *Bocharto*, non *Edeſſa*) *nobilis Syriæ Cœles civitas.* Potuit, judice viro doctiſſimo, Tſemaræos habere conditores & *Semarajim* urbs in Tribu Benjamin, cujus meminit *Joſephus* Antiq. Lib. XIX, 6. & XX, 5. item *Bell. Jud.* Lib. VII, 27. Fuit quoque, cujus nomen huic adfine eſt, Simyra urbs in littore Phœnices, prope Orthoſiam; & *Euſebius* Orthoſitarum originem ex Samaræis arceſſit: Σαμαραῖος, ἐξ οὗ Ὀρθωσιᾶται.

Chamathæum] Heb. החמתי *habhamathi*. Paraphraſtæ Chaldæi *Jonathan* & *Jeroſolimitanus*, quas alii plurimi ſequuntur, *Antiochiam* voce חמת deſignari cenſent. Sed cùm Num. XIII, 22. & XXXIV, 8. & alibi ſæpe ſeptemtrionales fines terræ Judææ eò uſque porrigantur, nec quiſquam Geographiæ Sacræ peritus Antiochiam uſque Judæam ampliandam cenſeat, voce חמת hoc in loco aliam urbem ſignificari neceſſe eſt. *Joſephus* Ant. Lib. I. Cap. 7. eam urbem quæ *Epiphania* à Græcis dicta eſt, & Antiochiæ ad auſtrum fuit, ſignari cenſet. Eum ſequitur *Hieronymus* in *Quæſt. in Geneſ. De locis Hebr. Comment. in Eſai.* Cap. X. & *Zach.* Cap. IX. Non negat tamen *Antiochiam* etiam *Hhamath* dictam, ſed & alteram ejuſdem nominis fuiſſe ſtatuit, nimirum, quæ *Epiphania* à Macedonibus vocata eſt. *Comment. in Hamos.* Cap. III.

Ex quibus poſtea, &c.] Heb. & *poſtea ſparſæ ſunt familiæ Chananæi.* Vid. not. ad Cap. VIII, 19.

19. *Quà itur*] Heb. באכה *boacha*, *dum is.* Hoc eſt, quidquid inter Sidonem & Gerarem terrarum jacet. Videtur ſeptemtrionales fines in Sidoniorum agro conſtituere; unde Gazam, ad Auſtrum, eundo, occidentalis Chanahanitidis ora luſtrari poterat.

Gerarem] De hac urbe, infrà ad Cap. XX, 1. dicemus.

Gazam] Non ita hoc intelligendum, quaſi Gaza ipſa ad Chananæos pertinuerit; ſed ita loquitur Moſes, quia ad Gazæorum agrum uſque Chananæorum pertinebat ditio. *Havæi* ante omnes locum, in quo Gaza ſita erat, occupaverant, unde poſteà à *Philiſthæis*, ſeu *Chaphthoræis* expulſi fuerant, ut docet Moſes Deut. II, 23. Utri autem *Gazam* condiderint, non ſatis conſtat. Hebraïca vox עזה efferri poteſt duplici ratione, primùm *Aza* neglectâ adſpiratione τοῦ ע, quo nomine ὀνομάζει, ut ait *Stephanus Byzantius*, καὶ μέχρι νῦν Σύροι Ἄζαν αὐτὴν καλοῦσι & *uſque ad hoc tempus Azam eam vocant Syri.* Attamen LXX. Intt. *Gazam* dixerunt, Græcique & Latini Scriptores, qui de ea loquuti ſunt. Fortè ex Arabibus vocis pronunciationem acceperant, apud quos *Ain* & *Gain* punctulo dumtaxat differunt, & facilè poſſunt confundi. Fortè etiam vett. Hebræi duplicem ſuo ע pronunciationem tribuebant, ut modò ſola adſpiratio eſſet, modò G Latinum ſonaret. Quidquid id eſt, apud Hebræos עזה *haza*, *munitam*, ut rectè obſervavit *Sam. Bochartus* in *Chanahane* Lib. II. Cap. 12. ſonat. Ac ſanè in loco naturâ munito ſitam fuiſſe conſtat ex *Arriano* Lib. II. & *Curtio* Lib. IV. ubi obſidio, quâ eam cepit *Alexander*, narratur.

Quà itur Sodomam] Jam deflectit terminus ab Occidente in Orientem; inde videtur ab Oriente ad Septemtriones circumire. De *Sodoma*, *Gomorrhâ*, *Adama* & *Tſeboïmis*, agemus infra ad Cap. XVIII.

Ad Laſam] Heb. לשע *laſchah*. Variæ de hac urbe Vett. & Recentiorum conjecturæ, apud *Bochartum* Lib. IV. Cap. 37. leguntur. Iis omiſſis, quæ nullo nituntur firmamento, præter conjicientis arbitrium; *Laſam* neceſſe eſt fuiſſe ad ſeptemtrionem quidem Judææ, ad meridiem verò Sidonis; ut ducta illinc in Sidoniorum agrum linea à ſeptemtrione Terram Sanctam clauderet. Itaque non fuit procul ab Antilibano, ut ex inſpectione Ptolemaicarum Tabularum liquebit. Nulla tamen urbs ab eo, aut aliis Geographis, eo in loco ponitur, cujus nomen huic adfine fuerit. Sed mirum non eſt urbis, cujus veſtigia fortè nulla ſupererant, ab antiquiſſimis temporibus, nomen etiam apud Recentiores intercidiſſe.

Ceterùm mira eſt hoc in loco Samaritici Codici varietas, niſi potiùs ſit audacioris Critici emendatio, ut mihi quidem videtur: ויהי גבול הכנעני מנהר מצרים עד הנהר הגדול נהר פרת ועד הים האחרון *Et fuit terminus Chananæi à fluvio Ægypti ad fluvium magnum, fluvium Euphratem, & ad mare ultimum.* Quorum verborum partem poſteriorem ſumſiſſe videtur ex Deut. XI, 24. ubi fines terræ Iſraëlitis conceſſæ ſic deſcribuntur: *à deſerto & Libano* (id eſt, ad Libanum) *à fluvio Euphrate, & ad mare ultimum erit veſter terminus.* Prior pars exſtat Gen. XV, verſ. 18.

12. *Et gentes ſuas*] In noſtro Codice eſt בגויהם *bgojehem*, *in gentes ſuas*, in Samaritico ἀντὶ τοῦ ב præfigitur ל, quod eumdem ſenſum parit, & infra legitur verſ. 31.

21. *Nata eſt ſoboles*] Heb. unâ voce, ילד *jullad*, *natum eſt*, nempe, *ſemen* aut ſimile quid.

Imò pater fuit] Heb. גם הוא אבי *gam hou*, *imò ille pater* &c. Hæc eſt emphaſis conjunctionis גם *gam*, ante hoc & alia pronomina. Vide Geneſ. IV, 4, 26. XXVII, 31. Hac tranſitione

uti-

utitur Moſes ſobolem Semi, in ultimum locum rejectam, recenſiturus, ut Lectores doceat non minùs numeroſam fuiſſe ei progeniem, quàm fratribus.

Omnium qui trans fluvium degunt] Duplex eſt, de ſenſu verborum Moſis, hoc in loco ſententia. Ea ita ſe habent, כל בני עבר *omnium filiorum* Heber, quod poteſt eſſe nomen proprium; aut præpoſitio *trans*, ut Hebraïcâ phraſi υἱοὶ τοῦ πέραν dicantur, qui trans Euphratem degebant. Qui volunt nomen hîc eſſe pronepotis Semi, obſervant nuſquam aliàs Tranſeuphratenſes *filios* τοῦ πέραν, ſed poſteros *Heberi* dici *Heber* Num. XXIV, 4. & gentilitiâ appellatione inde deductâ, Abrahamum Gen. XIV, 13. עברי *hibri* appellari. Sed primùm uterque ille locus in controverſiam trahitur, & oſtendemus non Hebræos, hoc eſt, Judæos, ſed περάτας intelligi. Deinde dubitari nequit quin בן עבר *ben heber* υἱὸς τοῦ πέραν, phraſis Hebraïca ſit, cùm ejuſmodi juncturæ innumera ſint exempla, quæ vel à Lexicographis ſuppeditabuntur. Poſtremò quid frigidius dici poteſt, quàm à proavo omnes pronepotis filios ortos? cùm præſertim non unum filium, neque unum pronepotem habuerit.

Contrà nihil aptius dici à Moſe potuit, ut oſtenderet Semum & numeroſâ ſobole, & amplis ac fertilibus regionibus à Deo fuiſſe donatum; quàm ſi pleroſque (nam vox *omnis* haud raro ita, in ſacris & profanis Scriptoribus, uſurpatur) Tranſeuphratenſes populos, toto Oriente celeberrimos & beatiſſimos, à Semo progenitos ſignificaret. Præ ceteris fluviis, adeò notus fuit Euphrates, ut in V. T. *fluvius*, non raro, κατ' ἐξοχὴν vocetur, & populi qui circa eum ſedes habebant ejus operâ diſtinguantur. Qui in Meſopotamia, aut Babylonia vivebant, Syros & Palæſtinos *viros è trans fluvium* אנשי מעבר הנהר *anſche meheber hannahar* vocabant, ut liquet ex Eſdræ Cap. IV, 10, 11. Vice verſâ Syri & Palæſtini, inter mare mediterraneum & Euphratem vitam agentes, Syros & Babylonios eadem appellatione nuncupabant, ut docemur 2 Sam. X, 16. Mirum ergo videri non poteſt ſi בני עבר *bne heber*; ſubaudiendo הנהר הפרת *fluvium Euphratem*, dicantur Gentes quæ ad Orientem Euphratis conſederant. Quam loquutionem, cùm totidem vocibus vertere Latinè nequiremus, ſervato planè ſenſu, pluribus reddimus. Græci unâ voce περάτας dicerent, quomodo *Niger* Idumææ præſes vocatur, apud *Joſephum* de *Bello Jud.* Lib. II. Cap. 42. quod è Transjordanenſi regione oriundus eſſet.

Fratre Japhetho natu majore] Heb. אחי יפת הגדול ahhi Jepheth haggadol, *frater Japhethi magni*. Ita & LXX. Ἰάφεθ τοῦ μείζονος, & Vulg. *fratre majore*. Vide dicta ad Cap. V, 32. Alii vertendum cenſent, *frater Japhethi natu major*, referendúmque גדול *gadol* ad Semum. Verùm hoc de natalibus intelligi nequit, ut oſtendimus ad locum modò laudatum. Supereſſet ut Semus ultimis patris precibus πρωτοτόκια eſſet conſequutus, quod non conſtat. Ceterùm hic videtur non ſecundus, ſed tertius in hiſce generationibus recenſeri; quia Moſes illico vitam Abrahami, ex Semo oriundi, erat ſubjecturus, miſſis aliis omnibus Noachi, filiorúmque ejus poſteris. Commodior ita eſt narrationis ſeries, quàm ſi, omiſſo Semo, ad eum fuiſſet redeundum.

Si alias Tranſlationes inſpicias, atque ex iis de hoc loco judices, non poterit non videri hæc additio: *frater Japhethi natu majoris*, planè extra rem, atque inutilis. Quis enim, ſuperioribus lectis, ſibi in memoriam hîc revocari, Semum & Japhethum fratres fuiſſe, opus habet? Annon ſatis hoc dictum fuerat? Quare non etiam & Hhami dicitur frater, ſi res tam ſæpe repetita coram oculis Lectoris hîc reponenda fuit? Certè nihil ſani potuere hanc in rem comminiſci Interpretes, & plerique quid ſibi de hoc loco videretur non dixerunt. Nonnulli pios fuiſſe Semum & Japhethum, impium Chamum; adeóque maledictam hujus prolem, cùm fratribus bene precaretur Noachus; atque ut fuere, in precibus paternis juncti: ita quoque hîc à Moſe conjungi eos voluit. At non deſiit propterea frater eorum eſſe Hhamus, nec à recenſione genealogica, quidquam potuit alienius eſſe ejuſmodi obſervatione; ne jam eam obſcurè nimiùm exprimi dicam. Igitur multò ſatius eſt hîc ſubaudire עם *him* vel את eth, *cum*, niſi à Librariis omiſſam eſſe malimus; ut ex Semo & Japheto plerique populi, qui trans Euphratem ſedes habebant, orti eſſe à Moſe hoc in commate dicantur. Cui obſervationi opportunior locus eſſe non poterat hoc, in quo gentes ex Semo prognatæ enumerantur. Præpoſitionis *cum* Ellipſis plurima ex tota Scriptura exempla collegit *Ch. Noldius*, *num.* 22. ad vocem עם. Sic 2 Reg. XXV, 10. *Omnes copiæ Chaldæorum* רב טבחים rab tabahhim (*cum*) *præfecto militum*. Hamos V, 3. *Urbs prodiens mille* (hoc eſt, *cum mille* armatis) *reliquos faciet centum*, & *prodiens centum* (*cum centum* armatis) *reliquos faciet decem domui Iſraëlis*. Zachar. II, 7. *Habitans* בת בבל *bath babel*, hoc eſt, עם בת בבל *cum filia Babelis*. Poſſet etiam ſubintelligi *Vau* ו & verti; *imò fuit pater omnium transfluvianorum*, & *frater Japhethus natu major*. Nihil eſt autem frequentius omiſſione hujus Conjunctionis. Vide *Noldianas Concordantias*, *num.* 75.

22. *Helam*] Heb. עילם. Hi *Sam. Bocharto* Phalegi Lib. II. Cap. 2. meritò videntur eſſe *Elymæi*, regionem inter Suſianam & Mediam tenentes. Hinc *Helam* & *Madai*, ſeu Elymæi & Medi in Scriptura ſæpe conjunguntur. Vide Eſai. XXI, 2. Jerem. XXV, 25. Act. II, 9. Interdum diſtinguuntur à Suſiis ut Eſdr. IV, 9. ubi inter Gentes, ex quibus coloniæ in Samariam deductæ ſunt, memorantur diſtinctè *Suſancæi* & *Elymæi*. Interdum ita confunduntur, ut *Suſan* Suſiorum Metropolis dicatur fuiſſe in Elymaïde, ut Dan. VII, 2. Videtur nomen עילם nunc propriè dictam Elymaïdem, nunc aliquot cum ea provincias complexum eſſe; qua de re, ut & ceteris quæ huc pertinent, legendus vir doctiſſimus, quem ad hoc Caput ſæpiùs laudavimus.

Aſſur] Veteres Græci, teſte *Euſtathio* ad Dionyſii verſ. 772. ἀπὸ εὐθείας ὁ Ἄσσυρ *à nominativo Aſſyr* fecerunt *Aſſyres*, qui iidem ac *Aſſyrii*, qui regionem incolebant circa Ninum, quæ poſtea *Adiabene* dicta, quamquam eorum nomen latiùs patuit, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Lib. II. Cap. 3. & Lib. IV. Cap. 12. Ceterùm dubium eſt priúſne regionis, an viri nomen hoc fuerit; tum ſi nomen fuit viri, an id regioni indiderit, an verò ex beata regione ipſe duxerit; nam אשר *beatum* ſignificat, & ſi *Joſepho* credimus Antiq.

Lib. I. Cap. 6. Aſſyrii *μάλιστα εὐδαιμόνησαν*, *maximè omnium felices fuerunt*, ac ſanè beatiſſimum eorum ſolum fuiſſe diſcimus vel ex 2 Reg. VIII, 32.

Arphachſad] Hujus nominis veſtigium fuiſſe in *Arrapachitide*, parte Aſſyriæ, cujus meminit *Ptolemæus*, rectè videtur obſervaſſe *Bochartus* Lib. II. Cap. 4.

Lud] *Ludim* Ægyptiorum colonos Æthiopas fuiſſe, ex viro ſummo, oſtendimus ad comma 13. at hîc *Lydos*, Aſiæ minoris populos, poſt Veterum pleroſque, reſpici exiſtimat, itáque ob flexuoſum *Mæandri* amnis decurſum dictos fuiſſe contendit; nam ut Hebræis לוז *louz*: ita Phœnicibus לוד loud, *flexuoſum eſſe* ſonare, non ſecus ac Arabibus, potuit. Ut originem nominis haud invitus admiſerim: ita ægrè Lydi, Semi filii, poſteros in Aſia minore quærendos cenſeam; cùm, ut antea vidimus, ab eadem ſtirpe oriundi alii ab aliis procul adeò recedere non ſolerent. Exiſtimarim ergo potiùs accolas Euphratis intelligi, inter Singam & Saocoram amnes, quà maximè Mæandrum imitatur.

Aram] Plures ſunt & viri & regiones, quibus hoc nomen in Scriptura adtribuitur. Si hoc in loco non ſit regionis nomen, ita filius Semi indigitatus fuerit. Præterea Geneſ. XXII, 22. mentio fit *Arami* Nachoris ex Camuele nepotis. Sed ante hujus tempora, Aramæa ita vocitabatur, & colonis inſtructa erat, unde *Aramæi* dicuntur Bathuel & Laban Geneſ. XXV, 20. & Jacobus ipſe indidem oriundus Deut. XXVI, 5. Fuit porrò *Aram Naharajim*, ſeu duorum fluviorum, hoc eſt, Meſopotamia; *Phaddan Aram* aut *Sede Aram*, Syria *agrorum*, aut culta, nam fuit & deſerta; *Aram Soba*, quæ limitem Orientalem habuit Euphratem, Occidentalem Damaſcenorum agrum; *Aram Dammeſchek*, hoc eſt, Syria Damaſcena, inter Libanum & Antilibanum; *Aram Mahacha*, urbs & ager trans Jordanem, quæ ad Manaſſis Tribum pertinuit; denique *Aram-beth-rehhob*, in aquilonari limite Chanahanitidis, non procul ab Hhamath, ſeu Epiphania. Hæc omnia fusè expoſuit *Sam. Bochartus* Lib. II. Cap. 5 & 6. An hæ autem omnes provinciæ nomen duxerint ab Aramo Semi filio, primóſque habuerint colonos ex oriundos, non ſatis conſtat.

23. *Huts*] Heb. עוץ. Vir ſuit hoc nomine, inter Edomi poſteros, Gen. XXXVI, 28. unde Idumæa *Terra Huts* Thren. IV, 21. dicitur. Huic locum hîc non eſſe nemo dubitarit; ſed cùm Damaſcena dicatur Arabibus עוט *gaut*, & Veteres tradant Damaſcum ab Arami primogenito conditam, ſunt qui exiſtimant hunc ſignificari hoc in loco; aliis cenſentibus hîc reſpici conditorem terræ *Huts*, cujus meminit Jobus I, 1. & quæ *Auſitis* dicitur, in Græca Tranſlatione, fuitque in Arabia deſerta, non procul à Chaldæa. *Sam. Bochartus* ejuſdem Libri Capite VIII. Damaſci conditorem appellari hîc judicat; at non ſatis mihi liquere fateor.

Chul] Heb. חול *hhoul*. Idem exiſtimat ab hoc nomen duxiſſe *Cholobotenen* Armeniæ tractum, quaſi חול בית *Hhoul-bajith*, *domus Hhouli*, tranſpoſitis vocibus. *Phal.* Lib. II. Cap. 9.

Gether] גתר. Hujus nominis ne veſtigium quidem reperire potuit *Bochartus*, quem vide Cap. X. Fortè huc facit *Carthara* urbs ad Tigrin, inter Lyci & Capri confluentes, ſita. G in C mutari nemo mirabitur, nec rara eſt inſertio literæ R poſt ſecundam radicalem, quod multis exemplis demonſtravit *Bochartus Chanahan.* Lib. I. Cap. 31. & II, 4. Itaque *Chartara* dici pro *Gethara* nemini abſurdum videri poteſt.

Mas] מש. Hic vocatur etiam *Meſech* 1 Par. I, 17. A nomine *Mas* videtur omnino, ut rectè à viro ſummo obſervatum, *Maſius* mons appellationem traxiſſe, ut à *Meſech* fluvius *Μασκᾶ*, ut *Xenophonti* vocatur, qui aliis Saocoras. Vide *Phaleg.* Lib. II. Cap. 11.

24. *Selach*] שלח. Cùm Veteres hunc Suſianorum conditorem fuiſſe contendant, iis calculum ſuum haud ægrè adjicit *Bochartus*, quòd una ex præcipuis urbibus Suſianæ *Sela* vocetur ab *Ammiano Marcell.* Lib. XXIII. & *Ptolemæo.*

Heberum] עבר. Ab hoc Recentiores plurimi dictos *Hebræos* cenſent, qua de re agemus ad Cap. XIV, 13.

25. *Phelego*] פלג *Pheleg*, aut *Phaleg*, prout hanc vocem efferunt LXX. Intt. dictúſne ita fuerit paullò poſtquàm natus erat, ob eventum, qui circa ejus natales contigerat; an ſeriùs, quòd in humani generis diviſione memorabile quidpiam fecerit, non ſatis liquet, quamquam prius vulgo Interpretum indubitatum habetur.

Diviſa eſt terra] Hoc eſt, familiis in varias oras ſparſis terræ ſunt occupatæ, qua de re ad Caput ſequens.

Joktani] A Septuaginta Intt. & Vulg. *Jektan* dicitur, ab Arabibus præterea קחטאן *kahhthan.* Hi Joktanem plerorumque Arabum, ex iis qui felicis Arabiæ intima occupavere, conditorem, & linguæ Arabicæ inventorem ſtatuunt; quod quare rejiciatur cùm nulla ratio ſit, multæ verum eſſe ſuadent, quæ apud *Sam. Bochartum Phal.* Lib. II. Cap. 20. legi poterunt. Utriuſque nominis, quo appellatum hunc Heberi filium diximus, veſtigia in Arabia fuere; cùm *Ptolemæus* populorum quos *Catanitas* vocat meminerit, ſitque etiamnum in agro Mechenſi *Baiſath Jektan* בישת-יקטאן oppidum populoſum, ædium elegantiâ, amœnitatéque tractûs & fontibus nobile.

26. *Almodadum*] אלמודד. Hunc patrem fuiſſe *Allumæotarum*, qui mediam Arabiam Felicem, ad fontes fluvii Laris, tenebant, conjectat *Bochartus* Lib. II. Cap. 16.

Selephum] שלף. Idem hunc ſtatuit conditorem *Salapenorum*, qui à reliquis remotiores penè uſque ad Arabiæ *αὐχένα* receſſerunt, non procul à fonte Betii amnis.

Chatſarmavethum] Heb. חצרמות *Hhatſarmaveth.* Arabes hanc vocem *Hhadramauth* efferunt, Græci variè depravant, propter difficultatem pronunciationis. Hinc apud horum Geographos, regio hæc Arabiæ *Adramytha*, *Chatramis*, & *Chatramitis*, incolæ *Athramotitæ*, *Chatramotitæ*, *Chatramotæ* & *Adramitæ* dicti ſunt. Regio eſt myrrhæ & thuris ferax, quibus etiam apud exteros celeberrima facta eſt. Apud *Ptolemæum*, à Climace monte ad Sachalitas pertingit. Metropolis *Sabota* Plinio, *Sabbatho* Arriano, *Saubata* Ptolemæo, שבאם *Sebam* Nubienſi Geographo. Idem Clim. I. p. 6. in terra *Hhadramauth* urbem eſſe regioni cognominem obſervat. Cùm autem חצרמות Hebræis ſit *atrium*, Arabibus *regio mortis*, id nominis fruſtra ei tractui impoſitum non fuiſſe, qui eſt inſaluberrimus,

Digitized by Google

mus, oſtendit *Sam. Bochartus.* Lib. II. Cap. 17.

Jarachum] Cùm ירח *jareahh*, *lunam* apud Hebræos ſonet, rectè conjeciſſe videtur idem vir ſummus Cap. 18. ejuſdem libri, eos ſignificari populos, quorum reliquiæ etiamnum hodie in Arabia בני הלאל *bne hilal*, *filii Lunæ* dicuntur, à Veteribus Ἀλιλαῖοι vocati. Eodem referri *ἱεράκων νῆσον*, cujus meminit Ptolemæus, non immeritò cenſet.

27. *Hadoramum*] Haud abſurdè hos *Sam. Bochartus* Lib. II. Cap. 20. putat eoſdem fuiſſe ac *Drimatos* Plinii, ad fretum ſinûs Perſici. Indidem ortum eſſe cenſet nomen promontorii regionis λεανοφόρυ, quod *Corodamum* vocabatur, trajectione litterarum pro Codoramo, mutato etiam, pro more earum gentium, *He* in *Chi* vel *Kappa*.

Uzalem] אוזל. Cùm Judæi Arabes etiamnum hodie vocent *Uzal* urbem eximiam in *Aljeman*, hoc eſt, in Arabia felice, quæ urbs ab Arabibus dicitur צנעא *Tſanaa*, exiſtimavit *Sam. Bochartus* Lib. I. Cap. 21. hoc eſſe vetus urbis nomen. אוזל autem Arabibus non poteſt aliter efferri, quàm *Auzal*; unde Græci, liquidis mutatis, fecerunt *Anzara*., unde *myrrha Anzaritis*, apud *Plinium Hiſt. Nat.* Lib. XII. Cap. 16.

Diklam] Syris דקלא *dikla* eſt *Palma*, aut *Palmetum* quod fuit, éſtque etiamnum hodie, in felicis Arabiæ aditu, maximum. Attamen cùm hæc Arabiæ loca à poſteris Chuſi tenerentur, vir ſummus *Phaleg.* Lib. II. Cap. 22. mavult hujus viri aut poſteros, aut ſedes in Auſtrali Arabiæ tractu, ubi Jektanidarum agri fuere, quærere; quibus in locis *Minæos*, Hebræis, ut putat, מעונים *mhounim*, invenit, quorum regio palmis fertiliſſima fuit, quod oſtendit *Geographi Arabis* auctoritate.

28. *Hobalem*] Vox Heb. עבל *obal* ab Arabibus efferretur *Aubal*, ſolent enim mutare O Hebraïcum in AU. Fortè & ſcripſerunt יאבל *Abal*, ſic enim & Hebraïcum O in A interdum mutant. Hoc cùm ita ſit, non difficile eſt veſtigium nominis *Obal* invenire in *Abalite*, vel *Avalite* ſinu in Africa, è regione Arabiæ, extra Erythræi maris fauces, ubi *Avalites* fuit emporium, de qua re fusè *Sam. Bochartus* Lib. II. Cap. 22.

Abimaëlem] Heb. אבי·מאל *Abimal*, nam ſic cum Paraphraſtis Arabibus poteſt vox efferri, eſt *pater Mali*, ſive *Malitarum*, apud quos Aromata in Arabia proveniſſe auctor eſt *Theophraſtus*. Hos *Manitas* vocatos à Ptolemæo cenſebat *Bochartus*, cujus legendum, hanc in rem, Cap. 24. Lib. II.

Sebam] De hujus vocis homonymia diximus ad comma 7. Etiam cùm agitur de Arabibus Sabæis, duplici ſignificatione intelligitur, nunc enim totam aromatiferam Arabiam, nunc partem dumtaxat ejus ſignat, ut oſtendit vir maximus, *Phalegi* Lib. II. Capp. 18 & 26. Horum ſedes fuere inter *Minæos* & *Catabanes*, ad mare Erythræum. Hinc profecta Regina Sabæ, quæ Salomonem inviſit, ut oſtendit vir doctiſſimus, qui & multa alia huc pertinentia plenis calathis congeſſit.

29. *Ophirem*] Apud Arabas, prout idem obſervavit Cap. XXVII. ejuſdem libri, ואפר waphir *divitem* ſonat, cujus comparativus & ſuperlativus אופר *auphar*, paullò magis ad Heb. אופיר *ophir*, accedit. Ac ſanè indubitatum eſt, ditiſſimas fuiſſe regiones hoc nomine ſignatas. Duæ autem fuere, una in India, ad quam ſingulis trienniis Salomonis claſſis ivit 1 Reg. IX, 26. X, 11, 22. altera verò non ita remota, in Arabia quippe apud *Caſſanitas*, quorum nomen غني & חסן *hhaſan*, theſauros condere, ut multis oſtendit *Bochartus*.

Chavilam] Heb. חוילה *hhavilah*. Fuere hoc nomine populi Arabiæ petrææ Chuſo oriundi, de quibus diximus ad comma 7. Horum verò ſedes in felice Arabia fuit, regio quæ hodiéque ab Arabibus חולאן *Ilhaulan* dicitur, & Sabææ vicina eſt. Vid. *Sam. Bochartum* Lib. II. Cap. 28.

Jobabum] Arabibus יבאב *jebab* eſt *deſertum*, qualis eſt ora ad Sachalitem ſinum, quam tenuerunt, ut prodidit Ptolemæus, *Jobaritæ*, pro quo legendum *Jobabitæ*, mutato P in B, ut rectè videtur ſentire vir doctiſſimus, Cap. XXIX. Lib. II.

30. *Sedes*] Hebr. מושבם *moſchabam*, quod à radice ישב, *ſedes* & *habitavit*: ut vocis Latinæ *ſedeo* ei homonymia ad amuſſim reſpondeat.

A Meſa] Quàm rectè à *Sam. Bocharto* Jektanidibus adſignatæ ſint ſedes, hinc etiam conſtat. Vix enim dubitari poteſt quin *Meſa* ſit *Maſa*, vel *Muza* ſinûs Arabici celeberrimus portus, quem petebant *thuris*, *odorúmque Arabicorum mercatores*, ut loquitur *Plinius Hiſt. Nat.* Lib. VI. Cap. 23. Vide ſummum virum *Phalegi* Lib. II. Cap. 30.

Quà itur Sepharam montem Orientis] Muſâ ad Orientem profecti rectà tendebant ad Sapharitas, à quibus Thus & Myrrham comparârent; quod Veterum teſtimoniis oſtendit, loco laudato, vir eruditiſſimus. Neque enim ad Orientem Judææ, ſed Muzæ eſt longa montium catena, quam Græci Κλίματα vocant, Moſes *Saphar* à Metropoleωs nomine. Conſulendæ dumtaxat *Ptolemæi* tabulæ.

X. Con-

X. Conſilium, de Metropoli humano generi condenda, irritum à Deô factum. Hominum per omnes terras diſperſio, Semique ad Abramum uſque poſteri. Therachus Abrami pater, cum ſuis, Ure Chaldææ urbe profectus Charanem pervenit.

CAPUT XI. 1. CUm univerſa terra linguæ unius, eorumdémque verborum eſſet, 2. profecti *homines* ab Oriente, vallem invenerunt in terra Sinhar, eóque in loco conſederunt. 3. Tum alter alteri: agite, inquiunt, faciamus lateres, eóſque excoquamus ad *idoneam* coctionem. Fuit *is* later illis in lapidem, & bitumen in

PARAPHRASIS.

1. ANTEQUAM homines, ad quærendes ſedes, per terras dividerentur, non modò lingua una, ſed una etiam omnibus veluti reſpublica, concorſque animus fuit. 2. Itaque ex Aſſyria, quò ex Armenia venerant, ſimul profecti alium ſedibus figendis locum quærere ſtatuerunt; atque ab Oriente in Occidentem itinere inſtituto, cùm in Babyloniam perveniſſent, amœnitate & commoditate loci capti ulteriùs ſibi eundum eſſe non duxerunt. 3. 4. Eo in tractu cùm aliquamdiu tetendiſſent, animadverterunt argilloſum eſſe ſolum, ingentique bituminis copiâ abundare; quibus rebus factum eſt, ut condendæ illic urbis conſilium inirent, cùm lateres ex argilla cocti lapidum loco, bitumen verò terræ miſtum calcis inſtar eſſe poſſet. Conſilio inito, manum operi admovent, turrímque in urbe, quàm altiſſimam poſſent, excitare unà incipiunt; & quidem eo animo, ut ea urbs humani generis & eſſet & diceretur Metropolis, atque in ea caput rerum, & ſumma imperii perpetuò manerent; ne in varias reſpublicas ſciſſi homines, huc illuc, ſine communi conſenſu, ſpargerentur.

5. At

COMMENTARIUS

In CAPUT XI.

1. CUm *univerſa terra*] *Et erat univerſa*, &c. *Terra* pro hominibus hic manifeſtò ſumitur, cùm antecedente commate ipſam Tellurem ſignet. Sic ſolent Hebræi. Vid. not. ad Cap. III, 1.

Linguæ unius.] *Labii.* Notum eſt *labium* ſignificare hîc & in ſequentibus *ſermonem*, quòd labia non minoris ſint ad loquendum uſui, quàm lingua. Vide & Eſai. XIX, 18. Erat certè una, tunc temporis, totius humani generis Lingua, ſed an illa ὁμοφωνία hîc potiſſimum ſpectetur non ita liquet. Fortè hæc verba homines concordes egiſſe ante omnia ſignificant, quia ad unam civitatem condendam, haud paullò magis neceſſaria eſt concordia, quàm ſermonis ſimilitudo; nec Hebraïcæ Linguæ idioma hanc interpretationem reſpuit. Sic ad ſignificandum Chananæorum, in propulſandis bello Iſraëlitis, conſenſum Joſ. IX, 2. *Atque unà convenerant*, ait ſacra Hiſtoria, *ad bellandum cum Joſua & cum Iſraële* ORE UNO פה אחד *phe ebbad.* Conſentientes Pſeudo-prophetæ *ore uno bonum* pollicentur 1 Reg. XXII, verſ. 13. Hinc *labio alicujus loqui* perinde eſt ac conſentire, quod conſtat ex loco Eſaïæ allato: *die illo erunt quinque urbes in Ægypto loquentes labio Chanahan, & jurantes per Jehovam Deum exercituum*, hoc eſt, idem ſentientes cum Hebræis, qui Chanahaanitidem incolebant.

Eorumdémque verborum] *Unum labium & una verba* videntur omnino ὁμονοίαν potiùs quàm ὁμοφωνίαν, ſeu conſenſum animi, non ſermonis, licèt hic quoque inter homines eſſet, ſignificare. *Eadem enim*, vel *una verba* non dicuntur hîc iidem prorſus ſoni, eædémque ſyllabæ, ſed conſentientes voces. Salomo Jarchi *idem conſilium* exponit. Hoc ipſum ſignificatur dictionibus קול אחד *Kol ebbad*, *unâ voce* Exod. XXIV, 3.

2. *Profecti homines*] Heb. *Et fuit cum proficiſcerentur*, aut *profecti eſſent.*

Ab Oriente] Interpretum varias ſententias collegit *Sam. Bochartus* Lib. I. Cap. 7. *Phalegi.* Inter ſe non conſentiunt, quia non ſatis notus eſt locus, in quo antea humanum conſederat genus, quique *Orientis* nomine ſignatur. Armeniæ quidem montes, in quibus hæſit Arca, ad ſeptemtrionem non ad orientem Babyloniæ ſunt. Sed nuſquam dicit Moſes poſt Diluvium, circa eos montes, ad hoc uſque tempus, manſiſſe homines. Credibilius eſt deſcendiſſe eos in calidiores & fertiliores regiones, quæ inter Oceanum & eos montes porrectæ ſunt; nec quidquam obſtat quominus eos exiſtimemus trans Tigrim primùm conſediſſe, unde profecti ad occaſum in Babyloniam ierint. Sic מקדם *mikkedem*, proprio ſenſu ſumetur, contrà quàm faciunt qui non ab *Oriente*, ſed *versùs Orientem* reddunt, ut Gen. XIII, verſ. 11. Notum enim eſt Tigrin ad Ortum Babyloniæ fluere.

In terra Sinhar] De hoc tractu egimus ad Caput X, 10.

3. *Faciamus lateres*] In Babylonico agro ingens fuit *luti* ad conficiendos lateres apti copia, quod conſtat ex Veteribus, qui de Babylonis muris ſcripſerunt, & qui omnes eos lateritios fuiſſe produnt. Vid. *Sam. Bochartum* Lib. I. Cap. 11.

Excoquamus ad idoneam coctionem] Heb. נשרפה לשרפה niſchrephah liſchrephah *uramus ad uſtionem.* At Latinè dicimus potiùs *coquere lateres*, quàm urere.

Bitumen חמר *bhemar.*] Ita ſumitur Gen. XIV, 10. & Exod. II, 3. Nec dubitare nos ſinit Babylonici agra natura, qui bitumine refertus erat, aut Babylonicorum murorum ſtructura, quin bitu-

Digitized by Google

in cæmentum. 4· Dixerunt enim: agite, condamus nobis urbem, & turrim, faſti-
giúmque ejus ad cœlum *pertingat* ; ac nomen *illic* nobis, ne per univerſas ſparga-
mur terras, faciamus.
5· Sed cùm deſcendiſſet Jehova, urbem & turrim, quas exſtruebant filii homi-
num, viſurus; 6· en, inquit, populus unus ſunt, omnibúſque una eſt lingua ;
hoc eſt ejus quod agunt initium, neque quidquam eorum quæ facere ſtatuerunt jam
irritum fieret. 7· Agite *ergo*, deſcendamus, confundamus eo in loco eorum lin-
guam, ut ne aliorum alii linguam intelligant. 8· Illinc per univerſas terras diſpu-
lit eos Jehova, & condere eam urbem deſierunt. 9· Quam ob rem nomen ei Ba-
bel inditum eſt, quia ibi Jehova linguam totius terræ confudit, atque illinc eos per
omnes terras disjecit.

10· Hæ

5· At Deus, cui id cœptum multis & gravibus de cauſis diſplicebat, cùm videret 6· opus communi conſilio inchoatum ab uno populo, eadémque lingua utente ; id, niſi ipſe obſtaret, à concordibus, cùm præſertim maxima operis eſſent, ut tunc res erant, initia, perfectum iri, & quæ ſimilia adgrederentur, judicavit. 7· 8· Itaque eò deſcendere juſſit Angelos, qui hominum conſilia turbarunt, & diſcordiâ iis immiſſâ, familias abjecto communis patriæ condendæ conſilio, à ſe invicem divulſas in varias orbis terrarum oras disjecerunt ; ut linguâ priſtinâ paullatim corruptâ, moribuſque diverſis, pro regionum vario ſitu, variiſque hominum ingeniis, ſubeuntibus, numquam omnes unà in medium conſulere poſſent, neque quidquam communibus viribus inceptare. 9· Propterea Babel, hoc eſt, *confuſio*, is locus à poſteris vocatus, ubi poſtea regnavit Nimrodus, ut ante dictum eſt. Illinc homines, in diverſas cœli plagas itineribus converſis, varia ſedibus figendis loca cepere.

10· Nunc

bitumine loco calcis uti potuerint. Qui hæc ignorant, quæ plurimorum veterum Scriptorum auctoritas extra dubitationis aleam ponit, legant neceſſe eſt caput *Sam. Bocharti*, quod modò laudavimus.

4. *Faſtigiúmque ejus ad cœlum*] Hoc eſt, ſit altiſſima ; neque enim exiſtimandum eſt uſque adeò inſaniiſſe homines, ut cœlum ſcandere ſe poſſe crediderint ; quamquam hæc phraſis fabulis fortè occaſionem dedit, quibus priſci homines aut Gigantes cœleſtia regna adfectaſſe ferebantur ; qua de re legendus *Sam. Bochartus* Lib. I. Cap. 13. *Phalegi*. Uſitata hæc fuit Linguis Orientalibus hyperbole, ad altam ſtructuram ſignandam. Exploratores à Moſe in Chanahanitidem miſſi ſe vidiſſe *urbes magnas & munitas ad cœlum* narrabant, Deut. I, 28. De iiſdem urbibus iterum uſurpatur ea phraſis ejuſdem libri Cap. IX, 1. Sic & Dan. IV, 8. & aliquoties in eodem capite, *proceritas* eximia arboris *contingit cœlum*. Apud *Homerum* ſimiliter Odyſſ. E. verſ. 238. Calypſonis in Inſula, erat locus

—— ὅθι δένδρεα μακρὰ πεφύκει,
Κλήθρη τ᾽ αἴγειρός τ᾽, ἐλάτη τ᾽ ἦν οὐρανομήκης:

Ubi proceræ arbores creverant, clethra, populuſque & abies in cœlum pertingens. Altam porrò turrim excitare voluiſſe videntur homines, non ut Diluvium evaderent, cùm altiſſimos montes eo tectos fuiſſe ſcirent, ſed ut Metropolin ſuam inſigniorem eo monumento facerent.

Nomen illic nobis faciamus] Heb. נעשה לנו שם nahaſche lanou ſchem, *faciamus nobis nomen*. Verè obſervarunt eruditi viri in Scriptura *facere ſibi nomen* perinde eſſe ac *famam ſibi parare*, quo ſenſu ea phraſis occurrit 2 Sam. VIII, 13. Eſai. LXIII, 12. Jerem. XXXII, 20. & Dan. IX, 15. Poſſet & turris dici exſtrui לשם lſchem *in nomen*, hoc eſt, ad famam nominis ſui per terrarum orbem ſpargendam, quæ loquutio legitur 1 Paral. XXII, 5. ubi de exſtruendo Templo Jeroſolimitano ſermo eſt. Sed is ſenſus huic loco convenire nequit, quæ enim eſſet hæc ſententia ; famam nobis adquiramus, ne per terras ſpargamur ? Deinde apud quos humanum genus univerſum, quod fundamenta hujus urbis jecit, ſibi famam peperiſſet ? An apud poſteros ? Quid ergo hæc ſibi volunt : apud poſteros ſiamus celebres, ne in diverſas regiones dividamur ? Si hæc verba diligenter expendantur, & tota hiſtoria animo vertetur, hanc aut ſimilem hic deprehendemus eſſe oportere ſententiam : urbem condamus quæ humani generis metropolis ſit, & dicatur ; circa quam una ſit Reſpublica, cujus imperii ſedes in perpetuum in ea ſola urbe ſit ; ne divulſum in varias terras genus humanum per totum orbem, pro cujuſque familiæ vagantis arbitrio, ſpargatur. Hoc cùm ita ſit, neceſſe eſt *facere nomen*, hoc in loco, idem, aut ſimile quiddam ſignificare, ac *ponere nomen ſuum alicubi*, hoc eſt, inſignem facere locum habitatione ſuâ, ut ab habitante nomen ducat. Vid. 1 Reg. IX, verſ. 3. XIV, 21. Fortè *nomen* eſt monumentum, quod nomine ejus, qui id erexit, appellatur. Sic *Abſalom ſtatuerat ſibi, dum viveret, monumentum in valle regia, quia dicebat, non eſt mihi filius qui nominis mei memoriam ſervet ; idque monumentum nomine ſuo appellaverat*. Atque is locus *vocabatur Manus Abſalomi*, 2 Sam. XVIII, 18. Huc faciunt verba *Ennii* ex Annali XVI. de re ſimili :

Reges per regnum ſtatuáſque, ſepulcráque quærant,
Ædificant NOMEN, *ſummâ nituntur opum vi*

Sic Caïn ab initio mundi urbem ſtruxerat, cui de nomine filii ſui vocabulum finxerat, ſuprà Cap. IV, 17. Volebant ſimiliter homines urbem condere, quam fortè קרית־אדם ἀνθρωπόπολιν vocaſſent, aut alio ejuſmodi nomine.

Si loco vocis שם ſchem *nomen*, mutatâ literulâ, legeremus אם *em*, hoc eſt, *metropolin*, eadem exſurgeret ſententia, nec ea poſſet loquutio contorta haberi : *condamus nobis urbem & turrim, & faciamus nobis Metropolin, ne ſpargamur per totam terram.* Ita 2 Sam. XX, 19. Joabo, qui Abelam vi expugnare nitebatur,

quæris ;

10. Hæc autem fuit Semi progenies. Sem, centum annos natus, Arphachſadum biennio poſt Diluvium genuit. 11. Vixit porrò Sem, poſt genitum Arphachſadum, quingentos annos, filióſque & filias genuit. 12. Arphachſad vixit triginta quinque annos, genuitque Selachum. 13. Vixit Arphachſad, poſt genitum Selachum,

10. Nunc ut in poſteris Semi, ex quibus orti ſunt Iſraëlitæ, hæreamus, Samo centum annos nato, biennio poſt diluvium, Arphacſadus natus eſt; 11. quo nato, quingentos annos vixit, pluréſque alios utriuſque ſexûs liberos, de quibus non dicemus, ſuſtulit. 12. *Arphachſadus* cùm XXXV. ætatis annum adti-

quæris, ait mulier, *delere urbem*, ואם vem, & *matrem*, hoc eſt, *metropolin in Iſraele*. Hinc minores urbes בנות banoth *filiæ*, à metropoli pendentes, dicuntur. Vid. Joſ. XVII, 16. In animo ergo habebant homines condere in valle Schinhar *matrem*, ſeu metropolin, cujus quæcumque urbes poſtea in finitimis agris excitarentur, *filiæ* eſſent futuræ; hoc eſt, ejus ditionis, aut vectigales. Sic unâ conditâ Metropoli, unum futurum erat Imperium; quod initio fortè non malo animo fiebat, ſed quia magna trahebat poſt ſe incommoda, ut dicemus, à Deo irritum factum eſt. Capite ſingulari, nimirum, XIV. Lib. I. hac de re egit *Sam. Bochartus*, ubi ut aliorum ſententias rectè confutat: ita ipſe nihil pænè, quod ad ſolvendum nodum conducat, profert. Eum tamen legiſſe inutile non erit, vel ut inde liqueat, quàm fruſtra hoc in loco ſudarint Interpretes.

Ne per univerſas terras] Heb. פן נפוץ *phen naphouts*. Conjunctio פן *phen* conſtanter *ne* ſignificat, quem tamen ſenſum, cùm non poſſent cum ſuperioribus conciliare, LXX. & Vulgatus Intt. violato Linguæ Hebraïcæ perpetuo uſu, tranſtulerunt: πρὸ τοῦ διασπαρῆναι ἡμᾶς, *antequàm dividamur*. Ac ſanè, niſi allata admittatur interpretatio, commodus nullus exſurgit ex uſitata verborum ſignificatione ſenſus.

Ceterùm in hoc verſu obſervandum, quod ſæpe ſolent Scriptores Sacri, veluti trajectionem eſſe verborum; nam ante tertium eſſe debuit, ſi ordo rei geſtæ ſit ſervandus, hoc pacto: 3. *dixerunt, agite condamus nobis urbem & turrim faſtigiumque ejus ad cœlum pertingat, &c.* 4. *Tum aliis alii, agite, inquiunt, faciamus lateres*, &c. Priùs cogitarunt de cundenda urbe, quàm de lateribus eum in finem coquendis. Vide verſ. 8. & Cap. XXIV, 23.

5. *Sed cùm deſcendiſſet Jehova.*] Heb. *Et deſcendit Jehova, ut viſeret*, &c. Hæc quidem & alia θεοπρεπῶς intelligenda ἀνθρωποπαθῶς dicuntur; attamen perpetua ferè Hebraïcæ Linguæ ejuſmodi ἀνθρωποπαθείας utendi conſuetudo Ethnicam prodit originem, ut oſtendimus in *Diſſ. de Lingua Hebr.* Homines in alta ſpecula politi non poſſunt ſubjecta montis radicibus ſatis dilucidè cernere, ideóque ſi ea perſpecta habere cupiunt, è ſpecula deſcendendum. Hinc ductâ tranſlatione, Deus *deſcendiſſe* dicitur, cùm oſtendit re ipſâ à ſe quidpiam quod in terris agebatur animadverſum. Poſtquàm autem deſcenderat Jehova, veluti ad nubes uſque, propiùs rem ſpeculaturus; inferiùs iterum cum Angelis, ut conſilium diſturbet, deſcendens inducitur verſ. 7.

Filii hominum] Vult *Sam. Bochartus*, poſt alios, *Phal.* Lib. I. Cap. 10. intelligi hìc ſolos infideles, quia *filiæ hominum* ſup. Cap. VI, 2. Caïnitidas à Sethidis diſtinctas ſignificat. Noachum, Semum, Arphachſadum, Selachum & Heberum conſpiraſſe in tam inſanæ ſubſtructionis fabricam veriſimile eſſe negat. Sed primò, notum eſt paſſim *filiis hominum* omnes homines ſignari, non infideles modò, ſed & ipſos fideles. Secundò, eo ſenſu hìc eam intelligendam phraſin liquet ex commate 1. ubi iidem *univerſa terra* dicuntur, atque ex ſilentio Moſis. Tertiò, ad mediocrem urbem condendam, ſoboles ex tribus fœminis intra ſæculum nata vix ſufficere potuit, nedum pars ejus aliqua abſtinuiſſe *ab inſana ſubſtructione* cenſenda ſit. Quartò, ſine ratione Noachus, & ii à quibus Hebræi prognati erant, eximuntur reliquorum numero, cùm cœptum hoc nihil haberet per ſe impium, etſi imprudens & Dei conſiliis parum conſentaneum, ut oſtendemus. Nec ſi quid fuiſſet ea in re mali, ideò ſequitur homines peccato obnoxios, quamquam alioqui non impios, ab ea abſtinuiſſe. Denique quis credat Noacho ejuſque filiis viventibus, tempore tam parum ab Diluvio remoto, fuiſſe *fideles & infideles*? Potuerunt quidem eſſe alii aliis minùs religioſi, ut fit, ſed propterea atroci *infidelium* cognomine minùs pii digni non erant.

6. *En, inquit*,] Heb. *Et dixit Jehova, ecce*, &c. *Dicere* hìc videtur induci Deus quod cogitavit. Vide not. ad Cap. I, 3.

6. *Populus unus ſunt*] Hæc quidem unam veluti Remp. quo ſenſu occurrit infra Cap. XXXIV, 22. ſignificant, verumtamen animi civium concordes magis ſpectantur; nam ubi diſcordia eſt, in diverſas partes euntibus civibus, quamquam una eſt Reſp. raro quidquam magni operis ab iis feliciter abſolvitur.

Omnibúſque eſt una lingua] *Unum labium.* Vide dicta ad verſ. 1.

Hoc eſt ejus quod agunt initium] Heb. *& hoc τὸ incipere eorum ut faciant.* Infinitivus החלם *hachillam* eſt inſtar nominis; quod uſitatum eſt Hebræis, ut Græcis.

Irritum fieret] Heb. יבצר מהם jibbatſer mehem, *non eximetur ex iis omne quod ſtatuerint facere*, vel *non præcidetur ab illis*, hoc eſt, *iis non cohibebitur.* Vide Job. XLII, 2. LXX. & Vulg. Int. ſenſum duntaxat expreſſerunt, ut paſſim ſolent: οὐκ ἐκλείψει ἀπ' αὐτῶν πάντα ὅσα ἂν ἐπιθῶνται ποιεῖν, *nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant.*

7. *Agite ergo deſcendamus*] Heb. הבה נרדה *habah neredah*, ut ſupra 3. הבה נלבנה habah nilbenah, *agite lateres faciamus.* Hinc exiſtimarunt nonnulli μιμητικῶς hæc à Deo dici, veluti ad irridendum inane hominum cœptum. Ac ſanè infra Cap. XVIII, verſ. 21. ubi non eſt ſimilis ita loquendi ratio, Deus ſingulari numero utitur ארדה *eredah.* Alii Interpretes in tot ſententias abeunt, quot ſunt circa verſum 27. Cap. I. ubi Deus itidem πληθυντικῶς loquitur.

I. Sunt

chum, tres & quadringentos annos, filióſque & filias genuit. 14. Selach vixit triginta annos, & genuit Heberum. 15. Vixit Selach, poſt genitum Heberum, tres & quadringentos annos, filióſque & filias genuit. 16. Heber vixit triginta quatuor annos, & genuit Phelegum. 17. Vixit Heber, poſt genitum Phelegum, triginta & qua-

adtigiſſet, Selachum procreavit; eóque genito ccccIII. annos vixit. 14. *Selachus* xxx. annos natus Heberum genuit, 15. & poſtea in totidem annos, ac pater ipſo nato, vitam produxit. 16. *Hebero* xxxiv. annos nato, peperit uxor Phelegum, 17. à cujus natali die ccccxxx. annos pater vixit. 18. *Phe-*

I. Sunt qui velint Deum, inſtar Regis, hic induci loquentem. II. Quidam, qui eam ſententiam non adſpernantur prorſus, Deum alloqui Angelos quaſi ſatellites ſuos, quibus ſtipatus deſcendere volebat, cenſent. Chaldæi, ſi *Jamblicho* credimus, *de Myſt.* S. v. Cap. 21. exiſtimabant Deo deſcendenti præcurrere veluti Angelos: πρὸ τῆς παρουσίας τῶν Θεῶν προηγοῦνται πᾶσαι Δυνάμεις, ὅσαι αὐτοῖς ὑποτέτακται, καὶ ὅταν μέλλωσι κινεῖσθαι ἐπὶ γῆν προηγοῦνται αὐτῶν καὶ προπομπεύουσι, *ante præſentiam Deorum præcedunt Potentiæ omnes, quotquot iis ſubjacent, & cùm proceſſuri ſunt in terras, eos antecedunt & comitantur.* In haſce duas, de hoc loco, ſententias diſceſſere Hebræorum Rabbini; quorum ſuffragia collegit *J. Buxtorfius*, in Diſſert. de *Confuſione Linguarum*. Chriſtianorum etiam doctiſſimi ſimilia ſentiunt, & poſteriorem quidem *Origenes* Homil. in *Numeros* XI. comprobavit. In eadem etiam ſententia fuit *Auguſtinus* de C. D. Lib. XVI. Cap. 5. *Poteſt*, inquit, *intelligi Deus ad illam civitatem deſcendiſſe, quia deſcenderunt Angeli ejus* IN QUIBUS *habitat, ut quod, adjunctum eſt,* & dixit Dominus Deus, ecce, &c. *ac deinde additum*, venite & deſcendentes confundamus, &c. *recapitulatio ſit demonſtrans, quemadmodum factum ſit quod dictum fuerat:* deſcendit Dominus. *Si enim jam deſcenderat, quid ſibi vult*, venite & deſcendentes confundamus, &c. *quod intelligitur Angelis dictum, niſi per Angelos deſcendebat, qui in Angelis deſcendentibus erat?* Alii tamen à Patris ὑποστάσεως Filii & Spiritûs S. ὑποστάσεις compellari voluut, ut Cap. I, 27. quod tamen contra Judæos nimiùm urgeri, quaſi ἀποδεικτικὸν, poſſe negant viri doctiſſimi.

Ceterùm poſtquàm Deus, ut ſupra verſ. 5. vidimus, in nubes veluti deſcenderat, rémque compertam habuit; in terram ipſam deſcendens deſcribitur unà cum Angelis, ut cœpta hominum irrita faciat, ſervatâ ἀνθρωποπαθείᾳ. *Deſcendere* enim dicitur, ut optimè *Auguſtinus* loco laudato, *cùm aliquid facit in terra, quod præter uſitatum naturæ curſum mirabiliter factum præſentiam quodammodo ejus oſtendat.*

Confundamus] Heb. radix בלל *balal* propriè res varii generis *miſcere*, ſignificat; ſed quid hoc in loco eâ ſignetur inter Interpretes non ſatis conſtat. Alii volunt Deum primævam Linguam ex hominum memoria planè deleviſſe, & unicuique familiæ novam immiſiſſe; alii hoc neque Hebero, neque iis ex quibus oriundi erant Hebræi eveniſſe contendunt, quippe quibus primigenia Lingua Hebræa vernacula eſſe non deſierit; alii perturbatam dumtaxat fuiſſe memoriam mortalium, ut Dialectos Linguæ primævæ adiuvenerint novas, non verò Linguas quibus cum priſtina commune nihil eſſet. Atque hi nituntur ſignificatione verbi בלל quod, ut diximus, *miſcere*, non creare ſonat. Plerique omnes temporis brevi momento factum fuiſſe, divino planè miraculo, cenſent; quod pluribus expoſuit ad ſuperiora verba laudatus *J. Buxtorfius*.

Ut ab eo quod poſtremum dixi ordiar, nulla ratio eſt, ob quam intra horæ momentum factam hanc confuſionem cenſeamus. Nam quia paucis verſibus hæc narratur hiſtoria, & eventus, qui Dei ſequutus eſt conſilium, illico ſubjungitur, hæc intra breviſſimum tempus facta nemo dixerit. Quis enim non videt humani generis origines ſummo hîc compendio tradi, nec paucorum annorum res geſtas paucis commatibus contineri? Credibilius eſt primùm immiſſam inter homines diſcordiam, ideóque relicto opere inchoato, in finitimas regiones dilapſos, paullatímque Nomadum ritu progreſſos; tandem cùm à ſe invicem per terras diſſiti viverent, Linguas lapſu temporis mutatas. Hæc cùm compendioſâ narratione coarctata fuiſſent à Moſe, perperam Interpretes æquè celeriter pænè eſſe facta, ac leguntur verſus quibus narrantur, cenſuerunt.

Quemadmodum oſtendimus eorum unam Linguam dici, qui concordes vivunt: ita diſcordium dicuntur ab Hebræis non *confuſæ* modò, ſed *diviſæ Linguæ*. David Pſ. LV, 10. cùm hoſtes nimiùm in perniciem ipſius eſſent concordes: *Domine*, inquit, *divide linguas eorum* פלג לשונם *phallag lſchonam*; hoc eſt, fac ut diſcordia inter eos oriatur, ne quidquam unanimi conſenſu contra me agant. Quæ Davidis oratio, Chaldæo & Syro Intt. auctoribus, in Abſalomi conſiliarios erat, atque à Deo exaudita eſt, ut diſcimus ex 2 Sam. XV, 31.

Ut ne aliorum alii intelligant linguam] Heb. *ut ne audiant quiſque linguam focii ſui.* Certum eſt *audire* haud raro eſſe *intelligere*; ſed cùm *obſequi* frequentiſſimè ſignificet, hunc ſenſum etiam in animo Scriptoris Divini fuiſſe crediderim. Hîc enim ſpectatur potiſſimùm diſcordia, quâ factum ut alios alii audire noluerint.

Antea diximus imprudentiæ, potiùs quàm impietatis, argui potuiſſe eos, qui humano generi Metropolin condere adgreſſi erant. Nunc videndum an conjiciendo adſequi poſſimus, qua de cauſa improbarit conſilium eorum Deus. I. Rabbini *Aben Ezra* & *Levi ben Gerſom*, qui peccaſſe negant Babelis conditores, quippe qui hoc adgreſſi erant, ut perpetuam redderent humani generis ſocietatem, atque unà habitarent; irritum hoc à Deo factum eſſe conſilium cenſent, ne ſi intra unius regionis fines coërcerentur, terræ motu, vel hiatu, incendio, grandine, inundatione, aut aliis ſimilibus caſibus totum humanum genus abſumeretur. II. Cùm imperia, ubi primùm occupantur, ſæpe ſint non optimorum, ſed eorum qui audaciâ & viribus

pol-

quadringentos annos, filióſque & filias genuit. 18. Pheleg triginta annos vixit, & genuit Rehuum. 19. Vixit Pheleg, poſt genitum Rehuum, novem & ducentos annos, filióſque & filias genuit. 20. Rehu vixit triginta duos annos & genuit Serugum. 21. Vixit Rehu, poſt genitum Serugum, ſeptem & ducentos annos filióſque filias genuit. 22. Serug vixit triginta annos, & Nachorem genuit. 23. Vixit Serug, poſt genitum Nachorem, ducentos annos, filióſque & filias genuit. 24. Nachor vixit viginti novem annos, & genuit Terachum. 25. Vixit Nachor, poſt genitum Therachum, centum novemdecim annos, filióſque & filias genuit, 26. Therach vixit ſeptuaginta annos, & genuit Abramum, Nachorem & Haranem.

27. Hæc fuit progenies Therachi. Therachus Abramum, Nachorem & Haranem progenuit; Haran verò generavit Lotum, 28. obiítque coram patre Theracho, in ſo-

lo

18. *Phelegus* cùm xxx. annos vixiſſet, Rehuum procreavit, 19. quo nato CCIX. vitæ annum adtigit. 20. *Rehuo* XXXII. annos nato enixa eſt uxor Serugum, 21. & poſtea vita ad CCVII. annum producta. 22. *Serugus* xxx. annos natus Nachorem genuit, 23. & poſt eum natum CC. annos vixit. 24. *Nachor* XXIX. ætatis ſuæ anno Therachum genuit, 25. & CXIX. annos præterea explevit. 26. *Therachus*, poſt ſeptuageſimum vitæ annum, Abramum, Nachorem & Haranem ſuſtulit.

27. Ex tribus illis filiis, *Haran*, cùm Lotum genuiſſet, 28. ſuperſtite parente, in patria Ure Chal-

dæo-

pollent; totum humanum genus uni ſubjectum fuiſſet tyranno, qualis Nimrodus haud multò pòſt fuiſſe dicitur, unde innumera mala oriri potuiſſent. Quando enim plures ſunt Reſpublicæ, aut varia Regna, ſi fortè tyrannide nimiâ unius cives premantur, iis patet in alia loca exſilium, qui eam ampliùs ferre nequeunt; quod ſi una foret Reſp. nuſquam eſſet, nam in deſertas planè terras abire periculoſum eſt. Itaque nefandi tyranni ſævitiæ omnes homines, ſi in unam Rempublicam coaluiſſent, obnoxii fuiſſent. III. Si mali mores eorum qui Reip. præſunt facilè, quod negari nequit, in vulgus ſpargantur; vitia eorum, qui humano generi imperaſſent, omnium hominum brevi tempore vitia fuiſſent. Contrà multis ſtantibus Regnis, ſicubi graſſentur mali mores, alibi major viget probitas. Exemplis ſi res confirmanda eſſet, ſub Imperio Perſico, quod magnam Aſiæ partem tenebat, ſub Macedonico quod ei ſucceſſit, ac tandem ſub Romano, cùm ampliſſimum factum eſſet, multò majora commiſſa ſcelera, & corruptiores fuiſſe hominum qui iis parebant mores, quàm ſubactis regionibus in varias Reſp. variáque regna diviſis, facilè oſtenderemus. IV. *Joſephus* Ant. Lib. I. Cap. 4. qui vult Deum in varias colonias εἰς πολυανθρωπίαν abeundi iis auctorem fuiſſe, rationem quoque hanc addit, nequaquam ineptam, ἵνα μὴ στασιάζοιεν πρὸς ἀλλήλους, ἀλλὰ γῆν πολλὴν γεωργοῦντες ἀφθονίας ἀπολαύοιεν τῶν καρπῶν, *ne inter ſe diſſiderent* (dum quiſque ſuburbanos, aut fœcundiſſimos agros ſuos eſſe vult) *ſed ut multam terram colentes copiâ fructuum magnâ fruerentur.* Sed res eſt expendentibus ſatis perſpicua, atque iis, aut ſimilibus de cauſis, in unam ſocietatem humanum coaleſcere genus non expediebat.

8. *Per univerſas terras*] Quamquam hoc diſcordiæ aut confuſioni Linguarum ἀμέσως ſubjicitur, non eſt credibile ſtatim poſtea familias humani generis per totum orbem ſparſas. Sed ut ita loqui meritò poſſit Scriptor divinus, ſatis eſt paullatim hoc factum, poſt diſcordiam inter Babelis conditores coortam; quod de novarum Linguarum inventione diximus.

Et condere eam urbem deſierunt] Hîc ut in verſſ. 3 & 4. narrationis eſt inverſio; nam condere urbem deſierunt, priuſquàm per varias regiones ſpargerentur.

9. *Babel*] De ſitu Babelis, ad unum ex quinque Euphratis alveis, legendus *Sam. Bochartus* Lib. I. Cap. VIII. Nomen Græcum *Babylon* videtur, ortum ex Arabum prolatione, qui fortè בבל, ultimâ, pro more ſuo, *nunnatâ* efferebant Βαβυλὼν.] LXX. Int. hanc vocem Græcè verterunt Σύγχυσις *confuſio*, meliùs *Babelis* nomen ſervavit Vulgatus. Ceterùm origo nominis hujus commodiùs Chaldaïcè exprimitur quàm Hebraïcè, ut apparebit ex collatione Hebraïcorum verborum cum *Onkeloſi* Chaldaïcis. Habent Hebræi: *eam ob rem vocatum eſt nomen ejus* בבל babel *quia illic* בלל balal, *confudit Jehova*, &c. nimis tenui adfinitate τῶν *babel* & *balal*. Sed Chaldæus multò elegantiùs: *eam ob rem vocatum eſt nomen ejus* בבל babel, *quia illic* בלבל *bilbel*, *confudit*, &c. Adfiniora multò ſunt *babel* & *bilbel*, quam *babel* & *balal*. Sollemne eſt Chaldæis exterere ל, ut oſtendit exemplis *Sam. Bochartus* Lib. I. Cap. 15. præſertim in verbis in quibus radicalis geminata eſt. Non conſtat an illico poſt diviſionem gentium ita dictus ſit ille locus, an aliquantò pòſt; ſed credibile eſt Chaldæos, ex quorum Lingua meliùs deducitur, ejus auctores eſſe.

Inditum eſt] Heb. קרא *kara*, quod hîc videtur eſſe neutrum, & ſignificationem paſſivam obtinere, unde LXX. ἐκλήθη & Vulg. *vocatum eſt.* Quod alibi plus ſemel in hoc libro obſervare eſt. Vide Capp. XVI, 14. XVII, 22. XXI, 31. XXV, verſ. 30. aliáque loca.

Per omnes terras] *Super faciem totius terræ*, ut verſ. 8. ubi vid. not. Repetitio eſt, quales plurimas in hiſce undecim Capp. obſervavimus.

10. *Hæc fuit progenies*] *Hæ generationes.* Id eſt, hæc eſt ſoboles. Vid. not. ad Cap. V, 1.

Sem centum annos natus] Eadem hîc obſervanda, quæ ad generationes Cap. V. diximus.

11. *Poſt genitum*] Heb. *poſtquàm generaſſet*, & ſic in ſeqq. אחרי הולידו *abhare holido.*

26. *Hæc fuit progenies*] *Hæ ſunt generationes.* Vid. not. ad Cap. V, verſ. 1. Majores duntaxat Iſraëlitarum hîc recenſet Moſes, quòd in horum potiſſimùm gratiam ſcriberet.

28. *Coram patre*] Heb. *ad faciem patris* על פני *hal phne*, hoc eſt, vivente & vidente patre. Similiter dixit *Virgilius*, Æneid. I. *ante ora patrum oppetere.*

In

lo natali, Ure Chaldæorum. 29. Abram etiam & Nachor uxores duxerant, *&* uxori *quidem* Abrami Saraï, Nachoris vero Milchæ nomen erat. Filia *fuit* Haranis, Milchæ & Iſchæ patris. 30. Sterilis autem erat Saraïs, nec fuerant ei liberi.
31. Therach porrò ſumſit Abramum filium, Lotum filium Haranis, nepotémque ſuum, & nurum Saraïn, Abrami filii uxorem: atque unà Ure Chaldæorum egreſſi, ut in Chanahanitidem terram irent, Charanem uſque pervenerunt, eóque in loco conſederunt. 32. Therachi autem dies ducenti quinque anni fuerunt, *iſ*que Charane deceſſit.

XI. Abra-

dæorum urbe obiit. 29. Abramus quoque & Nachor uxores duxerant, & Abramus quidem Saraïn, Nachor verò Milcham. Hæc filia erat Haranis, qui & Iſcham genuerat. 30. Harum altera Saraïs ſterilis fuit.
31. Therachus à Deo ſolum vertere juſſus, cum filiis & nuribus, nepotéque Loto, Ure egreſſus eſt ut in Chananæam iret; ſed cùm perveniſſet Charras ad Euphratem, ulteriùs pergere noluit, eóque in loco ſedes fixit. 32. Is ad ccv. annos vitâ productâ, Charris fato functus eſt.

P A-

In ſolo natali] Heb. *in terra* מולדתו *moladtho*, *navitatis ſuæ*, ut habet Vulg. Int.

Ure Chaldæorum] *Ur Chaldæorum* ubi fuerit ambiguum facit nomen ipſum, quod duarum circa Euphratem urbium fuit. *Eupolemus*, apud *Euſebium* Præp. Euang. Lib. IX. Cap. 17. *Urem*, vel *Uriam*, ut id oppidum vocat ex quo Abramus, in Babylonia fuiſſe ait: Ἐν πόλει, inquit, τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ, ἥν τινας λέγουσιν Οὐρίην, *in urbe Babyloniæ Camarina*, *quam quidam vocant Uriam.* *Plinius* etiam Babylonicæ Uræ meminit Lib. V. Cap. 24. *Ita fertur* (Euphrates) *uſque ad Uram*, *locum in quo converſus ad orientem relinquit Syriæ Palmyrenas ſolitudines.* Conjicit *Sam. Bochartus* Lib. 2. Cap. 6. ſui *Phalegi*, ſcripſiſſe Chaldæos אורן auran, unde apud Ptolemæum *Auranitis* Euphrati adjacens regio, ubi *Uram* collocat *Plinius.* At idem Lib. I. Cap. 10. ex Veteribus nos docet fuiſſe oppidum *Ur* non procul à Corduena, quod colligit ex *Ammiano Marcellino* Lib. V. ubi narrat Romanos tranſmiſſo Tigri, ad locum centum millibus paſſuum à Corduena remotum, viâ ſex dierum emenſâ, *ad Ur nomine Perſicum veniſſe caſtellum*, unde profectis primò Thiſalphata, deinde Niſibin iter fuit. Unde infert vir doctiſſimus *Urem* circa Niſibin Tigri propiorem & Corduenæ duabus minimùm ſtationibus fuiſſe. Hanc *Uram* vel *Urem* Abrami fuiſſe patriam judicat, his potiſſimùm de rationibus. I. Ab Ura *Ammiani*, quæ erat inter Niſibin & Tigrin, in Palæſtinam rectâ viâ euntibus tranſeundum erat *Carris*, ſeu *Charane*, quod è Babylonia illuc tendentibus neceſſe non erat. Hinc enim profectis multò compendioſior fuit via per Arabiæ deſerta: nec periculoſior quàm per Meſopotamiæ ſolitudines, quâ etiam Euphrates bis tranſeundus fuiſſet Theracho, ejúſque familiæ, non ſine moleſtia, cùm pecudibus abundaret. II. Joſ. XXIV, 2. Therach dicitur *trans* Euphratem habitaſſe מעלם meholam, *jam olim*; quod de Auranitide, quæ erat Chananæis cis eum fluvium dici nequit, nec de Charris etiam poteſt intelligi, ubi diu commoratus fuiſſe non videtur, aut ubi ſaltem non fuit מעלם, quod vitæ ejus partem longè maximam ſignificat.

Neque objici poteſt Urem Babylonicam intelligi oportere, quia dicitur אור כשדים *Ur Chaſdim*, Chaldæa autem Babyloniæ ad meridiem fuit; nam *Chaldæa* etiam Armeniæ vicina regio dicta eſt, ut ex *Xenophonte*, *Strabone*, & *Stephano* oſtendimus, in *Indice Philolog. Philoſ. Orientalis Thom. Stanleii* quo Lectorem amandamus.

Chaldæorum] Qui volunt Chaldæos dici *Chaſdim* à *Chuſo*, quaſi *Chuſdim*, ii in Analogiam graviter peccant, nam à *Chus* non poteſt duci niſi *Chuſim*, ut à *Lud Ludim*, & ſexcenta alia. Qui à *Cheſed Nachoris* filio, alio urgentur incommodo; prolepſi, nimirum, quæ hîc ſit oportet, nam eo tempore nondum natus erat Cheſed, ut liquet ex Cap. XXII, 20. Sunt tamen frequentes, in hiſce libris, prolepſes. *Dicæarchus* in vita Græciæ, laudatus à *Stephano*, in voce Χαλδαῖος, decicimum quartum Regem à Nino *Chaldæum* dictum prodidit, atque hinc Chaldææ nomen ortum. Sed de meridiana Chaldæa verba facit, hîc de ſeptemtrionali agimus.

29. *Duxerunt*] Heb. *&* *accepit* ויקח *vajikkahh Abram & Nahhor ſibi uxores* pro ויקחו vajikkehhou, *& acceperunt.*

Uxori quidem Abrami] Heb. *nomen uxoris Abram Sarai*, *& nomen uxoris Nahhor Milchah.*

Filia] Heb. בת *bath*, quod, ex conſtructione ſolita, conjungitur cum מלכה *Milcha.* Attamen Judæi, quos plerique Chriſtiani ſequuntur, בנות *benoth* potuiſſe dici exiſtimant, quia *Jiſcham*, eamdem ac Saram fuiſſe opinantur. Si Haran, ut iidem volunt, pater harum mulierum, Loti etiam genitor fuerit, patruos fratris filias duxiſſe oportet; quod fortè neceſſe fuit, niſi ex alienis familiis conjugia petere, quod nolebant, maluiſſent. Neque ejuſmodi matrimonia tunc temporis ullâ lege divina vetita erant.

30. *Nec fuerant ei liberi*] Satis fuiſſet Latinè loquentibus dixiſſe *ſterilem fuiſſe* Saraïn, ſed Hebræi ejus quod adfirmarunt paſſim ſolent contrarium negare. Vid. inf. XLII, 2. Sic Eſ. XXXVIII, 1. *mortuus es*, *neque vives*, ait Ezekiæ ægrotanti Propheta Cap. XXXIX, 4. *Omnia*, ait Ezekias, *quæ ſunt domi meæ viderunt*, *neque quidquam in theſauris eſt*, *quod eis non oſtenderim.* Vid. & Jerem. XLII, 4. Joan. I, 3, 20. & Act. XIII, II, ad quem locum exempla ſimilia ſcriptorum Græcorum & Latinorum congeſſit *J. Pricæus.*

31. *Unà egreſſi*] Heb. *Et exierunt cum eis* &c. *& venerunt.* Si accuratam verborum

ſtructu-

XI. Abramus in Chananæam proficiſci jubetur à Deo, cui paret, unáque Lotum ducit. Dum Chananæam peragrat, fore eam ſtirpis ſuæ promiſſum à Deo accipit; atque hinc in Ægyptum, famis causâ, migrat. Uxorem ejus Rex Ægypti rapit, & reſtituit.

CAPUT XII.

1. DIXERAT autem Jehova Abramo: migra à terra tua, à cognatione, & domo paterna in eam regionem, quam tibi oſtendero. 2. Tum ut in magnam gentem evadas efficiam, benedicam tibi, & magnum nomen pariam, eriſque

PARAPHRASIS.

1. CUM Charris, mutato longinquioris itineris conſilio, conſediſſet Therachus; Abramum juſſit Deus conſanguineis valedicere, atque eò, quò eum ducturus eſſet, migrare. 2. Cui imperio ſi obſequeretur, pollicebatur Deus numeroſiſſimâ aucturum ſe eum ſobole, ob quam per totum Orientem nomen ejus famâ celebraretur. 3. Tum etiam ſibi eoſdem amicos atque inimicos fore; qui ei bene precarentur, eorum ſe omnia negotia fortunaturum, qui ſecus facerent malè mulctatum iri; atque uſque adeò inſignem fore Abrami ſtirpem, ut in poſterum, formulâ ab ea deſumtâ, ad

ſtructuram ſemper ſervarent Hebræi, ſcripſiſſet potiùs Moſes ויצא vajietſe, *& exiit*, ut dixit ויקח *vajikkabh*, *& ſumſit*, ſingulari numero; aut loco vocis אתם itthan, *cum eis*, uſus eſſet adverbio יחד *jabhad*, vel יחדו *jabhdau* ſimul. Verùm pleni ſunt hiſce ἀκυρολογίαις libri Sacri. Codex tamen Samaritanus tertiam ſuppeditat lectionem, Grammaticis Canonibus non minùs conſentaneam: ויצא אתם *vajjotſe otham*, *& eduxit eos*, καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς, ut habent LXX. & Vulg. Intt. Præterea is Codex poſt שרי *Sarai*, addit: ואת מלכה כלותיו אשת אברם ונחור בניו *& Milcham nurus ſuas, uxores Abrami & Nahhoris filiorum ſuorum.* Addita videntur ex ingenio, ſed perperam. Scriptor enim Sacer Abrahami ſolius vitam narraturus, datâ opera Nahhoris uxorem omittere potuit; cùm de ea nihil ſingulare, aut quod ad Abrahamum pertineret eſſet dicturus.

Ut in Chanahanitidem] Videtur hoc ex Dei præſcripto factum, quamquam fortè nomen regionis non expreſſit Deus. Vide ad Cap. XII, 1. Primùm hoc Theracho, ejúſque familiæ præcepit Deus, deinde cùm ea Charane conſediſſet, Abramum idem iterum juſſit, quod imperium Cap. ſequenti habetur. Alioqui ſi Ure Chaldæorum Abramum ſolum juſſiſſet paternam familiam relinquere, ut in Chananæam iret, non ſubſtitiſſet unà cum patre Charane, ſed porrò perrexiſſet ire; nec pater ejus, patriâ relictâ, Charanem iviſſet.

Charanem uſque] Heb. חרן *bharan*. Hac, nimirum, urbe Ure Chaldæorum in Chananæam euntibus tranſeundum erat, ut modò dicebamus. Urbs erat Meſopotamiæ inter Chaboram & Euphratem, quam Græci & Romani *Carrhas* vocant, quæque M. Craſſi clade nobilitata eſt. Eam *Sam. Bochartus* Lib. II. Cap. 14. Phalegi dictam fuiſſe vult ab *Harane*, Abrahami fratre; quod vix crediderim, cùm præter ſcripturæ diſcrimen, Haran Ure Chaldæorum, ut narratur verſ. 28. fato functus ſit, nec umquam Carrhis fuiſſe eum ex ullo Scripturæ loco conſtet; credibile autem non ſit urbi illi nomen inditum hominis, qui numquam fortè eam vidit, præſertim peregrini, & à cujus patre ea urbs condita non erat. Multò veriſimilius eſt dictam à verbo חרר *bharar*, *exuſtus*, *aduſtus fuit*, propter vicinas ſolitudines, calore Solis aduſtas. חררים *barrerim*, loca ſicca ſignificat Jerem. XVII, 6. Quin & apud Arabas חרן *bharan*, quo pacto effertur hujus urbis nomen, *ſitientem* ſignat. Hoc autem quàm aptè Carrhis conveniat, patet ex deſcriptione ſoli vicini, qualis exſtat apud *Plutarchum*, in Vita *M. Craſſi*, ubi *Ariamnes* Arabs Craſſum ab Euphrate abductum διὰ μέσων ἦγε τῶν πεδίων, ὁδὸν ἐπιεικῆ καὶ κούφην τὸ πρῶτον, εἶτα μοχθηρὰν, ἄμμου βαθείας ὑποδεχομένης, καὶ πεδίων ἀδένδρων καὶ ἀνύδρων καὶ πρὸς οὐδὲν οὐδαμῇ πέρας ἐφικτὸν αἰσθήσει παυομένων· ὥστε μὴ μόνον δίψει καὶ χαλεπότητι τῆς πορείας ἀπαγορεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ὄψεως ἀπαραμύθητον ἀθυμίαν παρέχειν, οὐ φυτὸν ὁρῶσιν, οὐ ῥεῖθρον, &c. *per medios duxit campos, viâ facili & leni initio, inde ſuccedente altâ arenâ, nudiſque & ſitientibus campis, quorum nullus ulla ex parte finis deprehendi poterat, moleſtâ. Adeò ut non tantùm ſiti & difficultate viæ animum deſponderent, ſed ipſe locorum conſpectus non ſtirpem, non rivum videntibus, triſtitiam nullo ſolatio leniendam injiceret.* Idem, iiſdémque fermè verbis habet *Appianus* Alexand. in *Parthicis* Pag. 141. Ed. Steph. Quibus alii multi Veterum adſentiuntur. Non mirum ergo videbitur, ſi חרן *Charanem* hinc dictam cenſeamus.

32. *Ducenti quinque anni*] Vid. not. ad Cap. ſeq. verſ. 4.

COMMENTARIUS

In CAPUT XII.

1. DIXERAT] In ſomnis fortè, aut Angeli miniſterio, aut alio quopiam modo. Vid. ad verſ. 7. Hîc vertimus ויאמר *vajjomer*, *dixerat*, quia hæc non ſunt dicta poſt mortem *Therachi*, quæ proximè antecedit, ſed circa 145. ejus ætatis annum, ut ad verſ. 4. oſtendemus. Itaque, in mortis Therachi narratione, eſt ὕστερον πρότερον: quod Moſes feciſſe videtur, quia non ampliùs de Theracho verba facturus in ſequentibus, ſemel iis quæ ad eum pertinebant defungi voluit; quo peracto, & Abrami vitam narrare orſus, retrogreditur. Inverſionem hiſtoriæ notavimus ad Cap. XI, 3. Cap. XXV, 20. & Cap. XXXVIII, 1. Atque hoc præceptum ad occaſum iter faciendi alterum

que benedictio. 3. Benedicentibus tibi benedicam, maledicam maledicentibus, atque in te benedicentur omnes familiæ terræ. 4. Profectus ergo erat Abramus, juſſu Dei, profectus etiam unà Lotus; & Abramus quidem ſeptuaginta quinque annos, cùm Charane egreſſus eſt, natus erat. 5. Adſumtis uxore Saraï, & fratris filio Loto, omnibúſque facultatibus, quas Charane comparaverant, ac ſervis quos adquiſierant, ſimul exiere in Chanahanitidem iter facturi, atque in eam pervenere.

6. Eam regionem peragravit Abramus, ad locum *qui* Sechem *dictus*, uſque ad quercetum Moræ; & Chananæus quidem tunc temporis in eo tractu fuit. 7. Tum apparuit Abra-

ad optandam numeroſam prolem, uſuræ eſſent Orientis gentes. 4. 5. His auditis, Abramus tunc temporis ſeptuaginta quinque annos natus, patri ſeni, qui jam centeſimum quadrageſimum quintum ætatis annum adtigerat, & fratri Nachori, conſanguineiſque omnibus valedicit; atque unà cum uxore & fratris filio Loto, ſponte eum ſequuto, omnibus facultatibus convaſatis, cum univerſa utriuſque familia, iter in Chananæam capeſſit; quò haud multò poſt incolumes pervenere.

6. Chananæam, quà Septemtriones ſpectat, ingreſſus, ad meridiem Sichimam uſque, ad Moricam ſilvam, proceſſit; quæ loca, eo quidem ævo, Chananæorum tribus, quæ eximia inter alias id nominis ſibi præ ceteris vindicabat, tenebat. 7. Hìc cùm verſaretur, tum primùm Deus ejus poſteris Chananæam promiſit; qua de cauſa Deo altari illic

rum eſt, quod Deus Theracho, aut ejus filio Abramo edidit. Priùs Therachum cum familia Ure egredi juſſerat, poſteriùs ſolum Abramum jubet. Vid. not. ad Cap. XI, 31.

Migra] *Ito tibi*, qui frequens eſt Hebraïſmus, cui nulla Emphaſis ineſt. Vid. Eſai. XX, 2. XXII, verſ. 14.

E terra tua] Cùm Therachus, Meſopotamiâ relictâ, in Chananæam migrare ſtatuiſſet, Carrháſque eo conſilio Ure veniſſet; videtur eo in loco conſediſſe, & longinquius iter animo abjeciſſe. Quod cùm ita eſſet, Carrhæorum ager jam *ejus terra* factus eſt, cùm in eo in perpetuum ſedem fixiſſet. Ideóque Deus Abrahamum, patrem illuc ſequutum, alloquens *terram ejus* eamdem oram videtur vocare. Scio objici huic expoſitioni Act. VII, 3. ſed non deeſt conciliandi ratio, de qua egimus in additamentis ad *Henr. Hammondi* Adnotationes ad eum locum.

A cognatione] Hoc eſt, procul à cognatis & conſanguineis, qui Carrhis conſederant. מולדת *moledeth*, natos & cognatos ſignificat Gen. XLVIII, verſ. 6. Levit. XVIII, 9, 11. At ſupra Cap. XI, verſ. 28. *nativitatem* videtur ſignare.

Domo paterna] Hinc etiam colligimus, quando migrare jubebatur Abramus, in vivis adhuc fuiſſe Therachum; cùm eo mortuo nulla ampliùs eſſet ejus *domus*, quæ ad heredes tranſierat.

Quam tibi oſtendero] Narravit Moſes ſuperiore Cap. verſ. 31. Therachum unà cum familia ut in Chananæam veniret profectum, Charane tamen conſediſſe. Quod quamvis ita expreſſerit Moſes, fortè Deus illico non dixit, *ite in Chananæam*; ſed, *ite in occaſum*, & *in regione quam oſtendero conſedite*. Cui præcepto ſimile exſtat Cap. XXII, 2. At Moſes per compendium rem narrans, & ſciens eam regionem, quam oſtenſurum ſe dixerat Deus, Chananæam fuiſſe, nomen ejus indicat, quod iter facientes nondum ſciebant. Nec tamen poſtea dicit, quo modo Deus hanc regionem Abramo oſtenderit, uti nec Cap. XXII. quâ ratione collem in quo Iſaacum offerri ſibi volebat indicarit, aperit; quamvis antea induxerit Deum pollicentem ſe indicaturum, & locum Abramus invenerit. Sunt qui velint tractum Chananææ, non totam Chanahanitidem, ſignificari, quem ſe oſtenſurum pollicetur Deus. Sed magis prior interpretatio placet.

2. *Tum ut in magnam gentem*, &c.] Heb. *Et faciam te in gentem magnam.* Hoc eſt, poſteri tui magnam gentem efficient, quod de Iſraëlitis intelligendum; nam ſi alii Abrahami reſpicerentur poſteri, dicendum fuiſſet לגוים רבים *lgojim rabbim*, in numeroſas gentes, cùm non una gens ex Abrahamo ortum duxerit, ut docet Moſes Cap. XXV.

Benedicam tibi] Hoc eſt, numeroſam dabo tibi ſobolem. Vid. not. ad Cap. I, 22.

Magnum nomen tibi pariam] *Magnum faciam nomen tuum*; hoc eſt, ex numeroſa ſobole tua, quæ hæc loca olim occupabit, & res maximas in iis geret, celebris fies. Contrà eorum *deleri* dicitur *nomen*, qui poſteros nullos habent, ut Deut. XXV, 6. *Primogenitus quem paries ſtabit in nomine fratris ſui defuncti*, *nec hujus nomen ex Iſraële delebitur.* Sic & antiquiſſimi Græci loquebantur. Penelope Odyſ. Δ. verſ. 710. quærens quare filius cælebs iter maritimum, in quo perire poterat, ingreſſus eſſet, hæc inter alia habet:

Ἦ ἵνα μηδ᾽ ὄνομ᾽ αὐτοῦ ἐν ἀνθρώποισι λίπηται;

An ne nomen ejus inter homines linquatur?

Hoc eſt, proles aliqua, quæ nominis ejus memoriam exſtingui non ſinat.

In hiſce promiſſis, palam eſt Deum ſe ſe ingenio hominis accommodaſſe; ut ex eo, quod magni faciebat, beneficum Numen in ſe eſſe intelligeret. Alioqui quid intererat ab iis, qui poſtea naſcituri erant, ſermonem fore de ipſo, cùm ab iis nullus fuiſſet qui antè nati fuerant, nec ideò miſeriorem ſe ſentiret? Certè quos obſcura fama recondit, ideò infeliciores non fuere, quòd poſt eorum mortem nemo de iis loquutus ſit. Sed, ut dixi, quibus promittitur quod maximum putant, quamquam exigui per ſe pretii; inde quæ ſit eorum, qui promittunt, erga ſe voluntas faciliùs colligunt. Vid. 2 Sam. VII, 9.

Benedictio erit] Hoc eſt, uſque adeò omnibus notum erit tibi ampliſſimam fuiſſe ſobolem, ut cùm ſimile quidpiam vovebitur, benedictionis formula ex te ſit deſumenda; ut ad ſequentia verba videbimus. Aut eſt ſubſtantivum pro adjectivo, qua in re Emphaſin eſſe volunt Gramma-

Abramo Jehova, & hancce, inquit, terram poſteris tuis dabo; *is* verò eo in loco Jehovæ, qui ſibi apparuerat, altare exſtruxit. [8.] Inde refixo tentorio, in montem, ad orientem Bethelis, ivit, atque *inter* Bethelem ab occaſu, & Hain ab ortu tetendit. Hìc etiam

illic erecto, ſacra fecit Abramus. [8.] Refixo illinc tentorio, in montanum tractum, qui eſt ad orientem Bethelis, ad occidentem verò Haidis, ivit; atque alio altari exſtructo; ſollemniùs rem divinam iterum fecit, cœlorúmque & terræ opificis Dei pacem adoravit. Hinc in meridianam Chana-

matici. Vid. Cap. XXXVI, 34. 1 Sam. XXV, verſ. 6. Fortè merum ſine Emphaſi eſt Linguæ Hebraïcæ idioma. Vide *S. Glaſſii* Phil. Sac. Lib. 1. T. 1. Cap. 8. qui tamen in contraria eſt ſententia.

3. *Benedicentibus tibi*, &c.] Hoc eſt, eos plectam qui tibi mala precabuntur, & præmio adficiam qui tibi fauſta omnia vovebunt. Arctiſſimum eſt fœdus, eoſdem amicos & inimicos habere.

In te benedicentur] Ad verbum vertimus נברכו בך *nibrechou bcha*, quamquam obſcurè, quia nimis longa periphraſi utendum nobis, ut perſpicuè verborum ſenſum efferremus, fuiſſet. Hoc eſt, tuo nomine, exemplóve prolato, benedictiones apud plurimos Orientis populos concipientur, his aut ſimilibus verbis: *benedicat tibi Deus, ut benedixit Abramo.* Sic Cap. XLVIII, 20. *In te benedicet Iſraël, & eodem ſtatu, inquiet, quo Ephraimum & Manaſſem, conſtituat te Deus.* Iſaacus formula benedictionis, ab Abrahamo ducta, utitur infrà Capite XXVIII, 4. & formulis ab ejus poſteris ductis uſuram fuiſſe poſteritatem oſtendit verbis allatis Jacobus. Vid. Capp. XVIII, 18. XXII, 18. Nec obſtat, quominùs hæc verba ita intelligamus, Apoſtolus ad Gal. III, 8. ut rectè oſtendit ad eum locum *Henr. Hammondus.*

Omnes] Hoc eſt, multæ, ut ſolet ea vox paſſim intelligi.

4. *Juſſu Dei*] *Ut dixerat ei Deus.* Volunt nonnulli imperium hoc ad ſolum Abrahamum pertinuiſſe, quia Therachus, & Nachor, quos juſſerat Deus Ure in Chananæam ire, Charris ſubſtiterant, Dei præcepti immemores. Sed, ut vidimus, dubium eſt an ullam, in præcepto migrandi Charris edito, Chananææ mentionem fecerit Deus.

Septuaginta quinque annos natus erat.] *Filius erat 75. annorum.* Hìc graviſſima eſt difficultas, quæ Interpretes haud parum exercitos habuit, & quam ita proponit *Hieronymus*, in Quæſt. Heb. *Si Thare pater Abrahæ, cùm adhuc eſſet in regione Chaldæorum, ſeptuaginta annorum genuit Abraham; & poſtea ducenteſimo quinto ætatis ſuæ anno, mortuus eſt; quomodo nunc poſt mortem Thare, Abraham exiens de Charran ſeptuaginta quinque annorum fuiſſe memoratur, cùm à nativitate Abrahæ uſque ad mortem patris ejus centum triginta quinque anni fuiſſe doceantur?* Triplici potiſſimùm (nam minùs veriſimiles ſententias omittimus) ratione nodum hunc ſolvere nituntur viri docti. I. Sunt qui in noſtris Codd. mendum eſſe in annis Therachi, cenſeant, eo quòd in Samaritico Codice legamus Cap. XI, 32. pro מאתים שנה *mathajim ſchanah*, ducentis annis, ארבעים ומאת *arbahim oumeoth*, centum quadraginta; quæ ſi vera lectio eſſet, nihil remaneret difficultatis. Etenim ſi Therachus vixit tantùm centum quadraginta quinque annos, Abramus ejus anno ſeptuageſimo natus, cùm ſeptuageſimum quintum attigiſſet, poſt mortem patris in Chananæam ire potuit. Sed fortè ea Critici Samaritæ emendatio, cùm LXX. Intt. haud aliter ac nos hodie legerint. II. Alii volunt Abrahamum non fuiſſe filiorum Therachi primogenitum, ſed anno demum patris CXXX. natum; nec ſi primus recenſetur inter Therachi filios, id alia de cauſa fieri, niſi quia dignitate fratribus præſtiterit. Quamquam hoc poteſt admitti, attamen mera eſt conjectura, nullo Scripturæ loco fulta.

III. Præſtare ergo videtur hìc ὕστερον πρότερον agnoſcere, ut ad verſ. 1. diximus. Atque ejuſmodi ὑστερόπρωτον haud ſecus admitti poteſt ab iis qui Deum Abrahamo Ure Chaldæorum hæc dixiſſe cenſent, atque ab iis qui viſionem hanc Charris contigiſſe exiſtimant; neceſſariò enim diu ante Therachi mortem hæc eveniſſe oportet.

5. *Adſumtis* &c.] *Et cepit Abram Sarai*, &c.

Servis quos adquiſiverant] *Animam quam fecerunt.* *Animas* vocari ſervos cùm ex loco hocce, tum etiam ex aliis conſtat. Ezek. XXVII, 13. *Javan, Tubal* & *Meſech* dicuntur cum Tyriis commercia exercuiſſe בנפש אדם bnepheſch adam, *in anima hominis*, hoc eſt, mancipiorum. Vid. & Apoc. XVIII, 13. *Facere* etiam eſt hìc & alibi *adquirere.* Vide infra Cap. XXX, 30. Deut. VIII, 17. Chaldæi Paraphraſtæ, qui hæc de iis quos hi religionem ſuam docuerant intelligunt, & ſubtiliores æquo ſunt, & auctoritate Scripturæ & Grammaticæ deſtituuntur.

Exiere, &c.] *Et exiere ut irent in terram Chanahan, & venere in terram Chanahan.*

6. *Sechem*] Qui volunt locum hunc ita à Chamoris filio dictum πρόληψιν hìc eſſe obſervant. Vid. Cap. XXIV. Ejuſmodi eſt in voce *Bethel* infrà verſ. 8. Sed non conſtat iſne *Sechem*, an alius huic urbi nomen fecerit.

Quercetum Moræ] אלון *elon* δρῦν, ut interpretantur LXX Intt. quos ſequuti ſumus. Vulg. *convallem*; alii *planitiem*, ajúntque *quercum* aut *quercetum* potiùs אלון *allon* quàm *elon* dici; ſed cùm dicatur אלה *elah*, quercus, quidni etiam אלון *elon*? Deinde idem locus videtur ſignari, ac is qui Cap. XXXV, 4. ſignificatur, ubi Jacobus dicitur infodiſſe ſuorum idola תחת אלה *thahhath elah*, *ſub quercu prope Sechemum.* Vocem Moreh מורה ὑψηλὴν LXX Intt. *Illuſtrem* Vulg. vertit. Sed Linguæ Sacræ Analogiæ convenientiùs ſentiunt, qui nomen proprium eſſe volunt.

Chananæus in eo tractu fuit.] Cùm Cap. X, 19. hæc loca Chananæis inculta fuiſſe ab initio narrarit Moſes, quò hæc pertineat obſervatio obſcurum eſt. I. Sunt qui velint Moſem hìc ſignificare, jam à temporibus Abrahami Chana-

Digitized by Google

etiam altari Jehovæ ædificato, nomen ejus invocavit. 9. Profectus exinde Abramus, ſenſim ad meridiem progrediebatur.

10. Cùm autem fames ea in regione eſſet, in Ægyptum deſcendit; ingraveſcente fame,

nanææ partem, dum paſcua ſequitur, progreſſus eſt.

10. Sed ſterilitate ea in regione ortâ, atque in dies invaleſcente, in fœcundiorem Ægyptum ire; eo

nanæos eam regionem incoluiſſe, ſeu aliam gentem expulerint, ſeu ea loca primi incoluerint, ne quis Abramum in regionem vacuam iviſſe cenſeret. Verùm hoc ex Cap. X. jam ſatis notum erat Lectoribus. II. Alii putant ex Chananæorum undecim familiis quoſdam κατ' ἐξοχὴν dictos, præ ceteris, Chananæos, qui hæc loca tenuerint. Ac ſanè *Chananæi*, quaſi ſingularis Tribus ſæpe recenſentur, ut Gen. XIII, 7. XV, 2. Exod. III, 8, 17. XXXIII, 2. XXXIV, 11. & alibi. Verùm hi diſertè dicuntur *ad mare & ad Jordanem*, non ad Sechemum *habitaſſe*, Num. XIII, 29. Deut. I, 7. Joſ. XI, 3. Poteſt tamen fieri ut hæc etiam loca, tempore Abrami, incoluerint, ûtque eò reſpiciat Moſes. III. Exiſtimarunt nonnulli hæc verba, & ſimilia quæ exſtant Cap. XIII, 7. inter ea eſſe recenſenda, quæ non à Moſis manu ſunt, ſed addita ab alio quopiam; qui, poſtquàm Chananæi ab Iſraëlitis expulſi erant, vixit. Verùm alii reponunt frigidum & inutile fuiſſe hoc monitum, quis enim eo tempore ignorabat à Chananæis Abrami ævo incultam fuiſſe Palæſtinam? IV. Sunt, quibus multò ſatius videtur agnoſcere Moſis hanc obſervationem eſſe ex earum numero, quæ haud rarò in Libris Sacris occurrunt, & quibus nihil ſingulare continetur; ſed quæ ſunt inſtar vocum παρελκόντων, quæ ſine ulla Lectoris jactura abeſſe poſſent. Exempla aliquot ſimilia addemus. Non modò idem infra Cap. XIII, 7. ut jam diximus, ſine neceſſitate repetitur, ſed & Deut. XI, 30. ubi ſermo eſt de montibus *Gerizim & Hebal*, vicinis loco de quo hic Moſes, ita deſcribitur eorum ſitus: *Annon illi ſunt trans Jordanem, poſt viam, ad occidentem ſolem, in terra Chananæi habitantis in planitie, è regione Gilgalis, ad querceta Moræ?* Si omiſſa eſſent vocabula, *in terra Chananæi habitantis in planitie*, haud minùs rectè deſignatus eſſet ſitus. Joſua Cap. XXI, 2. ejus libri dicitur alloquutus primores Iſraëlitarum *Silunte, in Terra Chanahan*; at quis neſciebat Siluntem eſſe in terra Chananæorum? Quis ex antecedentibus & conſequentibus ignorare poterat hæc verba ab Joſua eſſe dicta, diu poſtquàm Jordanem trajecerat? Sic & Cap. XXII, 10, 11. bis is fluvius dicitur eſſe *in regione Chanahan*, aut *ex adverſo ejus terræ*, cùm ſatis eſſet Jordanem nominaſſe. Hebræorum libri hiſtorici ſcatent ejuſmodi circumſtantiarum notiſſimarum repetitione, quæ urgeri non debet. Itaque neque hinc collegeris additamentum hîc eſſe ab aliena manu, & quidem hominis poſt expulſos inde Chananæos viventis, quia Moſis ævo omnes norant Chananæos ante Abramum ea loca inſediſſe; neque etiam ſignari datâ operâ, quaſi quiddam obſervatione dignum, jam ab hujus ætate Chananæos Sichimam tenuiſſe, cùm hoc notiſſimum etiam eſſet.

Ex hiſce ſententiis, nobis maximè omnium quæ ſecundo loco allata eſt adridet; quamvis tertiæ & quartæ, aliis in verbis horum librorum exponendis, locus eſſe poſſit.

7. *Tum apparuit*, &c.] Cùm paſſim Moſes harum ἐπιφανειῶν meminerit, nuſquam tamen datâ operâ ullam deſcribit, ut ſcire poſſimus quo indicio Numen agnoverint Veteres illi, quibus ſe patefacere dignatum eſt. Nihil ergo nobis ſupereſt faciendum, niſi ut ex ſparſis hac illac hiſtoriis, quotquot poterimus, hujus rei circumſtantias colligamus. Noctu ergo, aut interdiu; vel in ſomnis, & inter vigilandum apparuiſſe, cùm Abramo, tum aliis narrantur Deus, & Angeli.

Noctu ea dixit Abramo quæ extant Cap. XV. ubi Deus eum alloquutus dicitur במחזה bammahhaze, *in viſione*, quod perinde eſſe videtur ac במראות הלילה bmaroth hallailah, *in viſionibus noctis*, Cap. XLVI, verſ. 2. In eodem Cap. XV, 12. ſopore oppreſſus Abramus audit verba Dei ſe compellantis. In ſomnis etiam Deum videt, & audit Jacobus Cap. XXVIII, 12, 13 & ſeqq. & alibi. Quinimò dormientes Deus monet Abimelechum Cap. XX, 20. & Labanem Cap. XXXI, 24. In ſomnis autem voces audiebant, ut apparet ex locis modò laudatis, ſed unde exire videretur ſonitus verborum non ita perſpicuum eſt; nec quæ ſpecies animo dormientium obverſaretur, cùm loqui Deum intelligebant, dicit Moſes. Fortaſſe interdum nulla objiciebatur, ſed tantùm vox exaudiebatur, quod conſtat hiſtoriâ Samuelis, 1 Sam. III. Hunc vox audita excitavit, alii dormientes audire voces & reſpondere ſibi videbantur, ut Abimelechus Cap. XX. & Abramus Cap. XV. Jacobus etiam ſpeciem quamdam vidit Dei ſcalæ inſidentis, qui loqui videbatur Cap. XXVIII, 19. Quæ ea eſſet non addit Moſes, ſed videtur eadem fuiſſe, quæ interdum à vigilantibus conſpecta eſt, de qua mox dicemus.

Jam ſi quis quærat, unde ſomnia θεόπεμπτα à naturalibus diſtinguerent? facilius eſt quid conjecerint alii referre, quàm certi quidquam expedire. Sed illi alii, quod dolendum, propriâ non nituntur experientiâ, neque relatu eorum qui talia experti eſſent, ſed philoſophicis quibuſdam conjecturis, ut videre eſt apud *Jamblichum* de Myſter. Sect. 3. Cap. 2. & ſeqq. & *Joan. Smithum*, qui in *Diſſ. Anglica de Prophetia* Cap. III & IV. Veterum hac de re placita collegit. Si neceſſe eſſet ex variis conjecturis eam eligere, quæ magis adridet, eos rectiſſimè ſentire cenſerem, qui divina ſomnia aliter ab aliis diſtincta nolunt, niſi quòd 1. confuſis & inanibus phantaſmatibus ac vocibus, quæ in aliis ſomniis dormientes deludunt, prorſus carerent; ſed diſtinctè dormientium animis, quas res aut voces vellet Deus, offerrent, ſine ulla alienarum imaginum, aut verborum miſtura; adeò ut omnia perſpicuè admodum aut cernerentur, aut audirentur: 2. vividiora multò eſſent ceteris, & vehementiùs animum adficerent;

Digitized by Google

me, illic commoraturus; 11. cúmque prope eſſet ut Ægyptum ingrederetur, Saraï uxori ſuæ: ſcio, inquit, formoſam te eſſe mulierem, ideóque te conſpectâ, Ægyptii, hujus, dicent, hæc uxor eſt, & me occident, te verò incolumem ſervabunt. 13. Dica quæſo, te meam eſſe ſororem, ut tui causâ mihi bene ſit, & propter te vivam.

14. In-

eo in regno, donec Chananæam ſolita recreaſſet fertilitas, commoraturus, conſtituit. 11. Profectus ergo, & jam Ægypti finibus appropinquans conjugem, quæ præter morem, cùm decennio dumtaxat viro junior eſſet, formoſa erat, convenit. Oſtendit ſe ſine periculo Ægyptum ingredi non poſſe, propter ejus formam; quâ fortè capti libidinoſiores ceteris gentibus Ægyptii, ſi reſciſcerent ſe ejus eſſe virum, ut eâ potirentur, eâ incolumi ſervata, ſe interfecturi eſſent. 12. Orare ergo ſe, diſſimulato matrimonio, viri ſororem ſeſe tantiſper diceret; quo facto fratri, eidémque viro Ægyp-

rent; adeò ut memoriæ altè infigerentur, quod tamen perpetuum non fuit, ut ſomnio Nabuchodonoſoris liquet, Dan. II. ubi ejus oblitus narratur, quamvis Danielem id in memoriam revocantem illicò agnoverit verum dicere: 3. quòd Deum, aut Angelos ita de ſe loquentes audirent, ut ſignificarent ſomnia illa à ſe profecta. Similia hiſce, quæ ex ſomniorum, quorum Scriptores Sacri meminere, diligenti examine hauſimus, habet *Jamblichus*, ex *Aſſyriorum* & *Ægyptiorum* veteri diſciplina, ut initio operis teſtatur. Tria ergo hæc ſomnii divini argumenta profert: (1) ὁ, τε ὕπνος καὶ ἡ κατοχὴ τῶν ὀμμάτων, καὶ ἡ κάρῳ προσφερὴς κατάληψις, *ſomnus & Catoche oculorum* (non animi interea vigilantis) *& Caro ſimilis Catalepſis*, de qua vide ad Cap. XV, 12. (2) καὶ ἡ μεταξὺ τοῦ ὕπνου τε καὶ τῆς ἐγρηγόρσεως κατάστασις, *medius inter ſomnum & vigiliam ſtatus*: (3) καὶ ἡ ἄρτι ἀνεγειρομένη, ἢ ἡ παντελὴς ἐγρήγορσις *jam excitata & plena vigilia*, qua de re ad Num. XXIV, 4. Hæc à Deo immitti, & τῆς θείας ἐπιφανείας partem eſſe vult, negátque in divinis ſomniis admittendum eſſe τὸ καθεύδειν *ſomnum* naturalem, aut τὸ μὴ παρακολουθεῖν *non adſequi*, ſeu non perſpicuè videre quæ obverſantur, quæ ſunt communium ſomniorum vitia. Contendit etiam præſentiâ divinâ ſomniantes vehementiùs adfici, iis quæ interdiu vident, & clariùs omnia tum cerni ab animo vigilante & inanibus corporis phantaſmatibus liberato, quàm quæ interventu oculorum conſpiciuntur. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ οἷόν τέ ἐστι τὴν ἐναργῆ παρουσίαν τῶν Θεῶν τῆς ὕπαρ ἐγγιγνομένης παρακολουθήσεως ἀπολείπεσθαι, *minimè enim, minimè poteſt fieri ut vivida præſentia Deorum apprehenſioni, quæ per vigiliam fit, cedat. Homerus* Iliad. B. deſcribens ſomnium à Jove ad Agamemnonem miſſum, induxit ipſum ſomnium dicens:

—— —— Σὺ δὲ σῇσιν ἔχε φρεσί, μηδέ σε λήθη
Αἱρείτω.

Tu hæc in animo tuo habeto, neque te oblivio capiat. Poſtea Agamemnon

Ἔγρετο δ' ἐξ ὕπνου. θείη δέ μιν ἀμφέχυτ' ὀμφή.

Surgebat è ſomno & divina vox ei circumfuſa erat. Vide *Lucianum*, in ſomnio. *Moſchus*, narrato ſomnio divinitus ad Europam miſſo, verſ. 16.

Ἡ δ' ἀπὸ μὲν στρωτῶν λεχέων θόρε δειμαίνουσα
Παλλομένη κραδίην· τὸ γὰρ ὡς ὕπαρ εἶδεν ὄνειρον.
Ἑζομένη δ' ἐπὶ δηρὸν ἀκὴν ἔχεν, ἀμφοτέρας δὲ
Εἰσέτι πεπταμένοισιν ἐν ὄμμασιν εἶχε γυναῖκας.

Illa verò ex ſtrato thoro exſiliit, metu perculſa, palpitans corde, nam ſomnium viderat, tamquam rem evidentem. Diu autem tacita ſedebat, ambas enim adhuc in oculis apertis habebat mulieres. Vide & *Artemidori* Onirocriticorum Lib. IV. c. 4.

Certè ſi hæc omnia concurrerent in unum ſomnium, vix dubitare potuiſſe videntur quin eſſet θεόπεμπτον; præſertim poſtquàm latè ſparſa fuit opinio à Deo hominibus ſæpe immitti ſomnia, de multis eos in ſomnis moneri, & illa eſſe divinorum ſomniorum γνωρίσματα. Nec credibile eſt Deum, qui omnia videt atque audit, paſſum eſſe ſui amantes ita ab impuris Spiritibus deludi, aut etiam naturæ ipſius ludibriis transverſos agi, ut hoc in negotio fallerentur, qua de re iterum mox aliquid dicemus.

Ut ad ἐπιφανείας aut diurnas, aut vigilantibus oblatas, veniamus; I. Vox ſine ſpecie aut imagine ulla audiebatur, quæ vel dormientem excitaſſet. Sic Samuel nomine vocatus expergefactus eſt, & vigilans cetera Dei verba audiit 1 Sam. III. Τοῦ ὕπνου ἀπολείποντος (verba ſunt *Jamblichi* de Myſt. Sect. 3. Cap. 2.) ἀρχομένοις ἄρτι ἐγρηγορέναι, ἀκούειν πάρεστί τινος φωνῆς συντόμου, τὰ πρακτέα ὑφηγουμένης, ἢ μεταξὺ τοῦ ἐγρηγορέναι καὶ καθεύδειν ὄντων αἱ φωναὶ ἀκούονται: *ab incipientibus vigilare, contingit audiri vocem quamdam brevem* (pauca verba) *quæ agenda ſint docentem, aut inter vigiliam & ſomnum voces audiuntur.* Sic & Elias audiit quidem *ventum vehementem & validum, ſubvertentem montes, & confringentem petras, ante Jehovam*; dein *commotionem* ſenſit; poſt commotionem, *ignem* vidit; denique *tenuem ſonitum* audiit, quibus prætecritis, edita eſt vox *ad eum dicens, quid hic agis Elia*, &c. 1 Reg. XIX, 11. *& ſeqq.* ſine ulla forma. Ποτὲ μὲν ἀφανὲς καὶ ἀσώματον πνεῦμα περιέχει κύκλῳ τοὺς κατακειμένους, ὡς ὅρασιν μὲν αὐτοῦ μὴ παρεῖναι, τὴν δὲ ἄλλην συναίσθησιν καὶ παρακολούθησιν ὑπάρχειν, ῥοιζομένου τε ἐν τῷ εἰσιέναι καὶ περικεχυμένου πανταχόθεν ἄνευ τινὸς ἐπαφῆς: *interdum*, ait idem Jamblichus, *inconſpicuus & incorporeus ventus jacentes circumdat, ut ejus quidem conſpectus non adſit, ſed reliqui ſint ſenſus & apprehenſio, dum ſtridet quando ingreditur, & ſine ullo tactu undequaque circumfunditur.* Ἄλλοτε καὶ φωτὸς ἐπιλάμψαντος λαμπροῦ καὶ ἠρεμαίου, κατέχεται μὲν ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ὄψις, *aliquando etiam ſplendente lumine claro & quieto, detinetur oculorum acies.* II. Aliquando vox illa è cœlo emittebatur, ut quam Abramus filium immolaturus audiit, infrà Cap. XXII, 11, 15. ubi vide not. III. Neque è cœlo, ſeu nubibus dumtaxat vox edebatur, ſed è medio igne, aut procella, ut Exod. XIX, & XX, ſine ulla etiam loquentis ſpecie, Deut. IV, 15, 16. Ad id exemplum, Jobum Deus è turbine alloquitur Cap. XXXVIII, 1. IV. Species hominis vigilantibus oblata interdum eos alloquuta eſt, &

varia

14. Ingreſſo poſtea Ægyptum Abramo, mulierem Ægyptii *cum eo eſſe* formâ præſtantem animadverterunt. 15. Viderunt eam Pharahonis proceres, & coram eo collaudarunt, muliérque ejus domum tranſlata eſt. 16. Is propter eam Abramo benefecit, atque huic oves, boves, aſini, ſervi, ſervæ, aſinæ & cameli fuere. 17. At Pharahoni

Ægyptiorum amicitiam conciliatura, & perniciem ab ejus capite, dum ex Ægypto abire poſſent, amolitura eſſet.

14. Promiſit Sarais ſe quod vellet facturam, ingrediunturque in Ægyptum; nec diu in ea fuerant, cùm ecce id quod ſuſpicatus erat Abramus evenit. Ægyptios avidiores formarum ſpectatores Saraïdis pulcritudo fugere non potuit. 15. A Regis purpuratis conſpecta eſt, formáque peregrinæ mulieris apud Regem jactatâ, in regiam eam adduci Rex juſſit, inter pellices habiturus. 16. Abramum ibi fratrem ſuum eſſe cùm dixiſſet, Rex eum mancipiis & pecore donavit. 17. Deus interea, qui Abramo auxilium pollicitus erat, ne libi-

varia iis inſpectantibus egit; adeò ut homines hominem alloqui ſe exiſtimarent, cùm ex ſequentibus, & ex tota narratione Deum, aut Angelum ſub humana imagine latuiſſe videamus, ut infra Cap. XVIII. & alibi. Vide & Jud. XIII, 5. *& ſeqq.* Sæpe & noctu, in viſionibus propheticis, Deus inſtar hominis apparuit, ut Eſa. VI, 1. Ezek. I, 26. Crediderim, quotieſcumque occurrit hæc loquutio וירא אלהים *vajjera elohim*, *& conſpectus eſt Deus*, ut hoc loco Geneſews, quem præ manibus habemus, conſpectam eſſe ſpeciem humanam.

Hactenus oſtendimus, quibus modis Deus dormientibus & vigilantibus patefeciſſe ſe perhibeatur, ita tamen ut Divinas ἐπιφανείας ab Angelicis non ſecreverimus; nunc quærendum, quâ ratione humanas fraudes cavere poſſent; deinde unde Deum ab Angelo bono, Angelum item bonum à malo ii ſecernerent, quibus ſeſe revelabat, his modis quos diximus.

Nullam eſſe humanam fraudem, ſi vox audiretur, hinc liquebat, 1. quòd interdum vox humanâ multò major eſſet, qualis ea fuit quæ ex cacumine Sinaïs, montis præalti, quaquaverſum ab toto Iſraële exaudita eſt. Joannes Apoc. I, 10. vocem apparentis Chriſti tubæ ſonitui æquiparat, imò & maris aut ingentis fluvii murmuri, eodem in Cap. verſ. 15. ad quem vide not. 2. quòd ex iis locis oriretur ubi nemo erat, aut unde ab hominibus emitti non poterat; ut cùm Samuel è loco ubi Arca fuit, Abramus & Iſraëlitæ è nubibus, atque è medio igne, vocem emiſſam audivere. Sub humana ſpecie loquentem Angelum ſecernebant interdum ex majeſtate vultûs, oculorúmque inuſitato ſplendore. Uxor Manoachi Jud. XIII, 6. *Vir Dei*, inquit de Angelo quem viderat, *ad me venit, & adſpectus ejus quaſi adſpectus Angeli Dei, admodum terrificus.* Hinc & agnoviſſe videtur Angelum Nabuchodonoſor, cum iis quos in fornacem jaci juſſerat: *ſpecies quarti*, inquit, *ſimilis eſt filio Deorum.* Cap. III, 25. Vide & Dan. X, 5, 6. Interdum & actiones mirificæ, & ſupra humanas vires poſitæ, accedebant, ut ex eadem & Gedehonis hiſtoria Jud. VI, 17. *& ſeqq.* colligere eſt. Nunc de eventu rerum prædictarum non loquor, nam hîc quæritur quomodo eo tempore, quo objiciebatur ἐπιφάνεια, ab humana fraude, ante eventum eorum quæ prædicebantur, diſcerni poſſet. Interea tamen ex eo quòd ſibi, aut aliis talia viſa oblata & monita data eventu ſemel aut iterum confirmata fuiſſent, de aliis ſimilibus judicium ferre poterant.

Difficilior multò altera quæſtio, quâ, nempe, ratione cognoſcere poſſent an ipſe *Altiſſimus*, & *Deorum omnium Deus*, an aliquis, ut ita loquar, ex inferioribus Diis, ſeu Angelis bonis ab eo miſſus appareret. Nec videntur eam ſubtiliùs expendiſſe Veteres Hebræi, cùm ex ipſa narratione ἐπιφανειῶν Deúſne ἀμέσως, an Angelus loquatur, ſecernere vix queamus, & promiſcuè Deus & Angeli apparuiſſe in una, eadémque ἐπιφανείᾳ ferantur. Vid. & inf. Cap. XVI, 12. XXII, 1, 11, 12. Exod. III, 2. & ſeqq. Sic cùm Exod. XX. *Jehova* loquutus dicatur; attamen ab *Angelis* legem traditam cenſebant veteres Hebræi, ut liquet ex Gal. III, 19. Heb. II, 2. Act. VII, 38, 53. Cujus rei ratio hæc eſſe videtur, quòd boni Angeli non ſuo nomine quidquam hominibus nuncient aut præcipiant, ſed ſemper quaſi legatos Altiſſimi Dei ſe gerant. Hinc *Auguſtinus* Quæſt. in Geneſ. XXXVII. & alibi, non tam *Angelos*, quàm Deum *in Angelis*, loqui animadvertit: *Fortaſſis*, ait de Abrahamo, *in aliquibus Deum loqui intellexit, quibuſdam divinæ majeſtatis exſiſtentibus & apparentibus ſignis.* Vid. Quæſt. XLI. & quæ ex illo ad Cap. XVIII, 1. adferemus. Quod cùm ita ſit, nihil intererat ſcire Deúſne, an Angelus loqueretur; qua de re iterum ad Exod. XX. accuratiùs paullò agemus. Chaldæi quidem, quorum doctrinam tradit *Jamblichus*, in libro de *Myſteriis* Sect. 2. Cap. III. & ſeqq. putabant ſe ſcire τί τὸ γνώρισμα Θεοῦ παρουσίας, ἢ ἀγγέλου, ἢ ἀρχαγγέλου, ἢ δαίμονος, ἢ τινος ἄρχοντος, ἢ ψυχῆς; *quodnam indicium eſſet præſentiæ Dei, aut Angeli, aut Archangeli, aut Dæmonis, aut Principis alicujus, aut Animæ?* quæ erat quæſtio *Porphyrii*, cui Jamblichus pluribus in ſeqq. ſatisfacere nititur. Nos ea hîc non adtingemus, non quòd omnia fortè inania ſint quæ dicit, ſed quia prolixioribus eſſe non licet. Suis tamen locis, quædam inde excerpemus.

Non videntur pii inter veteres Hebræos malorum Angelorum fraudes multùm, hoc in negotio, timuiſſe; quia non dubitabant bonos Angelos, in proborum hominum cuſtodiam à Deo demiſſos, pro ſe malorum conatibus obſiſtere. Nec ſanè conveniebat Deum, hominum ſalutis amantiſſimum, ineluctabili tentationi eos exponere, qui ipſum timerent; quod factum certè fuiſſet, ſi nullo indicio Cacodæmones à bonis Angelis potuiſſent ſecerni; ſi ea γνωρίσματα, quæ ab omnibus Divinæ aut Angelicæ apparitionis certa indicia habebantur, uſurpare etiam potuiſſent mali Spiritus. Attamen inter homines vitiis mancipatos, & veri Dei ſpretores, quóſque adeò Cacodæmonibus tradidiſſe cenſeri poteſt Numen Opt. Max. evenire potuit ut Spiri-

rahoni ejúſque domui ingentia vulnera intulit, propter Abrami uxorem Saraïn, Jehova. 18. Tum Pharaho ad ſe vocato Abramo, quid hoc rei eſt, inquit, quod mihi feciſti? Quare hanc eſſe uxorem tuam mihi non indicaſti? 19. Quare dixiſti, hæc mea

libidini ſatisfacere poſſet Rex Ægyptius, immiſſo ei & aulicis graviſſimo morbo, obſtitit. [16] Morbi gravitate Rex perculſus, nec ſine Numinis ira tam ſubitum ingruiſſe ſuſpicatus, Ægyptios Prophetas de mali cauſa conſuluit, qui re., qualis erat, compertâ, Saraïn dimitteret monuerunt. Vocatum ergo Abramum Rex acriter caſtigavit, quòd diſſimulato conjugio, [19] Saraïn ſororem ſuam dixiſ-

tus immundi ſimilibus apparitionibus interdum, eos fallerent. Sed alia fuit piorum ratio. Vide & dicenda ad Caput XXII, 2. Atque hæc ſemel de apparendi rationibus, quibus Deus, aut Angeli utuntur, dicta ſunto, ne ſint aliis in locis repetenda.

Poſteris tuis] *Semini tuo.*

8. *Refixo tentorio ivit*, &c.] ויהתק משם *vajjahthek miſſcham*, *& inde revulſit*, hoc eſt, paxillos terræ infixos, quibus alligatum erat tentorium. Vide Jud. IV, 25. & Num. III, 37. IV, 42.

Bethelis] Eſt πρόληψις, nam Abrami ævo *Luza* vocabatur, à Jacobo demum dicta Bethel. Vide infrà Cap. XXVIII, 59.

Ab occaſu] מים mijjam, *à mari*; ſic occidens Hebræis dicitur, quia ad occidentem Judææ eſt mare Mediterraneum. Vide infrà XXVIII, 14. Exod. X, 19.

Hain] In hoc ipſo loco, Joſuæ juſſu, abdiderunt ſe inſidiatores, qui urbem hanc ceperunt. Joſ. VIII, verſſ. 9, 12.

Nomen ejus invocavit] ויקרא בשם יי vajjikra bſchem Jehova, *& vocavit in nomine Jehovæ*; quæ loquutio ambigua eſt, nam præter ſenſum quem expreſſimus, ſignificare poteſt vocatam eſſe exſtructam illic aram *de nomine Jehovæ*, hoc eſt, *aram Jehovæ* dictam, aut ſimili quopiam nomine, ut Jacobus infra Cap. XXXIII, 20. ſtatuit altare; *idque vocat*, *Deum Deorum Iſraëlis*. Sic Exod. XVII, 15. ædificat Moſes altare, quod appellat *Jehovam vexillum meum*. Jud. VI, 24. Gedehoni exſtructum altare vocatur *Jehova pax*. Attamen priorem ſenſum prætulimus, quia hîc non eſt ויקרא לו, ut locis allatis. V. Cap. XIII, 4. *Invocatio* autem hæc Dei, cujus mentio unà cùm altaris exſtructione fit, videtur mactationem victimarum, & ſollemniorem cultum indicare; alioqui privatas preces, ubicumque fuit, ſine altari ullo, fundere Abramus potuit.

9. *Profectus exinde Abramus*, &c.] *Et profectus eſt Abram*, *eundo & proficiſcendo*, הלוך ונסוע *haloch vnaſoah*, hoc eſt, ſenſim progreſſus eſt. Vide ſupra ad verſ. 3. Cap. VIII. Abramus, nempe, ſenſim prout deficiebant paſcua, proficiſcebatur in meridiem, Nomadum ritu.

10. *Cùm autem fames*, &c.] *Et fuit fames*, &c. *& deſcendit*.

In Ægyptum] Quæ regio, præſertim inferior, non tantùm frumento præ ceteris abundat, ſed etiam paſcuis, dum hæc in aliis regionibus deſunt, propter ſtatas Nili inundationes, & frequentes paludes. Vid. not. ad Cap. XLV, 18.

Ingraveſcente fame] *Quia gravis erat fames*, hoc eſt, longâ ſiccitate Chananææ frumentum, & fœnum deerant.

Commoraturus] לגור *lagour ſcham*, ut ibi peregrinaretur, donec famem ceſſaſſe in Chananæa audiret.

11. *Scio*, *inquit*, &c.] הנה נא ידעתי *hinneh na jadahthi*, duas priores voculas, cum LXX. Int. & Vulg. prætermiſimus, quòd Latinè non magis exprimi queant, quàm Græcorum παραπληρωματικαὶ, quæ tamen elegantiam orationi addunt. Qui vertunt *ecce nunc*, aut *ecce quæſo*, earum vim Latinis auribus nequaquam exprimunt. נא *na* non videtur orandi dumtaxat, ſed etiam blandiendi particula, quæ ab Hebræis interdum repetitur, ut Pſal. CVIII, verſ. 25.

12. *Ideóque te conſpecta*] *Et erit cùm viderint.*

Te incolumem ſervabunt] יחיו *jehhajjou*, te vivere facient, περιποιήσονται, ut LXX. Nimirum, ut viro qui reniteretur occiſo, libidini commodiùs indulgeant. Cùm Abramus eo tempore, quo Chananitidem ingreſſus eſt, ſeptuaginta quinque annos natus, ut vidimus verſ. 4. Sara autem, ut liquet ex Cap. XVII, verſ. 17. decennio tantùm junior eſſet; quando in Ægyptum ivere, minimùm ſexaginta quinque annos nata erat, quâ ætate non ſolent mulieres formâ ita excellere, ut virorum libidinem excitare queant. Verùm ut diutiùs eo tempore vivebant, ætate provectis non modò vires conſtabant, ſed etiam vigor ille oris & carnium habitus, in quibus, præter lineamenta, ſita eſt pulcritudo, integri erant. Propterea etiam Græcorum Poëtæ, qui norant primis ſæculis longiorem fuiſſe hominum vitam, ſuam Helenam, quam rapuerat *Theſeus*, tertiâ pòſt ætate, infauſtâ formâ, bellum Græcis & Trojanis creaſſe fingunt. Sunt quoque mulieres aliis diutiùs formoſæ, quales quæ non multos peperere liberos, & delicatiùs vixere; Sara autem nondum pepererat, nec dubium quin hominis divitis, & uxoris amantis conjux ſtudiosè ſemper cuticulam curaſſet. Itaque mirum non eſt, ſi inter eas fuit Sara, ut utar verbis *Platonis* de Colophonia *Archeanaſſa*,

Ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ἕζετο δριμὺς ἔρως.

Quarum etiam in rugis ſedit acerbus amor.

13. *Te meam eſſe ſororem*] אחתי את *ſoror mea tu*, ſubintelligitur כי *chi* ὅτι, ut alibi non rarò. De conſanguinitate Abrami & Saraïdis, vide dicta ad Cap. XX, 12. Ceterùm hîc ſpecies eſt mendacii, nam qui ſororem Abrami eſſe audiebant, uxorem eſſe ejus non putabant; nec tamen eſt veritus eam uxorem ſuam eſſe negare, ut vitæ ſuæ conſuleret. Non videntur Hebræi unquam innoxia, imò utilia ut ingentia mala vitarentur, aut ut bonum aliquod inde oriretur, ſine contumelia aut injuria cujuſquam, ſine veri ullius dogmatis abnegatione, mendacia, inter ea quæ vitio verti poſſent numeraſſe. Simulatio ea demum illicita eſt, quæ aut neceſſariæ veritatis cognitioni, aut aliis nocet, nemini prodeſt. Poteſt hoc ex ipſa rei natura oſtendi, ſed conſulantur exempla, quæ exſtant Gen.

mea ſoror eſt? quam ego mihi mox uxorem futuram ceperam; nunc verò en *tibi* uxorem tuam, *eam* recipe & abi. 20. *His dictis*, mandata *certis* hominibus dedit Pharaho, eúmque, uxorem, & quidquid ejus fuit dimiſerunt.

XII. Abra-

dixiſſet; quàm ideò ducere ipſe paratus fuerat, & perniciem ferè ſibi nec opinus ab irato Deo creaverat. Itaque eam illico reciperet, & regno ſuo quam primùm decederet denunciavit. 20. Quibus dictis, uxorem ei reddidit, certíſque hominibus eos, cum univerſa familia, facultatibúſque, deducendos ad Ægypti fines tradidit.

P A-

Gen. XIX, 2. XX, 2. XXII, 2, 5. XXVI, 7. XLII, 9. Exod. I, 19. III, 18. Joſ. II, 5. 1 Sam. XXI, 2. XXVII, 10. 2 Sam. XV, 34. XVII, verſ. 20. 2 Reg. VI, 19. VIII, 10. Jer. XXXVIII, verſ. 25. De re ipſa vide *H. Grotium* ad Lucam. XXIV, 28. Lex quæ exſtat. Exod. XX, 16. non omne mendacium vetat.

Ut tui causâ mihi bene ſit] Quamquam ex hoc mendacio ſemel, iterúmque ditior ſit factus Abramus, eo tamen animo Saram uxorem ſuam fuiſſe non videtur diſſimulaſſe; quod ſanè avari animi indicium fuiſſet, ne quid atrocius dicatur. Calumnia hæc fuit *Fauſti* Manichæi. Eſt ergo hæc enunciatio per contrariam exponenda, ut multæ aliæ, hoc ſenſu *ne tuâ causâ mihi malè ſit*, hoc eſt, ne occidar. Sibi benefactum à malis hominibus dicere potuit Abrahamus, cùm ſe non malè, ut alios ſolebant, habuiſſent. *Quod eſt enim aliud beneficium latronum, niſi ut commemorare poſſint, iis ſe vitam dediſſe, quibus non ademerint?* Quæ verba ſunt *Ciceronis* ex 2. *Philippica*. Uxorem quidem ſuam gravi periculo exponebat, ſed quod aliquâ arte caveri poterat; multæ enim fingi poterant cauſæ, ob quas ſe in cujuſquam connubium venire non poſſe oſtenderet Sara, aut ſaltem nuptias differret, donec occaſio eſſet relinquendæ Ægypti. At ſi dixiſſet Abramum virum ſuum eſſe, eo quàm primùm per inſidias occiſo, unicam quam prætendiſſet negatarum nuptiarum cauſam reſecuiſſent, Sarámque ad ſecundas nuptias coëgiſſent.

Vivam] *Anima mea vivat*, hoc eſt, ego vivam, ut alibi paſſim.

14. *Mulierem*, &c.] *Viderunt mulierem, quod pulchra ea valde.*

15. *Pharahonis proceres*] שרי פרעה *ſare pharhoh*, *principes*, hoc eſt, aulici Pharahonis. Intelligit fortè præfectos præſidiis Chananææ vicinis, aut Nomarchas qui peregrinos, advenientes, præſertim ingenti agmine ut Abramum, obſervare juſſi erant. Horum oculos effugere non potuit Sara, cùm totam familiam videre voluerint; alioqui facilè velo tecta (Vid. not. ad Cap. XXIV, 65.) aut intra carpentum latere potuiſſet. Ex Chananæa venientes quare ſuſpectos haberent Ægyptii, dicemus ad Cap. XLII, 2. Ceterùm *Pharaho*, non eſt nomen proprium, ſed communis Ægyptiorum Regum titulus; qui, ut obſervarunt viri docti, ad tempora uſque Ezekielis Prophetæ, iis honoris causâ tribuebatur. Vid. Ezek. XXXII, 2. Aliquando etiam in Scriptura nomina propria Regum Ægypti ei titulo ſubjiciuntur, ut *Pharaho Necho* 2 Reg. XXIII, 29. *Pharaho Hophra. Hophra.* Jerem. XLIV, 30. Quin & horum Regum nomina propria, ex antiquiſſimis *Manethonis* & *Eratoſthenis* laterculis habemus, omiſſâ prorſus Pharahonis appellatione; quæ ſtudioſè collegit, & contulit, in *Canone Ægyptiaco*, *Joannes Marshamus*. Idem ex Veteribus oſtendit hoc tempore tres fuiſſe, aut quatuor, apud Ægyptios, Dynaſtias. Hîc Tanitarum regem ſignificari credibile eſt, quia cùm inferiorem Ægyptum haberet, eam partem tenuit, in qua ſola non frumenti modò, ſed & paſcuorum copia fuit, ut dicemus ad Cap. XLV, 18. Hic autem Rex, quo imperitante Abramus in Ægyptum venit, *Ameſiſes*ne fuerit, an *Uzes*, an qui inter hos fuit, & cujus nomen intercidit, non conſtat, ſed unum ex tribus fuiſſe oportet; qua de re videndus ad ea Ægyptiorum tempora vir doctiſſimus, quem modò laudavimus.

Hæc cùm ita ſint, quærunt Eruditi quid voce פרעה *Pharaho* ſignificetur? *Sam. Bochartus* ex Arabe Lexicographo *Crocodilum* interpretatur, *Hieroz.* Part. 2. Lib. V. Cap. 18. *Athan. Kircherus*, ex radice פרע *pharah* deducit, & quia *liberare* aliquando ſonat, *liberum & ſolutum legibus* eſſe cenſet. *Ægyp. Oedip.* Lib. I. Cap. 76. Sed hæc coacta eſt derivatio, & illa nulla ratione nixa. Malim ſequi *Joſephum*, cujus hæc ſunt verba è Lib. VIII. Cap. 2. Pag. 268. Ed. Genev. πρὸς τοὺς ἐπιζητήσαντας, ὅτι πάντες οἱ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖς ἀπὸ Μιναίου τοῦ Μέμφιν οἰκοδομήσαντος, ὃς ἔτεσι πολλοῖς ἔμπροσθεν ἐγένετο τοῦ πάππου ἡμῶν Ἀβράμου μέχρι Σολομῶνος (imò & ulteriùs, ut ex Ezekiële liquet) Φαραῶνες ἐκλήθησαν, ἀπὸ τοῦ μετ' τοὺς ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις ἄρξαντος βασιλέως Φαραὼ τὴν προσηγορίαν λαβόντες; ἀναγκαῖον ἡγησάμην εἰπεῖν ἵνα τὴν ἄγνοιαν αὐτῶν ἀφέλω, καὶ ποιήσω τοῦ ὀνόματος φανερὰν τὴν αἰτίαν· ὁ ΦΑΡΑΩΝ κατ' Αἰγυπτίοις ΒΑΣΙΛΕΑ σημαίνει: *quærentibus quare omnes Ægyptiorum Reges, à Minæo, qui Memphin condidit, & qui multis annis ante patrem noſtrum Abramum fuit, uſque ad Salomonem* Pharaones *dicti ſint, ab aliquo qui poſtea imperavit appellatione deſumtâ? neceſſariam duximus dicere, ut eorum eximamus ignorantiam, & cauſam nominis manifeſtam faciamus.* Pharao *apud Ægyptios* Regem *ſignificat.* Quem locum integrum adduximus, ne hodie atque heri quis natam hanc quæſtionem putet; & *Joſepho* quidem, potiùs quàm aliis, calculum noſtrum addimus, quia ejus auctoritatem confirmat grammatica ratio. Apud Arabas פרע *pharaba*, etiamnum hodie idem eſt ac *ſummam tenuit*, vel *cepit*, *ſuperior* aliis nobilitate, auctoritate fuit; & פרעה *pharhaboa*; cùm *verticem* rei cujuſpiam, tum *caput*, aut *principem familiæ* ſignificat. Quam ego Etymologiam indubitatam eſſe exiſtimo, quamvis ab aliis obſervatam nuſquam legerim. Igitur Pharahonis vox non modò titulus eſt honorificus, ut *Sulthan* שלטאן & *Imperator*, ſed idem etiam apud Ægyptios ſonabat.

Tranſlata eſt] Heb. *capta eſt mulier domum Pharahonis.*

 16. *Oves*,

XII. Abramus ex Ægypto redux priſtinas ſedes repetit, & cùm unà cum Loto, præ copia pecoris, vivere ampliùs illic non poſſet, eum à ſe dimittit. Lotus in planitie Jordanis ſedes figit. Abramus promiſſum de Chananæa, à ſobole ſua poſſidenda, accipit; eam peragrat, atque ad Mamren tendit.

CAPUT XIII.

1. ADSCENDIT ergo Abramus ex Ægypto, ipſe & uxor ejus, & quidquid ejus erat, unáque Lotus ad meridiem *Chananææ*. 2. Abrami autem pecore, argentóque & auro graviſſimum *agmen* erat. 3. A meridie dein pro-

PARAPHRASIS.

1. 2. REDIIT ergo Abramus ex Ægypto in meridianum Chanahanitidis tractum, unà cum Loto, non modò integris facultatibus, ſed multùm etiam auctis. 3. Illinc grave opibus agmen paullatim ad ſeptemtrionem, Bethelem uſque, progreſſum, tetendit ubi antea tabernacula fixerat, 4. quo loco etiam altare Deo exſtruxerat Abramus. In hoc gratias Numini, ob vitata in Ægyptiaco iti-

16. *Oves, boves*, &c.] Hæ potiſſimæ Orientalium, præſertim Nomadum, opes. Vide inf. Cap. XIII, 6. & Job. I, 3. & *ſeqq.* Hîc & alibi צאן *tſon*, *oves*, vertimus, quamvis *capras* etiam ſignificet, quia non eſt Latina vox, quæ utrumque pecudum genus complectatur. Vid. *Sam. Bocharti Hieroz.* Part. 1. Lib. 2. Cap. XLII. Sed obſervatu dignum eſt inter pecudes, nullâ ordinis ratione habitâ, ſervos & ſervas cenſeri.

Boves] בקר *bakar*. Vox hæc, quæ *boves* propriè ſignificat, videtur hîc quaſvis majores pecudes ſeu armenta ſignificare, quales etiam cameli: ut צאן minores, quales oves, capræ, &c. Neque enim dubium quin Lotus etiam Camelos haberet, qui Orientalium haud ultima cura.

17. *Ingentia vulnera intulit*] *Percuſſit plagis magnis*, aut morbis, aut mortibus, aut alio infortunio.

Propter Abrami uxorem] Quia uxorem viro, quamquam neſcius, eripuerat; nam libidinis indomitæ fuit peregrinam mulierem, eo tantùm quòd forma ejus jactaretur, appetere & rapere.

18. *Ad ſe vocato Abramo*, &c.] *Et vocavit Abramum*, & *dixit.*

Quid hoc rei eſt quod, &c. In Hebr. phraſi ſubauditur אשר *quod* מה זאת עשית לי *mah zoth* (אשר) *haſchitha li*, quid hoc feciſti mihi. Vid. XX, verſ. 9. Quâ ratione Pharahoni innotuerit, ſe ſuámque familiam clades, propter Saraïn, eſſe paſſos, & unde uxorem Abrami eam eſſe reſciverit, non docet Moſes. Infra Cap. XX, 3. Abimelechus in ſomnis à Deo monetur, & fortè ita monitus fuit Rex Ægypti. *Joſephus* à Sacerdotibus monitum tradit Ant. Lib. I. Cap. 8. ἐμποδίζει δὲ ὁ Θεὸς τὴν ἄδικον αὐτοῦ ἐπιθυμίαν, νόσῳ τε καὶ στάσει τῶν πραγμάτων, καὶ πυνθανομένῳ περὶ ἀπαλλαγῆς, κατὰ μῆνιν Θεοῦ τὸ δεινὸν αὐτῷ παρεῖναι ἀπεσήμαναν οἱ ἱερεῖς (Regi Ægypti à conſiliis & rerum latentium periti. Vid. not. ad Cap. XLI, 8. XLVII, 22.) ἐφ' οἷς ἠθέλησεν ἐνυβρίσαι τοῦ ξένου τὴν γυναῖκα: *impedit verò Deus injuſtam ejus libidinem morbo, & rerum perturbatione: quærenti autem quomodo iis liberari poſſet, malum hoc irâ divinâ ei accidiſſe ſignificarunt Sacerdotes, quia hoſpitis uxori contumeliam inferre voluerat.*

19. *Quam ego mihi mox uxorem futuram ceperam*] *Et ceperam eam*, & *nunc mihi in uxorem*, hoc eſt, quam ceperam, uxorem meam mox futuram; עתה *hatthah*, *nunc*, hîc videtur ſignificare proximum tempus, ut Num. XI, 23. Plura exempla profert *Noldius* in ſignif. 4. Oſtendunt hæc verba Pharahonem nondum cum ea coiiſſe, morbo fortè à Deo immiſſo prohibitum, ut eſt in *Joſephi* loco modò allato. *Abſit ut credamus*, ait *Auguſtinus* Civ. D. Lib. XVI. Cap. 19. *alieno concubitu fuiſſe pollutam, quia multò eſt credibilius hoc Pharaonem facere afflictionibus magis non fuiſſe permiſſum.* Similiter etiam *Theodoretus* Quæſt. LXII. Εὐθὺς ἁρπαχθείσης τῆς Σάῤῥας ἐπέδησε τῇ νόσῳ τὸν Φαραὼ τῶν ὅλων ὁ πρύτανις, ἡ δὲ νόσος τὴν ὄρεξιν ἠμβλυνε. καὶ τῶν δικτύων ἔσω τὴν θήραν ἔχων ὁ θηρευτὴς οὐκ ἀπέλαυσε τῆς ἄγρας, ἡ γὰρ νόσος ἐκώλυσε: *ſtatim raptâ Sarâ, ligavit morbo Pharaonem rerum omnium rector, morbus autem cupiditatem hebetavit. Cùm in caſſibus prædam haberet venator, eo quod venatus erat non eſt potitus, morbus enim impediit.*

20. *Mandata certis hominibus dedit*] Et *præcepit de eo Pharao hominibus.*

Dimiſerunt] וישלחו *vajjeſchallebhou*, hoc eſt, ad fines regni comitati ſunt, quaſi homines quorum conſortio abſtinendum erat, ne ſi qua illis injuria fieret, graves propterea à Regno Deus eorum repeteret pœnas. V. Ex. XVIII, 27.

COMMENTARIUS
In CAPUT XIII.

1. AD *meridiem Chananææ*] *Chananææ* vocem addidimus, ne quis crederet Abramum ex Ægypto in Æthiopiam, quæ ad meridiem Ægypti eſt, iter feciſſe, cùm in Palæſtinam, unde venerat, redierit. Qui in hac regione degebant *meridiem* ſimpliciter vocabant auſtralem partem tribûs Judæ & Idumæam. Vid. *Habdiæ* Prophetæ commata 19 & 20. & quæ ad ea notavimus. LXX. Intt. habent εἰς τὴν ἔρημον *in deſertum*, quod eodem recidit, nam deſertum ad Auſtrum Judææ eſt.

2. *Abrami agmen pecore*, &c. *grave erat.*] *Abramus valde gravis erat in pecore*, quod cùm Latinè intelligi nequeat, vocem *agmen* adjecimus, ut metaphoram (quoad per Latinam Lin-

profectus, ſuis itineribus, Bethelem, ad locum uſque, ubi priùs tabernaculum ejus fuerat, inter Bethelem & Hain pervenit; 4. ad altare, quod antea ibi fecerat, & illic nomen Dei *denuò* invocavit Abramus.

5. Loto etiam cum Abramo eunti oves erant, boves & tabernacula; 6. neque eos *ampliùs* unà habitare ea patiebatur regio, quòd majores eſſent eorum facultates; nec ſimul *eadem loca* inſidere *ampliùs* potuerunt. 7. Exorta etiam eſt, inter paſtores pecoris Abrami, & paſtores pecoris Loti, rixa. Chananæi autem, eo tempore, & Pherizæi regionem incolebant. 8. Tum Abramus Loto, ne ſit, quæſo, inquit, lis inter me & te, paſtoribúſque meis cum tuis, quandoquidem fratres ſumus.

itinere pericula, fauſtúmque reditum, acturus ſacra fecit.

5. Non ſolus Abramus opes ſibi fecerat, Loto etiam fratris filio auctæ facultates erant, ingénſque errabat pecudum numerus; 6. quo factum eſt, ut unus, in quo ſimul tendebant, tractus, & in quo eorum pecus paſci ſinebant Chananæi, gregibus pabulum vix ſuppeditaret; útque ægrè unà, ut antea ſolebant, vivere propterea poſſent. 7. Exortæ etiam ſunt, ut fit, inter eorum paſtores nimiùm vicinos lites; eo periculoſiores, ſi ſæpiùs ac pertinaciùs exardeſcerent, quo magis erant timendæ eæ Chananæorum Tribus, quæ illis temporibus regionem tenebant; & quibus ea diſſidia utriúſque ſpoliandi opportunitatem præbere facilè potuiſſent. 8. Igitur Lotum adit Abramus, & ſine ſummo periculo, nec minori impietate, inter ſanguine & adfinitate uſque adeò conjunctos, lites feri non poſſe oſten-

Linguam licuit) ſervaremus. Significat Moſes Abramum, præ copia pecoris, aliiſque divitiis, lentis itineribus in Chananæam rediiſſe; grave enim agmen haud facilè moliebatur.

3. *Profectus ſuis itineribus*] *Et ivit, ſecundùm profectiones ſuas* למסעיו *lmaſſabau*, hoc eſt, lentè & prout progredi tam grave agmen poterat, ut Capite XXXIII, 13.

Ubi priùs] בתחלה batthehhillah, *initio*. Vide inf. Cap. XLIII, 17.

4. *Nomen Dei denuo invocavit*] Hoc eſt, iterum ſacra fecit. Vid. ad Cap. XIII, 8.

5. *Oves*] צאן *tſon*. Vid. ad Cap. XII, 16.

Boves] בקר *bakar*. Vide quæ ibidem diximus.

Tabernacula] Hæ etiam divitiæ Nomadum fuere, conſtabántque hæc tentoria ciliciis, hoc eſt, craſſioribus pannis ex caprina lana textis. Plinius Lib. VI. Cap. 28. *Nomadas inde, infeſtatoréſque Chaldæorum, Scenitæ claudunt & ipſi vagi, ſed à Tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur ubi libuit.* Solinus ex Plinio Cap. XXXIII. *Scenitæ cauſam nominis inde ducunt, quòd tentoriis ſuccedunt, nec alias domos habent, ipſa autem tentoria cilicina ſunt, ita nuncupantur velamenta caprarum pilis texta.* Ad quem locum vide *Salmaſianas Exercitationes*. Erat autem ea lana ut plurimum caprarum nigrarum, unde ſponſa Cant. I, 5. *Nigra ego & venuſta, ô filiæ Jeroſolimitanæ, ut tentoria Kedar.* Quod de hodiernis Arabibus etiam teſtantur qui eos inviſere. Vide *Pet. Vallenſem* Ep. XVII. Baghadi datâ p. 519. & ſeq. Ed. Venet. in 12. *Thevenotii* Itin. Lib. II. Cap. 32. Part. I. & *Sam. Boch. Hieroz.* Part. I. Lib. 2 Cap. LI.

6. *Neque eos ampliùs unà habitare*, &c.] *Non ferebat eos terra ad habitandum unà*, &c. Nimirum, propter paſcuorum, quæ ipſis patebant, penuriam; nam videntur per loca deſerta vagati, cùm incolæ locorum ſine dubio pinguiſſima quæque paſcua occupaſſent, quæ nonniſi bis volentibus adiri poterant.

Facultates] Quæ potiſſimùm in pecore fuere ſitæ, ideóque non patiebantur eos qui divites eâ ratione erant unà eadem loca incolere.

Cùm ergo, &c.] *Et non poterant* —— & *fuit rixa*, &c. aut propter paſcua communia, aut propter aquas, quæ utriuſque gregibus cùm non ſufficerent, alterius paſtores, excluſis alterius paſtoribus, ſibi vindicare conabantur. Vide Capp. XXI, 25. XXVI, 20.

7. *Inter Abrami*, &c.] *Inter paſtores pecoris Abrami, & inter paſtores pecoris Loti.*

Chananæi eo tempore & Pherizæi] *Chananæus & Pherizæus tunc*, &c. Chananæi omnes ſunt, qui ex Chanahane originem ducebant, adeóque ipſi Pherizæi; qui omnino indidem orti videntur, quamquam ad quam ex undecim familiis referri debeant non liquet. Quare ergo genere poſito, ſubjicitur ſpecies? Nimirum, hìc Chananæorum appellatio generis totius non eſt, ſeu undecim familiarum, ſed unius, quæ ita κατ' ἐξοχὴν dicta eſt, ut oſtendimus ad Cap. XII, 6. ubi ſecundam interpretationem vide. Poſtea Chananæi hæc loca, in quibus unà verſabantur Abramus & Lotus, videntur deſeruiſſe, ut ſedes ſuas ad littora Maris Mediterranei, Sidonem verſùs, atque ad ripas Jordanis transferrent, ubi potiſſimùm tempore Moſis erant, ut liquet ex Numer. XIII, 30. ubi etiam vide notata.

Pherizæi] Ad quamcunque Chananæorum familiam pertinerent, conſtat montana & ſilveſtria loca his ſedes fuiſſe. Vide Joſ. XI, 3. & XVIII, 15. Hinc collegere viri docti, agreſte quoddam genus hominum ita vocatum, qui cùm procul ab urbibus in ſolis pagis degerent, non immeritò Pherizæi dicti ſint; nam Hebræi פרזות phrazoth *pagos*, & פרזים phrazim *paganos* vocant. Obſervat porrò Moſes Chananæos & Pherizæos hæc loca tenuiſſe, ubi de rixa paſtorum Abrami & Loti loqnutus eſt; quia ſi unà contendere perrexiſſent, ſummum erat periculum, ne ſe rixæ miſcentes regionis incolæ utrumque ſpoliaſſent.

8. *Cùm fratres ſimus*] *Quia nos homines fratres*, hoc eſt, conſanguinei, ex perpetuo Linguæ Sacræ uſu. Meritò autem Abramus omnes diſcordiarum cum Loto cauſas antevertere laborat; notum enim quàm acerbæ ſint propinquorum lites, ſi potiſſimùm diuturnæ fuerint. Eadem de cauſa *Muſonius*, apud *J. Stobæum* Serm. I. μήποτε μὲν διενεχθῆναι αὐτοὺς τοὺς οἰκειοτάτους· διενεχθεὶς δὲ διαλλαχθῆναι ὡς τάχιστα: *nunquam* *equi-*

Digitized by Google

mus. 9. Nonne expoſita tibi eſt omnis regio? Abſcede, quæſo, à me; ſi ad ſiniſtram *eas*, dextram ego petam; ſin ad dextram *mavis*, ad ſiniſtram ibo. 10. Lotus verò proſpiciens omnem planitiem Jordanis, cùm nondum Jehova Sodomam & Gomorrham perdidiſſet, totam, quà Tſoharem itur, inſtar Paradiſi Jehovæ, *aut* Ægyptiæ terræ

oſtendit. 9. Nihil itaque ſalubrius fieri ab utroque poſſe, ut rixis occaſio omnis præcidatur; quàm ſi, licèt invicem amantes, diverſi in varios tractus irent; & ſe quidem illi optionem ferre, quamcumque partem Chananææ eligere viſum fuiſſet, ſe in aliam illico abiturum. 10. Lotus, probato patrui conſilio, è vertice montis, in quo tendebat, oculos in omnem Chananæam, quà patebat proſpectus, circum-

equidem diffidere me velim à familiariſſimis; ſin diſſidium intercedat, quàm primùm reconcilier.

9. *Nonne expoſita tibi eſt*, &c.] *Coram te* &c. Hoc eſt, per me licet eligas, quam in partem iturus ſis. Metaphora ducta eſt ab eo quod ſolet fieri, ubi, eligendi causâ, plura cuipiam adponuntur, ut ex iis omnibus quæ coram ſe ſunt quod videbitur capiat. Fortè ex conviviis potiſſimùm ea deſumta eſt loquutio, (Vide Cap. XVIII, 8.) in quibus ea tantùm quæ ſibi adponebantur quiſque adtingebat (Vide not. ad Gen. XLIII, 33.) & ex iis quæ circumferebantur, tum demum arripere quidpiam licuit, ubi è regione erat, unde præceptum convivale: περιφερόμενόν γέγονέ τι κατὰ σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα, κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε μέχρις ἂν γένηται κατὰ σε: *ſi quid circumlatum ſit juxta te, porrectâ manu decenter partem capito, præteriit? ne detine; nondum venit? ne longè adpetitum jaculeris, ſed exſpecta donec juxta te fuerit.* Exſtat in Enchir. *Epicteti*. Cap. 21. Vide inf. Cap. XLVII, 5.

Si ad ſiniſtram eas] Hoc eſt, in diverſam partem ibo, ne alter alteri officiat, indéque naſcantur rixæ; quæ ſapiens fuit cautio, cùm antevertere mala multò ſatius ſit, quàm poſtquàm evenerunt, remedium adferre velle. *Dextra* & *ſiniſtra* oppoſitas plagas, ut paſſim, hîc ſonant.

10. *Proſpiciens*] *Suſtulit oculos*. Vide Cap. XXIV, verſſ. 63, 64.

Omnem planitiem, &c. Antequàm ex ſubverſione urbium, quibus hæc habitabatur planicies, lacus Aſphaltites enaſceretur; irrigua erat Jordane, & omnibus, ſeu fluviis, ſeu torrentibus qui in eum incidebant; quibus cùm nullus eſſet in mare exitus ſine dubio vicina, derivatis illinc rivis, copiosè rigabantur. Vid. noſtram Diſſert. de *Sodomorum ſubverſione*.

Jordanis] Cùm hujus celeberrimi fluvii hæc prima occurrat mentio, paucis eum deſcribere ex Veteribus ſupervacuum non erit. Duplex ei fons tribuitur, unde duplici rivo defluens, miſtis aquis unus, evadit amnis. Alter fons in regione fuit, quæ *Daphne* vocabatur, & rivus illinc defluens *minor Jodanes* dictus, aut etiam *Jor* יאר, hoc eſt, rivus, ſi aliis credimus. Joſephus *de Bello Judaico*, Lib. IV. Cap. I. de Semechonite lacu: διατείνει δὲ αὐτῆς τὰ ἕλη μέχρι Δάφνης χωρίου, τὰ τ᾽ ἄλλα τρυφεροῦ καὶ πηγὰς ἔχοντος αἳ τρέφουσαι τὸν ΜΙΚΡΟΝ καλούμενον Ἰορδάνην, ὑπὸ τὸν τῆς χρυσῆς βοὸς νεὼν, προπέμπουσι τῷ μεγάλῳ; *extendit autem ſuas paludes, ad Daphnes tractum, qui cùm aliàs delicioſus ſit, & fontes habet qui alentes Jordanem minorem, ut vocatur, infra templum aureæ bovis, eum in magnum deducunt*; hoc eſt, infra *Danem*, ubi fuit vitulus aureus à Jeroboamo conſtitutus 1 Reg. XII, 29. Non procul enim hinc fuit urbs *Dan*, ut ex aliis locis apparet ejuſdem Scriptoris. Vide Antiq. Lib. VIII. Cap. 3. in Græcis, 8. in Latinis & Lib. V. Cap. 2. in Gr. 7. in Latinis. Neque procul etiam ab hac urbe fuit *Panium*, ubi majoris Jordanis fons, *Dan* etiam dictus, quem deſcribit Joſephus Lib. XV. Cap. 13. σπήλαιον ἐν ὄρει περικαλλές ἐστιν, ὑπ᾽ αὐτῷ δὲ γῆς ὀλίσθημα, καὶ βάθος ἀποῤῥωγὸς ἄφατον, ὕδατος ἀκινήτου πλέον. καθύπερθεν δὲ ὄρος παμμεγέθες, ὑπὸ δὲ τὸ σπήλαιον ἀνατέλλουσιν αἱ πηγαὶ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ: *ſpelæum in monte pulcherrimum eſt, eique ſubjecta terræ devexitas, & profunditas hians immenſa, plena aqua ſtagnante. Suprà mons eſt maximus, ſub ſpelunca verò oriuntur fontes Jordanis fluvii.* Vide & Lib. III. de *Bell. Jud.* Cap. 31. in Græc. 18. in Lat. *Hieronymus* de utroque fonte, ita ad Matth. Cap. XVI. *Jordanes oritur ad radices Libani, & habet duos fontes, unum nomine Jor, & alterum Dan, qui ſimul miſti Jordanis nomen efficiunt.* Similia habet in *Quæſt. Hebr. ad Geneſ. & in Comment.* ad Ezek. Cap. XXVII. Curſum verò Jordanis ſic Joſephus deſcribit: ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἄντρου (Panii) κόπτει μὲν τὰ τῆς Σεμεχωνίτιδος λίμνης ἕλη τε καὶ τέλματα· διαμείψας δὲ ἑτέρους ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους, μετὰ πόλιν Ἰουλιάδα διεκπερᾷ τὴν Γεννησὰ μέσην· ἔπειτα πολλὴν ἀναμετρούμενος ἐρημίαν, εἰς τὴν Ἀσφαλτῖτιν ἔξεισι λίμνην: *incipiens ab hoc antro* (magnus Jordanes) *Semechonitis lacûs paludes & cœnoſas voragines ſecat, centum autem & viginti alii præteritis ſtadiis, poſt oppidum Juliada, Genneſar lacum medium tranſit, deinde multam emenſus ſolitudinem, exit in Aſphaltiten lacum.* Plinius Hiſt. Nat. Lib. V. Cap. 15. *Jordanis amnis oritur è fonte Paneade — amnis amœnus, & quatenus locorum ſitus patitur, ambitioſus, accolíſque ſe præbens, velut invitus Aſphaltiten lacum dirum naturâ petit, à quo poſtremò ebibitur, aquáſque laudatas perdit peſtilentibus miſtas. Ergo ubi prima convallium fuit occaſio, in lacum ſe fundit, quem plures Genezaram vocant XVI. millia paſſuum longitudinis, VI. millia latitudinis*, &c. Vide & quæ ex *Philoſtorgio* habet *Salmaſius* ad *Solinum* initio Cap. XXXV. ubi ex *Joanne Antiocheno* citatur locus ejus egregius, de geminis Jordanis fontibus, ejuſque decurſu.

Cùm nondum Deus] Lectionem Codicis noſtri, ut alibi ſemper, hîc ſequutis, verborum ordinem mutare neceſſe fuit, qui hic eſt in Heb. contextu: *vidit omnem planitiem Jordanis, quod tota ea irrigua, antequàm perderet Jehova Sodomam & Gomorrham, ut hortus Jehovæ, ut terra Ægypti, veniente te Tſoharem.* Sed cùm Tſo-

terræ irriguam eſſe vidit. 11. Omnem ergo planitiem Jordanis elegit ſibi Lotus, &
ad orientem profectus eſt; atque ita alter ab altero abſceſſit. 12. Abramus in Chana-
næorum tractu conſedit, Lotus verò in urbibus planitiei habitavit, & Sodomam uſque
tetendit. 13. Sodomitæ autem mali, & maximi coram Jehova peccatores erant.
14. Abra-

cumulit; & cùm nondum, incendio cœlitus immiſſo, in lacum Aſphaltiten converſa eſſet planities, ſub Moabiticis montibus, ad utramque Jordanis ripam ſita; irriguus is tractus erat fluvii aquis, inſtar Paradiſi in quo primi Parentes olim collocati fuerant, aut inſtar inferioris Ægypti, & fertiliſſimis paſcuis abundabat. 11. In hanc ergo planitiem oculis defixis, eam ſe ſibi colendam eligere pronunciavit; & paullò poſt, relicto Abramo, ad Orientem profectus eſt, cum familia & gregibus. 12. Abramus

Tſohar non fuerit urbs Ægypti, verùm ex ſubvertendis una, niſi Loti obſtitiſſent preces; eſt ea vox non cum *Ægypto*, poſtremùm memorata, conjungenda, ſed cum *planitie Jordanis* ad quam pertinuit. Similis eſt verborum metatheſis Joſ. XXIV, 26. *Scripſit Joſua verba hæc in* LIBRO *Legis Dei*, *& cepit lapidem magnum & ſtatuit eum ibi ſub quercu*, QUI *eſt in Sanctuario Jehovæ*, ubi ultima verba ad *Librum Legis*, non ad proximè antecedentia referuntur, cùm nullam quercum in Sacrario Dei fuiſſe notum ſit.

Ita defendi poteſt lectio noſtra, quæ & Samaritanorum, LXX. Intt. Vulgati, & Chaldæorum eſt. Sed diſſimulare non poſſumus, in Verſione Syriaca legi צען *Tſoban*, quæ eſt Ægyptiaca *Tanis*, in ſolo, ſi quod uſquam aliud, irriguo ſita. Atque hæc lectio ſi vera eſt, nulla opus eſt verborum trajectione, qua de re pluribus egimus in Diſſ. de *Sodomorum ſubverſ*ne, quò Lectorem amandamus.

Cùm nondum Jehova, &c.] Vid. Cap. XIX.

Quà Tſoharem itur] Hoc eſt, Tſoharem ex loco, in quo tum Lotus erat, petentibus irrigui admodum occurrebant campi; trajiciendus enim erat Jordanes, ultra quem Tſoharem fuiſſe oſtendimus, in memorata *Diſſertatione*. *Tſohar*, aut ut Vett. pronuntiabant, *Segor* ἡ ἀσύλητον dicitur hoc in loco, cùm antequàm reliquæ planitiei urbes everterentur, *Bela* vocaretur. Vid. Cap. XIV, 2. XIX. 20, 21, 22. Sic etiam Taniticum Nomum ingreſſuris tranſmittendus fuit Nilus, qui per totam eam regionem reſtagnabat.

Paradiſi Jehovæ] יי גן *gan Jehovah*. De ſignificatione vocis גן diximus ad Cap. II, 8. Oſtendimus etiam ad idem Caput, Paradiſum illum, in quo primus parens Adamus collocatus fuit, fuiſſe in Syria, in locis admodum irriguis, quò hîc omnino reſpicitur. Eodem alludit Eſaïas LI, 3. & Ezech. XXVIII, 13. XXXI, 8, 16. XXXVI, verſ. 35.

Ægyptiæ terræ] Nempe, inferiori, & nativis Nili alveis, & aliis arte factis irriguæ. Vid. *Diſſ. de Sodom. ſubverſ.*

11. *Omnem autem*, &c.] Hoc eſt, totum illum tractum, qui circa inferiorem Jordanis partem fuit, ſibi elegit, ut in eo pecudes paſcens hac illac vagaretur; quod non videtur factum, ſine incolarum permiſſione, quam fortè Lotus certo pretio redemit. Vid. not. ad Cap. XIV, 24.

Ad orientem] מקדם *mikkedem*, quod ut plurimum quidem, & ſecundùm frequentiſſimam præpoſitionis מן *min*, cùm verbo quo motus ſignatur conjunctæ, ſignificationem, *ab oriente*, cum Vulg. & LXX. Intt. verti debet; ſed hîc omnino *ad orientem*, ſi nihil deſit, ſignificat, cùm Jordanes, ad quem conceſſit Lotus, ſit ad Orientem eorum locorum, in quibus cum Abramo verſatus fuerat. Fortè eſt elliptica phraſis, quæ integra hæc aut ſimilis eſſet ויסע לוט לשבת מקדם *& profectus eſt Lot* ad habitandum *ab oriente*. Similis ferè eſt Deut. XI, verſ. 24. ubi ſic Chananææ ab Iſraëlitis invadendæ deſcribuntur limites: *Omnis locus quem calcaverit planta pedis veſtri, vobis eſto*; *à* (מן min) *deſerto & Libano* (ומלבנון *vhallebanon*, hoc eſt, ad Libanum) *à flumine*, *flumine Euphrate*, *ad mare ultimum erunt fines veſtri.*

12. *In Chananæorum tractu*] *In terra Chanaban*, hoc eſt, familiæ illius Chananæorum, quæ ſic κατ' ἐξοχὴν vocabatur, de qua vide dicta ad Cap. XII, verſ. 6. & ad verſ. 7. hujus Capitis. Alioqui ſi vox *Chananæus* de omnibus Chanahanis poſteris intelligatur, Chananæorum regionem non minùs incoluit Lotus, quàm Abramus.

In urbibus planitiei] Sunt qui interpretantur hæc verba, de *una ex urbibus planitiei*, ut & inf. Cap. XIX, 19. *urbes in quibus habitabat Lot* de una intelligunt. Sic Jud. XII, 7. *Sepultus in urbibus Galahad* dicitur, qui in una earum urbium ſepultus fuit. Sed non eſt eadem Loti ratio, qui non alia de cauſa *totam planitiem Jordanis* elegerat, niſi quia una in urbe habitare nolebat, huc illuc, pro paſcuorum copiâ, per eum tractum vagaturus. Poſſet etiam hic locus de agris urbium earum intelligi, ut infra verſ. 18. *in Chebrone* dicitur, ἀντὶ τοῦ *ad Chebronem*.

Sodomam uſque, &c.] Hoc eſt, dum per planitiem Jordanis vagatur, ad Sodomæ uſque mœnia pecus egit, & tentorium ſuum ſtatuit. Quin & in ipſa urbe degiſſe eum liquet ex Cap. XIX.

13. *Maximi coram Jehova peccatores*] Heb. *Peccatores Jehovæ* ליהוה *valde*. Hîc ליהוה perinde eſt ac לפני יהוה *coram Jehova*, ut alibi ſæpe loquitur Scriptura. Vid. not. ad Cap. X, 9. Quàm ſcelerati fuerint Sodomitæ ſatis conſtat ex Gen. XIX. unde eorum nomen in proverbium abiit. Eſai. I, 10. Ezek. XVI, 46. 50.

14. *Proſpicito nunc*] *Tolle nunc oculos tuos*, ut verſ. 10.

Te poſteriſque tuos] Cùm Abramo non dederit Deus hanc regionem, quippe quem peregrinum in ea, per totam vitam, eſſe paſſus eſt; ſunt qui hæc ita interpretentur: *te*, hoc eſt, *ſemen tuum in perpetuum donabo*. Nec deſunt exempla hujuſmodi ἀποδόσεων ἐξηγητικῶν, ut loquuntur Grammatici. Sic 2 Sam. XVII, 12. *ne unus quidem, in eo & in omnibus viris, qui cum eo ſunt, remanebit*; hoc eſt, ex iis omnibus

14. Abramo porrò, poſtquàm abſceſſerat ab eo Lotus, dixit Jehova: proſpicito nunc, atque ex loco in quo es ad ſeptemtrionem, ad meridiem, ad orientem & ad occaſum ſpecta; 15. nam regione omni, quam vides, te, poſteróſque tuos in perpetuum donabo. 16. Faciam ut poſteri tui ſint inſtar pulveris terræ, quem pulverem ſi quis numerare queat, numerabitur etiam tua poſteritas. 17. Surge, regionem hancce, ſecundùm ejus longitudinem & latitudinem, peragra, eam enim tibi dabo. 18. Statuit poſtea tabernaculum Abramus, & ivit habitatum querceta Mamræ, quæ ad Chebronem ſunt, atque ibi altare Jehovæ exſtruxit.

XIII. Rex

mus verò in eodem, in qoo unà fuerant, tractu tum remanſit; dum ille circa urbes in planitie Jordanis ſitas vagaretur, & Sodomam uſque, 13. quamvis oppidani profligatæ eſſent nequitiæ, tenderet.

14. Profecto Loto, Deus Abramum juſſit illinc in omnes cœli plagas proſpicere, 15. atque omnem eam regionem quam videbat, poſteris ſe ejus daturum pollicitus eſt. 16. Adjecit etiam ſe effecturum, ut ejus ſoboles arenæ grana numero æquaret, 17. útque quæ ſibi promitteretur terram Abramus videret, quà longa ab meridie in ſeptemtrionem, & quà lata eſt ab occaſu in ortum emetiri eam itineribus Abramum voluit. 18. Quibus confectis, in meridianum tractum rediit, atque ad Mamricam ſilvam, haud procul Chebrooe, ut dicta poſtea ea urbs eſt, tabernacula ſtatuit.

P A-

bus, qui cum eo ſunt, ne unus quidem exſpectabit. Sed quamvis Deos hos agros Abrami demum poſteris, poſt aliquot ſæcula, poſſideudos dederit; attameu iis, ſenſu dilutiore, Abramum douaſſe etiam cenſeri poteſt, cùm iu iis per plurimos aunos peccatè vixerit, conſenuerit, & obierit; qoiu & iu agro à ſe emto Saram uxorem ſepelierit, & lpſe tandem ſepultus fuerit. Hinc Joſephus infrà Cap. XL, 15. tractum, in quo vixerat proavus, & poſt cum avus ac pater, *terram Hebræorum* vocat.

In perpetuum] לעלם *lebolam*, hoc eſt, iu longiſſimom tempus, nou *in æternum*, ſi æternitatem propriè dictam, ſeu ſine fine intelligamus. Sic Chaldæi Regem ſalutantes לעלמין חיי *lebalmin bheji*, *in ſecula vive*, hoc eſt, diu vive, δι' αἰῶνος βασίλευε, ut habet *Ælianus* Var. Hiſt. Lib. II. Cap. 32.

Cùm autem ea diu poſſidere ſoleant homiues, quæ ſibi *propria* ſuut; Ideò propria, ac poſteris transmittenda, uiſi nolimus, aut vis obſtet, dicuutur etiam *perpetua*. Atque hic eſt hujus loci ſenſus, quo Deus pollicetur poſteris Abrami ſe Chananæam daturum, nou ut ipſi Abramo qui iucolarum conſenſu, tractus aliquot (Vid. uot. ad Cap. XL, 17.) in quibus per certum tempus inqoilinus eſſet, ceperat; ſed propriam, ae heredibus relinqueudam. *Virgilius* Æneid. III, 85. Ita orantem Indocit Æueam, qui aliquamdiu in Thracia, poſt everſam Trojam, vixerat:

Da propriam, Thymbræe, domum, da mœnia feſſis,
Et genus, & manſuram urbem.

Ad quæ *Servius*: PROPRIAM. *Perpetuam, ſtabilem, firmam*; *ut*, propriámqoe dicabo. *Et bene, poſt experimentum malè conditæ civitatis, perpetuas poſtulat ſedes.*

Faciam poſteri tui ſint, &c.] *Ponam ſemen tuum inſtar pulveris*, &c.

18. *Et ivit habitatum*, &c.] *Et venit, & habitavit*, &c. Hoc eſt, diutiùs hîc, quàm in ullo alio loco tetendit; ueqoe euim ſemper hîc manſit, ut ſatis doceut ſequentia.

Querceta Mamræ] באלני ממרא *beelone Mamre*, De priore voce diximus ad Cap. XII, 6. & videtur quidem idem ſignificari locus, qui *quercetum Moreh* ibi vocatur; ſed hîc à domioo nomen trahit, de quo vid. ad Cap. XIV, 13.

Quæ ad Chebronem ſunt] אשר בחברון aſcher behhebrou, *quæ in Chebron*, hoc eſt, ad Chebronem, iu Chebrouenſi agro; neque enim in urbe ipſa fuiſſe videtur quercetum, ad quod Abramus tetenderit. Ceterùm non modò hîc eſt πρόληψις, quales obſervavimus ad Cap. XII, 8. & ad hujus Cap. verſ. 10. ſed quæ à Moſis manu eſſe nequit. Non temporibus tantùm Abrami, ſed ipſius Moſis & Joſuæ hæe urbs vocabatur *Arba*, aut *Kirjath-arbæ*. Vid. iuf. XXIII, 2. XXXV, 21. Jud. I, 10. Cùm veiò Chaleb eam urbem expugnaſſet, mutatum id nomen iu *Chebronem* eſt, quemadmodum vocabatur nepos Chalebi. Vid. Joſ. XV, 13, 14. & 1 Paral. 11, 42, 43. Itaque credibile eſt aliquem qui poſt Moſem vixit, quicumque tandem fuerit, ſeu Eſdras, ſeu alius, addidiſſe voces אשר בחברון, ut à poſteris meliùs querceti Mamræ ſitus iutelligeretur.

COM-

XIII. Rex Elymaïdis aliquot circa Chananæam populos, item quinque Chananæorum Reges cædit, fugátque; tum Sodomam diripit, & Lotum inter alios captivum abducit. Abramus, hoc audito, ſervos armat, victores improviſus adgreditur, omni præda exuit, Lotúmque liberat. Melchiſedecum ſibi bene precatum decimâ prædæ donat, cetera Sodomæ Regi reſtituit.

1. DIEBUS Amraphelis regis Sinharis, Arjochus rex Ellaſaris, Chedorlahomer rex Helami, & Thidhal rex Gentium, 2. bellum geſſerunt cum Bera rege Sodomæ, Birſa rege Gomorrhæ, Sinhabo rege Admæ, Semebero CAPUT XIV.

PARAPHRASIS.

1. ILLA tempeſtate, ſocietate initâ, Amraphel rex Babyloniæ, Arjochus rex Ellaſaris, Chedorlahomer rex Elymaïdis omnium potentiſſimus, & Thidhal rex Galilææ; 2. quinque Chananææ regulis Beræ Sodomæ, Birſæ Gomorrhæ, Sinhabo Admæ, Semebero Tſeboimi, & Belæ, quæ poſtea Tſo-

COMMENTARIUS

In CAPUT XIV.

1. *Diebus Amraphelis*] LXX Intt. ἐν τῇ βασιλείᾳ τῇ Ἀμαρφάλ. At Vulg. qui non intelligebat quare ex Amraphelis regno deſignatio temporis deducatur, cùm neque Amraphel præcipuus horum Regum fuerit, quippe qui auxilium tantùm Chedorlahomero tulerit, neque quo tempore regnarit magis conſtet, quàm quando alii vixerint; Vulgatus, inquam, cùm hæc cogitaret, vertit: *Factum eſt autem in illo tempore, ut Amraphel*, &c. quaſi ſcriptum fuiſſet, non ויהי בימי אמרפל *& fuit in diebus Amraphel*, ſed; ויהי בימים האלה ואמרפל, *& fuit diebus illis & Amraphel*. Eum ſequuti ſunt Tigurini Intt. aliíque. Si quid eſſet ſubintelligendum, mallem ita vertere, quaſi legeretur: ויהי בימי אברם ואמרפל *& fuit in diebus Abrami, & Amraphel*, hoc eſt, contigit diebus Abrami, Amraphelem, &c. Sed nihil opus eſt; neque quidquam mutandum, ſi quid in re tam antiqua nos fugit.

Regis Sinharis] *Sennaar* efferunt hîc & alibi LXX & Vulg. Hac voce ad Cap. X, 10. Babyloniam ſignificari oſtendimus, & hîc Onkelos habet מלכא דבבל malcha dbabel, *Babelis rex*. Attamen non ſine cauſa à Moſe non dicitur Amraphel Rex Babelis, ſed Sennaaris; nam quamvis fundamenta Babelis humanum genus olim jeciſſet, & ea loca regno Nimrodus tenuiſſet, non ſequitur ſplendidam tum fuiſſe Babylonem, & perpetuò ab eo tempore habitatam. Certè multò ſeriùs, ſive à Semiramide, ſive ab aliis inſtaurata, aut potiùs condita fuerit, Babylon celebris fuit. Vide dicta ad Cap. X, verſ. 10.

Ellaſaris] *Ellaſar Hieronymo & Symmacho* eſt *Pontus*, qua de ratione neſcio. Crediderim eo nomine regionem, circa Euphratem aut Tigridem, appellatam fuiſſe; nam ex vicinia potiùs auxilia petuntur, quàm ex remotis oris. Veſtigium tamen hujus nominis nullum, circa ea loca, reperio ſatis certum. Eſt tantùm apud *Ptolemæum* Aſiæ Tab. V. *Alinſa* urbs Mediæ, haud procul à Zagro monte, quo is tractus ab Elymaide ſejungitur. *Jonathan* habet hîc מלכא דתלסר *malcha dibalſar*, aut *diblaſſar*, quod nomen eſt aut provinciæ, aut loci ab Euphrate non remoti, quod exſtat Eſai. XXXVII, 12. ubi Sennacheribi legatus jactat à regis ſui majoribus *ſubactos filios Heden in Thlaſſar*. Filii autem Hedenis, vel Hedenitæ Syris erant vicini, ut oſtendimus ad Gen. Cap. II, 8. Dubium tamen eſt conjecturáne hæc ſit Chaldæi Paraphraſtæ, an lectio Codicis quo utebatur.

Helami] עילם Elymaïdem eſſe oſtendimus ad Cap. X, 22. Hinc liquet Elymæorum reges, tunc temporis Aſiæ potentiſſimos fuiſſe; cùm ex regno trans Tigrim ſito in Chananæam uſque veniſſent, regéſque ejus vectigales feciſſent. Alioqui ſi Babyloniæ, aut Sennaaris reges tum rerum potiti eſſent, his potiùs ut vicinioribus vectigalia pependiſſent Chananæi; neque ſocii aliorum, ut hi in ordinem cogerentur, iviſſent; ſed vectigales ipſi ſuos, adjuvantibus fortè aliis, domuiſſent. *Joſephus* Lib. I. Cap. 9 & 10. minùs propriè hos omnes Ἀσσυρίους vocat, atque ex opinione *Cteſiæ* ſic hiſtoriam orditur: καθ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Ἀσσυρίων κρατούντων τῆς Ἀσίας, *hoc tempore Aſſyriis Aſia potientibus*. Vid. ad Cap. X, 10. Poſt eum & alios *Auguſtinus*, planè contra Hiſtoriæ Moſaïcæ fidem, de hiſce temporibus, in C. D. Lib. XVI. Cap. 17. *In Aſſyria*, inquit, *prævaluerat dominatus impiæ civitatis; hujus caput erat illa Babylon, cujus terrigenæ civitatis nomen aptiſſimum eſt, id eſt, confuſio. Ibi autem Ninus regnabat, poſt mortem patris ſui Beli, qui primus illic regnaverat, ſexaginta quinque annos. Filius verò ejus Ninus, qui defuncto patre ſucceſſit in regnum, quinquaginta duos regnavit annos, & habebat in regno quadraginta annos, quando natus eſt Abraham; qui erat annus circiter milleſimus ducenteſimus, ante conditam Romam, veluti alteram in Occidente Babylonem.* Si hæc comparentur cum iis quæ modò dicebamus, vel cæcus quàm inania ſint videat.

Gentium] An hoc nomine, quaſi proprio, regnum quodpiam appellaretur, an ſit hoc generis vocabulum, quo certa de cauſa deſcribatur Thidhalis imperium, dubitant Intt. LXX. Intt. vertunt ἐθνῶν, *Onkelos* verò עממין *populi*,

ro rege Tſeboïmorum, & rege Belæ, quæ *nunc dicitur* Tſohar. 3. Omnes hi convenerunt in vallem Siddimorum, quæ *nunc eſt* mare ſalſum; 4. & cùm duodecim annis Chedorlahomero ſerviiſſent, decimo-tertio rebellarunt. 5. Decimo verò quarto anno, venit Chedorlahomer, & ſocii reges, ac ceciderunt Rephæos in Haſtheroth-karnajimis, Zuzæos in Hamo, Emæos in Save-kirjathajimis; 6. & Choriæos in

Tſohar, aut *Segor* dicta eſt, regulo bellum intulerunt, hac de causâ. 3. 4. Hi cùm per duodecim annos Elymæorum Regi vectigales fuiſſent, decimo tertio, jugum excutere conati ſunt, & communibus viribus bellum geſturi, copias omnes in vallem Siddorum coëgerunt, ſi quà ingruerent Elymæi, dimicare paratas. 5. 6. Re audita, Chedorlahomer bellum totis viribus parare cœpit, & cum tribus ſociis Regibus, quos diximus, trajecto Euphrate, rectâ quidem ad Jordanis accolas non duxit.

& ſunt qui cenſent ita vocatum hnc regnum, quodcunque tandem ſit, propter gentium variarum confluxum à quibus habitabatur. Sic Galilæa τῶν ἐθνῶν dicebatur Matt. IV, 15. quia, ut auctor eſt Strabo Lib. XVI. Judææ ταῦτα προσάρκτια τὰ πολλὰ ἢ ὡς ἕκαστα οἰκεῖν ἀπὸ φυλῶν οἰκούμενα μικτῶν, ἔκ τε Αἰγυπτίων ἐθνῶν, καὶ Ἀραβίων καὶ Φοινίκων, *hæc ſeptentrionalia, pleraque & ſingula, miſtis gentibus habitantur, ex Ægyptiis, Arabibas & Phœnicibas.* Quinimò viri doctiſſimi hanc regionem hîc ſignari volunt, cujus etiam mentio fit Joſ. XII, 23. ubi poſt multos reges Palæſtinæ, ab Iſraëlitis victos, recenſetur *Rex gentium*, addito לגלגל *lgilgal*, quòd idem cenſent eſſe ac גליל *glil* Eſai. IX, 1. & 1 Reg. IX, 11. ſeu *Galilæa gentium.* Alii *Pamphyliam* eadem de cauſa interpretantur; *Symmachus* Σκυθῶν *Scytharum* vetterat, quod ambabus ulnis complectitur *Nic. Fullerus* Miſcell. Lib. II, Cap. 4. nam & Scythia incolebatur à variis gentibus, unde fortè *Sacæ* à Perſis Scythæ dicti ἀπὸ τοῦ סך aut סכסך *ſach* aut *ſachſach*, *multitudo miſcellanea*; & Perſarum reges ſolebant Sacarum auxilio uti, quod ille fuſiùs perſequitur. Magis tamen arridet Galilææ regem hîc, ut Joſ. XII. intelligi, qui in officio manſerit, atque ex fœdere Chedorlahomero auxilium laturus venerit. Nec obſtat quod Abramus ultra Danem, quæ remotior Galilæâ erat, victores ſequitur; nam fortè eos tantùm ſequutus eſt qui Lotum abducebant, non alios.

2. *Gomorrhæ*] Ita efferunt Vert. עמרה *hamorah*, quæ fuit una ex urbibus planitiei Jordanis, de qua & reliquis Vid. Cap. XIX.

Tſeboimi] צבוים. Fortè eadem eſt quæ צבעים *tſbohim* dicitur 1 Sam. XIII, 18. ubi mentio fit *vallis Tſebohimi ad deſertum.*

Quæ nunc dicitur Tſohar] היא צער *hi Tſohar*, *hæc eſt Tſoar*, aut *Tſegor*. Hæc formula ſæpiùs occurrit, ubi veteri nomini novum additur. Vid. inf. verſ. 3.

3. *Vallem Siddim*] LXX. Int. φάραγγα τὴν ἁλυκήν, ex re ipſa conjecturâ ductâ, potiuſquàm ex vocis שדים ſignificatione. Hieronymus: *vallem ſilveſtrem*, legendo nimirum *ſadim* à שדה *ſade*, *campus*, quemadmodum חית שדה *hhajath ſade*, *feras agri*, *ſilveſtres* alibi interpretatur. Onkelos pariter habet חקליא hhaklaja, *agrorum.* Sic etiam Aquila: τῶν πεδινῶν, *campeſtrium.* Sed *Aben Ezra* deducit à voce שיד *ſid*, hoc eſt, *calx*, quia in ea valle erat multum bitumen (Vid. verſ. 10.) quo inſtar calcis interdum utebantur. Vid. ad Cap. XI. verſ. 4. Ipſam vocem retinuimus.

Quæ nunc eſt mare Salſum] *Hæc eſt mare Salſum*, poſtquàm ſubſidentibus terris, & influente Jordane, aliiſque fluminibus, factus eſt lacus; qua de re, vid. *Diſſ. de ſubverſ. Sodomorum.* *Maria* vocant Hebræi lacus omnes, & cùm duo alii *Smechonites* & *Geneſarethicus* Jordanem exciperent, in ſuperioribus ejus partibus, ut vidimus ad verſ. 10. Cap. XIII. & dulci aquâ conſtarent, ideò hîc tertius, ut ab iis diſtinguatur, *ſalſus* dicitur. Alioqui mare internum eſt etiam ſalſum, quamquam eſt aliqua in ſalſugine diverſitas.

4. *Cùm ſerviiſſent*] *Et ſervierunt & rebellarunt. Servire* hîc perinde eſt ac vectigalia ſoluere. Ita 2 Reg. XVIII, 7. de Hezekia rege Judæ: *Rebellavit*, ait Hiſtoria Sacra, *in regem Aſſyriæ nec* עברו habado, *ſerviit ei*, id eſt, vectigalis fuit.

5. *Socii reges*] *Et reges qui cum eo*, hoc eſt, fœdus percuſſerant.

Ceciderunt] *Percuſſerunt.* Videntur hi reges priùs per Arabiam arma circumtuliſſe, atque inde ad ſeptemtrionem itinere deflexo, regna circa Jordanem poſita adgreſſos; ne fortè his victis perfugium in Arabiam pateret, undè inſtaurarent bellum.

Rephæos] רפאים *rphaim.* Hos fuiſſe populos, quorum fines Iſraëlitis daturus erat Deus, manifeſtò colligimus ex Cap. XV, 20. Eventus etiam idem oſtendit, nam *Haſtharothæ*, quod nomen eſt urbis, in qua degebant Rephæi, ceſſere Tribui Manaſſæ, eráutque in Baſaniride, ut diſcimus ex Joſ. XIII, verſ. 31. Fortè inter hoſce erant homines magnæ ſtaturæ, unde poſtea *Rephaim* dicti ſunt Gigantes Deut. II, 11. Davidis etiam ævo vir, qui quatuor filios prægrandis ſtaturæ habuit, *Rapha* vocabatur. 2 Sam. XXI, 16, 22. Alii volunt ita dictos Gigantes ἀπὸ τοῦ רפא rapha, *languit*, quod in languorem inciderent quicumque cum iis manum conſerere audebant. Hinc LXX. Int. hîc habent γίγαντας & Onkelos: גבריא *gibbaraja.* Certè *Hog* giganteæ ſtaturæ Baſanitidis Rex fuit, ut docet Moſes, & ex proſapia illa ſolus ſuperſtes Deut. III, 11.

Haſteroth-Karnajim] Simpliciter *Haſtharoth* dicitur Joſ. XIII, 31.

Zuzæos] זוים *zuzim.* Horum nuſquam exſtat nomen, niſi hoc in loco. Haud malè fortè deducatur ab eadem radice ac זיז *fera*, nempe, ἀπὸ τοῦ זוז *zouz*, quod olim Hebræis, ut obſervavit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. I. Lib. 3. Cap. XXIX. idem ſignificavit, ac nunc Arabibus זאזא *zaza*, hoc eſt, *movere ſe.* Sic fortè dicta fuerit vaga gens, & quæ per Arabicas ſolitudines, hac illac latrociniis graſſaretur: quemadmodum זיזים *zizim* ſeu feræ per eadem deſerta errabundæ prædam quærunt. LXX. Int. habent

in ipſorum monte Sehire, ad planitiem uſque Pharanis, quæ ad deſertum *porrigitur.* 7. Converſo inde agmine, venerunt Hen-miſphatum (ea *nunc dicitur* Kades) omnéſque agros, Hamalekitarum, & Emoræos, qui Chatſatſon-thamarem incolunt, conciderunt. 8. Rex verò Sodomæ, rex Gomorrhæ, rex Admæ, rex Tſeboïmorum, & rex Belæ, quæ *nunc dicitur* Tſohar, *obviam* egreſſi ſunt, & aciem adversùs eos,

duxit. Priùs vicinos populos ſubigere viſum eſt, itaque bello Rephæis, Zuzæis, Emæis & Choræis illato; quatuor præliis victor, quacumque arma circumtulit obnoxios ſibi populos fecit. 7. Verſo deinde à Choriæis, qui regionem, quæ poſteà *Idumæa* vocata eſt, tenebant, agmine, Hamalekitarum & Emoræorum vicinos agros diripuit, atque omni cladis genere vaſtavit. 8. Tum Sodomæ regulus & ſocii, ubi ad ſe armis iter patefactum eſſe ſenſerunt, communem exercitum in

habent *ἔθνη ἰσχυρὰ gentes validas*; Onkelos pariter תקיפיא thakkiphaja, *fortes*; neſcio quâ conjecturâ ducti.

In Hamo.] בהם *beham*, quod LXX. legere *bahem*, *in illis*, hoc eſt, inter eos, *ἅμα αὐτοῖς*. Sic & Vulg. *cum illis.* Videtur tamen eſſe nomen loci, nam in antecedentibus & ſeqq. non modò clades populorum, ſed cladis locus indicatur. Onkelos בהמתא *behemtha*, neſcio quare.

Emæos] אימים *emim.* De his vide Moſem Deuter. II, 10. ubi docet eos Moabitidem, antequàm eam Loti poſteri invaderent, obtinuiſſe. *Emim* autem *terribiles* ſonat, unde אמתני *emthane*, voce notionis ejuſdem, appellat eos Onkelos.

In Save-kirjathajimis] Poteſt hoc quoque verti, *in planitie Kirjathajim*; poſterior vox nomen fuit urbis regni *Cheſbonis* Joſ. XIII, 19.

6. *Choriæos*] החרי *hahhori*, in ſingulari. De his, qui Sehirem montem ante Idumæos habuerunt, vide Deut. II, 12. Sequitur בהררם *hareram*, mons eorum, ſed in Samaritico eſt הררי *harere*, *in montibus*, quod conſtruitur cum ſequente voce *Sehir.* Sic & LXX. & Vulg. *ἐν τοῖς ὄρεσι Σηείρ in montibus Sehir.*

Sehir] שעיר, fortè ſic dicto ab ejus incola Edomo, qui natus eſt שעיר *ſchahir.* i. *hirſutus*, *villoſus*, aut alia de cauſa, *ὃ οὔτε ἔχω ἀτρεκέως ξυμβαλεῖν, οὔτε μέλει ἐμοί γε εἰκάζειν*, ut verbis utar *Arriani.*

Ad planitiem uſque Pharanis] פארן *pharan*, pars eſt deſertæ Arabiæ, ad Idumææ montes uſque porrectæ, in qua *Pharanitas* collocat *Ptolemæus.* Quin & temporibus *Hieronymi*, urbs fuit quæ *Pharan* dicebatur, de qua in *locis Hebraicis*: *Pharan nunc oppidum trans Arabiam junctum Saracenis, qui in ſolitudine vagi errant.* Sic vertit *Euſebii* verba; *πόλις ἐστὶν ὑπὲρ Ἀραβίας παρακειμένη τοῖς ἐπὶ τῆς ἐρήμου Σαρακηνοῖς*; ubi *ὑπὲρ* debuerat verti *ſupra Arabiam*, hoc eſt, ad ſeptemtrionalem plagam Arabiæ felicis. Poſtea dicitur eſſe *ἐπέκεινα τῆς Ἀραβίας, ἐπὶ νότον, trans Arabiam ad Auſtrum*, quod eſt intelligendum de Arabia deſerta. *Stephano* verò eſt *πόλις μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας, urbs inter Ægyptum & Arabiam*; crediderim potiùs *Hieronymo*, locorum vicinorum incolæ; & ſanè deſertum *Pharan* vicinum Ægypto non fuit, ut ex omnibus hiſce libris ſatis conſtat. Vid. Num. X, 12. XIII, 1.

7. *Converſo inde agmine*] *Et redierunt.* Videntur infeſto exercitu à ſeptemtrionibus in auſtrum progreſſi; initio facto à *Batanæa*, ſeu *Baſanitide*, unde trans Jordanem iter facientes, cùm in Idumæam perveniſſent, ad ſeptemtriones, per ortum circumacto agmine, redire, ut ex ſequentibus ſatis conſtat.

Hen-miſphatum] Hac voce ſignificatur *fons judicii*, & nomen recentius *Kadeſch*, *ſanctitatem* ſonat. Cauſæ horum nominum exſtant Num. XX, 10. & *ſeqq.* Itaque hîc videtur eſſe *πρόληψις*, ut Cap. XII, verſ. 8. XIII, 10.

Kades] Ut hi Reges Sehirem montem ex Moabitide peterent, oportuit eos haud procul ab hoc loco tranſire, cùm fuerit ad ortum Idumææ, è regione, ſeu ad auſtrum Maris Mortui. Vide Numer. XIII, 27. XXXIII, 36, 37. Deut. I, 2. Itaque tranſire rurſus illac coacti ſunt Jordanem petentes. *Hieronymus: Cades, ubi fons eſt judicii, & Cades barne in deſerto, quæ conjungitur civitati Petræ in Arabia*, &c.

Hamalekitarum] Si ita dicta eſſet regio hæc ab *Hamaleko* Heſavi nepote, de quo Gen. XXXVI, verſ. 12. hîc eſſet *πρόληψις*. Sed cùm Idumæos bello petere vetiti ſint Iſraëlitæ, Hamalekitis intulerunt Exod. XVII, 8. & ſeqq. Num. XIV, 44, 45. 1 Sam. XV, 2. & *ſeqq.* quo fit ut aliunde oriundos putem Hamalekitas, quamquam Idumæis vicinos. Itaque hîc fortè nulla eſt *πρόληψις*.

Emoræos] De his diximus ad Cap. X, 16. Hunc tractum ab Emoræis, vel Amorrhæis incultum fuiſſe docet Moſes, Deut. I, 20, 24. quamvis & in aliis locis etiam agros habuerint.

Chatſatſon thamarem] Hic locus recentiori nomine *Hen-gedi*, dictus eſt, ut diſcimus ex 2 Par. XX, 2. De eo ſic *Hieronymus: Engaddi, in Tribu Juda, ubi abſconditus eſt David in ſolitudine, quæ eſt in Aulone Jerichus, hoc eſt, in regione illa campeſtri, de qua ſupra diximus. Vocatur autem uſque hodie vicus prægrandis Judæorum Engaddi, juxta mare mortuum, unde & opobalſamum venit, quas vineas Engaddi Salomon nuncupat.* In Græcis *Euſebii* perperam, eſt *ἐν αὐλῷ Ἱεριχοῦς*, legendum enim *ἐν αὐλῶνι*, ut ad eum locum notavimus. Antea à *palmis*; nam תמר *palma* eſt, fuerat dictus; & חצצון *hhatſatſon* fortè idem eſt ac Arabicum חצאחתצון hhatſahhitſon, quod *locum arboribus & aqua abundantem* ſonat, unde idem locus עין גדי hen-gedi *fons gregis* dictus eſt.

8. *Quæ nunc dicitur Tſohar*] Ut ſupra verſ. 2. quales repetitiones, in re ſimili, haud ſemel occurrunt. In hoc libro *Mamren*, aut *Arbam* ter monemur eſſe Chebronem, XIII, 18. XXIV, 2. XXXV, 27. quod non eſſe monitionem hanc, aliáſque ſimiles, à manu Moſis, ſed ad marginem adpoſitas in textum irrupiſſe, ſuſpicionem injicere queat.

eos, in valle Siddimorum, inſtruxerunt, 9. *pugnaturi* cum Chedorlahomero rege Helami, Thidhale rege Gentium, Amraphele rege Sinharis, & Arjocho rege Ellaſaris; *qui* quatuor reges cum quinque *manum conſeruerunt.* 10. Vallis Siddimorum puteis bituminis erat referta, quò, cùm fugiſſent reges Sodomæ & Gomorrhæ,

in Siddorum vallem coactum hoſti oppoſuerunt; 9. & cùm quinque Reges quatuor Regibus cedere puderet, inſtructo quamprimùm exercitu progreſſi copiam pugnandi hoſtibus fecerunt. 10. Verùm haud conſtantiùs Elymæorum impetum ſuſtinuere, quàm vicini fecerant; itaque fuſi, fugatique hac illac palati latebras quæſiverunt, & pars quidem in Moabiticos montes, Reges verò Sodomæ,

Egreſſi ſunt] Hoc eſt, copiam pugnæ fecturi, quo ſenſu ſæpe *egredi* ſumitur. Vide notata ad Cap. X, 11.

Aciem contra eos inſtruxerunt pugnaturi cum, &c.] *Inſtruxerunt cum illis bellum, cum Chedorlahomero*, &c.

10. *Puteis bituminis referta*] *Putei, putei bituminis.* Repetitio ejuſdem vocis rei ſignificatæ multitudinem, apud Hebræos, ſignificat. Vide Exod. III, 14. *Putei bituminis* hîc vocantur foſſæ, è quibus egeſtum erat bitumen. Non eadem autem eſt ubique bituminis natura, ut *Plinius* docet Lib. XXXV, Cap. 15. alibi limus, alibi terra, alibi liquor eſt. *Limum* eſſe dicit *è Judææ lacu*, hoc eſt, ex hoc ipſo loco; unde mihi fit veriſimile craſſius etiam fuiſſe, antequàm lacu ex Jordanis aqua reſtagnante enato, ejus humore dilueretur. Ac ſanè hos puteos neque alto limo, neque liquido bitumine plenos fuiſſe oportet; alioqnin in iis Sodomæ Rex periiſſet, qui tamen poſtquàm in ejuſmodi puteum ſe conjeciſſet, incolumis evaſit, ut ex verſ. 17. liquet. Ergo hîc bitumen, quemadmodum *in Syria*, verba ſunt Plinii, *circa Sidonem oppidum maritimum, terra fuit*; quæ variis è locis egeſta puteos, ſeu cavernas fecerat. Quomodo ex puteo bitumen hauriretur prope *Suſas* narrat *Herodotus* Lib. VI. Cap. 119. Sed hac de re vide quæ pleniùs diximus, in Diſſ. *de Sodomorum ſubverſione.*

Ceciderunt] Fortè datâ operâ eò ſe conjecerunt, ut laterent, donec hoſtes abiiſſent. Certè eorum locorum incolæ bituminis puteos ea in valle eſſe ignorare non potuerunt; ac proinde nec imprudentes in eos delabi.

In montem] Hoc eſt, in Moabitarum montes, qui trans mare mortuum ſunt, ad ortum, de quibus Cap. XIX, 17.

11. *Victores autem Sodomitarum*, &c.] Hîc deeſt nominativus, eſt enim ad verbum: *& ceperunt omnes divitias Sodomæ & Gomorræ, & ceperunt Lot, & divitias ejus*, &c. quæ tamen ad proximè antecedentes nominativos referri nequeunt; ſunt enim hæc à victoribus avecta, ut ex ſequentibus apparet, non ab iis qui fugerunt in montes, aut à Regibus Sodomæ, & Gomorrhæ. Ea omiſſio, in re manifeſta, quamquam Grammaticorum Canonibus parum conveniens, nihil tamen officit ſenſui; ſed ſi res per ſe, aut controverſiis circa eam natis obſcura eſſet, magnas crearet tenebras. Vide ſimilia exempla infrà verſ. 20. & XXXIV, 5. Verùm 1 Pet. II, 6. ubi eſt nominativi ſimilis Ellipſis, non conſentiunt Intt. διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ. Sed videtur ex ſuperioribus ſubintelligendum Θεὸς, quamvis alii paſſivo ſenſu capiant. Vide *H. Grotium.*

12. *Abduxerunt etiam abeuntes*, &c.] *Et ceperunt Lot & ejus opes, filium fratris Abrami, & abierunt, & ille habitabat Sodomæ.* Hîc quoque ſunt aliquatenus inverſa verba; nam בן אחי אברם *ben abhi Abram*, non debebant ſequi vocem רכישו *rchouſcho*, ſed לוט *Loth*, ut vertendo expreſſimus. Vide not. ad Cap. XIII, verſ. 10.

13. *Hebræo*] העברי *habibri.* Duplex eſt Intt. hac de re voce ſententia. Alii credunt eſſe patronymicam appellationem, ductam à nomine עבר Heber, qui inter Abrami proavos Cap. XI, 14. *& ſeqq.* recenſetur. Sed quamvis analogica ſit vocis formatio, ut enim à מצר *metſer* fit מצרי *mitſri*, Ægyptius, ab ישראל *jiſraël* fit ישראלי *jiſraëli*, Iſraëlita, & ſexcenta alia: ſic à עבר *heber* poteſt fieri עברי *hibri*; ſed nulla ratio ex Scriptura profertur, ob quam potiùs ab Hebero, quàm à quovis alio, patronymicam appellationem traxerint Hebræi. Æquè *Therachita*, aut *Nachorita* dici Abramus, imò commodiùs potuit. Ajunt quidem viri docti, poſt Rabbinos, Gentem Sanctam vocabulum ab Hebero duxiſſe, quia erat is vir ſingulari religione & pietate, atque in ejus familia ſervata fuerat priſca Religio & Lingua; unde Hebræi dicti ſunt, qui eodem idiomate uterentur, & ejus in Religione ſententiam, qualis fuit Abramus, & qui per Iſaacum & Jacobum ab eo orti ſunt, ſequebantur. Sed cùm hæc omnia ſine rationibus dicantur, æquè facilè rejici poſſunt ac adferuntur. Præterea falſum eſt in familia Heberi perpetuam fuiſſe pietatem, ut docet Deus apud Joſuam XXIV, 2. *Trans fluvium* (בעבר הנהר beheber hannahar) inquit, *habitarunt olim partes veſtri, pater Abrahami Therachus, & hujus pater Nachor, & ſervierunt* DIIS ALIENIS. Ac ſanè Vett. Judæi, inter quos *Joſephus* Lib. 1. Cap. 8. *Originum Judaicarum*, initium Religionis ſuæ ab Abramo ducebant: ΠΡΩΤΟΣ τολμᾷ Θεὸν ἀποφήνασθαι δημιουργὸν τῶν ὅλων ἕνα, PRIMUS (Abramus) *auſus eſt Deum profiteri creatorem omnium unicum.* Linguam verò Hebraïcam non debere originem ſuam Hebero, in *Differt.* de ea Lingua Operi huic præmiſſa, oſtendimus.

Alii ergo exiſtimant ducendam eam vocem à præpoſitione עבר heber, *trans*; quo nomine ab iis qui ad occidentem erant Euphratis vocabatur regio ad orientales ejus ripas ſita, unde æquè analogicè deducitur עברי *hibri.* Sic per compendium loquebantur ἀντὶ τῆς ארץ בעבר הנהר *erets beheber hannahar*, terra trans fluvium, quod oſtendimus ad Gen. X, 21. & Num. XXIV, 24. Et ita quidem dicti ſunt à Chananæis omnes Transeuphratenſes, ut ex vaticinio Balahami colligere eſt; at id nominis ſolis Abrami, per Iſaacum & Jacobum, poſteris κατ' ἐξοχὴν tributum eſt tandem, quia primus reverâ trans Euphratem natus erat; alter indidem uxorem

rhæ, ceciderunt, reliqui verò in montem fugam capeſſiverunt. [11] *Victores autem* Sodomitarum, & Gomorrhæorum captis opibus omnibus, & toto commeatu, abierunt. [12] Abduxerunt etiam abeuntes Lotum, Abrami fratris filium, qui Sodomæ habitabat, & ejus facultates.

[13] Ve-

mæ, & Gomorrhæ in ipſa Siddorum valle, in puteos bituminis, quibus referta erat, ſeſe abdiderunt. [11] Victor exercitus rectà Sodomam & Gomorrham, opulentiſſimas urbes, contendit, ac defenſoribus nudatas diripuit. [12] Nec commeatum modò omnem, aliáſque opes, quæ aſportari poterant, rapuit; ſed & ipſam plebem, & unà cum ceteris Lotum, facultatibus omnibus ſpoliatum, in ſervitutem, ne iterum rebellaret, abduxit.

[13] Dum

rem petiit, vitatâ Chananæorum adfinitate; qua in re ſequutus eſt eum Jacubus, qui & ipſe diu trans Euphratem vixerat. Hinc Jacobi familiæ, non Idumæis, aut aliis ab Abramo & Loto oriundis, id nominis hæſit. Vide infrà XXXIX, verſ. 14, 17. XLI, 12. XLIII, 32. Exod. I. verſ. 15, 16, 19. II, 6, 11, 13. & poſtea ſæpiùs.

Atque in hac ſententia fuere LXX. Intt. qui περάτην vertunt, quos ſequutus Aquila, qui habuit περαΐτην, hoc eſt, ἀπὸ τ̃ πέραν χώρας προσελθόντα, *ex transfluviana regione ortum & advenam*, non *tranſitorem*, ut interpretatur *Hieronymus*. *Origenes* in Matth. pag. 239. Ed. Huet. aliud agens: Ἑβραῖοι οἵτινες ἑρμηνεύονται περατικοὶ, *Hebræi, qui exponuntur Trajectitii*. Sic & *Niger*, Idumææ rector, apud *Joſephum* de Bello Jud. Lib. II. Cap. 42. ut viri docti obſervarunt, quòd genus ex Transjordanenſi regione duceret, περαΐτης dicitur. *Theodoretus* Quæſt. LX. in Geneſin, aliſque Patres Græci idem ſenſere. Idem etiam *Hieronymi* judicium fuit, cujus hæc ſunt in Cap. VII. Ezek. verba: *Abraham Hebræus*, id eſt, περάτης, *& peregrinus tranſitórque memoratur*. Qui plura in hanc ſententiam, aut ei etiam contraria volet, adeat *Joan. Buxtorfii Diſſ. de Linguæ Heb. Conſervatione*, ubi allatarum ſententiarum priorem multis propugnat. Nos ejus potiſſimis argumentis aut reſpondimus, aut obviam ivimus. Sanè pleraque, quæ hîc dicuntur, fluxere ab ea Judæorum ſententia, quâ Deum προσωπολήπτην & uni tantùm familiæ faventem fingunt, & quam haud ſemel Paulus uppugnavit. Eam cùm magna ex parte Theologi nonnulli, ex Judaïcis ſcriptis hauſtam, amplexi ſint, ex ea ferè argumentantur.

Cum Abramo fœdere juncti erant] Si hujus fœderis exſtarent leges, quâ conditione Abramus Chananæam incoleret planiùs ſciremus. Cùm in Mamræ agris tenderet, videtur hujus & fratrum conſenſu eam Chananææ oram habitaſſe, & pactum hac de re cum iis iniviſſe. Præterea cùm hujus Capitis commate ultimo appareat eos cum Abramo Helami regem alióſque ſocios perſequutos eſſe & præda exuiſſe, videntur etiam & belli aliquam iniiſſe ſocietatem.

14. *Auditâ captivitate fratris*] *Et audivit Abram quod captivus abductus erat frater ſuus, & eduxit*, &c.

Vernas armatos] את חניכיו ילידי ביתו eth hhanichau jelide betho, *armatos ſuos, natos domui ſuæ*. Verbum חנך non modò *dedicare*, ſed etiam *inſtituere* cum ſignificet Prov. XXII, 6. & apud Chaldæos frequenter, hîc quidem *edoctos* ab Abramo ſervos intelligi conſentiunt Intt. Sed alii volunt de inſtitutione ad Religionem pertinente agi, alii de armorum tractandorum peritia; atque hos ſequuti ſumus, quia res ipſa oſtendit de armatis ſermonem eſſe. Ideò Vulg. *expeditos*. Sic *Jonathan*, aut qui eo nomine appellatur, quamquam nugis refertus: שלמוי דחניך לקרבא holemoi dhhanich likrabo, *pueros quos adſueſecerat prælio*. Alios Intt. non moror, qui hanc vocem à ſe non intellectam oſtendunt, ut LXX. Intt. qui habent hîc ἰδίους. Si locus eſſet conjecturæ, non deeſſet qui legi vellet חניתיו hhanithau, haſtas ſuas, hoc ſenſu: *depromſit* (ex armamentario) *haſtas ſuas vernis*, hoc eſt, vernas ſuos armavit haſtis. Verbum quod hîc additur uſitatiſſimum eſt, ubi de expediendis armis ſermo eſt, nuſquam verò legimus הריק איש מלחמה herik iſche milhhamah, *eduxit milites*. Sic Pſ. XXXV, 2, 3. *Apprehende clypeum & ſcutum, & ſurge in auxilium meum*, והרק חנית veharek hahhanith, *& deprome haſtam*. Conjungitur etiam haud ſemel cum voce חרב hhereb, *gladius*. Vide Levit. XXV, 33. Ezek. XXVIII, 7. Deeſſet tantùm ל nota Dativi, ante vocem ילידי, quod non eſt infrequens. Hæc ergo verba idem ſignificarent, ac ſi ſcriptum eſſet: וירק את חניתיו לילידי ביתו *depromſit haſtas ſuas vernis ſuis*, hoc eſt, ſervos armavit. Sed cùm omnes Codd. & Intt. conſentiant in hodierna lectione, nihil movendum eſt.

Eduxit] ירק jarek, quod cùm propriè ſignificet *effudit*, aut *evacuavit*; metaphoricè, ut modò dicebamus, de armis quæ ex armamentariis, vel thecis *depromuntur*, aut *educuntur*, uſurpari ſolet. Inde iterum ad viros, ſi hic locus ſanus eſt, ut videtur, transfertur, eorúmque eductionem ad prælium ſignificat. LXX. Intt. vertunt ἠρίθμησε eóſque ſequutus Vulg. *numeravit*, neſcio quare. Chaldæus *Onkeles*: זריז zarez, *armavit*, ex conjectura.

Danem uſque] Qui exiſtimant hanc eſſe urbem, quæ poſt diviſos à Joſua Chananææ agros, id nominis conſequuta eſt, quòd à Danitis capta erat, & antea vocabatur *Lajiſch*, aut *Leſchem* (Joſ. XIX, 47. Jud. XVIII, 29.) ii hæc à Moſis manu eſſe negant. Sed alii exiſtimant fuiſſe locum alium, à priori non remotum, ubi eſſet alter fontium *Jordanis*. Auctor enim eſt *Joſephus* ita vocatum Lib. I. Cap. 10. ubi hanc Hiſtoriam narrat, atque Abramum ἐπιπεσεῖν τοῖς Ἀσσυρίοις περὶ Δάνον, *invaſiſſe Aſſyrios circa Danum*, οὕτως γὰρ, ſubdit, ἡ ἑτέρα τ̃ Ἰορδάνου προσαγορεύεται πηγή, *ſic enim alter Jordanis vocatur fons*. Alter verò dicitur *Jor*, qua de re ad Cap. XIII, 10. Si hoc verum ſit, oportet Jordanis fontem, priuſquàm urbs Lajiſch novum nomen nanciſceretur, dudum *Dan* dictum; dein-

 de

13. Venit verò elapſus è clade, qui *rem* Abramo Hebræo nunciavit. Is *tum* degebat in quercetis Mamræ Emoræi, fratris Eſcholis & Haneris, qui cum Abramo fœdere conjuncti erant. 14. Auditâ captivitate fratris, Abramus trecentos octodecim vernas armatos eduxit, & *victores* Danem uſque ſequutus eſt. 15. Diviſis *ibi* copiis, ipſe &

13. Dum grave agmen prædâ & captivis in Meſopotamiam, per Syriam Damaſcenam, lentis itineribus ducitur, ex iis qui è clade elapſi fuerant, Sodomitarum & Loti calamitatis nuncius ad Abramum venit. Is, ut antè diximus, eo tempore ad Mamræ ſilvam tendebat; inito cum Mamra, Eſchole & Hanere fratribus, eorum locorum dominis, fœdere. 14. Cùm audiit Lotum captivum abduci, fœderatos è veſtigio convenit, quibus rem narrat, & ſpem eſſe eripiendæ Elymæis prædæ oſtendit; ſi ſecum armatos, quotquot poterant, educere, victorem exercitum ſilentio ſequi, victoriâque ſecurum, ac nihil tale metuentem, opportuno loco, adgredi ſuſtinerent. 14. Cùm adſenſi

de cùm Danitæ ea loca invaſiſſent, non fontem tantùm ſed ipſam etiam urbem viciuam id nominis eſſe ſortitam. Quod cùm fieri poſſit, hoc ex loco certum duci non poteſt argumentum, hoc vocabulum à Moſe ſcriptum non fuiſſe. Interdum contigit locum eamdem appellationem, duabus diverſis de cauſis, eſſe ſortitum; quod de puteo Deſerti Judææ, qui *Beerſchebah*, hoc eſt, *puteus jurisjurandi*, ex duobus illic ſancitis fœderibus, dicitur. Vide Capp. XXI, 31. XXVI, 33. Eodem exemplo, loco qui *Dan* vocabatur, ex duplici cauſa nomen id eſſe potuit.

Sequutus eſt] Ut com. 11. deerat nominativus, qui ex ſolo ſenſu colligi potuit: ita hîc deeſt accuſativus, qui aliunde etiam ſuppleri nequit. Eſt enim hic tantùm וירדף *vajirdoph*, *& ſequutus eſt*. LXX. ſimiliter ſupplevere ὀπίσω αὐτῶν.

15. *Diviſis ibi copiis*, &c.] *Et diviſus eſt ſuper eos nocte, ipſe & ſervi ejus, & percuſſerunt eos.* Servitiis, quæ ab Abramo fuerant armata, adjungendi Haner, Eſchol, & Mamra fœdere cum eo juncti, qui etiam cum ſuis Abramum comitati ſunt, ut ex comm. 24. liquet. Hi ergo diviſis copiis, noctu invaſerunt Chedorlahomerum & ſocios, qui cum numerum eorum qui in ſe irruebant ignorarent, & majorem eſſe cenſerent, quòd ex variis partibus caſtra adgrederentur, in fugam ſe conjecerunt, nec ſemel territi reſpicere ſuſtinuerunt. Egregio ſtratagemate uſus eſt Abramus, cùm propter allatam rationem, tum quia in caſtra variis gentibus referta irruebant. Hoc ipſum ut faceret *Alexandro* Macedoni auctor erat *Parmenion*, ante alterum prælium quo *Darium* vicit: *Furto non prælio opus eſſe cenſebat* peritiſſimus inter Alexandri duces artium belli; *intempeſtâ nocte opprimi poſſe hoſtes, diſcordes moribus, linguis: adhæc ſomno & improviſo periculo territos, nunquam in nocturna trepidatione coituros.* Igitur quamquam eum, qui *exercituum Deus* dicitur, huic præfuiſſe prælio non dubito; attamen ad inuſitatata divinæ providentiæ miracula confugiendum non cenſuerim, cùm adhibitæ artes victoriam parere facilè potuerint.

Ad Chobam, quæ eſt ad ſiniſtram, &c.] Hoc eſt, ut videtur, euntibus; ad Occidentem, nimirum, Damaſci. Onkelos tamen habet: לִמְצִפּוּנָא לְדַמֶּשֶׂק *lmitſiphonna ldammaſchek*, ad *ſeptemtrionem Damaſci*, cujus rei hæc profertur ratio. Oriens cenſetur anterior pars mundi, quamobrem קדם *kedem ante* nomen ei factum; occidens poſterior, unde dicitur אחור *achor* Eſai. IX, 20. Meridies ſeptemtrioni oppoſitus *dextra* vocatur Pſal. LXXXIX, 13. unde ſequitur ſeptemtrionem eſſe ſiniſtram. *Siniſtram* quoque partem cœli Etruſci Augures ſeptemtrionalem cenſebant. *Virgilius* Æneid. Lib. II. verſ. 693. *Intonuit lævum*, ad quæ verba *Servius*, licèt interpolatus: *Siniſtras partes ſeptemtrionales eſſe Augurum diſciplina conſentit*, quod pluribus oſtendi poſſet, ſi neceſſe eſſet. Sed in deſcriptione itineris, *dextra & ſiniſtra* aliter intelligendæ videntur. Ac ſanè ſi à Dane rectà ad ſeptemtrionem eas, ad dextram eſt Damaſcus. Si exſtarent veſtigia nominis *Hhoba*, in Damaſci vicinia, res extra dubium poneretur; ſed cùm nulla ſint, libera omnibus conjectura eſt. Vide tamen Indicem, ad vocem *Choba*.

Damaſci] *Joſephus*, quem multi alii ſequuntur, Lib. I. Ant. Cap. VII. τῶν δὲ Ἀράμου παίδων, τεσσάρων ὄντων, Οὖσος (Heb. עוץ houts) μὲν κτίζει τὴν Τραχωνῖτιν καὶ Δαμασκόν, *ex quatuor Arami filiis Uſes*, vel Utz, *condidit Trachonitin & Damaſcum*. Atque hinc fit ut Arabibus hodiéque Damaſcena vallis גוט *gaut* & אלגוטה *algauta* vocetur; nam גוט & עוץ ſunt unum idémque vocabulum, quamvis variè ſcriptum, & pronunciatum, ut obſervat *Sam. Bochartus* Phal. Lib. II. Cap. 8.

16. *Recuperavit*] וישב *vajjuſcheb*, *& redire fecit.*

Mulieres & populum, &c.] Hoc eſt, captivos quos abducebant, quorum potiſſima pars mulierum fuit; quippe quæ, in urbibus deprehenſæ, fugere non potuerant. Continentur quidem mulieres voce *populus*, ſed ſæpe poſt eximiam ſpeciem nominatam, nominatur & genus. Perinde eſt ac ſi dixiſſet Moſes, *mulieres, univerſam denique plebem.* Hoc ſchematis genus frequens apud Homerum eſſe obſervarunt Veteres. *Strabo* Lib. VIII. pag. 235. Ed. Caſaub. Genev. ποιητικῷ τινὶ σχήματι συγκαταλέγοντα τὸ μέρος τῷ ὅλῳ φασὶ τὸν Ὅμηρον· *poëticâ quadam figurâ aiunt Homerus toti partem ſubjungere.* ὡς τὸ

— ἀν' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος.
καὶ — ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε.
καὶ, Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοί. —
καὶ, Οἳ δ' ἐκ Δουλιχίοιο, Ἐχινάων θ' ἱεράων.

Καὶ γὰρ τὸ Δουλίχιον τῶν Ἐχινάδων: *ut in his*, Per Helladem & medium Argos, &, Per Helladem & Phthiam, *item*, Curetes pugnabant & Ætoli, &, qui ex Dulichio & Echinadibus ſacris venere, *nam una ex Echinadibus eſt Dulichium.* Exempla etiam ex *Hipponacte*, *Alcmane*, & *Æſchylo* addit. Interdum etiam generi eximia ſubnectitur ſpecies, cujus figuræ exempla vide apud *H. Grotium* ad Marc. XVI, 7.

& ſervi eos noćte *invaſerunt*, eeciderúntque, & Chobam uſque, quæ eſt ad ſiniſtram Damaſei, perſequuti ſunt. 16. Reeuperavit omnes *avectas* faeultates, Lotúmque unà fratrem, cum ejus bonis; quin etiam mulieres & populum reduxit.

17. Ob-

fenſi eſſent, Abramus familiam trecentis octodecim vernis conſtantem armat, cum ſociis confeſtim Elymæos magnis itineribus ſequitur, quos circà Danem, in ipſis Chananææ ad ſeptemtrionem finibus, adeptus eſt. 15. Conſilio habito, diviſis copiis, & noctu, quò terrorem augerent & paucitatem ſuorum occultarent, Elymæos invadere viſum eſt. Eos nullo negotio, nocte metum augente, & ex variis locis ingruentibus agminibus ſpeciem magni exercitus præbentibus, in fugam vertunt; nec præ timore reſpicere auſos Chobam uſque, ad lævam Damaſci, agentes, cædentes perſequuti ſunt. 16. Sic caſtris & ſpoliis omnibus potiti, cum captivis & opibus, liberato potiſſimùm Loto, ſuorum Tabernaculorum iter ingreſſi ſunt.

17. Se-

XVI, 7. qui tamen duas memoratas figuras confundit.

17. *Rex Sodomæ*] Qui, profectis hoſtibus, in regnum redierat, cùm ut Abramo victoriam gratularetur, tum etiam ut cives Sodomitas ab eo repeteret.

Redeunti poſt cladem] *Poſtquàm rediit à percutiendo*, &c.

Ad vallem Save, &c.] Hæc verba ita collocantur, ut ex Grammaticorum legibus tam ad locum in quo cæſi ſunt Reges ab Abramo & ſociis, quàm ad eum, in quem ei Rex Sodomorum obviam venit, referri queant. Sed poſteriorem intelligendum oſtendit Hiſtoriæ ſeries. Vallis hujus *regiæ* mentio fit 2 Sam. XVIII, 18. ſed ubi fuerit non conſtat. Videtur tamen fuiſſe ad ſeptemtrionem *Salemi*, nam ex Damaſcena redeunti Abramo in aliam cœli plagam obviam ire non potuit Melchiſedekus.

18. *Melchiſedekus*] Qui myſticam muneris & nominis hujus viri ſignificationem cognoſcere avebunt ii & Epiſt. ad Hebræos & ejus Interpretes conſulent; nos hìc grammaticum ſenſum tradere ſatis habebimus. Hebræi, poſt *Jonathanem* & *Jeroſol.* plerique hunc virum *Semum* fuiſſe volunt, quod etiam à Judæo præceptore audiverat *Hieronymus*, ut in *Trad. Heb.* teſtatur. Ejuſdem ſententiæ iterum meminit ad Eſai. XXXIX. Sed quamvis ad hæc uſque tempora, ex Hebræorum Chronologia, vixerit Semus, nullum planè eſt in Scriptura vel evanidum veſtigium, cujus ope in Melchiſedeko Semum agnoſcere poſſimus. Pius quidem & veri Numinis, Cœli & Terræ creatoris, cultor fuit Salemenſium Rex; ſed ideò eumdem cum Semo fuiſſe neceſſe non eſt. Potuit & inter ipſos Chananæos Rex eſſe pius, quamvis alii perditis moribus eſſent; neque enim putandum, viventibus etiamnum Noachi filiis, in ſola Abrami familia veri Dei cognitionem manſiſſe. Et ipſi & alii, quos edocuerant, pietati adhæſiſſe quare non videantur, cùm Scriptura nuſquam contrarium teſtetur, non capio. Nondum Chananæorum omnium mores tunc temporis corruptiſſimos fuiſſe teſtatur Deus ipſe, infrà Cap. XV, 16. Imò verò, aliquot poſt ætatibus, Syrus *Balabamus* veri Numinis Propheta fuit. Miſſis itaque inanibus conjecturis, aut incertis traditionibus, Chananæum hunc potiùs fuiſſe exiſtimarim; qui fortè, propter eximiam juſtitiam, nomen *Melchiſedeki* מלכיצדק, hoc eſt, *Regis juſtitiæ*, conſequutus fuerit. Nam ex re nata nomina imponi ex variis, in hoc ipſo libro, exemplis conſtat, ut Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Edomi, Joſephi, &c.

Theodoretus Quæſt. LXIV. in Geneſ. εἰκὸς δ' αὐτὸν ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐκείνων εἶναι τῶν τὴν Παλαιστίνην οἰκούντων. ἐκείνων γὰρ καὶ βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς ἐτύγχανεν ὤν: *veriſimile eſt illum ex iis Gentibus fuiſſe, quæ Palæſtinam incolebant. Illarum enim & Rex & Sacerdos erat.*

Rex Salems] *Joſephus* in hac Hiſtoria, Lib. I. C. 10. Ἔνθα ὁ τῆς Σόλυμα πόλεως ὑποδέχεται βασιλεὺς αὐτὸν Μελχισεδέκης· σημαίνει δὲ τοῦτο βασιλεὺς δίκαιος, καὶ ἦν δὲ τοιοῦτος ὁμολογουμένως, ὡς διὰ ταύτην αὐτὸν τὴν αἰτίαν καὶ ἱερέα γενέσθαι τοῦ Θεοῦ: *ibi urbis Solymæ Rex excipit eum Melchiſedekes, quod Regem juſtum ſonat, atque ejuſmodi ex confeſſo erat, ut propterea Sacerdos Dei eſſet*: τὴν μέντοι ΣΟΛΥΜΑ ὕστερον ἐκάλεσαν ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΑ; *Solyma poſtea vocarunt Hieroſolyma.* Sic & *Onkelos*: מלכא דירושלם *malcha dirouſchalem*, *Rex Jeroſolimæ*, quem plerique & Hebræi & Chriſtiani ſequuntur. Verùm hæc opinio hac dumtaxat ratione nititur, quæ ſanè levis eſt, quòd poſterioribus duabus ſyllabis ירושלם *jerouſchalem*, urbis hujus nomen contineatur, & Pſ. LXXXVI, 3. שלם dicatur ipſa Jeruſalem. Potuit enim alia urbs *Schalem* dici, uſitatiſſimo nomine, non poëticè tantùm, ut Jeruſalem eo in Pſalmorum loco. Ac ſanè Joan. III, 22. legimus Joannem *Ænone propè Salim* baptizaſſe, quem poſteriorem locum hunc ipſum eſſe exiſtimabat *Hieronymus*, in Ep. ad *Evagrium*, ubi pluribus hac de re agit. Poſſet addi & Geneſ. XXXIII, 18. ſed quia ambiguus eſt locus, eo non utemur. שלם *pacem* ſignificat, & fortè urbi, in qua Melchiſedekus vivebat, id nominis fuit, quia cùm nulli bellum inferret, ipſe etiam à nemine armis petebatur. Fortè & ominis causâ, ut Jeroſolimæ, id nomen à conditoribus ei inditum fuerat. Non moramur hìc eos, qui ex hiſce nominibus, non hominem, ſed Dei Filium, aut Spiritum Sanctum, aut Angelum fuiſſe Melchiſedekum conjecerunt; quaſi ea nomina homini convenire non poſſent. Ἀμαθὲς, ait *Cyrillus Alexandrinus* Lib. 2. in Geneſ. ταῖς ὀνομάτων ἑρμηνείαις προσεσχηκότας ἀναιρεῖν ἀποτολμᾷν τὰ σαφῆ τε καὶ ὁμολογούμενα, *indoctum eſt nominum interpretationibus adhærentes audere tollere clara, & de quibus inter omnes convenit.*

Panem & vinum depromſit] Nimirum, à pugna redeunti Abramo cibos obtulit, quibus ſe reficeret, ἐχορήγησε τῷ Ἀβράμου στρατῷ ξένια καὶ πολλὴν ἀφθονίαν τῶν ἐπιτηδείων, *ſuppeditavit Abrami exercitui hoſpitalia dona, & multam neceſſariorum copiam.* Verba ſunt *Joſephi*, loco ſuprà laudato; quæ ſine dubio verborum Moſis ſimpliciſſima eſt interpretatio. Nulla hìc ſacrificii mentio, & quod additur de Melchiſedeki Sacer-

17. Obviam ei egreſſus eſt rex Sodomæ redeunti, poſt cladem illatam Chedorlahomero, regibúſque qui cum eo erant, ad vallem Save, quæ *nunc* regia *dicitur*. 18. Melchi-

17. Secundi hujus prælii fama Sodomæ Regem ex latebris ſuis excivit, iſque obviam Abramo victori ad vallem Saves, quæ poſtea *Regia* appellata eſt, proceſſit. 18. Eumdem etiam in locum ſeſe contulit Melchiſedecus Salemenſium Rex, commeatu, ſi fortè indigeret, victorem exercitum adjutu-

Sacerdotio ad ſequentia, potiùs quàm ad hæc, pertinent, ut oſtendemus.

Is autem Sacerdos] והוא *vehou*, & *is Sacerdos*. LXX. ἦν δὲ ἱερεὺς &c. At Vulg. *erat enim Sacerdos*, quod obſcurius, quia particulæ αἰτιολογικῇ *enim* hîc locus non erat; neque enim quòd eſſet Sacerdos, ideò ξένια Abramo obtulit, quæ alius quivis æquo jure ei exhibere potuiſſet; ſed quia Sacerdos erat, ideò Abramo bene precatus eſt.

Altiſſimi Dei fuit] לאל עליון *lel heljon*. Cùm Orientalibus multi dicerentur אלהים *elohim* & אלים *elim*, ut quem Deum coleret Melchiſedekus intelligerent Chananæi, is dicebat ſe Dei ſummi, ſeu ὑψίστου Sacerdotem eſſe; ejus, inquam, Dei, qui cœli & terræ ſummus erat Dominus. Sic deſcribitur Pſ. XCVII, 9. *Tu Jehova*, Deus *altiſſimus* עליון *es ſupra totam terram*, *omnibus Diis multò ſuperior*. Quod cùm audiret Abramus, qui eumdem colebat Deum, Mechiſedeki religionem haud aliam ac ſuam eſſe intellexit, ſummúmque ei honorem exhibuit. Nec apud Phœnicas Idololatras, plane exſtincta fuit *Dei altiſſimi* memoria; nam in eorum Theologia mentio occurrit, quamquam ineptis fabulis contaminata, Dei Ἐλιοῦν καλουμένου, quod nomen ὕψιστον *altiſſimum* interpretatur *Philo Byblius*. Vide fragmentum *Sanchoniathonis*, quod exſtat apud *Euſebium* Præp. Euang. Lib. I. Cap. 10. Vid. & ad verſ. 9. Ceterùm quale hoc eſſet Melchiſedeki Sacerdotium, quo in honorem *Altiſſimi Dei* fungebatur, Moſe non docente, nemo dixerit. Res quidem ipſa oſtendit eum ſacra feciſſe Deo, ſed faceretne hæc ſolus, ſuo dumtaxat, & civium ſuorum nomine, ſive cujuſvis victimas ad eum adducentis mactaret, ut Sacerdotes poſtea ſolebant Hebræi, nullo certo indicio conſtat. Si tamen conjicere licet ex eo quòd Abramus, qui pro ſe tantùm rem divinam facere ſolebat, Sacerdos non vocetur, credibile eſt Melchiſedeki ſacerdotium publicum fuiſſe, non privatum; nec cives tantùm Salemi, ſed & alios accolas ad eum victimas ſuas adducere ſolitos, ut eas eorum nomine Deo altiſſimo offerret, uti factum poſtea eſt Jeroſolimæ. Rex autem & Sacerdos ſimul erat, pro variarum gentium more antiquiſſimis temporibus uſitato. *Ariſtoteles* Polit. Lib. III. Cap. 14. poſtquàm quatuor eſſe regni ſpecies dixit, μία μὲν, inquit, ἡ περὶ τοὺς ἡρωϊκοὺς χρόνους, αὕτη δ' ἦν ἑκόντων μὲν ἐπί τισι δ' ὡρισμένοις· στρατηγὸς γὰρ ἦν καὶ δικαστὴς ὁ βασιλεὺς, καὶ τῶν πρὸς τοὺς Θεοὺς κύριος: *una quidem erat circa heroica tempora, atque hæc erat volentium quidem, ſed in quibuſdam præfinitis. Rex imperator erat & judex, & rerum divinarum arbiter.* Anteà mentem paullò clariùs exprimens Reges heroïcorum temporum fuiſſe κυρίους τῶν θυσιῶν ὅσαι μὴ ἱερατικαὶ, *arbitros ſacrificiorum, quæcumque non ſacerdotalia*, ait, unde & in quibuſdam civitatibus θυσίας κατελήφθησαν τοῖς βασιλεῦσι μόνον *ſacrificia tantùm relicta ſunt regibus. Heraclides* περὶ τῶν πολιτειῶν, de Athenienſibus: ὁ δὲ βασιλεὺς τὰ κατὰ θυσίας διοικεῖ, καὶ τὰ πολέμια, *Rex quæ ad ſacra & rem militarem pertinent adminiſtrat.* Quin & ipſis decimæ propterea ſolvebantur, ut ad verſ. 20. oſtendemus. Apud *Virgilium*, ut cùm *H. Grotius*, tum alii obſervarunt, eſt ad hoc exemplum, Æneid. III.

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbìque ſacerdos. Ubi Servius: *ſanè majorum hæc erat conſuetudo, ut Rex eſſet etiam Sacerdos, vel Pontifex.* Imò apud Romanos ſacra quædam erant, quæ cùm nonniſi à Rege fieri poſſent, propterea Regibus exactis creatus eſt Pontifex, qui *Rex ſacrorum* dicebatur. *Livius* Lib. II. Cap. 2. *Quia quædam publica ſacra per ipſos reges factitata erant, necubi Regum deſiderium eſſet, Regem ſacrificulum creant. Diogenes* Pythagoricus, apud Stobæum, Serm. XLVI. ἀνάγκα τὸν τέλειον βασιλέα, στραταγόν τε ἀγαθὸν ἦμεν, καὶ δικαστὰν καὶ ἱερέα: *neceſſe eſt perfectum Regem, Imperatorem eſſe ſtrenuum, & judicem & ſacerdotem.*

19. *Bene precatus eſt*] Hoc eſt, jure ſacerdotali benedixit. Nam quamvis unicuique liceret bene aliis precari, attamen Sacerdotum, Deo quippe conſecratorum & acceptorum, preces aliis multò efficaciores cenſebantur; & formulas quaſdam habebant, quibus eam in rem utebantur. Vid. Num. VI, 23. *& ſeqq.* Sic etiam *Bilahami* preces, ſeu in bonam, ſeu in ſequiorem partem ea vox intelligatur, efficaces apud Deum habebantur, Num. XXII, verſ. 6. *& ſeqq.* Græci etiam veteres ſolebant, exſecrationibus in aliquem concipiendis, Sacerdotes adhibere. Sic Alcibiades ab judicibus Athenienſibus non *damnatus tantùm, verùm etiam per omnium* SACERDOTUM *religiones devotus fuit*, teſte *Juſtino* Lib. V. Cap. 1. Vide & in ejus vita *Cornelium Nepotem* & *Plutarchum*.

Meritò ergo ex his precibus colligit Apoſtolus ad Heb. Cap. VII, 7. Melchiſedekum Abramo κρείττονα, hoc eſt, honoratiorem fuiſſe; nam populus non benedicebat Sacerdotibus, ut Sacerdotes populo.

Cœlorum & terræ Domino] Heb. קנה *kone*, hoc eſt, *poſſeſſori*, quod perinde eſt ac *domino*. Quamvis ita verterimus, frequentiſſimum vocis ſignificatum ſequuti, non diſſimulabimus tamen *Sam. Bochartum*, *Chanahanis* Lib. II. Cap. 2. obſervaſſe ingenioſè ſanè, ut ferè omnia, quod apud *Sanchoniathonem* narratur Deum Ἐλιοῦν genuiſſe Cœlum & Terram, id ſumtum ex hiſce Cap. XIV. Moſis verbis; nam, inquit, קנה etiam generare eſt apud LXX Intt. Sic Zach. XIII, 5. הקנני ἐγέννησέ με, & ſic omnino verti debuit Gen. IV, 1. קניתי *genui virum à Domino*, Prov. VIII, 22. *Deus* קנני *genuit me initio viæ ſuæ.* Oſtendimus tamen ad Gen. IV, 1. meliùs verti *nacta ſum*. De aliis locis dicemus, σὺν Θεῷ, quando ad ea devenerimus. Ideóque à vulgata

chiſedekus etiam rex Salemi panem & vinum depromſit, is autem altiſſimi Dei ſacerdos fuit. 19. Beoe quoque ei precatus eſt; & benedictus, inquit, ſit à Deo altiſſimo, cœ-

turus. Atque bic cùm Sacerdos eſſet publicus Dei ſummi, qui cœlum & terram pro arbitrio regit; quem ſe colere etiam profitebatur Abramus, 19. ſacerdotali jure victori bene precatus eſt; &, ſummus,

vulgata ſignificatione recedendum non eſſe cenſuimus, nec ſanè magnum eſt, quoad ſenſum ipſum, diſcrimen; nam qui dominus eſt cœli & terræ, idem ea creavit, nec quiſquam, hoc in negotio, alieni operis dominus eſſe poteſt. Hanc porrò deſcriptionem *Altiſſimi Dei*, qui *Dominus cœli & terræ* dicitur, hîc exiſtimarim adhiberi, ut intelligerent Chananæi non Deum aliquem familiæ ſingularis aut regioni cuipiam præfectum, aut certæ zonæ cœli adtributum; non cœleſtem dumtaxat, & qui terreſtria non curaret; neque terreſtrem, qui in cœlo nihil poſſet; verùm Deum totius rerum univerſitatis, & cujus potentia nullis locorum limitibus contineretur, à ſe coli. Orientales enim varias univerſi partes variis inferioribus Diis, quorum poteſtas terminis quibuſdam coërceretur, adtribuebant regendas; qua de re legendus Lib. I. *Philoſophiæ Orientalis Th. Stanleji*, quem Latinum fecimus, & Operum Philoſophicorum Tom. II. ſubjecimus. Nunc ne aliunde ejus opinionis, non ſanè omnino falſæ, modò ne inferiores Dii altiſſimo æquentur, veſtigia petamus quàm à Scriptoribus Sacris, liquet ex verbis *Labanis* infra Cap. XXI, 29. credidiſſe eum Deum, quem colebat Jacobus, ejus familiæ peculiarem fuiſſe Deum. *Benhadad* Syriæ rex Deum Iſraëlis *montanum* Deum, qui in campeſtribus locis non ita polleret credidit, ut legimus 1 Reg. XX, 23. Angelos etiam peculiaribus regnis præfectos nos docet Daniel Cap. X, verſ. 13. Quamvis ergo *plurimi eſſent*, ut *Pauli* 1 Cor. VIII, 5. verbis utamur, *Dii dicti, ſive in cœlo, ſive in terra*, colebatur à Melchiſedeko *unus Deus Pater, ex quo omnia*, quem *Altiſſimum* ideò vocat.

20. *Benedictus etiam eſto Deus*] Hîc occurrit exemplum ejus quod ſæpe aliàs obſervavimus, elegantiam eſſe Sacrarum Litterarum eadem voce variis ſenſibus, eodem in loco uti; nam *benedictus Abramus* dicitur ἀντὶ τοῦ, bene omnia illi cedant; *benedictus* verò *Deus* ἀντὶ τοῦ, laudetur Deus, ſeu gratiæ ei agantur. Vid. not. ad Cap. III, 6.

Huic Abramus] Abrami quidem omiſſum eſt nomen, ſed hunc intelligi Nominativum res ipſa clamat; nam decimas ſpoliorum ſolvit, qui eas hoſtibus eripuerat. Vid. not. ad Cap. XXX, 31.

Decimam de omnibus dedit] Hoc eſt, ex omni prædæ parte, quæ jure belli ad ſe pertinebat, decimam ei ſolvit, ἐκ τῶν ἀκροθινίων, ut loquitur ſcriptor ad Hebræos Cap. VII. aut, ut *Joſephus* Lib. I. Cap. 10. τὴν δεκάτην τῆς λείας. Qui de omnibus bonis Abramum decimam ſolviſſe volunt, ii circumſtantiarum nullam habent rationem. Eos pluribus quàm neceſſe eſt confutavit, in Anglico opere *de Decimis*, *Joan. Seldenus* Cap. I. & Secundis Curis ad Cap. I. Id vide Pentatencho huic noſtro ſubjectum.

Meritò autem *Grotius* de J. B & P. Lib. III. Cap. VI. §. 1. poſtquàm obſervavit bello juſto ea nobis adquiri, quæ nocenti damnum inferunt, intra æquum pœnæ modum; ſubjicit, hoc jure ab Abramo de ſpoliis, quibus quatuor Reges exuerat, decimam Deo datam. Sed præterea addendum erat noſtra fieri aliena etiam bona, quando ea ſumtibus noſtris conſcripto exercitu raptoribus eripimus, iis ad quos priùs pertinebant quieſcentibus. Neque enim ex ſpoliis dumtaxat Transeuphratenſium Regum decimas obtulit, ſed etiam ex recuperatis Sodomitarum aliorúmque vicinorum bonis; ex quibus quod ſuperfuit, demtis decimis, antiquis dominis reſtituit.

Idem rectè etiam docet, Gentiles Diis haud raro decimam de præda ſacraſſe. Vide & *Joan. Dougtæi* Analecta in hunc locum. Addimus Athenienſium Regibus, quibus rerum divinarum commiſſa erat cura, ut antè diximus, ideò decimas ſolutas. *Piſiſtratus* in Ep. ad *Solonem*: ἀπάγει δὲ ἕκαστος Ἀθηναίων τῶν αὐτοῦ κλήρων δεκάτην οὐκ ἐμοί, ἀλλ' ὁπόθεν ἔσται ἀναλοῦν εἴς τε θυσίας τὰς δημοτελεῖς, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν κοινῶν, &c. *ſeponit quiſque Athenenſium ſuarum facultatum decimam non mihi, ſed ut ſit quod abſumatur cùm in publica ſacra, tum ſi quid aliud ſit ad Rempublicam pertinens.*

Ceterùm ſponte videtur decimam Melchiſedeko ſolviſſe Abramus; nam neque eam voverat, neque ullo jure Regi Salemi obnoxius erat. Sed muneribus & fauſtis precationibus à Melchiſedeko exceptus, gratiam ei rependit. Rabbini negant ab Abramo inſtitutas decimas, ut liquet ex eorum ſuffragiis à *Joan. Seldeno* collectis Lib. 1. de Syned. Cap. 2. & meritò quidem, ut videtur; res quippe eo antiquior fortè fuit, atque hîc quaſi recepto uſus more deſcribitur. Jacobus etiam infrà Cap. XXVIII, 22. Deo decimam facultatum ſuarum, ſi ſalvus ex Meſopotamia rediret, vovet.

21. *Da mihi animas*] Hoc eſt, homines Sodomitas quos reduxiſti. נפש nepheſch *anima*, ut hîc, Cap. XII, 5. homines etiam, ſed ſervos ſignificat; at captivi à ſervis multùm non differebant, quippe quos victores vendere, ſi vellent, poterant. Crediderim tamen *animas* hoc in loco homines dici, ut opponantur anima carentibus divitiis.

Opes tibi accipe] Hoc eſt, tibi ſerva reliquam omnem prædam; quibus verbis oſtendit jus Abrami in ea ſpolia; neque enim hîc eſt juris ſui ceſſio, quod in ea quæ ſemel amiſerat, neque potuerat recuperare, nullum erat.

22. *Suſtuli manum meam*] Hoc eſt, juravi manum tollendo ad cœlum, nam is eſt jurantium geſtus. Cùm enim teſtem juriſjurandi Deum advocarent, eum veluti, manu ad cœlum ejus ſedem porrectâ, digito oſtendebant. Vid. Deut. XXXII, verſ. 40. Ezek. XX, 5, 6. Dan. XII, 7. Apoc. X, 5. Apud Ethnicos idem etiam jurantium ritus. *Virgilius Æneid.* XII, 195.

Sic prior Æneas, ſequitur ſic deinde Latinus
Suſpiciens cœlum, tenditque ad ſidera dextram,
Hæc eadem Ænea terram, mare, ſidera juro.

 Vi-

cœlorum & terræ domino, Abramus. [20] Benedictus etiam eſto Deus altiſſimus, qui in manum tuam hoſtes tuos tradidit. Huic *Abramus* decimam de omnibus dedit, [21] & cùm diceret rex Sodomæ Abramo: da mihi animas, & opes tibi accipe; tum verò Sodomæ regi Abramus: ſuſtuli manum meam, inquit, ad Jehovam Deum altiſſimum, cœlorum & terræ dominum, [23] me à filo ad calceamenti vinculum ex omnibus quæ tua ſunt non capturum, ne dicas: ego Abramum ditavi; [24] exceptis tantùm iis quæ juvenes hi comederunt, & parte virorum qui mecum venerunt, Haneris, Eſcholis & Mamræ; hi *enim* partem ſuam capient.

XVI. Deus

mus, inquit, cœli & terræ arbiter Abramo benefacere pergat. [20] Eſt quod ei, ob relatam de communibus noſtris hoſtibus egregiam ab Abramo, eo favente, victoriam, gratias nos quoque Chananæi agamus. Abramus verò Melchiſedeco, ſeu ex voto, ſeu gratum animum erga Deum Opt. Max. teſtatum facere volens, decimam omnis prædæ perſolvit. [21] Nec tamen ex ea præda quidquam ſibi ſepoſuit, quamvis Rex Sodomitarum, conceſſis univerſis ſpoliis, jure belli adquiſitis, libera dumtaxat capita, quæ reduxerat, repeteret. [22] Reſpondit enim ſe Deo ſummo, cujus ſacerdos erat Melchiſedecus, ſacramento eſſe obſtrictum; [23] quo ne teruncio quidem ditiorem futurum ſe, invocato ejus Numine, ex facultatibus Sodomitarum, conceptis verbis, juraverat; ne poſtea, ſi florentem opibus ipſum viderent, eas ſibi deberi dictitarent. [24] Excepit tamen, ſi quid commeatuum ſervi ſui abſumſiſſent, item eam manubiarum partem, quæ Haneris, Eſcholis & Mamræ jure belli erat, & quam largiri ipſius non fuit.

P A-

Videtur Abramus, cùm egreſſus eſt, ut bello impeteret Chedorlahomerum, alióſque Reges, Deo hoc voviſſe ſe nihil ex ſpoliis Sodomiticis ſibi ſervaturum. Aut hoc præteritum הרימותי *harimothi*, vertendum eſſet, *tollo*.

Ad Jehovam] Hac quidem voce non eſt uſus Abramus, quippe cui nondum hoc revelatum erat nomen. Sed Moſes verbis ævo ſuo receptis quod dixit Abramus exponit. Vide not. ad Exod. Cap. III, 15. Perinde ergo eſt ac ſi dixiſſet Abramum reſpondiſſe Sodomitarum regi, ſe juraſſe per Creatorem cœli & terræ (qui poſtea Jehovæ nomen ſibi ſumſit, & idem eſt quem colunt Abrami poſteri) ſe nihil ex ſpoliis Sodomiticis ſervaturum. Sic obiter indicat Moſes Deum Melchiſedeki, Abrami, & Iſraëlitarum ſui temporis unum eumdémque eſſe.

Altiſſimum, cœlorum & terræ dominum] Hæc verba coram Melchiſedeko acta hæc eſſe innuunt; videtur enim datâ operâ Abramus ejus verba repetere, cùm quia aderat, totiúſque rei teſtis erat, tum ut ſe eumdem Deum colere, cujus Sacerdos Melchiſedekus erat, oſtenderet.

23. *Me à filo*, &c.] Particula אם in juramentis idem ac negativa ſignificat. Vide not. ad Cap. XLII, 15. Ideóque *ſi à filo*, &c. negatione extulimus. Videtur autem habere phraſis hæc aliquid παροιμιῶδες, & perinde eſſe ac, *nihil prorſus*.

Non capturum] *Si à filo ad calceamenti vinculum, & ſi accipiam ex omni quod tibi eſt.* Hîc Abramus Beram alloquens ejus eſſe dicit, quæ fuerant antequàm ab hoſtibus raperentur, & mox ejus erant futura.

Ne dicas Abramum ditari] Prudenter Abramus inter Chananæos vivens peregrinus, divitiis ex aliena calamitate, quamquam juſtè, partis adjunctam invidiam amolitur. Præterea Sodomitarum benevolentiam fratris filio Loto, & omnium etiam ſibi Chananæorum conciliat. Contrario planè modo ſe geſſerunt ejus pronepotes Gen. XXXIV. ideóque pater eorum Jacobus meritò invidiam vicinorum timebat.

24. *Quæ juvenes hi comederunt*] הנערים *hannehárim*. Servos videtur intelligere, qui commeatûs, quantùm opus ſibi fuit, abſumſerant. Verſ. 11. ab hoſtibus ablatum annonæ quidquid Sodomæ invenerunt narravit Moſes. Mavult *Jac. Cappellus*, Lud. Fil. *milites* intelligi, quod ſignificat vox נערים 2 Sam. II, 14. Non improbo.

Et parte virorum, &c.] Hîc obſervare eſt quod in Epitomis omnibus Hiſtoriarum, ſubinde fieri neceſſe eſt; ut ex ſequentibus circumſtantiæ colligantur, quæ in ipſarum rerum narratione omiſſæ fuerant. Neque hos cum Abramo copias junxiſſe, neque prædam eſſe partitos antea dixerat Moſes; quod tamen hîc factum apparet. Vide not. ad Cap. XLI, 21.

COM-

XIV. Deus Abramo ſobolem promittit, fœdus cum eo init, terrámque Chananæam, poſt quadringentos annos, propriam poſterorum ejus futuram docet.

1. POST hæc Abramum in viſione alloquutus eſt Jehovâ, dicens: ne timeas, Abrame, ego enim tibi clipeus, & longè maxima tua merces *ero*. 2. Abramus verò Deo, Domine Jehova, inquit, quid mihi dares? Orbus ego ſum, & procurator domûs meæ is eſt Damaſcenus Elihezer. 3. Sobolem mihi non dediſti, CAPUT XV.

PARAPHRASIS.

1. ALIQUANTO pòſt noctu Abramum compellare in ſomnis viſus eſt Deus, ſéque ab eo mala omnia propulſaturum, nec ullum beneficii genus ei negaturum polliceri. 2. Tum Abramus ſibi Deo reſpondere viſus eſt, ſuas ſat amplas eſſe facultates, cùm ſine liberis eſſet, 3. heredémque Elihezerum Damaſcenum domûs ſuæ Procuratorem, vernam ſuum, relicturus, cui ſatis ſupérque ſuæ ſu-

COMMENTARIUS

In CAPUT XV.

1. *Abramum in viſione alloquutus eſt.*] *Fuit verbum Jehovæ ad Abramum in viſione.* Vide not. ad Cap. XII, 7.

Ego tibi clipeus] Ut clipeus tela in eum, qui eo tegitur, immiſſa repellit: ita ego ne quiſquam tibi noceat impediam. Vide Prov. XXX, verſ. 5.

Maxima tua merces ero] LXX. Intt. tertiâ perſonâ, ἔσαι *erit*, quorum utrum ſit melius vix quiſquam ſatis certò dixerit. Primâ tamen perſonâ potiùs uſi ſumus, quia cùm Scripturæ φρασεολογίᾳ conſentaneum hoc ſit, egregium etiam fundit ſenſum. Sic Deus Levitarum *hereditas* & *pars* dicitur Num. XVIII, 20. & Deut. XVIII, 2. Vide & Joſ. XVIII, 2. & Pſ. XVI, 5. *Merces* autem Abrami dicitur *Deus*, quòd cognitio veri atque unius Dei, & ſpes inde profluens ſatis ampla eſſent præmia, quamvis aliud nihil habuiſſet. Sed Dei favore maximas etiam nactus eſt divitias.

2. *Domine Jehova*] LXX. Intt. qui יה ſemper voce κύριος exprimunt, hîc habent Δέσποτα κύριε, repetitione minùs commodâ. Poſteriores Judæi, ut hoc vitarent, poſt vocem אדני *adonai*, ſi occurreret יהוה, huic puncta vocis אלהים *elohim* ſubjecere; quod ſi à LXX. Intt. tempore obtinuiſſet, vertiſſent κύριε, aut Δέσποτα Θεέ.

Ceterùm cùm hîc primùm occurrat vox אדני *adonai*, quam inter Dei nomina recenſent Hebræi, paucis quæ potiſſimùm de ea digna obſervatu ſunt, exſequemur. Si vocem vocalibus punctis deſtitutam ſpectemus, dubium erit pluralisſne, an ſingularis ſit numeri; ſunt enim ejuſmodi pluralia aliquot in Codd. Sacris, ut גבי *gobai*, *locuſtæ*, aliáque à *J. Buxtorfio* patre collecta in Theſ. Grammat. Lib. I. Cap. 9. Sunt & ejuſdem terminationis ſingularia, ut שרי *ſchadai*, ager Pſ. XCVI, 12. שדי *ſchaddai*, omnipotens Cap. inf. XVII, 1. Sed qui puncta addiderunt, ſub ultima ſyllaba, ubi de Deo aut ſingulis hominibus, ſermo eſt, non *Pathach*, quod pluralibus terminationibus ſubeſt, ſed *Kamets* adſcripſerunt, ut intelligeret Lector ſingularem eſſe numerum; neu ultimum *Jod* adfixum eſſe crederet, quod ſolet etiam in *Pathach*, ut Grammatici loquuntur, *quieſcere*. Hinc punctationis ſtudioſi obſervarunt, ubi de Numine agitur, aut Angelis Dei perſonam agentibus, conſtanter hanc vocem puncto *Kamets* ſignari, quod fit quater & centies trigeſies. Ac ſanè LXX. Intt. aliſque Vett. perpetuò κύριον *Dominum* vocem hanc, nuſquam *Dominos meos*, aut *Dominos*, tranſtulerunt.

At perperam viri non indocti, quotieſcumque ſubjicitur *Kamets*, Deum altiſſimum, & quidem ἀμέσως, ſignificari volunt. Rectiùs *J. Buxtorfius*, *Joannis* filius, in Diſſ. *de Nominibus Dei*, §. 52. obſervat de Angelis videri dici Gen. XVIII, 3, 27, 30, 31, 32. & Judic. VI, 15, 22. *quando illi*, inquit, *ut legati Deum & Dominum ſuum referunt, quamvis etiam illa loca ad Deum referri poſſint; quatenus, videlicet, Deus ipſe per Angelos cum ſanctis eſt loquutus.*

Sunt qui vocem ab ארן *eden*, baſis, deducunt, cùm herus ſit inſtar baſis & fulcri totius domûs. Hinc & ארני ארץ adone erets, *domini terræ*, ſeu Principes, ac Summates dicuntur *fundamenta terræ* מוסרי ארץ *moſde erets*, Pſ. LXXXIII, 5.

Jehova] Vide not. in Exod. Cap. III, 15.

Quid mihi dares?] Aut, *quid dabis mihi?* Nimirum, *mercedis* nomine Abramus majores divitias intelligebat; quibus liberis carens haud admodum indigere ſe exiſtimabat. Sed Deus bona perenniora, non excluſis tamen opibus, intelligere potuit.

Orbus ego ſum]. *Ego incedo orbus* ערירי *bariri*. LXX. Intt. ἀπολοῦμαι ἄτεκνος, hoc eſt, *moriar ſine liberis*. Vide Pſal. LVIII, 9. CIX, 23. At אני הולך *ani holech*, perinde eſſe videtur ac ego ſum, ego vivo. Sic Jerem. VI, 28. הלכי רכיל *holche rachil*, *incedentes obtrectatores*, ſunt qui inſtar obtrectatorum vivunt.

Procurator domûs meæ] בן משק *ben meſchek*. LXX. Intt. υἱὸς Μασὲκ τῆς οἰκογενοῦς μου *filius Maſek vernaculæ meæ*. Sed præſtat cum aliis משק appellativum nomen habere, & derivare à verbo שוק aut שקק quod *currere* ſignificat, ut ſit ad verbum *filius curſitationis domûs meæ*, quod duplici ſenſu, in idem tamen recidente, exponi poteſt. Eſt enim aut *is ad quem curſitat domus*, hoc eſt, familia, ut imperiis ejus obſequatur,

diſti, atque ecce heres mihi verna meus erit. 4. Tum alloquutus eſt Jehova Abramum, atque hic, inquit, hereditatem tuam non adibit, ſed qui è viſceribus tuis egredietur, is demum erit heres tuus.

5. Deinde eduxit eum foras, & ſuſpice, ait, cœlum, ac numera ſtellas, ſi earum numerum inire potes; ſic autem, inquit, erit tua ſoboles. 6. Credidit *Abramus*

futuræ eſſent opes, quantulæcumque forent. 4. Iterum divina vox aures Abramo verberare viſa eſt, diceréque bona Abrami non ad ſervum, ſed ad ſobolem ex ipſo natam, devolutum iri.

5. Eadem vox Abramum tabernaculo egredi juſſit, atque in cœlum oculis ſublatis ſtellas, ſi poſſet, numerare; quarum cùm numerum inire ſe poſſe negaret: ſimilis, ait Deus, erit quæ ex te ortum ducet poſteritas; cujus numerum qui ſubducere voluerit, idem ſidera numeret. 6. Quamvis eâ ætate, quâ erat Abramus, vix eſſet veriſimile liberos umquam procreaturum; cùm animo divinam potentiam reputaret, non dubitavit tamen quin promiſſa ſua repræſentaturus eſſet Deus. Quæ fiducia ſummopere Numini placuit, atque egregium religionis erga ſe ſpecimen viſum eſt; 7. & ſum, in-

tur, & quid ſibi agendum ſinguli intelligant; vel qui ipſe omnia inſpecturus *per omnes domûs partes curſitat.* Tiberii Atrienſem, qui ſedulum agebat, ſic deſcribit *Phædrus* Lib. II. Fab. V.

Ex alticinctis unus Atrienſibus,
Cui tunica ab humeris linteo Peluſio
Erat deſtricta, cirris dependentibus,
Perambulante læta Domino viridaria,
Alveolo cœpit ligneo conſpergere
Humum æſtuantem, come officium jactitans.
Sed deridetur, inde notis flexibus,
Præcurrit alium in xyſtum ſedans pulverem,
&c.

Utrumvis malimus, eâ loqutione *procurator domûs*, ſeu *Atrienſis*, ut loquebantur Latini, qui ceteris ſervis præeſt, ſignificatur. Atque hæc eſt Interpretatio *Hieronymi* & Chaldæorum Intt. qui בר פרנסא bar pharnaſa *filium adminiſtratoris*, habent. *Theodotion* verterat: ὁ υἱὸς τοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας μου. *Aquila:* υἱὸς τοῦ ποτίζοντος *filius pincernæ*, quaſi derivetur ἀπὸ τοῦ שקה & idem ſit ac משקה maſchkeh *pocillator*, de quo diximus ad Geneſ. XL, 1. Fortè etiam legit, aut legendum cenſuit משקה ביתי *maſchkeh bethi*. Commodiùs procuratorem interpretari videmur, nam vix dubium eſt quin in ingenti ſervorum numero unus eſſet qui ceteris præerat; more non modò Græcorum & Romanorum, ſed etiam Orientalium, ab antiquiſſimis temporibus. Sic Joſephus, dum ſervitutem ſerviret, heri familiæ præfectus fuit Gen. XXXIX, 4, 22. & ipſe libertatem nactus procuratorem habuit Cap. XLIV, 1. Sic & tempore Chriſti ſolebant, ut liquet ex Matt. XXIV, 45. & *ſeqq.* Vide not. ad Gen. III, 16.

Damaſcenus Elibezer] דמשק אליעזר *dammeſchek Elibezer.* Intt. LXX. & Hieronymus hîc duo nomina propria hujus viri eſſe putant, quaſi vocatus fuiſſet Δαμασκὸς Ἐλιέζερ *Damaſcus Eliezer.* Sed cùm non ſoleant eſſe uni viro duo nomina, cum aliis Intt. hæc verba ita intelligenda eſſe cenſuimus, quaſi eſſet ſcriptum דמשקי *dammaſchki*, aut מדמשק *middammeſchek*, è Damaſco, aut איש דמשק *vir è Damaſco*, nimirum, oriundos; nam ea in urbe natus non erat, cùm eſſet Abrami verna, quod ex ſequenti commate diſcimus.

3. *Sobolem*, &c.] Repetitur ante hæc verba, *Et dixit Abram*, quæ ſemel dicta Latinis auribus ſufficiunt.

3. *Heres mihi verna*] Erant quidem Abramo Charris trans Euphratem conſanguinei, quos heredes ſcribere potuiſſet; ſed propter locorum diſtantiam, cùm vix poſſent hereditatem adire, præſertim invitâ Abrami familiâ, videtur hereditatem ad procuratorem ſuum transtuliſſe; accedentibus fortè & aliis rationibus, ad eas quas memoravimus. Erat etiam Lotus, fratris filius, in ipſa Chananæa; quem non ſine cauſa, quamquam nobis ignota, hereditate ſuâ exclodit. Atque hinc etiam diſcimus fruſtra fuiſſe *Joſephum*, qui Ant. Jud. Lib. I. Cap. 7. adoptatum ab Abrahamo Lotum tradit. Quod *vernam* Latini unâ voce, id duabus exprimunt Hebræi בן בית *ben beth*, filius domûs.

4. *Tum alloquutus eſt*] *Et ecce verbum Jehovæ ad eum, dicendo.*

5. *Sic autem, inquit*, &c.] Videtur ante hæc verba deeſſe Abrami reſponſum, qui à ſe numerari ſtellas poſſe negaverit; quo audito, Deus ejuſmodi fore numerum ejus poſterorum dixit. Similis eſt ἀναρίθμητος, in re ſimili, *Platonis* Epigrammate:

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς, Ἀστὴρ ἐμός; εἴθε γενοίμην
Οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.
Aſtra vides? utinam fiam, mi ſidus, Olympus,
Ut multis ſic te luminibus videam.

Hæc autem promiſſio Abramo impleta eſt non modò in Iſaaci poſteris, ſed etiam in Iſmaëlitis, & aliarum uxorum liberis, à quibus Palæſtina & Arabia occupatæ ſunt. Collatio ingentis numeri cum ſtellis, aut arenæ granis, quâ utitur Deus ſup. Capite XIII, 16. & inf. Cap. XXVIII, 14. παροιμιῶδες quiddam habet, quod in aliis Linguis etiam reperire eſt, nec eſt nimiùm urgendum. Ingens dumtaxat multitudo ſignatur. *Catullus* in Epithalamio *Juliæ & Mallii:*

Ille pulveris Erythræi,
Siderûmque micantium
Subducat numerum priùs,
Qui veſtri numerare vult
Multa millia ludi.

6. *Credidit Jehovæ*] Quo tempore, parum erat veriſimile liberos eum habiturum, cùm jam octogeſimum fortè ætatis annum ſuperaſſet, & uxorem decennio juniorem haberet, cui aliam ſuperinducere nolebat. Quæ omnia fidem Abrami commendant, ut docet Paulus Rom. IV. Fides autem uſque adeò laudatur, non quòd firmis rationibus fidem habere per ſe ſit res tanta laude digna: multò minùs ſine ratione credere, quod ſtultitiæ adfine eſt; ſed quia animo probè adfecto is ſit neceſſe eſt, qui ejuſmodi rationes videt, iiſque adſentitur. Plerique

mus Jehovæ, qui hoc ei *quaſi* juſtitiam imputavit; 7. atque ego ſum Jehova, inquit, qui te Ure Chaldæorum, ut tibi hanc terram poſſidendam darem, eduxi. 8. *Abramus verò*, unde, ait, Domine Jehova, me eam poſſeſſurum cognoſcam? 9. Tum *Deus*, vitulam, inquit, mihi, capram item, & arietem triennes accipe, turturémque & pullum columbæ. 10. Sumſit ille hæc omnia, eáque media diviſit, &

inquit, idem ille Deus, qui te Ure Chaldaïcâ evocavi, ut hos agros poſteris tuis dividerem, quod vel propter fidem, quam mihi habuiſti, præſtiturus ſum. 8. Quæſivit tum Abramus, quando futurum eſſet ut poſteri ſui eos agros dividerent, & quo indicio id inſtare tempus eſſet cogniturus? 9. Reſpondit Deus; velle ſe, ne quid dubitaret, ſollemni inter homines ritu, fœdus cum eo inire; eádemque operâ, quo tempore id effecturus eſſet quod pollicebatur edocturum. Sumeret itaque vitulam, capram & arietem triennes, turturémque, & columbam, eaque animalia jugularet, prout in ſanctiſſimis fœderibus fieri ſoleret. 10. Paruit Abramus, mactatáſque pecudes medias diſſecuit, & ita in loco in quo ſacra fecerat diſpoſuit, ut inter diſſecta cadavera, pro fœderum ritu, tranſiri poſſet. Aves ta-

que iis tantùm moventur, quæ ſenſus percellunt, & quia Deus inconſpicuus eſt, ejúſque actiones ſub ſenſus non cadunt, vix ſatis ei fidunt. Plerique etiam uſque adeò ſibi, in iis quæ norunt, placent, ut omnia facilè cognitione ſuâ exhaurire ſe ſperent; ideóque vix credant quidquam, præter id quod experientiâ deprehenderunt. Imò verò interdum tanta eſt humanæ mentis ſtupiditas, ut poſt eximia & plurima divinæ potentiæ τεκμήρια, de ea tamen dubitent. Iſraëlitæ in deſerto, quàm ſæpe in Deum, poſtquàm ejus & amorem & potentiam manifeſtò & pluries experti eſſent, rebellarunt? Ipſe etiam Moſes, cùm è percuſſa rupe aquam illico manare non videret, ſubdubitare cœpit, an quod promiſerat Deus futurum eſſet. Num. XX, 11, & 12. Alio tunc fuit animo Abramus, cùm & inconſpicuum Deum adoraret, & multa ab eo effici, quæ nos fugiunt, perſuaſum haberet; proptereáque ſeni liberos, divinâ potentiâ, naſcituros facilè crederet. Fatendum tamen eam fidem diuturnam non fuiſſe, cùm centum circiter annos natus hoc promiſſum irriſerit. Vide ad Cap. XVII, 17.

Qui hoc ei, quaſi juſtitiam, imputavit] *Et imputavit illud ei juſtitiam*; hoc eſt, fidem quam Abramus promiſſis ſuis habuit, pro egregio religionis ſpecimine accepit. Eodem ſenſu facinus Phineæ, de quo Num. XXV. dicitur *imputatum ei in juſtitiam*, hoc eſt, juſtum habitum & laudibus meritis adfectum, Pſ. CVI, 31. Nullus alius videtur horum Moſis verborum ſenſus, quod ut magis liqueat, utramque vocem, quâ hæc conſtat phraſis, ejus eſſe ſignificationis oſtendemus. Ut à voce צדקה *tſdakah*, juſtitia, initium faciam, non ſemper *habitum*, ut loquuntur Philoſophi, *juſtè agendi* ſignificat, ſed etiam juſtam actionem. Sic Deut. XXIV, 13. quicumque pignus à paupere acceperit, id ante occaſum ſolis reſtituere jubetur, quod ut ab Iſraëlitis Moſes impetret, addit: *& tibi erit juſtitia*, צדקה, *coram Jehova Deo tuo*, quod eodem recidit ac *imputabitur tibi in juſtitiam*. Inf. Cap. XVIII, verſ. 19. *facere juſtitiam*, eſt actiones juſtas edere. Vide & Eſaïæ Cap. LVI, 1. Hinc plurali numero צדקות *tſadakoth*, juſtitiæ dicuntur rectè facta Pſ. XI, verſ. 7. *juſtitias amat*. Adde & Eſai. LXIV, 5. Hîc autem vocibus *juſtus* & *juſtitia*, laxo ſignificatu, pro Hebræorum more, omnia honeſta, proba, & laude digna, appellamus.

Altera vox חשב *hhaſchab*, ut rectè poſt alios obſervavit *H. Grotius*, in Procem. in Ep. ad Romanos, propriè dicitur de eo quod in rationes, ut Levit. XXV, 27, 50, 52. XXVII, 18. Num. XXIII, verſ. 9. aut etiam in cenſum aliquem refertur, ut Gen. XXXVIII, 15. Deut. II, 11, 20. Inde tranſlata eſt vox ad id quod parvi, magníve fit, aut quod gratum ingratúmve habetur, ut Gen. XXXI, 15. 1 Reg. X. 12. 2 Par. IX, 20. Hoſeæ. VIII, 12. Eſaï. XXIX, 16. Duplici autem in conſtructione occurrit, ſequente, nimirum, ל, ut Pſ. CVI, 3. & 1 Sam. I, 13. *& reputavit Heli* לשכרה *lſchiccorah*, in ebrietatem aut *in ebriam*, hoc eſt, ebriam eſſe ratus eſt; & ſine ל, ſequente accuſativo, aut nominativo, ut hoc in loco Geneſ. & Prov. XVII, verſ. 28. *ſtultus tacens ſapiens* חכם *hhacham reputabitur*. Hiſce diligenter expenſis, dubium non erit, quin hoc ſibi voluerit Moſes, adſenſum illum animi Abrami, de quo hîc ſermo eſt, inſtar probæ actionis à Deo reputatum.

Paulus ad Rom. Cap. IV. meritò etiam hinc deducit Abramum juſtum à Deo habitum, ſine operibus Legis, quia hoc tempore nondum circumciſus erat; quod jugulat opinionem Judæorum, qui credebant apud Deum neminem juſtum, hoc eſt, probum haberi, qui non ritus Moſaïcos ex aliqua ſaltem parte obſervandos ſuſcepiſſet.

Quamvis autem laudetur, & quidem meritò, ut diximus, Abrami fides, non ita eſt ſpectanda, quaſi ſit exemplar omnibus numeris abſolutum fiduciæ in Deum, cùm viginti pòſt, aut circiter annis, ut liquet ex Cap. XVII, 17. admodum vacillarit Abramus. Sed pro temporibus illis, quibus nec tanta erat Dei cognitio, nec tot religionis exempla, multùm erat credere ſenibus prolem naſcituram. Verùm majorem multò Deus à nobis Chriſtianis poſtulat fidem, cùm reſurrectionem, atque æternam vitam credendas proponit; quæ quidem firmiſſimis fides nititur rationibus, ſed tamen non niſi in animo probo & veritatis cupido, qui ſolus eas rationes, ut par eſt, expendere poteſt, radices agit. Pro temporibus, intelligendæ ſunt etiam laudes, ut ex *Hieronymo* obiter docuimus ad Cap. VI, 9.

Antè diximus, quamobrem uſque adeò laudentur, qui fidem revelationi divinæ habent, eáque iis *imputetur in juſtitiam*. Oſtendimus adfectionem rectam animi fiduciâ illa prodi; addemus hîc quanti inde colligantur fructus, ſpectari etiam oportere; nam qui ita Deo confidit, ut extraordinaria prorſus atque inuſitata ab

& ſingulas partes è ſimilium partium regione poſuit; volucres tamen non diſſecuit. [11] Cùm autem deſcenderent aves in cadavera, has abigebat Abramus. [12] At occidente ſole, gravis eum ſopor occupavit; atque ecce terror & caligo ingens ei obo-

tamen integras, ut mos eſt, reliquit. [10] Quo facto, perpetuum Deo Opt. Max. cœlorum & terræ Creatori obſequium conceptis verbis promiſit, atque inter cadavera tranſiit. Poſt haud procul ab iis conſedit, divinæ voluntatis ſignificationem exſpectans; atque aves diſſectarum victimarum partes involantes abigebat. [12] Sed cùm Sol ad occaſum vergeret, ſopor ei gravis obrepſit, atque in ſomnum reſolutus maximo timore, atque angore animi agitari in ſomnis cœpit. [13] Anxium appellare Deus viſus eſt, & dicere promiſſorum ab ipſo quidem eventum, dum viveret, non eſſe exſpectandum; poſteros

ab eo exſpectet, is quare virtutem deſerat nullam umquam rationem habet, cùm ejus quæ ſperat præmia, omnibus iis quæ hiſce in terris ſpe allicere, aut metu percellere homines poſſunt, infinitis vicibus ſint potiora. Contrà ſine illa fide, ſeu fiducia in Deum cum exſpectatione præmii conjuncta, nulla eſt cauſa cur virtuti, ſi vita propterea ſit infelix ducenda, aut magna ſubeunda pericula, conſtanter adhæreamus. Meritò ergo Philo virtutem hancce *βασιλίδα τῶν ἀρετῶν*, *reginam virtutum*, à qua ceteræ omnes fluunt, in Libro *de Abrahamo* vocat. Idem elegantiſſimè, ſub ejuſdem voluminis finem, his verbis eam deſcribit: *μόνον οὖν ἀψευδὲς καὶ βέβαιον ἀγαθὸν ἡ πίστις, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν πίστις, παρηγόρημα βίου, πλήρωμα χρηστῶν ἐλπίδων, ἀφορία μὲν κακῶν, ἀγαθῶν δὲ φορὰ, κακοδαιμονίας ἀπόγνωσις, εὐσεβείας γνῶσις, εὐδαιμονίας κλῆρος, ἐν ἅπασι βελτίωσις ἐπερηρεισμένη τῷ πάντων αἰτίῳ, καὶ δυναμένῳ μὲν πάντα, βουλομένῳ δὲ τὰ ἄριστα*: *ſolum ergo non fallax, & firmum bonum, Fides, nimirum, in Deum, vitæ ſolatium, bonæ ſpei complementum, malorum depulſio, bonorum copia, infelicitatis rejectio, pietatis agnitio, felicitatis hereditas, in omnibus profectus, nixus omnium Auctore, qui poteſt omnia, & optima vult.*

7. *Ego ſum Jehova*] Hac voce, ut ſæpe diximus, uſus non eſt Deus; ſed Moſes ejus verborum ſenſum, ſui ævi ſtylo, expreſſit. Cùm voce *Jehova* immutabilitas & conſtantia ſignificetur, videtur Deus dixiſſe, ſe eumdem eſſe Deum qui Abramum ex Chaldæa evocaſſet, & Chananæam ſe ei daturum pollicitus eſſet, nec promiſſi ejus unquam fore ut ſe pœniteret; poſtquàm Abrami tantam in ſe viderat fiduciam. Vide not. ad Exod. III, 15.

Poſſidendam] לרשתה *lriſchthah*, à verbo ירש *jaraſch*, quod proprium aliquid habere ſignificat, ut quæ hereditatis jure poſſidentur, quæ eſt primigenia vocis notio. Sed ideò non ſemper *κληρονομεῖν* verti debet, multis enim vocibus evenit ut non maneant in ſenſu originis ſuæ, quinimò ut adoptivus ſenſus prævaleat. Primi Iſraëlitarum qui Chananæam poſſederunt, eam per hereditatem à majoribus non acceperant.

8. *Unde cognoſcam*] Vel *in quo cognoſcam*. Hìc nodum nectunt Intt. quem ſolvere magno conatu nituntur. Cùm Abramus ſtatim Deo prolem polliceuti crediderit, proptereàque fides ejus laudetur; quærunt qui ſtare cum eximia ejus in Deum fiducia hæc ejus petitio poſſit? Videtur enim à Deo ſignum petere, quo ſibi confirmetur fides, quaſi dubia eſſet. *Joan. Mercerus*, vir doctiſſimus, variis prolatis ſententiis, quas meritò repudiat, ſignum quidem ab Abramo peti cenſet, quod tamen negat eſſe dubitationis indicium. Sic Gedehon ſignum petit Jud. VI. Sic Hezekias 2 Reg. XX. Contrà Achazus, incredulus ſignum recuſat Eſai. VII. Quamquam inepta hæc non ſunt, cùm tamen nullum ſat manifeſtum ſignum hìc ſequatur, quo Abramo conſtiterit Chananæam ſibi in poſſeſſionem ceſſuram (ſomnium enim poſtmodum narratur, hac viſione nequaquam clarius) exiſtimarim potiùs hunc eſſe petitionis Abrami ſenſum; quomodo cognoſcam tempus adeſſe, quo mihi Chanahanitis poſſidenda tradetur? Atque huc etiam ſequentia faciunt, nihil enim reſpondet Deus, niſi poſt quatuor ætates Chananæam Iſraëlitis traditum iri. Similis eſt quæſtio Apoſtolorum Matth. XXIV, 3. *Dic nobis quando hæc erunt, & quod ſignum adventûs tui, & conſummationis ſæculi?* Igitur ultimam commatis vocem אירשנה iraſchennah, *poſſidebo*, paullò poſt futurum ſignificare arbitror, non ſimpliciter futurum tempus, de quo non dubitabat Abramus.

9. *Vitulam*, &c.] *Vitulam triennem, caprum triennem, arietem triennem*, &c. Sunt qui משלש *mſchullaſch*, *triplicem* interpretentur, ut tres pecudes ex ſingulis generibus immolatæ cenſeantur. Sic *Onkelos* habet תלתא *thlatha*, tres. At LXX Intt. *τριετίζοντα*, *triennes* Vulg. Ceterùm hìc *hagalah* עגלה videtur *vaccam* ſignificare quæ nondum pepererit, & jugi expertem; alioqui פרה *pharah*, quamquam hæc etiam ſolent promiſcuè vocabula uſurpari, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. Lib. II. Cap. 28. Part. I. ubi de *Bovis nominibus*. Similiter Eſaï. XV, 5. עגלה שלשיה, *hagalah ſchliſchijah*, *δάμαλις τριετὲς* *vitula triennis* à LXX Intt. dicitur.

Arietem triennem] Trimum arietem eſſe in pleno robore & vigore ætatis rectè obſervat *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. I. Lib. 2. Cap. XLVI. & Græcorum Scriptorum teſtimoniis probat. *Ganymedes*, apud *Lucianum*, in Deorum Dialogis cum dimitti à Jove vellet, pollicetur arietem ſe ei mactaturum *τὸν τριετῆ, τὸν μέγαν, ὃς ἡγεῖται πρὸς τὴν νομὴν*, *trimum, magnum & qui in paſcua ducit.* Eadem fortè de cauſa, hìc Deus trimas poſcit victimas.

Pullum columbæ] גזל *gozal*, quæ vox *pullum* quidem etiam aliarum avium, ſed potiſſimùm columbini generis ſignificat, qua de re vide *Bochartum* Hieroz. Part. 2. Lib. I. Cap. I. Cum turture ſolet paſſim *columba* conjungi. Vide Levit. I, 14. V, 7, 11. XII, 6. XIV, 22. &c.

10. *Sumſit ille hæc omnia*] Quæ hactenus narravit Moſes à 1. com. ea videntur geſta במחזה *bammahhaze* in viſione, cujus deſcriptio verſu 9. deſinit. Abramus verò animalia hæc expergefactus cepit, & diſcerpſit.

Eáque media diviſit] בתוך batthavech *per medium.*

oboriuntur. 13 Tunc Abramo *Deus*, in terra, inquit, non ſua, poſteros tuos peregrinos fore ſcito. Quadringentos annos ſervient & prementur; 14 ſed judicabo etiam de gente cui ſervierint, & poſtea cum magnis opibus *illinc* egredientur.
15 Tu

ſteros enim ejus, etiam poſtquàm obiiſſet, ſedes proprias diu non habituros. Quadringentos annos, dum peregrinantur, aut durâ ſervitute premuntur, antequàm Chananæam haberent, effluxuros. 14 Sed poſtea ſe ab gente, cui ſerviiſſent, pœnas exercitæ in eos crudelitatis repetiturum; atque Abrami poſteros, mirum in modum auctos, in Chananæam revocaturum.

12 Abra-

dium. Samaritanus Codex hîc habet: בתור *bittour*, diviſionem, aut *bathor*, dividendo, quod ſenſum non mutat.

Singulas partes è ſimilium partium regione poſuit.] *Unamquamque diviſionem ſuam, è regione ſociæ ejus.* Satis apparet ex verſ. 18. hos ritus eſſe fœderis contrahendi causâ, quandoquidem eo die, quo hæc fecit Abramus, pepigiſſe cum Deo dicitur fœdus. Sed clariùs hoc liquet ex Jerem. XXXIV, 18, 19. *Tradam homines illos*, ait Deus, *qui transgreſſi ſunt fœdus meum, qui non præſtiterunt verba fœderis, quod coram me pepigerunt; cùm tranſiverunt inter dimidias partes ejus vituli, quem in duo diſſecuerunt: nempe, principes Judæ & principes Jeroſolimæ, Eunuchos & Sacerdotes totúmque populum hujus terræ, qui inter dimidias vituli partes tranſiverunt.* Credibile eſt Abramum ſimiliter inter partes victimarum diviſarum tranſiiſſe, quamvis hanc circumſtantiam omittat Moſes; ut videtur etiam omiſiſſe quidquid hîc agit Abramus, id juſſu Dei ab eo factum eſſe. Nam ſi Deus juſſiſſet tantùm enim animalia memorata ſumere, quo conſilio hoc imperaſſet Deus divinare non potuiſſet. Ceterùm ex hoc ritu videtur orta phraſis כרות ברית chroth brith, *ſcindere fœdus.* Sic & antiquiſſimi Græci ὅρκια τέμνειν dicebant *juramenta ſecare*, ἀντὶ τοῦ pactum jurejurando & diviſâ victimâ ſancire, quæ loquutio ſæpe apud *Homerum* legitur. Sic Iliad. B. verſ. 124. ὅρκια πιστὰ ταμόντες, ad quæ verba *Euſtathius*: Διὰ τομῆς ζώων θυομένων οἱ ἐπὶ μεγάλοις ὅρκοι ἐγίνοντο: *per ſectionem animalium mactatorum juramenta de magnis rebus fiebant.* Quod planè eodem modo factum apud Græcos, ac apud Orientales teſtatur *Dictys Cretenſis*, Sic ille Lib. I. *Calchas filius Theſtoris, praſcius futurorum, porcum marem in medio foro adferri jubet, quem in duas partes exſectum orienti, occidentique dividit, atque ita ſingulos nudatis gladiis per medium tranſire jubet.* Similia Lib. II. & V. habet. Quo de ritu, vide pluribus agentem *Sam. Bochartum* Hieroz. P. I. Lib. II. Cap. 33.

11. *Cùm autem deſcenderent*] *Et deſcendebat avis, & abigebat eas.*

12. *Occidente Sole*] ויהי השמש לבוא *& fuit ſol ad eundum.*

Gravis eum ſopor] תרדמה *thardemah.* LXX. Intt. ἔκστασις, quæ vox optimè hîc convenit. Videtur enim non ſopor naturalis hic fuiſſe, ſed à Deo immiſſus, cujus deſcriptionem ex *Jamblicho* ſupra tradidimus ad Cap. XII, 1.

Eum occupavit] *Cecidit ſuper Abramum*; rurſus pro *ei oboriuntur*, eſt *cadens ſuper eum.*

Terror] Alii ſequentem vocem חשכה adjectivo ſenſu intelligunt, vertúntque *terrorem caliginoſum*, poſt LXX. Intt. qui φόβος σκοτεινὸς habent. Satius viſum eſt conjunctionem ſupplere, cùm quid ſit *horror tenebroſus* nemo dixerit. Nec ſanè aliter quatuor locis, in quibus præter hunc legitur, quam ſubſtantivè intelligi poteſt. Pſalm. XVIII, 12. LXXXII, 5. CXXXIX, 12. Eſai. VIII, 22. Territum autem voluit Abramum, propter poſterorum ſuorum labores, quos ei prænunciat Deus. Verùm etiam, ſine triſtium rerum præcognitione, horror & tremor divinas ἐπιφανείας cernentes invadebat. Job. IV, verſ. 13. & ſeqq. ſic loquitur Eliphazus: *in horroribus viſionum nocturnarum, cùm ſopor homines opprimit, pavor accedit mihi & tremor, & admodum oſſa mea terruit; ventus coram me tranſiit, inhorruere crines carnis meæ, ſtetit aliquis, nec ejus faciem novi, ſpecies oculis meis objecta eſt, ſilentium fuit, & vocem audii, an homo Deo juſtior erit?* Vide Cap. XXXIII. 15. Ezek. I, 28. Dan. X, 8, 9. & quæ hanc in rem collegit *J. Smithus* de Prophetia Cap. IV.

Terror autem & *caligo* optimè conjunguntur, cùm ſola nox terrere ſoleat. Hinc חתן pro rebus adverſis, & quibus eſt quod timeamus occurrit, ut 2. Sam. XXII, 29. Pſ. CXII, 4. Eſai. XLV, 7. Sic & Latini paſſim. *Cicero* de *Provinciis Conſ.* n. 43. ubi de tempore, quo à P. Clodio Româ expulſus eſt: *Ecce*, inquit, *illa tempeſtas*, CALIGO *bonorum & ſubita atque improviſa* FORMIDO, TENEBRÆ *Reipublicæ*, — TERROR *injectus Cæſari de ejus actis*, METUS *cædis omnibus.* Contraria omnia lux ſignificat, ut ſuo loco oſtendemus.

13. *Scito*] *Cognoſcendo cognoſces.*

Quadringentos annos] Cùm Iſaacus natus ſit, ſecundùm Hebræorum Chronologiam, prout eam digeſſit *Lud. Cappellus* quem ſequimur, anno mundi 2108, atque anni 400. huic ſummæ additi efficiant annum mundi 2508, qui fuit annus Exodi; ſequitur hoc viſum Abramo haud multò ante Iſaaci natales contigiſſe; niſi 400. anni numero rotundo memorentur, omiſſis aliquot, qui ante effluxerint, quàm naſceretur Iſaacus. Poſſunt etiam 400. illi anni ad ſobolem Abrami referri, ipſo excluſo, ut à natalibus demum Iſaaci decurrere incipiant; ac ſanè, ſi propriè loquamur, tempore illo ſoboles Abrami peregrina eſſe cœpit; neque enim hîc ulla ratio habetur Iſmaëlis, aut aliorum ejus liberorum; qui Arabiam invaſerunt & propriam habuerunt, diu antequàm Iſraëlitæ ex Ægypto redirent.

Servient & prementur] עבדום וענו אתם habadoum vehinnou otham, *ſervient eis*, & illi *adfligent eos.* LXX. Intt. δουλώσουσιν αὐτοὺς καὶ κακώσουσιν αὐτούς. Vulg. *& ſubjicient eos ſervituti, & adfligent.* Cùm mutatio aliqua in vocum ſtructura facienda neceſſariò eſſet, nec ullum Nominativum ante hæc verba viderem, more Hebraïco; paſſivâ conjugatione utrumque verbum expreſſi. Ut tranſitivè עבדום intelligi poſ-

ſet,

15. Tu verò in pace ad majores tuos ibis, atque in provecta ſenectute ſepelieris.
16. Poſt quartam ætatem, *illi* huc revertentur, nam nondum ad ſummum venit Emoræorum improbitas.
17. Cùm verò Sol occidiſſet, & tenebræ *jam* eſſent, ecce clibanus ſumans, & ſax ignea,

15. Abramum verò ipſum quod adtinet, ad ſummam ſenectutem placidè & in omnium rerum copia vitâ productâ, ad plures demum fato ſuo functum iturum, atque in hac ipſa, in qua erat, terra ſepulrum iri. 16. Si quæreret quare illico ſibi Chananæa, aut ſuis poſteris, ſtatim ac in gentem creviſſent, non traderetur? ſciret ejiciendorum illinc Chananæorum, inter quos pii ac religioſi homines plurimi etiamnum eſſent, nondum eſſe ſatis graves cauſas; ſed poſt quartum demum ſæculum, cùm eorum ſumma futura eſſet improbitas, ultionis tempus adfore, nec priùs Abramidas eorum agris donatum iri.
17. Cum verò, poſt ſolis occaſum, intempeſta nox

ſet, oporteret aut legi העבידום *hebebidoum*, in Hiphil, aut ſaltem in Pihel, qua in conjugatione nuſquam uſurpatum vidi.

14. *Sed judicabo*, &c.] Quia antequàm pœnæ luantur, judicium ferri neceſſe eſt; *judicari*, ubi de malis ſermo eſt, perinde eſt paſſim ac *puniri*, & *judicium* pœnas ſonat. Vide 1 Sam. XXIV, 16. Eſai. XXVI, 9.

Illinc] Hoc eſt, ex Ægypto, in qua potiſſimùm impletæ ſunt hæ minæ; nam tametſi in Chananæa & Meſopotamia peregrinati ſunt, tamen in ſola Ægypto ſervierunt & gravi jugo oppreſſi ſunt, unde ſæpe *domus ſervitutis* dicitur, ut Exod. XX, 2.

15. *In pace*] Hoc eſt, placidam & opibus adfluentem ſenectutem habebis; nam *pax*, apud Hebræos, *res ſecundas*, & quidquid ad eas pertinet complectitur. Vide ad Cap. XXXVII, 14.

Ad patres tuos ibis] Hæc eſt mortis *περίφρασις*, quales hæ Latinæ, *ire ad plures*, *ire in communem locum*. *R. Salomo* hinc colligit Theracham, qui Idololatra fuerat, pœnitentiam egiſſe, & beatas ſedes animo ejus poſt mortem adtributas; quoniam ad eum Abramus, vir pius & Deo acceptus, iſſe dicitur. Sed meritò negat hanc phraſin urgendam *Hieronymus*, nam *ex æquo boni & mali dicuntur ad patres ſuos venire, cùm moriuntur*. Idem etiam exprimere ſolent Hebræi hac loquutione *congregari ad populos ſuos*, quæ de Abramo uſurpatur inf. Cap. XXV, 8. & quæ urgeri etiam non poteſt, cùm Abramus, neque cum popularibus ſepultus ſit; nam homo Chaldæus in Chananæa monumento illatus eſt; neque etiam ejus animus eodem in ſtatu fuerit, ac Chaldæi Idololatræ, corporis vinculis ſolutus. Videntur tamen hæ loquutiones (quæcumque earum poſtea ſignificatio fuerit) originem ducere ab opinione aut hac, aut huic ſimili; nimirum, animus mortuorum certa quædam loca petere, & unamquamque nationem, & familiam ſeorſim ab aliis ſedes habuiſſe, ſeu nepotes in illo vitâ functorum, ut ita dicam, mundo ad majores ſuos ſeſe adgregaſſe. *Lucianus* in Necyomantia, ubi fingit ſe in Acheruſium campum veniſſe: εὑρίσκομέν τε, inquit, αὐτόθι τοὺς ἡμιθέους τε, καὶ τὰς ἡρωΐνας, καὶ τὸν ἄλλον ὅμιλον τῶν νεκρῶν, κατ' ἔθνη καὶ φῦλα διαιτωμένους: *inveniebamus ibidem Semideos & Heroinas, & alium coetum mortuorum, per gentes & tribus diſpoſitum.* Ac ſanè hæc pænè animis hominum, qui partem ſui meliorem immortalem futuram exiſtimant, inſita eſt cupiditas, videndorum aut conſanguineorum, aut popularium; qui famam egregiam poſt fata reliquerunt. Certè ſi animo *Socratis* licuiſſet eò ire quò cupiebat, dubium non eſt quin ad Græcorum fato functorum animus ſeſe adplicuiſſet, qui gaudebat ὅσοι τῶν ἡμιθέων δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ ad eos ſe peregrè iturum, *quicumque Semideorum juſti in vita fuerant*, & ſe Orpheum, Heſiodum, Muſæum, Homerum, brevi inviſurum. Ad eam opinionem adludere videtur Ezek. Cap. XXXII, 22. & ſeqq. *Hic eſt Aſſur, & omnis ejus cœtus circa eum*, &c.

In provecta ſenectute] *In bona ſenectute.*

16. *Poſt quartam ætatem*] Hujus promiſſionis duplex eſſe ſenſus poteſt. Si enim *ætatum quatuor* ab eo tempore, quo primùm hæc promiſit Abramo Deus, initium fiat, ætates ſæcula æquabunt; nam poſt quadringentos demum annos ab Iſaaci natalibus in Chananæam Iſraëlitæ redierunt, ut modò vidimus. Atque hoc ſenſu interdum *ætas* apud Veteres occurrit, ut obſervavimus ad Gen. Cap. V, 1. Tum *ætas* videtur ſumi, non pro eo tempore, quod inter generationem patris & filii intercedit, aut intercedere ſolet, ſed pro totius vitæ duratione. Sic cùm dixerit *Heſiodus*:

Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
Ἀνδρῶν ἡβώντων:

Novem ætates vivit cornix garrula hominum ætate florentium, alii legebant γηράντων *ſenum*, & de ſignificatione vocis γενεὰ duplex erat ſententia. Οἱ μὲν ἡβώντων ἀναγινώσκοντες, verba ſunt *Plutarchi* de defect. Oracul. ἔτη τριάκοντα ποιοῦσι τὴν γενεὰν καθ' Ἡράκλειτον· ἐν ᾧ χρόνῳ γεννῶντα παρέχει τὸν ἐξ αὑτοῦ γεγεννημένον ὁ γεννήσας. *Qui vigentium legunt, ii triginta annorum faciunt ætatem, ſecundum Heraclitum, quo tempore generantem exhibet ex ſe natum genitor*: οἱ δὲ γηράντων πάλιν οὐχ ἡβώντων γράφοντες ὀκτὼ καὶ ἑκατὸν ἔτη νέμουσι τῇ γενεᾷ, *qui contra ſenum ſcribunt, non juvenum, ii octo & centum annos generationi tribuunt.* Poſteriorem hanc lectionem ſequutus videtur *Ovidius*, qui *Amorum* Lib. 2. Eleg. VI. hæc de longævitate cornicis habet:

Vivit & armiferæ cornix inviſa Minervæ,
Illa quidem SÆCLIS vix moritura NOVEM.

Si verò inchoemus ætates ab eo tempore, quo in Ægyptum deſcenderunt, breviores quidem erunt ætates, ſed Ægyptiacis triginta trium annorum longiores; cùm ex Chronologia ſacra, inter ingreſſum in Ægyptum, reditúmque in Chananæam ſint 251. anni, quod ſi in quatuor dividatur, unaquæque ætas ferè ſexaginta trium annorum erit. Verùm hoc fortè in loco, non tam certum intervallum annorum videatur voce ætas

ignea, quæ inter eas partes tranſibant. 18. Eo die cum Abramo pepigit fœdus Jehova, & dabo, inquit, ſoboli tuæ hanc regionem, à flumine Ægypti ad fluvium magnum, ad Euphratem uſque; 19. Kenæum, Kenizæum, Kadmonæum, 20. Chitthæum, Pherizæum, Rephæos, 21. Emoræum, Chananæum, Girgaſæum & Jebuſæum.

XV. Sa-

nox eſſet, tum viſus ſibi eſt Abramus videre flammam fumo admiſtam, divinæ præſentiæ ſymbolum, ita moveri, ut inter cæſas tranſiret victimas; 18. ex qua re inire Deum ſecum fœdus, & ſanctiſſimo ritu adſtringi intellexit; néve dubitaret, iterum vox audita eſt, quæ clarè pronunciavit, propriam ſoboli ejus futuram Chananæam, hoc eſt, omnem illum terrarum tractum qui ab Nilo ad Euphratem uſque porrigitur; 19. in quo Kenæi, Kenizæi, Kadmonæi, 20. Chitthæi, Pherizæi, Rephæi. 21. Emoræi, Chananæi, Girgaſæi, & Jebuſæi ſedes habebant.

P A-

ætas intelligi, quàm generatarum perſonarum numerus. *Keathus* in Ægyptum deſcendit, cujus *Amramus* filius fuit, qui genuit *Aharonem*, cujus filius *Elebazar* Chananæam ingreſſus eſt. Sic γενεαὶ ſumuntur Matth. Cap. 1.

16. *Nondum ad ſummum venit Emoræorum improbitas*] *Nondum perfecta eſt* (שלם ſchalem) *Emoræi improbitas huc uſque.* Amorrhæorum, aut Emoræorum, ut efferunt Maſſorethæ, nomine reliquæ intelliguntur etiam Chananæorum familiæ; quarum omnia nomina rarò ſimul ponuntur, ex iis quæ nominantur intelligenda. Vide inf. com. 19. & ſeqq.

Dicitur, hiſce in libris, *perfecta*, ſeu *conſummata* improbitas, quæ immanitate aut diuturnitate temporis eò pervenit; ut ſit apud Deum, quamquam miſericordem, non ampliùs tolerabilis. Atque is quidem, ubi tota gens agitur, diutiſſimè exſpectat, quia ſunt boni malis miſti, quorum miſeretur; ſed ubi aut pauciſſimi, aut nulli ampliùs ſunt, pœnas tandem de ea ſumit, quod exemplo ſubverſarum urbium, de quibus Cap. XIX. ſatis conſtat. Vid. & Matth. XXIII, 32. & ad eum *H. Grotii* adnotata.

17. *Cùm verò ſol occidiſſet*] Supra verſ. 12. ויהי השמש לבוא *& fuit ſol ad eundum*, vertimus *occidente ſole*, hoc eſt, antequàm planè occidiſſet: hìc verò, ויהי השמש באה *& fuit*, *ſol iverat*, reddidimus *cùm occubuiſſet*, re ipſâ eò deducti. At LXX Intt. verſ. 12. περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς, *circa ſolis occaſum*, hìc: ἐπεὶ δὲ ὁ ἥλιος ἐγένετο πρὸς δυσμαῖς, *cùm ſol eſſet ad occaſum*, quod prorſus idem eſt. Videtur autem ſomnii tempus diligenter adeò notari aliqua de cauſa, quam Onirocritæ veteres facilè fortè indicaſſent, nos hodie non poſſumus. Multorum animis dudum ea opinio inſedit, rei quæ hìc narratur planè contraria, veriora ea eſſe ſomnia; quæ ſub auroram quieſcentium animis objiciuntur, cùm Abramus primâ noctis vigiliâ ſomnium hoc habuerit. *Horatius* Lib. I. Sat. 10. verſ. 32.

— — *Quirinus*
Poſt mediam noctem viſus, cùm ſomnia vera.

Ad quæ verba, vide Vet. Int. Sic & initio Idyllii *Moſchi* in Europam deſcribitur idem tempus, his verbis:

Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠὼς,
Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων
Λυσιμελὴς, πεδάᾳ μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ,
Εὖτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων.

Cùm tertia pars noctis labitur & aurora prope eſt, cùm ſomnus melle dulcior in palpebris ſedens, membra reſolvens, oculos molli vinculo ligat; cùm & veracium paſcitur turba ſomniorum. *Tertullianus* de Anima, Cap. 48. *Certiora & colatiora ſomniari adfirmant ſub extimis noctibus, quaſi jam emergente animarum vigore, producto ſopore.* Hoc quoque non abs re erit monuiſſe, Veteres victimis cæſis, earúmque pellibus incubantes ſomnia captaſſe, eáque minimè vana eſſe habita. *Pauſanias* in Atticis de *Amphiaraum* conſulentibus, Pag. 65. Ed. Wechel. Κριὸν θύσαντες αὐτῷ, καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος, *ariete ei immolato, in ſubſtrata ejus pelle dormiunt ſomnii monitum exſpectantes.* Vide Indicem ad vocem *ſomnia*.

Tenebræ jam eſſent] ועלטה היה *vabalatah hajah*, *& erat caligo.* LXX Intt. ἐγένετο, *flamma fuit.* Tenebras manifeſtò ſignificat Ezek. XII, verſſ. 7, 12.

Clibanus fumans & fax ignea] *Clibanus fumi & fax ignis.* Dei præſentis, ac fœdus cum Abramo ſetientis indicia. Inter incendium & fumum Sinai montis, vocem emiſit Deus Exod. XX. ubi vide not. & locum *Jamblichi* allatum ad Cap. XII, 7. Quæ Deum adeſſe ſignificabant, ea inter victimas cæſas tranſire viſa ſunt; ut intelligeret Abramus, qui inter eas tranſierat, Deum ſeſe eodem fœdere ſponte adſtringere. Alii duriùs *fornace* ſignificari Ægyptiacos Iſraëlitarum labores, *face* liberationem exiſtimant; quia Ægyptiaca ſervitus *fornax ferrea* dicitur Deut. IV, 20. Jerem. XI, 4. & liberatio Judæorum *lampadi* confertur Eſa. LXII, verſ. 1. Hæc, quamquam vera ſunt, aliena ab hoc loco eſſe videntur, ubi clibanus & lampas inter ſectas victimarum partes tranſeunt, quemadmodum ii qui fœdus ineunt; quâ circumſtantiâ, Deum cum Abramo fœdus contrahentem iis ſignificatum fuiſſe docemur.

18. *Pepigit fœdus*] *Cecidit fœdus*, quæ phraſis ex ritu, de quo ad verſ. 10. originem duxit. Hinc intelligimus ſacra memorata ad fœdus feriendum pertinuiſſe. *Fœdus* autem hìc promiſſio dici videtur, niſi ſubintelligamus Abramum pro ſe ac poſteris Deo obſequium pollicitum eſſe. Vid. not. ad Cap. VI, verſ. 18.

A flumine Ægypti] Hic fluvius erat meridianus, ad Mediterraneum mare, Chananææ finis. Joſ. XIII, 3. ubi idem deſcribitur terminus, appellatur שחור *ſchibhor* & dicitur eſſe על פני מצרים *hal phne mitſrajim*, hoc eſt, ante, vel è regione Ægypti. Ejuſdem fluvii mentio occurrit Eſ. XXIII, 3. & Jerem. II, 18. unde Nilum eſſe liquet. Qua de re, ſi Deo viſum fuerit, ad Joſuam agemus. Alii ut LXX Intt. *Rhinocoruram* ſignari perperam volunt, cùm ob alias rationes, tum quia nullus alius fluvius, præter *Nilum*, ἀντονομαστικῶς *fluvius Ægypti* dici poteſt.

XV. Saraïs ſterilis Hagaram Abramo pellicem dat, ab ea gravida ſpernitur, maléque ancillam habet. Hagara fugit, ſed ab Angelo juſſa domum redit, & Abramo filium parit.

CAPUT XVI. 1. ABRAMI uxor Saraïs nihil ei cùm peperiſſet, eſſétque huic ancilla Ægyptia, cui nomen Hagaræ; 2. dixit Saraïs Abramo: ecce nunc impedit Jehova ne pariam, coito, quæſo, cum mea ancilla, ex ea fortè liberos conſequar. Voci Saraïs obtemperante Abramo, 3. decimo demum anno ex quo Cha-

PARAPHRASIS.

1. QUAMVIS Deus Abramo ſobolem eſſet plus ſemel pollicitus, attamen gravida non fiebat Sarais; quæ cùm parere viro liberos deſperaret, nec naſcituram ex ſe promiſſam prolem arbitraretur, aliam augendi liberis viri ſui ratinnem inire ſtatuit. Erat illa ancilla Ægyptia, cui Hagaræ nomen fuit, quam ad Abramum duxit; 2. & quandoquidem, inquit, liberus tibi Deus ex me non

Ad fluvium magnum] Non ab ipſo initio Hebræi terrarum tractus, qui ab Nilo porrecti ſunt ad Euphratem uſque, habuerunt. Imò ne umquam quidem omnes eas regiones incoluerunt. Sed videtur hoc velle Deus ſe iis magnam partem eorum agrorum traditurum, nec vetare quominùs ad Nilum à Meridie, Euphratémque à Septemtrione fines ampliarent. Præterea Davidis tempore, Salomoniſque ejus filii, Reges inter duos illos fluvios poſiti, aut omnes, aut plerique Reip. populi Hebræi vectigales fuere. Vide 2 Sam. VIII, 3. 2 Par. IX, 26. Quod tamen non ita eſt intelligendum, quaſi ad ipſam ſeptemtrionalem Nili ripam agri Hebræis aut vectigales, aut proprii fuerint; hæc enim ora Regibus Ægypti ſemper paruit. Sed laxiùs nobiliſſimus fluvius terminus conſtituitur, quia ad deſerta, quæ ad eum extendebantur, pertinebat Iſraëlitarum ditio. Promiſſa pænè omnia ampliſſimis verbis concepta ſunt, quæ tamen nimiùm urgeri non debent.

19. *Kenæum*] De *Chitthæis*, *Jebuſæis*, *Amoræis*, & *Girgaſæis* ad Cap. X, 15, 16. de *Pherizæis* ad Cap. XIII, 7. de *Rephæis* ad Cap. XIV, 5. de *Chananæis* ad Cap. XII, 6. egimus. Superſunt *Kenæi*, *Kenizæi* & *Kadmonæi*, de quibus Intt. variant ſententiæ. Alii inter familias ex Chanahane oriundas, alii aliunde originem duxiſſe cenſent, incertis conjecturis nixi; quia nuſquam, ut aiunt, aliàs horum mentio fit. Pro *Kenæis* Onkelos habet *Schalmae* שלמאי, quam in rem obſervarunt viri docti *Salmas* tres in Arabia à *Ptolemæo* poni, & *Salmanos* Arabas *Plinio* Lib. V. Cap. 26. memorari. Fortè reſpexit Paraphraſtes cives urbis *Salem*, qui à Melchiſedeki Religione poſtea deſciverint. At Kenæorum nominatim meminit Scriptor libri I. Samuelis Cap. XXVII, 10. & XXX, 29. unde liquet in meridiano tractu Tribûs Judæ hos fuiſſe. *Hieronymus* in locis Hebraïcis: CENE, *regio Idumæorum*, item: GENI, *regio Philiſtiim*: CINA *in Tribu Juda*. Fortè pro uno loco, cui קין *ken* aut *kin* nomen eſſet, & unde ductum קיני *keni*, Kenæus, tria poſuit, quòd controverſi eſſet juris, & ad trium gentium vicinarum ditionem referretur.

Kenizæum] Hi æquè ac *Kenæi* ignoti. Horum, ut & ſuperiorum, nomen deletum conjicit *Sam. Bochartus* Phal. Lib. IV. Cap. 36. eo temporis intervallo, quod inter Abrami & Moſis ævum interceſſit. Id certè neceſſe eſt in obſcuro fuiſſe, tempore Joſuæ, qui nec in agrorum diviſione, nec in cenſu Gentium à ſe devictarum uſpiam ejus meminit: niſi fortè, ut minorum tractuum incolæ, ſub aliarum majorum Gentium nominibus contineantur. *Kenaſi* quidem Idumæi mentio fit Gen. XXXVI, verſſ. 15, 42. ſed Idumæam non invaſerunt Iſraëlitæ, neque is hoc tempore nomen regioni impoſuerat. *Kenaz* quoque fuit in Judæ poſteris, 1 Par. IV, verſ. 13. ſed hoc nihil facit. Dubium tamen an ex hoc nomine, an verò ex loco ſæpiùs *Chaleb*, filius Jephunnæ, dicatur קנזי *kenizæus*, & poſteriori quidem ſententiæ favet ſcriptor *Quæſt. in Paralip.* Quæ ſi vera eſt, in Tribu etiam Judæ quærendi erunt *Kenizæi*.

Kadmonæum] Hos conjicit eſſe vir ſummus *Chanahan*. Lib. I. Cap. 19. eoſdem ac *Hevæos* aut *Chivæos*, qui Gen. X. inter Chananæos recenſentur. Neque obſcura ratio, inquit, cur Hevæi *Kadmonim*, id eſt, Orientales dicti ſunt, cùm Joſ. XI, 3. & Jud. III, 3. legamus eos occupaſſe montem Chermonem, quæ pars erat terræ Chanahanis maximè Orientalis; unde eſt pro oriente *Chermon*, ut pro occidente *Thabor* Pſal. LXXXIX, 13. Hoc ſi verum, malè in Samaritanorum Codicibus memorantur. Malim ego Kadmonæos quærere in deſerto & urbe קדמות *kdemoth*, quæ dicta etiam fuerit קדמון *kadmon*. Ea ad orientem Jordanis erat, in finibus tribûs Rubenis. Vide Deut. II, 26. 1 Par. VI, 29.

COMMENTARIUS

In CAPUT XVI.

1. A*Brami uxor*, &c.] *Et S. A. u. non peperit ei, & huic ancilla*, &c. *& dixit S.*

2. *Impedit Jehova ne pariam*] Vel, *occluſit me ne parerem*. Vid. ad Cap. XX, 18. Aliquamdiu videtur exſpectaſſe, an quod promiſſum erat à Deo futurum eſſet. Sed cùm tandem ſe gravidam fieri non videret, ſuſpicata eſt liberos Abramo ex alia uxore promiſſos. Itaque maluit, beneficio ſuo, ex concubina naſci liberos viro, quàm ſi fortè cupidine prolis aliam uxorem duceret.

Liberos conſequar] Unâ voce Hebræi אבנה *ibbane*, unde בן *filius*. LXX Intt. τεκνοποιήσωμαι Vulg. *filios ſuſcipiam*. Sic ſumitur hoc verbum Gen. XX, 2. Ceteroqui בנה *banah* eſt *ædificare*. Atque hinc factum ut *ædificare domum* alicujus ſit liberos procreare, qui ejus nomine appellen-

Chananæam incolebat Abramus elapſo, ejus uxor Saraïs ſumſit Hagaram Ægyptiam ancillam ſuam, viróque in uxorem dedit.

4. Congreſſus eſt ergo cum Hagara, atque hæc concepit, & cùm ſe concepiſſe videret, vilis ei facta eſt hera. 5. Tum Saraïs Abramo, contumelia, inquit, quæ mihi fit, ad te *pertinet*; in ſinum tuum ancillam meam dedi, atque hæc ubi ſe concepiſſe vidit, ei vilis facta ſum; inter me & te, judex erit Jehova. 6. Abramus verò Saraï, ecce, ait, in manu tua eſt ancilla, fac illi quod tibi viſum fuerit.

Cùm igitur eam malè haberet Saraïs, fugit ab ejus conſpectu *Hagara*. 7. Hanc autem

non largitur, quos tibi pollicitus eſt, cum hac mea ancilla congredere; liberóſque ejus, ſi fortè pariat, mihi adoptatos, quaſi meos educabo. 3. Facta hæc ſunt decimo demum anno, poſtquàm Abramus Chananæam ingreſſus erat, cùm octogeſimum quintum ipſe, Sara verò ſeptuageſimum quintum ætatis annum adtigiſſet.

4. Abramus, qui, quámvis prolis cupidus, aliam uxorem; vivente atque invitâ Sarai, licet ſterili; ducere noluerat; cum Hagara, ut juſſerat uxor, congreſſus eſt. Hæc cùm paullò pòſt gravidam ſe eſſe intelligeret, heram ſpernere cœpit; dum ſperat propterea Abramo poſthac cariorem illâ ſe futuram. 5. Saraïs verò cùm ancillæ, propter beneficium ſuum ſuperbientis, contemtum ferre nequiret, virum convenit; oſtenditque eum contemtum non magis ad ſe, quàm ad ipſum, cùm præter conjugium ſanguine eſſent conjunctiſſimi, pertinere; itaque ſi pateretur uxorem à concubina ſperni, Deum ejus neglectûs ultorem fore. 6. Tum Abramus dicere, non eſſe cur ejuſmodi querelas ad ſe deferret, ancillam in ejus poteſtate eſſe, ex qua pœnas exigere, prout videbatur, poterat.

Saraïs, hoc audito, Hagaram uſque adeò malè habere cœpit, ut hæc, quamquam gravida, fugâ ſibi conſulere ſtatuerit. 7. Igitur clam ſe ſubducens, viam deſerti ingreſſa eſt; & cùm ad fontem, qui

leutur Deut. XXV, 9. Vide not. ad Exod. I, 21.

Voci Sarais obtemperante, &c.] *Et audivit Ab. vocem S. & ſumſit S. uxor Ab. Hagaram Ægyptiam ancillam ſuam, poſt decem annos habitationis Ab. in terra Ch. & dedit eam Ab. viro ſuo in uxorem.* Quamquam hîc *uxor* Abrami dicitur Hagara, non erat tamen juſtæ uxoris loco; nam in ſervitute manſit Saræ obnoxia, ut ex ſequentibus videmus, ubi & malè habetur, & expellitur. Uxor fuit, ut loqueretur *Plautus*, uſuraria, ad prolem dumtaxat ſuſcipiendam; ejúſque filius, ſi voluiſſet Saraïs, non matris, ſed ſuus filius habitus fuiſſet. Obſervat autem hæc ſtudioſè Moſes, ut intelligeret Lector Abramum, vivente Sarâ, quæ ante connubium conſanguinea ejus fuit, quamquam prolis cupidiſſimum, noluiſſe alteram uxorem præterea ducere, ne malè hoc eam haberet; ſed Saraïn ſponte ſuâ ei Hagaram obtuliſſe, ut ex ea liberos conſequeretur. Quod egregium fuit poſteris exemplum, ne gentili uxori alias ſuperinducerent, quo etiam utitur *Malachias* Cap. II, 14, 15. Vide Cap. XXXI, 50.

3. *Decimo demum anno* &c.] Cùm Abramus octoginta quinque, & Saraïs ſeptuaginta quinque annos eſſet nata, ut colligimus ex Gen. XII, 4. XVII. 17. Quâ ætate vegetus ſenex ex juniore uxore liberos tollere potuit, ſed uxor jam omnem ſpem pariendi abjecerat; nam quamvis Abramo prolem pollicitus eſſet Deus, ex Saraï eam ſuſceptum iri, nondum dixerat.

4. *Cùm ſe concepiſſe videret*] *Et vidit ſe concepiſſe, & vilis fuit domina ejus in oculis ejus.* ותקל *vattbekal*, hoc eſt, ſpreta eſt ab ea. V. 1. Sam. XVIII, 23. Credebat, nimirum, gratiorem Sarâ poſthac Abramo ſe futuram, & tandem heræ imperiis ſubtractum iri, quòd ei prolem paritura eſſet. Vid. Cap. XXIX, 34.

5. *Contumelia quæ mihi fit*] חמסי *bhamasi*, *injuria* aut *contumelia mea.* Ut Genitivi varia eſt ſignificatio: ſic quoque poſſeſſivorum Pronominum, quæ Genitivi locum obtinent. *Contumelia mea* poſſet eſſe quam aliis facerem, prout res ipſa poſtularet; ſed hîc eſt, quæ mihi fit. Sic & Gen. XXVII, 13. *maledictio tua* eſt quâ maledicerīs. Cap. L, 4. *fletus ejus*, non eſt ejus qui flebat, ſed ejus qui deflebatur; luctus, nimirum, quo filii mortem Jacobi patris proſequebantur. Vid. Jud. IX, 24. & Eccleſ. IX, 5, 6, & qui plura hujuſcemodi collegit *S. Glaſſium* in Phil. Sac. Lib. III. T. I. Cap. XXX. §. 6.

Ad te pertinet] עליך *balecha*, *ad te*, aut *ſuper te*; id eſt, non poſſum contumelioſè haberi, quin tu, qui & frater & conjux meus es, eadem contumeliâ adfectus cenſearis; adeóque ad te ejus pertinet ultio. Sic inſ. Cap. XXVII, 13. *maledictio quam tibi contrahes ſit ſuper me*, hoc eſt, ad me pertineat. Jud. XIX, 20. *quod tibi deeſt* עלי halai *ſuper me*, hoc eſt, in me ſuſcipio ea quæ tibi deſunt ſupplere. 2 Sam. XVIII, 11. עלי *ſuper me*, hoc eſt, *meum erat*, *dare tibi decem argenteos.* Eſt metaphora ab onere ducta, cujus cura ad eum pertinet, qui id bajulat. Vid. Num. VII, 9. At LXX Intt. & Vulg. quos alii ſequuntur: *ἀδικοῦμαι ἐκ σοῦ*, *iniquè agit contra me.* Sed cùm hoc falſum eſſet, & Hebraïca φρασιολογία commodiorem alium ſenſum ferat, quid opus eſt Saram mentientem induci? עליך, ex hac interpretatione, eſt *ἀπὸ σοῦ* מעליך *mebalecha* abs te, quò cur confugiamus nulla cauſa eſt.

Inter me & te judex erit, &c.] Elliptica eſt oratio, cujus hîc eſt ſenſus: an te hæc pati mihi fieri deceat judicabit Deus, & delinquentem aut me, aut te plectet. Integra exſtat 1. Sam. XXIV, 16. *Dominus judicet inter me & inter te, & ulciſcatur me de te.* Vid. & Jud. XI, 27.

6. *In manu tua eſt*] Hoc eſt, in poteſtate tua, ut Cap. XXXI, 29.

Quod tibi viſum fuerit] *Quod bonum in oculis tuis*, quæ frequentiſſima eſt phraſis.

Cùm igitur, &c.] *Et eam m. h. & fugit.*

7. *Fons aquæ*] *Puteus* infra verſ. 14. dicitur, ut diſtinguatur à fonte è rupe, aut in terræ ſuperficie fluente, nam putei è profundioribus ſunt lati-

autem nactus Jchovæ Angelus, ad fontem aquæ, *qui* in deſerto *eſt*, ad fontem *qui eſt* in via *quâ* Surem *itur*; [8.] Hagara, inquit, ancilla Satais, unde venis, & quò is? Illa verò, à conſpectu, inquit, heræ meæ Sarais fugio. [9.] At ei Angelus Jehovæ,

qui eſt ad viam quà Surem itur, perveniſſet, fugitivæ uccurrit Angelus; [8.] qui unde venıret, & quò iret ſciſcitatus eſt. Ingenuè faſſa eſt ſe heram Saraiu, a qua malè mulctata fuerat, fugere; quam-

laticibus. Verùm ſæpe etiam *fons* & *puteus* confunduurur. Vide infrà Cap. XXIV, 16. ſi modò puteus ſit ex aqua perenni. Vide & Joan. IV, 6, 11. atque ad hunc locum Iuterpretes.

In via] In illis ſiticuloſis uris, in gratiam iter facientium, ubi licuit, ad vias, ab antiquiſſimis temporibus effodi ſolebant putei, quorum deſcriptiunes in itinerum per Orientem factorum hiſtoriis frequentes ſunt. Vide *P. Belonii* Obſervat. Lib. II. Cap. 55. & 88.

Surem] *Sur* nomen deſerti. *Extenditur autem deſertum Sur uſque ad mare rubrum, quod ad Ægypti confinia pervenit.* Verba ſunt Hieronymi, *in locis Hebraicis.* Vide Capp. XX, 1. XXV, 18.

10. *Subjecit etiam*] *Et dixit*, quod initio antecedentis commatis, & uoni cùm eſſet, non fuit ter repetendum Latinè loquentibus.

11. *Ecce gravida es*] Tertià vice hîc præponitur, *& dixit ei Angelus Jebovæ.*

Nomine appellabis] *Vocabis* (tu Hagara) *nomen ejus Iſmaël.* Infra verſ. 15. Abramus id nominis filio ſuo impoſuiſſe dicitur, monente, nimirum, Hagarà. Tam à matre, quàm à patre nomen liberis impoſitum multis ex locis liquet. Vid. Capp. XXX. & XXXVIII.

Audiit Jebova] Hoc eſt, querelas, ac preces, quas animo triſti fundebat Hagara, earúmque rationem habuit. Alibi Deus *videre* ærumnas proborum dicitur, ut infrà Cap. XXXI. Exod. III, 7. quod eodem redit. Nam cùm ii, qui miſericordi animo ſunt, graves querelas *audiunt*, aut laborantem quempiam *vident*, quantùm licet, ei ſuppetias ferant; ideò Deus *audire* & *videre* calamitates dicitur, quas ſublevat.

12. *Onagri inſtar bomo ferus*] פרא אדם phre adam, *Onager homo.* De Onagris prolixè egit *Sam. Bochartus* in Hieroz. P. I. Lib. III. Cap. 16. oſtenditque à *currendo*, nam פרא *phra* Syris eſt currere, dictam eam feram. Alibi etiam homines cum Onagris conferuntur, ut Job. XI, 12. XXIV, 5. Hoſ. VIII, 9. Videtur autem Onagro conferri Iſmaël, 1. quòd in deſerto eſſet vitam acturus, quemadmodum Onagri, nullius legibus obnoxius: 2. quòd ſocietatem nullam cum aliis eſſet initurus. In deſerto enim *Pharanis* vitam egit Iſmaël, ut docet nos Moſes inf. Cap. XXI, 20. & ſaginandi artem ſummopere excoluit. Vixit etiam ſine ulla cum aliis, exceptis fortè veteribus Arabibus, Joctanis poſteris, ſocietate, ut ex ſequentibus cognoſcere eſt; quippe qui vicinis omnibus infeſtus fuerit. Hoſeæ loco laudato: פרא בודד *phre boded*, *onager ſolitarius* dicitur Aſſyrius, quòd vicina omnia regna invadere niteretur, nec cujuſquam niſi ſui rationem ullam haberet. Sic & de Iſmaëlitis Jerem. XLIX, 31. *Soli*, inquit, *habitant*, בדד ישכנו *badad jiſchchonou.* Ceterùm aut פרא *phre* eſt loco adjectivi, an deeſt כ ſimilitudinis, quod ſæpe omittitur, ut liquet vel ex locis citatis. *Pullus onagri homo naſcitur* Job. XI, verſ. 12. hoc eſt, rudis & ignarus inſtar pulli onagri. Vide & alios locos.

Manus ejus in omnes erit, &c.] Fortè non tam Iſmaëlem deſcribit, quàm Iſmaelitas; qui Arabiam omnem, & vicinarum regionum fines latrociniis olim & hodie infeſta fecerunt. In quoſtibet, ſi impune poſſint eos ſpoliare, impetum faciunt, omnéſque viciſſim ſibi ab eis cavent. Duplex erat Arabum genus, ut docet *Abul-Pharajus*, in libello de *Arabum populis & moribus*, *Urbium & Nomades*: „ Erant illi urbium & pagorum incolæ, qui victum è ſatione, palmarum fructibus, pecore & mercaturam „ peregrè exercendo quærebant. Nomades verò „ deſertorum incolæ, quibus Camelorum lac „ & carnes victum præbebant, dum loca herbida perquirerent, & aquæ pluviæ defluvia „ ſectarentur, &c. quæ legenda exhibuit *Ed. Pocockius.* Priorum Iſmaëlitarum mentionem habemus infrà Capite XXXVII, 28. poſteriorum verò ubicumque de latrociniis Arabum ſermo eſt, quo nihil frequentius. Vide *Pocockium* ad *Abulfarajum* pag. 87. Plinius Lib. VI. Cap. 28. *Ex innumeris populis* (Arabum) *pars æqua in commerciis, aut latrociniis degit.* Idem etiam in ſequentibus, *Arabum ferorum* meminit, quos *ex Troglodytarum connubiis* natos vult. Ejusmodi Arabs fuit Iſmaël, quid enim Onagro, cui confertur, magis ferum? Mirum poteſt videri in promiſſione hac Angeli, feræ indolis Iſmaëlis fieri mentionem, quæ matri, ſi pia fuiſſet, ingratiſſima erat futura; ſed dum nequaquam laudabilia de Iſmaële prædicit Angelus, eo tamen ipſo liberrimum eum futurum oſtendit, nec ſpernendis opibus, qui propriis fretus viribus vicinorum fœdera non erat quæſiturus, nec dubitaturus cum pluribus ſimul inimicitias exercere. Ut enim ſic ſe gerere ferum & inhumanum eſt: ita poſſe aliorum auxilio carere, nec plurium ſimul arma timere maximi eſt animi.

E regione omnium] על פני *hal phne*, *ad faciem.* Vide infrà Capp. XXIII, 19. XXV, 9.

Fratrum ſuorum] Antea Iſmaëlitas cum Arabibus miſcuimus. Ac ſanè præter veteres Arabas *Joktanis*, aut, ut eum ipſi Arabes vocant, *Kobtanis* poſteros, qui *Mota-Arabes*, ſive *Arabes puri* dicebantur; erant *Moſta-Arabes*, ſive inſitii Arabes ab Iſmaële oriundi, qui ſe iis conjunxerunt, & per Arabiam Petræam ac Deſertam longè latéque vagati ſunt. Vide *Pocockium* init. notarum in *Abul-farajum* de *Mor. Arab.* Quod cùm ita ſit, Iſmaëlitæ è regione omnium fratrum habitarunt, nam fratres fuere Iſmaëlitarum 1. Abrami omnes ex Ketura filii, de quibus ad Cap. XXV, 6: 2. Luti poſteri Ammunitæ & Moabitæ: 3. Iſraëlitæ: 4. Idumæi Iſaaci poſteri. Keturæ autem filii in ipſa Arabia habitarunt, ceterorum agros ab Auſtro & Oriente ambiit Arabia.

Ha-

hovæ, revertere, ait, ad heram, manibúſque ejus ſubjecta eſto. 10. Adjecit etiam Angelus Jehovæ: ſobolem tuam augebo, nec præ multitudine numerabitur. 11. Ecce gravida es, & paries filium, cúmque Iſmaëlem nomine appellabis, quia calamitatem

quamquam quò itura eſſet, non ſatis ſciebat. 9. Tum juſſit eam Angelus redire, & triſtia heræ imperia æquo animo ferre, obſequioque ac patientiâ eam placare. 10. Nec dubitaret reverti domum herilem, nam ex ipſa innumerabilem Abramo futuram ſobolem. 11. Parituram enim filium,

Habitabit] ישכן *jiſchcon*. Quamquam שכן paſſim quamvis habitationem ſignat, primigeniâ tamen ſignificatione *σκηνοῦν* denotari crediderim. Certè à voce Hebraica שכינה *ſchechina*, quin *σκηνὴ* deductum ſit dubitari vix poteſt; & hîc de Scenitarum Arabum Phylarcho ſermo eſt. Hinc fortè שכן conjungitur cum *ſcatorio*, ut Jud. VIII, 11. Job. XI, 14.

13. *Nomen Jehovæ*] Qui hîc *Jehova* dicitur ſæpiùs in ſuperioribus *Angelus Jehovæ* vocatus eſt; quod ideò factum videtur *Joan. Mercero*, quia Hagara & alii ſancti homines, ubicumque in V.T. Angelum ſibi apparentem Dei nomine compellant, in Angelo Deum agnoſcere & adorare ſolent. Igitur nomen Jehovæ, ſi propriè loquamur, non tribuitur Angelis, ſed Deo in iis apparenti: quemadmodum, nullâ ratione inſtrumenti habitâ, ei qui inſtrumento utitur actio tribui ſolet. Sic dicitur Rex ſcripſiſſe, quod Scriba regius exaravit, quia Scribæ manu quaſi ſuâ, Rex uſus eſt; unde fit ut Scriba ita in Diplomate, aut Epiſtola loquatur, ut Rex ipſe loqueretur, ſi propriâ manu ſcriberet. Qua comparatione utitur *Joan. Camero* in Ep. ad Hebr. Cap. II, 2. nequaquam inepta. Utrique facem prætulit *Hieronymus* in Galat. III, 19. cujus hæc ſunt verba: *Quod autem ait*, lege ordinata per Angelos, *hoc vult intelligi quòd in omni Vet. Teſtamento, ubi Angelus primum viſus refertur, & poſtea quaſi Deus loquens inducitur, Angelus quidem verè ex miniſtris pluribus quicumque ſit viſus, ſed in illo mediator loquatur, qui dicat*, Ego ſum Deus Abraham, &c. *Nec mirum ſi Deus loquatur in Angelis, cùm etiam per Angelos qui in hominibus ſunt loquatur Deus in Prophetis, dicente Aggæo*, & ait Angelus qui loquebatur in me, *ac deinceps inferente*: hæc dicit Dominus omnipotens, *neque enim Angelus, qui eſſe dictus fuerat in Propheta, ex ſua perſona audebat loqui*. Similia plus ſemel *Auguſtinus*. Vide quæ ex eo citavimus ad Capp. XI, 7. XVIII, 1.

Alii verò nomen *Jehovæ* negant quidem Angelis, quando ſeorſim à Deo conſiderantur, neque ejus perſonam directè agunt, uſpiam tribui; ſed cùm perſonam Dei ita induunt, ut directam ejus orationem referant, *Jehovæ* nomine ibi appellari eos volunt. Verùm ſi rem introſpiciamus, hæc ſententia non multùm à priori abit, cùm ſtatuat non Angelos propriè, ſed perſonam quam agunt Jehovam dici. Nam ut, ſi liceat ea uti comparatione, qui Agamemnonis in Scena perſonam agit ipſe eo nomine non inſignitur, ſed perſona quam induit: ſic Angelis ipſis Jehovæ nomen non tribuitur, ſed ei perſonæ cujus partes ſuſtinent. Similiter quando patroni, apud Græcos & Romanos, ſe *reos* dicebant, & eodem pacto loquebantur ac ipſi rei potuiſſent; nemo ideò ſuſpicabatur patronum vocari *reum*, & ſibi rei facta tribuere. Patronus fuit veluti vox rei, cùm ejus propriæ perſonæ nulla ratione habitâ, animi & oculi omnium ad reum eſſent converſi. Exempla paſſim obvia ſunt, in Orationibus ubi quiſpiam defenditur; ſed ab otioſis legi poterit oratio *Demoſthenis* in *Eubulidem*, ubi à capite ad calcem videtur loqui ipſe reus. Itaque eodem res redit, utrovis modo eam exponamus.

Si ab hiſce quæras exempla, queis legatos Principum ita loquutos fuiſſe conſtet, quaſi ipſe adeſſet Princeps; non deeſſe quidem reſpondent, ubi oratio directa oratorum eadem eſt, quâ præſens uteretur Princeps. Sic 1 Reg. V, 2, 3. *Miſit Salomo ad Chiramum, dicendo: noſti Davidem patrem meum non potuiſſe ædificare nomini Jehovæ Dei ſui. Nunc circumquaque Jehova Deus meus requiem mihi dedit*, &c. More ſolito dixiſſent legati: *Salomo Rex noſter juſſit nos tibi nunciare*, &c. Verba autem allata dicuntur *verba Salomonis* verſ. 7. haud aliter quàm ſi à Salomone ipſo eſſent pronunciata. Sequenti commate, reſponſum Chirami eodem modo refertur: *Et miſit Chiramus ad Salomonem dicendo, audivi*, &c. ubi legatus Tyrius ita loquitur, ut loquutus fuiſſet ipſe Rex, ſi adfuiſſet. Sic & Luc. VII, 6. Centurio *mittit ad Chriſtum amicos, dicens: domine, noli vexari, non enim ſum dignus, ut ſub tectum meum intres, propter quod & me ipſum non ſum dignum arbitratus*, &c. Vide & Exod. VI, 6. VII, 17. &c. *Quintilianus* Inſt. Orat. IV, 4. *Eques Romanus, ad quem cùm in ſpectaculis bibentem miſit Auguſtus, qui ei diceret*: Ego *ſi prandere volo, domum eo*. Tu *enim, inquit, non times ne domum perdas*. Hinc & ipſos legatos ita alloquuntur interdum ii ad quos miſſi ſunt, quemadmodum eos à quibus veniunt compellarent. Cùm dixiſſent legati Davidis Abigaïlæ 1 Sam. XXV, 40. ſe à Davide miſſos ut eam ei uxorem adſumerent, *ſurrexit, & cùm vultu in terram flexo ſalutaſſet: en, inquit, famulam tuam, in ancillam, ad abluendos pedes ſervorum domini mei*.

Hæc ſunt manifeſta exempla miſſorum, qui mittentium ipſa uſurpabant verba; at fatendum multò frequentiùs (ſi vera eſt quam exponimus ſententia) in Vet. Teſt. Angelos ad inſtar Dei ipſius loqui; cujus rei hanc rationem reddunt. Legatorum & eorum à quibus mittuntur non modò ſunt perſonæ diſtinctæ, ut Dei & Angelorum, ſed etiam ſeorſim conſpicuæ; adeò ut minùs commodè poſſit Legatus ejus à quo miſſus eſt perſonam prorſus induere, & frequenter convenientia ei uſurpare verba. At Deus ſemper inconſpicuus eſt, neque uſquam per ſe apparet; interdum etiam & Angelus, qui ejus nomine loquitur; unde fit ut neceſſe non ſit Angelos dicere ſemper: *miſit nos Deus ut hæc diceremus*, &c. ſed compendio verborum ipſe Deus loquens inducatur, ut factum in monte Sinai, quemadmodum ad Exod. XX. oſten-

tem tuam audiit Jehova. 12. Is erit onagri *inſtar*, homo *ferus*, manus ejus in omnes *erit*, omnium verò manus in eum, & è regione omnium fratrum ſuorum habitabit.

13. Nomen Jehovæ eam alloquentis vocavit, tu Deus viſionis; quia dixit, etiámne poſt viſionem video? 14. Idcóque vocatur puteus ille, puteus viventis viſionis; ecce *eum tibi* inter Kadeſum, & Beredum.

15. Peperit Hagara Abramo filium, & Abramus filium ſuum, quem pepererat Hagara, Iſmaelem vocavit. 16. Erat autem octoginta ſex annos natus, cùm ei Hagara Iſmaëlem peperit.

XVI. *Deus*

lium; cui *Iſmaeli* nomen eſſet impoſitura, quò preces ſuas *à Deo exauditas* eſſe ſignificaret. 12. Eum autem filium, ubi adoleviſſet, in deſerto, onagri ritu, vitam acturum, unde vicinis formidoloſus eorum etiam arma in ſe converteret; qui tamen quominùs ejus poſteri, juxta Abrami reliquos poſteros, ſedes ſibi caperent numquam impedituri eſſent.

13. Vulgò credebant Orientis populi, ſi quis Deum conſpexiſſet, oculorum uſu orbari; quod cùm Hagara, poſt viſum hocce, non experiretur, mirata ſibi incolumes eſſe oculos, Deum, quem in Angelo viderat, conſpicuum eſſe Numen dicere ſolebat. 14. Qua de cauſa, fons ille ad quem Angelum conſpexerat, *fons Numinis conſpicui* etiamnum dicitur. Is autem eſt inter Kadeſum & Beredum ſitus.

15. Hagara domum redux Abramo maſculam prolem haud multo pòſt enixa eſt; quem filium, prout juſſerat Angelus, *Iſmaelem* appellavit. 16. Erat autem tunc temporis octoginta ſex annos natus.

P A-

demus. Nec periculum fuit ne Iſraëlitæ pro Deo Angelum propterea colerent; obverſabatur enim eorum animis *Deus Deorum*, cœli & terræ creator; ſeu ipſe loqueretur per ſe, ſeu per interpretem Angelum, nihil intererat, rectà ad eum ferebatur eorum cultus. Hîc quoque Hagara, omiſſo interprete Angelo, Jehovam ipſum cogitat. Vide & quæ dicemus ad Exod. XXIII, 20. ubi & ad Caput XX. ejuſdem libri oſtendimus eos minùs rectè conjicere, qui δορίφορον Τετράδος ὑπουράνιον de cœlo deducunt, horum miniſteriorum causâ.

Tu Deus viſionis] אל ראי *El roi* ubi ראי eſt nomen, ut עני honi, *afflictio*, אני oni, *navis* & alia id genus. *Deus* autem *viſionis* dicitur Deus conſpicuus, more Hebræorum, qui pro adjectivis ſubſtantiva adhibent. Sic cum eadem voce אל ſubſtantivum כבוד chabod, *gloria* conjunctum *Deum glorioſum* ſignificat Pſal. XXIX, 2. & ſimilia paſſim occurrunt. Alii participium eſſe volunt, ut LXX. Intt. ὁ ἐπιδών με Vulg. *qui vidiſti me*. Sed ſequentibus hæc confutatur interpretatio, miratur enim Hagara, non ſe à Deo conſpectam, ſed Deum à ſe conſpici potuiſſe, ſine ullis ſuis pœnis, ut mox dicemus. Samaritanus etiam, ſine ſenſu, habet ראה roeh *videns*. Ceterùm non videtur hac phraſi, *nomen vocavit*, ſignificari Deo ab Hagara novum inditum fuiſſe vocabulum, ſed duntaxat eam exclamaſſe, *hic demum Deus eſt*, *qui ſe conſpici patitur*, atque inde nomen hæſiſſe puteo. Deum, qui ipſam alloquutus erat, quomodo viderit & agnoverit, non docet Moſes. Videtur Angelus humanâ formâ, ut Cap. XVIII. fuiſſe indutus, deinde poſt verba quæ recitata à Moſe ſunt evanuiſſe; unde non hominem, ſed Deum eſſe agnoverit, hoc eſt, Angelum à Deo Deorum miſſum. Vide Jud. VI.

Etiámne poſt viſionem video] Hic iterum eſt ראי *roi*, quod eſt cum *Cholem* ſcriptum, cùm in ſuperioribus verbis primæ conſonanti ſubjectum ſit à Maſſorethis *Chateph-kamets*. Sed nulla ratio erat variandorum punctorum, cùm eadem ſit ſignificatio. Miratur Hagara ſibi adhuc poſt viſionem relictum eſſe luminum uſum, cùm lux, quâ Deus & Angeli ſplendebant, occæcare & poſſet, & crederetur. Qui hìc participium eſſe volunt vim phraſi inſerunt, ut LXX. qui habent: ἐνώπιον εἶδον ὀφθέντα μοι, *coram vidi apparentem mihi*. Nec feliciùs Hieronymus: *Vide poſteriora videntis me*. Cùm Deus & Angeli fulgore ſingulari circumdati interdum apparerent, ut docemur Exod. XX. Ezek. I. Luc. II, verſ. 9. & Apoc. I. periculum erat, ne oculis contra adtollentibus eorum eriperetur uſus. Atque hoc reverâ Damaſcum eunti Paulo contigit, ut docet Lucas Act. Cap. IX. Quinimò & qui ejuſmodi ὀπτασίας habuerant vitæ ſuæ interdum timebant, ſeu hoc exemplis eveniſſe conſtaret, ſeu recepta eſſet opinio. Vide inf. Cap. XXXII, 30. Exod. XX, 19. Deut. XVIII, 16. Jud. VI, 22, 23. Crediderunt certè etiam Ethnici cæcitatem conſpectorum Deorum pœnam eſſe. Sic *Tireſias*, qui invitam Minervam in Helicone lavantem viderat, oculorum uſu privatus eſt, cujus rei rationem hanc profert *Callimachus* verſ. 100. *Lavac. Pallad.*

— — Κρόνιοι δ' ὧδε λέγοντι νόμοι,
Ὅς κέ τιν' ἀθανάτων, ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται,
Ἀθρήσῃ, μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.

— — *à falcigero lex ſene lata jubet,*
Ut pœnâ graviore luat, temeraria quiſquis
Audet in invitos lumina ferre Deos.

Ad quem locum vide quæ adnotavit vir immenſæ lectionis & eruditionis exquiſitæ *Ezech. Spanhemius*. Propterea etiam *Actæon* à canibus laceratus dicitur, ut eſt eodem loco apud Callimachum, quòd Dianam vidiſſet nudam. *Plutarchus* in *Parallelis*, initio, de Polyzelo uno ex ducibus Athenienſium qui ad Marathonem pugnarunt: ὑπὲρ ἄνθρωπον φαντασίαν θεασάμενος τὴν ὅρασιν ἀπέβαλε, καὶ τυφλὸς ἐγένετο, *ſpectro homine auguſtiore conſpecto, viſum amiſit, & cæcus factus eſt*. Vide & *Suidam* in Πολύζηλος. Hac aut ſimili de opinione, Hagara mirabatur ſe poſt viſionem oculis frui.

14. *Vocatur*] קרא *kara*, quod paſſivo ſenſu ſumitur, niſi malis nominativum ſubandiri, ut Cap. XI, 9. ubi vide not.

Vi-

XVI. Deus Abramo ſobolem multam promittit, Abrahamúmque vocari jubet, & circumciſionis fœdus inſtituit. Pollicetur etiam ei Iſaacum filium ex Saraï, quam Saram in poſterum vocari vult. Ex Iſmaële plures Tribus ortum ducturas docet. Abrahamus ſe, filium & totam familiam circumcidit.

1. ABRAMO poſtea, nonaginta novem annos nato, conſpectus eſt Jehova; at- CAPUT
que ego, inquit, ſum Deus omnipotens, coram me incede, integérque eſto; XVII.
2. tum *ego* fœdus inter me & te feriam, téque in immenſum augebo. 3. Con-
cidit

PARAPHRASIS.

1. ANNO, poſt natum Iſmaëlem, decimo tertio, conſpiciendum ſe præbuit Abramo Deus; atque ego, inquit, cùm omnia poſſim, religioſiſque ac piis hominibus bene velim, beneficiis te cumulabo; ſi modò memineris me omnia præſentem videre, adeoque virtutem, me quaſi inſpectante, perſeveranter, atque ex animo colueris. 2. Fœdus quod tecum feci conſtanter ſervabo, téque innumerabili poſteritate, ut pollicitus ſum, augebo. 3. Dum hæc dicerentur, pronus in terram conciderat Abramus,

Viventis] לחי *lhhai*, hoc eſt, Dei, qui *Vivens* haud rarò dicitur, ut Joſ. III, 10. Dan. XII, 7. quo nomine opponitur falſis Diis, qui ſunt mortui Pſal. CVI, 28.

Kadeſum] Id eſt, *Kades-barne*, de quo Num. XXXII, 8. *Beredi*, quod *Barad* à Græcis dicitur, nuſquam aliàs mentio.

COMMENTARIUS

In CAPUT XVII.

1. A*Bramo*, &c.] *Et fuit Abram filius nonaginta*, &c. *& viſus eſt Jehova Abramo & dixit ad eum.*

Deus omnipotens] אל שדי *El Schaddai.* LXX qui hîc habent *ὁ Θεός σου*, alibi paſſim שדי *Schaddai παντοκράτορος* vertunt, habéntque ſibi Vulg. Int. alióſque adſentientes. Si quis cùm Rabbinorum, tum aliorum varias de vocis etymologia & ſignificatione ſententias legere aveat, inter alios *Joannem Buxtorfium* de Nomin. Dei, & *Edwardum Pocockium* in Joel. Cap. I, 15. adeat oportet. Nos quod omnium veriſimillimum, & Analogiæ convenientiſſimum videtur, ceteris miſſis, in medium adferemus. Vox hæc vix aliunde derivari poſſe videtur, quàm à verbo שדד *ſchadad*, vaſtavit, quò adludit Eſaïas XIII, 6. *Ululate, nam proxima eſt dies Jehovæ*, כשד משדי ehſchod miſſchaddai *quaſi vaſtatio ab Omnipotente veniet.* Similia habet Joel. I, 15. Nec tamen *vaſtatorem* vertimus, quod epitheton nonniſi irato Deo tribui poſſet; cùm eo utatur quando pacatum ac benignum ſe præbet, ut hoc loco. Sed quemadmodum, apud Arabas, Radix שדד *ſchadad*, inter alia, *potentem*, ac *fortem eſſe* ſignificat, unde שדיד *ſchadid* potens, & robuſtus: ita apud Veteres Hebræos ſimpliciter *potentem eſſe* ſonabat, unde quia nonniſi à potentibus agri impunè vaſtantur, etiam in *vaſtandi* ſignificationem migravit; quæ ſignificatio ſola in libris, qui ad nos ſuperſtites pervenerunt, ſupereſt. Itaque hoc Dei nomen adjectivum eſt, ut גבור *gibbor* & אביר *abir*, quæ *potentem* ſonant, & nunc ſola leguntur, nunc voci אל conjunguntur, haud ſecus ac שדי. Vid. Eſai. X, 21. & infrà XLIX, 25.

Coram me incede] Vid. not. ad Gen. V, 22. Confer etiam. 1 Reg. VIII, 25. cum 2 Par. VI, verſ. 16.

Integérque eſto] תמים thamim, *perfectus*, ut Gen. VI, 9. ubi vid. not. οἱ LXX plerumque ἄμωμον & ἄμεμπτον vertunt.

2. *Fœdus inter me & te*] Fœdus *generale*, ut ita dicam, cum Abrahamo, jam inierat Deus, ut vidimus ad Cap. XV. ſed hîc *ſpeciale* circumciſionis ſpectatur, ut ex ſequentibus liquet.

In immenſum augebo] במאד מאד bimod mod *in valde valde*, quod longè maximum incrementum ſignificat; cùm enim מאד ſit ſuperlativi nota, quando repetitur rem mirum in modum auget. Vid. ſup. Cap. VII, 19.

Concidit in faciem] *Cecidit ſuper faciem*; hoc eſt, pronus in terram, præ metu.

Hiſce verbis alloquutus] Vel, *loquutus eſt cum eo dicens.*

4. *En ego*, &c.] Hoc eſt, hoc ipſo tempore, ſine ulteriore mora, fœdus tecum facio. Subintelligitur כרת choreth *pangens*, quod in re ſimili exprimitur Exod. XXXIV, 10.

Pater fies] *Eris in patrem* לאב *leab*, quod ל conjunctum cum verbo ſubſtantivo, aut verbo נתן *nathan*, vel שום *ſchum*, *ponere*, *fieri* notat. Vide Cap. II, 7, 24. & in hoc verſum 20, ac pleraſque promiſſiones ſimiles. Poſteri Iſmaëlis & Iſaaci, ut jam Keturæ liberos taceamus, Arabiam, Idumæam & Chananæam implevere.

5. *Neque Abramus*] Mos fuit, apud Orientales, non modò nomina imponere boni ominis causâ, & quæ fauſtum quiddam ſignificarent, naſcentibus pueris; ſed etiam ea mutare, ſi quid ſingulare iis eveniret; eáque nominis mutatione, futura etiam interdum portendebantur. Sic nepos Abrahami ab Angelo nomen *Iſraëlis* nactus eſt infrà Cap. XXXII, verſ. 28. ubi vide not. Sic & *Nohomi*, cujus nomen *amœnum* ſonat, amiſſis viro & filiis, jubet ſe *Maram* vocari Ruth. I, 20. hoc eſt, *amaram*. Chriſtus etiam Apoſtolo, qui Simeon à parentibus dictus erat, nomen *Cephæ*, hoc eſt, *Petro* indidit. Matth. XVI, 18.

Abrahamo erit] Abram אברם *patrem altum* ſonat, compoſitum quippe ex אב ab *pater*, & רם ram *altus*. Ut *pater multitudinis* ex analogia

Digitized by Google

cidit in faciem Abramus, eúmque hiſce verbis alloquutus eſt Deus: 4. en ego fœdus meum tecum *pango*, multitudinis gentium pater fies, 5. neque Abramus appellaberis ampliùs; ſed nomen tibi Abrahamo erit, nam patrem te multitudinis gentium faciam. 6. Numeroſiſſimâ te prole augebo, in gentes evadas efficiam, atque ex te oriundi erunt Reges. 7. Inter me & te, poſteróſque tuos, fœdus perpetuum, in eorum ætates, ut ſim tibi

mus, nec loquenti Deo quidquam, præ metu, repoſuit. Itaque iterum verba fecit Deus, 4. ac ne quid vereretur, ſe id ipſum in præſentia fœdus confirmare dixit, effecturumque ut ex eo aliquot orirentur Gentes. 5. Itaque nolle ſe eum ampliùs *Abramum*, hoc eſt, *patrem altum* vocitari, ſed nomen ei *Abrahamo*, quâ voce *pater ingentis multitudinis* ſignatur, in poſterum fore, rémque nomini conſentaneam futuram caveret dubitare. 6. Nec ampliſſimas modò Gentes ortum ei debituras, verum etiam eas Gentes liberrimas futuras, legibúſque ſuis viventes Reges ex ſuo ſibi genere electuras. 7. Se autem cum quibuſdam earum Gentium perpetuo fœdere conjunctum iri, neque enim ipſi tantum, ne erraret, ſed etiam ejus poſteris id præſtiturum eóque ampliùs, quod aliæ Gentes ficta Numina colentes a Diis quæque ſuis fruſtra exſpectarent. 8. Non effecturum dumtaxat ſe, ut illæſus

logia Grammatica quis vocaretur, אבהם *abbam* deberet vocari, aut אב המון *Abbamon*, nam המון *hamon* multitudo eſt. Sed Deus literam ר exteri noluit, & Patriarcham אברהם *Abraham* vocavit; fortè quod ר initialis litera vocis רם *ram*, aut רב rab *multus*, hanc aut illam vocem veluti contineret, & ſignificationem nominis ἐμφατικωτέραν redderet.

Te faciam] *Te dedi*, ſed נתן nathan *dare* paſſim etiam eſt *facere*, *reddere*, ut Lexica docebunt. Vide & verſ. 6.

Numeroſiſſima te prole augebo] *Fructificare te faciam in valde, valde.* פרה *pharah* eſt *fructum proferre*; itaque הפרה *hiphrah*, ſi de arboribus ſermo eſſet, *curare* aut *efficere ut copioſos fructus arbores ederent* ſonaret. Nunc cùm de homine agatur, eſt *prole augere*. Vide Cap. I, 28.

In gentes evadas efficiam] *Dedi te in gentes.* Vide ad verſ. 5.

7. *Fœdus perpetuum*] *Statuam fœdus meum— in fœdus æternum*, &c.

Et illis] Repetitur & *ſemini tuo poſt te*, hoc eſt, uno verbo, *poſteris ſuis*; more Hebræorum, qui pronominis loco ſubſtantiva repetunt, quod Latinè imitandum non cenſuimus, cùm præſertim in ſequentibus verbis tertiùm eædem occurrant voces.

8. *Eróque illis Deus*] Quoniam ſuperiore verſu & hoc primùm hæc loquutio occurrit, paucis eam exponemus. Cum apud plurium Deorum atque imaginum cultores, quos unâ voce Idololatras appellamus, ſolerent eſſe unicuique Dii Penates; quorum ſigna domi habebant, & præ ceteris colebant, ut conſtat exemplo Labanis Gen. XXXI. hos etiam Deos familiæ à qua colebantur potiſſimùm favere & propitios eſſe opinabantur. Poſtquàm enim diu iiſdem Numinibus purè ſacra feciſſent, ea ſibi addicta ſperabant. Hinc poſtea factum ut, in eorum ſermone, *meus Deus* haud rarò perinde eſſet ac, *Deus mihi ſingulari quopiam modo favens.* Quod & apud Latinos frequens eſt, ut in *Indice* oſtendemus ad vocem *Deus*. Itaque cùm hic eſſet inter Chananæos, alióſque Orientis populos, ſermonis uſus; ſæpe in V.T. cùm ſe Deus, qui recepta utitur ubique Lingua, peculiari ratione cuipiam fauturum oſtendere vult, ait *ſe Deum ejus futurum*; quo loquendi genere non tantùm ſignificat ſe ab eo cultum iri, quod in Linguis hodiernis ſignificaret, ſed, ut dixi, ſe illi præ ceteris benefacturum. Hinc in formula fœderis, ſæpiùs hæc occurrunt verba: *ero illis Deus*, hoc eſt, non modò me colent, ſed eos ſingularibus beneficiis cumulabo. Vide Exod. XXIX, 45, 46. & alibi paſſim. Hinc quoque quare hæc formula à Chriſto Matth. Cap. XXII, 32. urgeatur ſatis liquet.

10. *Fœdus erit*] Hoc eſt, *ſignum fœderis*, ut eſt in ſequente commate. Simili prorſus ratione dixit *Lucas* Capit. XXII, 20. calicem Euchariſticum καινὴν διαθήκην, hoc eſt, novi fœderis μνημόσυνον.

Maſculus omnis circumcidatur] Cùm Ægyptii, aliíque circumciderentur, ut Veterum teſtimoniis conſtat, quærunt Docti an hunc ritum ex Ægyptiorum moribus acceperint Judæi, an ab Judæis Ægyptii. *Herodotus* Lib. II. Cap. 104. priorem ſententiam tuetur: μοῦνοι, inquit, πάντων ἀνθρώπων Κόλχοι καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Αἰθίοπες περιτάμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα, *ſoli omnium hominum Colchi & Ægyptii & Æthiopes ab initio pudenda circumciduntur.* Colchi & Æthiopes Ægyptiorum coloni fuere, adeóque conditoribus ſuis morem hunc ſine dubio debuere. Subdit *Herodotus*: Φοίνικες δὲ καὶ Σύριοι οἱ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ (Judæi) καὶ αὐτοὶ ὁμολογέουσι παρ' Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι, *Phœnices & Syri, qui in Paleſtina, ipſi fatentur ab Ægyptiis hoc ſe accepiſſe.* Ac ſanè Ægyptii, ut conſuetudinum ſuarum erant tenaciſſimi: uſque adeò alienas ſpernebant, ut vel aliorum familiari conſortio pollutos ſe cenſerent. Πατρίοισι χρεώμενοι νόμοισι ἄλλον οὐδένα ἐπικτέωνται, *moribus patriis utentes nullum alium adſciſcunt.* Verba ſunt *Herodoti* Lib. 2. Cap. 78. qui idem Cap. 91. repetit. Plerique tamen contendunt circumciſionem apud Judæos cœpiſſe, & quidem ab Abrahamo; cui eam præcepit Deus, ut ex hoc Geneſeos Cap. liquet, quaſi ſingulare ſignum, quo ejus poſteri ab aliis gentibus ſecerni poſſent. Utrorumque rationes multis in medium adfert & comparat vir doctiſſ. *Joan. Spencerus*, de *Legibus* Moſ. Lib. I. Cap. 4. qui adiri poterit.

Fieri poteſt ut conſuetudinem dudum apud Ægyptios receptam, ſeu munditiei causâ quam cordi habebant, præ ceteris gentibus, ſeu aliâ quapiam, Deus etiam Abrahamo, ſed alium in finem, obſervandam tradiderit. Sic neque Judæi Ægyptiis, neque Ægyptii Judæis eam debuerint, quamvis Ægyptiaca conſuetudo divino præcepto occaſionem præbuiſſet. Parum credibile multis videtur ritum ejuſmodi incommodum, & quando à grandioribus ſuſcipiebatur

tibi & illis Deus, feriam. 8. Tibi poſteriſque tuis terram in qua peregrinatis, univerſam terram Chananæam, in poſſeſſionem perpetuam dabo, eróque iis Deus.

9. Tu verò, ait Abrahamo poſtea Deus, tu, poſterique tui, per ætates *omnes* ſuas, fœdus meum ſervatote. 10. Hoc inter me & vos, poſteróſque tuos, meum quod ſervabitis fœdus *erit*, ut vobis maſculus omnis circumcidatur. 11. Præputii veſtri carnem cir-

ſus atque incolumis per Chananæam, cum familia & pecudibus, vagaretur; verùm etiam olim omnes Chananæorum agros poſteris ejus diviſurum, eoſdémque conſtanti benevolentiâ contra omnes hoſtes defenſurum.

9. Hæc beneficia Abrahamo pollicitus Deus, quæ ipſe præſtiturus eſſet, adjecit ita hæc intelligi oportere promiſſa; ut effectum demum ſortitura eſſent, ſi ipſe & poſteri, fœderis ſecum initi memores, dicto ſibi audientes forent. 10. 11. Velle autem ſe fœderis ejus, ſanctiſſimè colendi, teſſeram eſſe conſpicuam, quo veluti ſigno à ceteris Gentibus ſe-

tur parum honeſtum, qui denique neque ad bonos mores quidquam conferre poteſt, à Deo Opt. Max. primùm inſtitutum. Suſpicantur Abrahamum, qui hoc viderat in Ægypto fieri, & fortè à ſervis Ægyptiis, quos plures in Chananæam ex Ægypto duxerat, rationes quas Ægyptii tam abſono alioqui per ſe ritui prætendebant edoctum, in illorum ſententiam iviſſe; quod cùm animadverteret Deus, qui ſummâ συγκαταβάσει ſeſe noſtræ imbecillitati adtemperat, idem Abramum juſſit facere, quod jam in aliis probabat. In brevi Hiſtoria, qualis eſt Moſaica, non eſt putandum omnia dici, quæ neceſſaria eſſent ad rationes ſingulorum quæ narrantur reddendas. Itaque multa obſcuritas ſuperſit neceſſe eſt, nec eſt ita ex eo quod dicitur ratiocinandum, quaſi aliud nihil contigiſſet. Neque propterea eamdem eſſe Judæorum & Ægyptiorum circumciſionem quiſquam dixerit, quia præterquàm quòd eodem tempore non fiebat, ritúſque fortè alii erant, cauſa utriſque eadem non fuit, quam in rem digna ſunt lectu verba *Origenis* in *Celſum* Lib. V. Pag. 263. Ed. Cantab. Τὸ δ' αἴτιον τῆς Ἰουδαίων περιτομῆς οὐκ αὐτόν ἐστι τῷ αἰτίῳ τῆς Αἰγυπτίων περιτομῆς, ἢ Κόλχων· διὸ οὐχ ἡ αὐτὴ νομισθείη ἂν περιτομή. καὶ ὥσπερ ὁ θύων οὐ τῷ αὐτῷ θύει, εἰ καὶ ὁμοίως θύειν δοκεῖ· καὶ εὐχόμενος οὐ τῷ αὐτῷ εὔχεται, εἰ καὶ τὰ αὐτὰ ἐν ταῖς εὐχαῖς ἀξιοῖ· οὕτως οὐδ' εἴ τις περιτέμνεται, ἀδιαφορεῖ πάντως τῆς πρὸς ἕτερον περιτομῆς· ἡ γὰρ πρόθεσις, καὶ ὁ νόμος, καὶ τὸ βούλημα τοῦ περιτέμνοντος ἀλλοῖον ποιεῖ τὸ πρᾶγμα: *cauſa Judæorum circumciſionis non eadem eſt, ac cauſa circumciſionis Ægyptiorum, aut Colchorum; ideóque non debet eadem haberi circumciſio. Quemadmodum ſacra faciens non eidem ſacra facit, quamvis ſimiliter ſacra facere videatur; & qui precatur non eumdem precatur, licèt eadem in precibus petat: ita etiam nec ſi quis circumciditur, ideò nullum eſt diſcrimen inter ejus & aliorum circumciſionem. Propoſitum enim, & lex, & voluntas circumcidentis rem diverſam faciunt.* Verùm hæc in medio relinquimus, Lectorémque ad *Spencerum* amandamus.

11. *Præputii veſtri carnem*, &c.] Signi fœderis hac in parte corporis inſtituti, potiuſquàm in alia, rationes quatuor adferri à veteribus Judæis ſolebant. Prima eſt χαλεπῆς νόσου καὶ δυσιάτου πάθους ἀπαλλαγή, ἣν ἄνθρακα καλοῦσι ἀπὸ τοῦ καίειν ἐντυφόμενον, *moleſti & curatu difficilis morbi, quem carbunculum vocant, quòd urat incenſus.* Verba ſunt *Philonis de Circumciſione*, qui exiſtimat Incircumciſos huic morbo magis obnoxios fuiſſe, quàm circumciſos. Ejus morbi curationem tradit *Corn. Celſus* Lib. VI. Cap. 18.

§. 5. Sed an incircumciſos magis quàm circumciſos invadat, ſi caſtè vixerint, vehementer dubito.

Altera eſt ἡ δι' ὅλου τοῦ σώματος καθαρότης, πρὸς τὸ ἁρμόττον τάξει ἱερωμένῃ, *totius corporis puritas, quæ ordinem Sacerdotalem decet*; qua de cauſa Sacerdotes Ægyptii corpora radebant, quòd aliquid & pilis & præputio adhæreret, quod purgandum erat. At moleſta & ſuperſtitioſa fuit nimia munditiés: ut modica, ſine dubio, ſalubris & laudanda.

Tertia fuit ἡ πρὸς καρδίαν ὁμοιότης τοῦ περιτμηθέντος μέρους, *ſimilitudo partis circumciſæ cum corde*; ut hujus partis circumciſio ſymbolum fuerit circumciſionis cordis, hoc eſt, animi illicitis affectibus purgati. Unde fit ut Judæis ſæpe *cor incircumciſum* exprobretur. Vide Levit. XXVI, 41. Sed illicitarum voluptatum fuga potiſſimùm ſignificata à *Philone* aliiſque cenſebatur: ἐπειδὴ γὰρ τὰ νικητήρια φέρεται τῶν ἐν ἡδοναῖς φίλτρων ἡ ἀνδρὸς πρὸς γυναῖκα συνουσία, τὸ ὑπηρετοῦν ταῖς τοιαύταις ὁμιλίαις ὄργανον ἀκρωτηριάζειν ἔδοξε τοῖς νομοθέταις, αἰνιττομένοις ἐκτομὴν περιττῆς καὶ πλεοναζούσης ἡδονῆς, οὐ μιᾶς ἀλλὰ διὰ μιᾶς τῆς βιαστικωτάτης καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν: *quoniam inter voluptatum illecebras, alias ſuperare fertur congreſſus viri cum muliere, inſtrumentum ejuſmodi coitibus inſerviens legiſlatoribus præcidendum viſum eſt, obſcurè innuentibus circumciſionem ſuperfluæ & nimiæ voluptatis, non unius quidem, ſed per unam eámque vehementiſſimam omnes alias indicantibus.* Atque hoc cum Orientalium conſuetudine conſentit, qui non minùs rebus quàm verbis docebant quod altiùs in animos deſcendere cupiebant, ut alibi oſtendimus.

Quarta καὶ ἀναγκαιοτάτη, judice *Philone*, erat ἡ πρὸς πολυγονίαν κατασκευή, *ad numeroſam ſobolem generandam præparatio*: ἔθνη, ſi ei credimus, καὶ τὰ περιτεμνόμενα τῶν ἐθνῶν πολυγονώτατα καὶ πολυανθρωπότατά ἐστι, *gentes circumciſæ fœcunditate, & numero hominum omnium maximè pollent.* Quæ tamen ratio haud ſatis vera videtur, ut Judæorum hodiernorum & Mohammedanorum exemplo conſtat; ſed fortè in eam ſententiam iit *Philo*, quòd Ægyptios populares numeroſam ſobolem procreare cerneret; quod non ex circumciſione, ſed ex ingenio cœli, & terræ illius, aut, ut alii volunt, ex aqua Nili ortum videtur.

Alias rationes invenere Recentiores, quas collegit *Joan. Spencerus* de Leg. Moſ. Lib. I. Cap. IV. §. 3. ſed cùm minùs veriſimiles ſint, eas referre nihil adtinet.

Fœderis ſignum] Hujus ſigni varios uſus, partim veros, partim commenticios Veteres & Recen-

circumcidetis, idque fœderis inter me & vos *percuſſi* ſignum erit. 12. Circumcidetur vobis omnis maſculus, in ætates veſtras, octo dies natus, ſeu natus ſit domi, ſeu argento emtus, ex quibuſvis peregrinis, qui tuæ ſtirpis non erunt. 13. Circumcidetur verna & pecuniâ tuâ emtus; atque in carne veſtra, in perpetuum erit fœdus meum. 14. Præputiatus verò mas *ſi ſit inter vos*, cujus caro præputii circumciſa non fuerit, is homo è popularibus ſuis tolletur, *quippe qui* fœdus meum fregit.

15. Abra-

ſecernerentur, maſculorum præputii circumciſionem; ei, quæ in Ægypto obſervabatur, ſine atque inſtituto diſſimilem. 12. Ab hoc ergo tempore, maſculum omnem, in Abrahami familia, circumciſum iri; neque in poſterum eum ritum, ultra octavum diem, poſtquàm natus eſſet quivis maſculus, differendum; ſive is ex ſtirpe eſſet Abrahami, ſive ex ſerva, Abrahamidarum ære emtâ, natus. 13. Nec modò infantes vernas circumciſum iri, ſed & quoſvis ſervos, cujuſcumque ætatis, quos emerent Abrahamidæ; eamque perpetuam in carne Abrahami poſterorum, univerſæque eorum familiæ divini fœderis futuram teſſeram. 14. Quicumque verò ſecus faxit, nec præputium ſibi cædi pati voluerit, pro Abrahamida habitum eum non iri, omni jure Hebrææ civitatis excidiſſe exiſtimandum; neque in familiam Hebræam, dum fœderis cum Hebræis à Deo initi legem ſervare ſe poſſe negat, umquam admittendum.

15. Quemadmodum Abrahami nomen mutari voluerat Deus: ita nec ampliùs uxorem ejus *Saraï* (hoc eſt, *dominam meam*) ſed *Sarah* (id eſt, *multitudinis dominam*) appellari juſſit, ut ex anu adhuc ſterili ſibi promitti ſobolem intelligeret Abrahamus.

16. Quod

Recentiores in medium proferunt. Simpliciſſima eorum videtur eſſe ſententia, qui inſtar *teſſeræ* circumciſionem habent, quo de more egimus ad Cap. IX, 12. Poteſt hîc notioni *teſſeræ*, qua in fœderibus interdum utebantur, adjungi etiam *teſſeræ hoſpitalis* ſignificatio, quaſi circumciſione Deus ſuos eſſet agniturus; hoſpitium enim fœderis quædam ſpecies eſt, qua de re legendus, qui de *Teſſeris* ſcripſit, *J. Phil. Thomaſinus*. Has Græci Teſſeras σύμβολα vocabant, quibus hoſpites, qui numquam ſe viderant, invicem agnoſcebant; quo nomine apud Veteres haud rarò *circumciſio* vocatur, quaſi nimirum inſigne quoddam, quo in fœdus recepti ab aliis ſecernerentur. Eadem fortè de cauſa, Paulus Rom. IV, 11. σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης Abrahami eam vocat; fuit enim ſymbolum, quo Deus ſibi probitatem Abrahami placere ſignificavit. Certè σφραγὶς & σύμβολον confunduntur, ut liquet ex hoc loco *Plauti* in *Pſeudolo* Act. I. S. 1.

Eâ cauſâ miles hic reliquit ſymbolum,
Expreſſam in cera ex annulo ſuam imaginem.

Vide & *Plinium* Lib. XXXIII. Cap. I. Sæpe etiam quæ probantur, ſigillo inſigniuntur, ut vel exemplo Ægyptiorum Sacerdotum conſtat. Hi nullam victimam mactabant, niſi priùs diligenter, ex ſuperſtitionis ſuæ legibus, inſpectam; quo peracto, ut mundam eſſe victimam intelligerent qui mactaturi erant, inſpector γῆν σημαντρίδα ἐπιπλάσας ἐπιβάλλει τὸν δακτύλιον, *terram ſigillarem applicabat, & annulum imprimebat*, ut docet *Herodotus* Lib. II. Cap. 38. Sunt qui ad Sigillum, quo fœderis tabulæ muniuntur, reſpici volunt; ſed eos hinc falli apparet quòd hîc non tabulæ, quæ nullæ fuerunt, ſed homines fœderati obſignentur.

Atque hanc noſtram ſententiam confirmant ea loca Veterum, quæ hunc uſum fuiſſe circumciſionis docent quem diximus, qualia aliquot collegit *Joan. Spencerus* vir eruditiſſimus Lib. I. Cap. IV. §. 2. Nec ab iis prorſus rejici poteſt, qui alios comminiſcuntur uſus, cùm unà cum illis hic ſtare poſſit. Volunt circumciſionem eſſe μνημόσυνον, quo fœderis cum Abramo initi æterna ſervaretur memoria; ſymbolum, quo ſignificaretur interna cordis circumciſio; & ſignum quoddam προφυλακτικὸν, quo fugarentur Cacodæmones; quæ omnia quidem facilè admiſerim, excepto ultimo quod palam fictum eſt. Eò tamen hoc in loco Deum reſpexiſſe, & ſignificatione vocis אות *oth*, ſignum, neceſſariò ea contineri vix crediderim.

Haud abnuerim etiam circumciſionem poſſe haberi inſtar *ſigilli*, quo Deus & homines invicem fidem veluti obſtrinxerint. Nam qui circumciſionem ſuſcipiebant, eo ipſo totam legem Moſaïcam obſervaturos ſe ſpondebant, cùm ſe eo ritu ad Judaïcum populum adgregarent; viciſſim Deus ſe ſe, circumciſione ſuſceptâ, huic jugo ſubjicientes tueri Hebræos promiſſo quaſi lege tenebatur. Verùm hoc potiùs ex natura rei, quàm ex hiſce verbis colligitur, nec poteſt niſi valde figuratè dici.

Certè in Judæorum ſcriptis, ſeu antiquiores, ſeu recentiores conſulas, nulla circumciſionis quaſi σφραγῖδος, quâ fœderis tabulæ veluti confirmentur, mentio occurrit. *Philo*, qui ejus inſtitutionis cauſas diligenter inquiſivit, nihil ſimile habet, & quæ profert à nobis ſuprà allata ea dicit ad aures ſuas perveniſſe ἀρχαιολογούμενα παρὰ θεσπεσίοις ἀνδράσιν οἳ τὰ Μωσέως οὐ παρέργως διηρμήνευσαν, *ex antiquitate repetita à viris præclaris, qui Moſis placita non perfunctoriè interpretati ſunt*. *R. Levi Barcinonenſis*, qui perſpicuè & breviter dogmata ſuorum in CCLXI. præcepta Moſaïca expoſuit, nullam ſigillo circumciſionis utrimque datæ fidei confirmationem memorat. Præter neſcio quam perfectionem corporis & animi, quam in circumciſione Judæis aut ſignificari, aut conferri vult, hanc unam rationem addit: לפי שרצה השי לקבוע בעם אשר הבדיל להיות נקרא על שמו אות קבוע בגופם להבדילם משאר העמים בצורת גופם : *quòd voluerit Deus Benedictus populum, quem, ut à nomine ejus vocetur, ſeparavit ſigno impreſſo in ejus corpus, diſtinguere à reliquis populis in ſtigmate eorum corporis.*

Atque hanc in rem obſervatu dignum eſt in Oriente, Græciâque & Italia, ubi frequenter viri nudi ungebantur, aut in ſole ambulabant, aut gymnicis exercitiis utebantur, aut cum aliis lavabantur, circumciſionem non potuiſſe celari; unde qui Judæi nolebant haberi, ſolebant ἀκροβυστίαν ἐπισπᾶν, qua de re vide *H. Grotium* ad 1. ad Corint. VII, 18. Ea arte uſi qui ſub

Do-

[15.] Abrahamo dixit præterea Deus: Saraïn uxorem tuam non vocabis Saraïn, nam nomen ejus Sarah erit. [16.] Ei benedicam, atque etiam ex ea filium tibi dabo; ei, *inquam*, benedicam, in gentes evadet, ex ea erunt Reges populorum. [17.] Tum concidit in faciem Abrahamus, ſubriſitque, atque *ita* ſecum: an viro, inquit, centum annos nato proles naſcetur? an Sara nonaginta annos nata pariet? [18.] Dixit etiam Deo Abrahamus: utinam coram te vivat Iſmaël! [19.] Deus verò, profectò, inquit, tibi

[16.] Quod etiam disertè eum docuit Deus; eam enim ipſam anum, dudum ſterilem, atque ex qua liberos ſuſcipere jamdiu planè deſperaverat Abrahamus, prædixit matrem fore filii, ex quo numeroſiſſimæ Gentes, & latè imperantes Reges ortum olim ducerent. [17.] Auditâ hac promiſſione, Abrahamus, qui ſeſe erexerat, ut ſuperiora audiret Dei loquentis verba, iterum pronus concidit, cùm à ſe non impetraret ſibi centeſimo ætatis anno, ex Sara nonageſimum agente, filium naſciturum ut crederet. [18.] Auſus etiam eſt dicere ſatis habere ſe, modo Iſmaël, quem tredecim antè annis habuerat, viveret, religioſuſque ac pius eſſet; quaſi promiſſum, quod, ut rebatur, impleri non poterat, reſpueret. [19.] At Deus ignorantiæ ejus miſertus, qui quanta eſſet divina potentia non ſatis intelligeret, confirmavit ei ex Sara naſciturum filium, cui nomen *Iſaaco* eſſe volebat (quæ vox *riſum* ſonat) quod riſiſſet promiſſum de ejus natalibus pater. Atque eum Iſaacum patrem fore dixit eorum poſterorum Abrahami, cum quibus æternum fœdus ſancire ſtatuerat.

[20.] Nam

Domitiano intra urbem vivere, nec tamen impoſita Judaicæ genti tributa pendere volebant; ita enim originem diſſimulabant, ut inſpecti vix agnoſcerentur. *Interfuiſſe me adoleſcentulum memini*, ait Suetonius in Dominitiano Cap. XII. *cùm à Procuratore, frequentiſſimóque concilio inſpiceretur nonagenarius ſenex, an circumſectus eſſet.*

12. *Octo dies natus*] Hoc intelligendum de filiis, aut de ſervis domi natis; alios enim circumcidere, antequàm eos haberent, non poterant. Rabbini nullam prorſus ultra octavum diem differendæ circumciſionis rationem, præter morbum, admittunt, nec omnino malè; quamvis non uſque adeò urgeri poſſint legis verba, ut ſine crimine nono aut decimo die circumcidi datâ operâ infans nequeat. Cùm præſtaret circumciſionem in infante fieri, quæ & facilior eſt, & honeſtiùs celebratur, nullam differendæ occaſionem captare licuit, ne paullatim nimiùm differretur, ac tandem prorſus omitteretur.

Qui tuæ ſtirpis non erunt] *Ex omni filio peregrini*, aut *alieni*, *qui non è ſemine tuo ille*. Nolebat Deus ali incircumciſos ſervos, ne exemplo ſuo heros corrumperent. Itaque quicumque ſervus ab Hebræo emebatur, eum circumcidi oportuit, niſi eſſet jam circumciſus, ac proinde herilem Religionem ſuſcipere. Cùm haberent in ſervos peregrinos jus vitæ ac necis, eodem jure etiam invitis circumciſionis imponebant jugum; niſi eos vendere peregrinis mallent.

13. *In perpetuum erit fœdus meum*] *Fœdus meum erit in carne veſtra in fœdus perpetuum*; hoc eſt, ſignum fœderis mei in poſterum in carne veſtra ac veſtrorum erit. עולם *holam*, quamvis longum tempus ſignificare, imò etiam æternitatem ipſam ſtatueretur; non poteſt tamen ita urgeri, quaſi eo ipſo legem in æternum obſervari prorſus neceſſe ſit. Paſſim enim in legibus ſubauditur, *donec is qui eam tulit abroget*. Leges *Draconis* interdum ita incipiebant: Θεσμὸς ΑἸΩΝΙΟΣ τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, *lex* ÆTERNA *Atticam ſortitis*, quas tamen populus & mutare potuit, & mutavit. Vid. *Porphyrium* de Abſt. Lib. IV. §. 22. Similiter in legibus à Deo latis, ea *æternitatis* injecta mentio, nihil aliud ſonat niſi eas obſervatum iri, donec ſummo Legiſlatori aliter videatur; quæ, niſi eas ipſe abrogaret, in æternum valerent.

14. *Cujus caro præputii circumciſa non fuerit.*] Addit Samariticus Codex: ביום השמיני bajjom haſſchmini, *die octavo*, quod eſt etiam in ejus verſionibus tam Samaritana edita, quàm Arabica MS. quam laudat *J. Seldenus* de *Syned.* Lib. I. Cap. 6. LXX Intt. τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ, quæ videntur ab iis addita, propter curam, quam Judæi adhibebant, ſi fieri omnino poſſet, ut infantes octavo die circumciderent. Alieno tamen loco *Seldeno* inſerta videntur, quâ enim æquitate plecti potuiſſet qui circumciſus non fuerat ea ætate, quâ ex alieno arbitrio pendebat? Si parentes, aut quicumque ſuſtulerant puerum, eum conſtituto tempore non circumcidiſſent, pueri culpa nulla fuit. Mavult ergo hæc de eo intelligere, qui cùm infans circumciſus non fuiſſet, adultus ſe ipſe non curabat circumcidi, cùm circumciſionem à Deo præceptam ſciret; quæ ſententia eſt Rabbinorum & *Rabbanitarum* & *Karaitarum*, quorum ſuffragia collegit idem loco laudato *Seldenus*. Attamen quoniam & Samaritanus Codex & LXX Intt. *octavi diei* mentionem injiciunt, credibile eſt eos ad ſui ævi mores reſpexiſſe; quibus fortè cautum erat, ut Hebræus octavo die non circumciſus ſanguinis ejuſdem, ac eo die circumciſi, non haberetur; ſed eodem eſſet loco, ſi circumciſionem poſtea ſuſciperet, ac *Proſelyti Juſtitiæ*, qui ex alieno populo in Remp. Hebræorum adſciſcebantur. Ea autem pœna non incircumciſo infanti intendebatur, cujus culpa nulla erat, ſed parentibus negligentioribus; qui liberos ſuos, non ſine dolore, quaſi alienos ſpectari videbant. Eò reſpicere videtur Paulus Philip. III, 5. ubi non modò ſe *Hebræum ex Hebræis*, ſed *octavo die circumciſum* fuiſſe poſſe ſe jactare ait: *Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, circumciſus octavo die, ex genere Iſraël, de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis.* Præter Legis diſerta verba, eo diligentiùs octavi diei circumciſionem obſervabant, quod Colchi, Ægyptii & Iſmaëlitæ ſeriùs eam uſurparent, quâ circumſtantiâ ſuam circumciſionem ab aliis diſtinctam cenſebant. *Origenes* contra *Celſum* Lib. V. P. 263. Ed. Cantab. Κἂν περιτέμνωνται τοίνυν Ἰουδαῖοι τῇ περιτομῇ, χωρίζονται αὐτῶν οἱ μόνοι τῶν Κόλχων καὶ

Ai-

tibi filium pariet Sara uxor tua, cúmque nomine Iſaacum appellabis; cum hoc fœdus faciam, & fœdus quidem in poſteros ejus perpetuum.

20. De Iſmaële etiam te exaudivi, ecce ei benedicam, eum ſobole augebo, atque in immenſum multiplicabo; duodecim generabit Principes, & faciam in gentem magnam evadat. 21. At fœdus meum jungam cum Iſaaco, quem tibi anno proximo hoc ipſo tempore pariet Sara. 22. Tum deſiit Deus cum Abrahamo loqui, atque ab eo adſcendit.

25. Poſtea

20. Nam ad Iſmaëlem quidem quod adtinet, eum etiam, ut optaverat Abrahamus, numeroſiſſimam habiturum ſobolem, in duodecim populoſiſſimas Tribus dividendam, quibus ſingulis olim præfuturi eſſent ſui ex Iſmaëlis genere Phylarchi; 21. Sed fœdus illud perpetuum, de quo dixerat, cum Iſaaci, qui vertente anno naſciturus ex Sara erat, ſtirpe ſe ſanciturum. 22. Quibus dictis, conticuit Deus, ſpeciéſque ſub qua latuerat, & cujus organo erat loquutus, in ſuperiora loca, oculos Abrahami fugiens, conceſſit.

23. Po-

Αἰγυπτίων περιτομῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἰσμαηλιτῶν Ἀράβων, καίτοι ἀπὸ τοῦ προπάτορος αὐτῶν Ἀβραὰμ, τοῦ Ἰσμαὴλ γεγενημένου, καὶ σὺν ἐκείνῳ περιτεμνομένου. λέγουσι δὲ Ἰουδαῖοι τὴν μὲν ὀκταήμερον περιτομὴν εἶναι τὴν προηγουμένην, τὴν δὲ μὴ τοιαύτην ἐκ περιστάσεως: *quamvis Judæi glorientur circumciſione, eam diſtinguunt non modò à Colchorum & Ægyptiorum, ſed & Iſmaëlitarum Arabum circumciſione, quamquam à proavo eorum Abrahamo progenitus eſt Iſmaël, & cum eo circumciſus. Ajunt Judæi circumciſionem octavi diei eam eſſe quam intendit Deus, eam verò, quæ ejuſmodi non eſt, occaſione inſtitutam.*

Is homo] *Hæc anima*, quod perinde eſt ac איש *iſch*, ut Levit. IV, 2. & alibi ſæpè. Sic Onkelos אנשא *enaſcha*, homo. Sunt tamen inter Hebræos, qui de *anima* interpretentur, ob ſequentia verba, quibus ejuſmodi incircumciſorum animos æternâ vitâ excludi ajunt, qua de re ſtatim agemus.

E populis ſuis tolletur] Quid his verbis ſignificetur, inter Rabbinos, non conſtat. Alii volunt, quod modò dicebamus, vitâ æternâ excludi eorum animos, qui ſponte incircumciſi per totam vitam manſiſſent; alii immaturam mortem; alii orbitatem, quâ fit ut nomen exſtinguatur, ſignificari cenſent. *Abarbanel* in Num. XV, 30. aliorum ſententiis recitatis, & confutatis, ex Thalmude & Philoſophia neſcio qua, tandem & mortem immaturam, & felicitatis poſt hanc vitam jacturam, conjungendas in hac pœna contendit. Omnes pœnas haſce, inter eas quæ בידי השמים *manu cœli*, non à judicibus, infliguntur habent. Chriſtiani verò Interpretes, pars mortem à judicibus decretam, pars excommunicationem hîc ſignari exiſtimant. Favent Hebræorum ſententiæ pœnam כרית *cherith*, mortem eſſe à Deo ipſo inflictam ſtatuentium, loca in quibus Deus minatur ſe ipſum ejuſmodi pœnas de reis ſumturum, ut Lev. XVII, 10. *vultum meum convertam in hominem comedentem ſanguinem, & exſcindam* (הכרתי *hicbrati*) *eum è medio populo ſuo.* Vide & XX, 5, 6. XXIII, 30. Act. III, 23. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ uſurpatur loco hujus phraſeos אדרש מעמו *requiram ex eo* Deut. XVIII, 19. ubi videtur Deus ſibi pœnam illam exigendam ſervare. Verùm ut negari nequit quin Deus ipſe pœnas de ejuſmodi homine, qui ex Hebræo natus, circumciſúſque in infantia non eſſet, nollet adultus circumcidi, ſumturus eſſet: ita negarit etiam nemo incircumciſum Hebræum, ſi res innoteſceret, eodem loco habitum, dum incircumciſus erat, ac Ethnicos, adeóque jure omni civis Hebræi excidiſſe: quale erat, ſtante Republicâ, hereditatem Iſraëlitæ adire, prædia inter Iſraëlitas habere, &c. Si verò etiam ex Levitico, aut Sacerdotali genere eſſet, fructuum, munerúmque, quæ ad eos pertinebant, perceptio & fruitio. Rabbini quidem nuſquam ejuſmodi hominem excommunicatum fuiſſe memorant, ſed neque opus erat, ubi res ipſa loquitur. Is ſanè ſemet ipſe excommunicabat, nihilque commune cum Republica Hebræa ſibi eſſe volebat; qui teſſerâ illâ, quâ Hebræi ab aliis ſecernebantur, ſponte carebat. Crediderim ergo, ſi quis ante Legem à Moſe latam, Rémque publicam Hebræam conſtitutam, circumciſionem neglexiſſet, eum quaſi alienum à conſanguineis expulſum; poſt Legem verò, ei ex Iſraëlitico ſolo migrandum fuiſſe, quippe qui inter Hebræos ampliùs non habebatur; aut ſi in exſilium non mitteretur, eodem loco habitum ac Ethnicos, qui commerciorum causâ inter Judæos verſabantur, prædia nulla inter eos poſſediſſe, & jure quo ſoli fruebantur Hebræi excidiſſe. Atque hoc voluiſſe qui hoſce verſus, inter *Petronii* fragmenta, ſcripſit, omnino videtur, quod ſine dubio ab ſui ævi Judæis didicerat:

Judæus licet, & porcinum numen adoret,
Et cilli (i. Aſini) *ſummas advocet auriculas;*
N*t tamen & ferro* SUCCIDERIT *inguinis oram,*
Et niſi nudatum ſolverit arte caput,
EXEMTUS POPULO *Grajam migrabit ad urbem,*
Et non jejunâ ſabbata lege premet.
Una eſt nobilitas, argumentúmque coloris
Ingenui, timidas non habuiſſe manus.

Perperam Ethnici porcum à Judæis coli cenſebant, quòd eo abſtinerent; atrocior etiam calumnia fuit, de aſini capite iis adorato; ſic tamen ſeu *Petronius*, ſeu alius, Religionem Judaïcam deſcribit. Eorum autem Numinum cultum Judæis ſatis non fuiſſe ait; niſi & circumciſio accederet, Hebræum habitum non fuiſſe, ſed Græcis accenſum, qui ex Abrahamo ortus Deum Judæorum incircumciſus coleret. Adeò hîc graphicè deſcribitur circumciſio, ut hæc à Judæo accepta dubitare nemo queat. Deinde hæc loquutio *exemtus populo* manifeſtò deſcribit pœnam, de qua hic ſermo eſt; nec *migratio in Grajam urbem* aliud eſſe poteſt, quàm *haberi inſtar Græci*, ſeu Ethnici. Ultimum diſtichon oſtendit eum demum Abrahamidam habitum,

qui

23. Poſtea Abrahamus ſumſit Iſmaëlem filium, omnes qui domi ſuæ nati, aut pecuniâ fuerant emti, omnes *denique* mares domeſticos, & eo ipſo die, quemadmodum loquutus cum eo fuerat Deus, carnem eorum præputii circumcidit. 24. Abrahamus autem, cùm carnem præputii ſui circumcidit, nonaginta novem annos erat natus; 25. Iſmaël verò filius tredecim annos natus erat, cùm circumciſa eſt ejus præputii caro. 26. Eodem illo die Abrahamus, ejúſque filius Iſmaël, 27. unáque omnes domeſtici, ſeu vernæ, ſeu pecuniâ ab alienis emti, circumciſi ſunt.

XVII. Tres

23. Poſtridie ejus diei Abrahamus ſe, filium Iſmaelem & mares omnes familiæ ſuæ, prout juſſerat Deus, circumcidit. 24. 25. Atque ipſe quidem tunc temporis nonaginta novem, Iſmael verò tredecim annos natus erat, 26. 27. Eodem ergo die herus, herilis filius, atque omnes ſervi cùm emti, tum vernæ præputium depoſuerunt.

P A-

qui circumciſus eſſet, non qui dumtaxat Iſraëlitarum Deum adoraret, ut qui *Proſelyti Portæ* Rabbinis dicuntur. Vid. ad Exod. XII, 19.

Fœdus meum fregit] Meritò Hebræus non cenſetur, omnibúſque fœderis prærogativis excidit, qui cum ex Hebræis ſit oriundus, fœderis cum Hebræis initi teſſeram ferre non vult. Fœdere excluditur, qui fœderis leges ſpernit.

15. *Nomen ejus Sarah erit*] In hujus nominis ſcriptione, conſentit cum noſtro Samariticus Codex. At LXX Intt. mutationem in additione litteræ ר ſitam volunt: οὐ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτῆς Σάρα, Σάῤῥα ἔσται τὸ ὄνομα αὐτῆς, quod mirum; ſic enim ἀντὶ τοῦ שרה, ſcribendum שררה *Sarera*, aut *Serara* eſſet, quod tamen non habet ampliorem ſignificationem ac שרה, utrumque enim *dominam*, aut *dominatum* ſignificat. At cùm *Sarai* diceretur, hoc eſt, ut ait *Hieronymus* in Trad. Heb. *princeps mea, unius tantùm domûs materfamilias, poſtea dicta eſt abſolutè princeps*, quæ eſt ſignificatio vocis *Sarah.* Analogicè dicendum quidem fuiſſet שרתי *Sarathi, princeps mea*, & שרי *Sarai principes mei* ſonat; ſed in formatione nominum, paſſim negligitur Analogia, ut vel ex nomine Abrahami liquet. Itaque שרה non tam crediderim *principem* fœminam ſimpliciter ſignificare, quàm שרת המון ſrath hamon *principem multitudinis*; ut ה hac in voce idem ac in voce אברהם valeat.

16. *Ei benedicam*] Hoc eſt, eam fœcundam reddam, ut ex ea ingens ortum ducat ſoboles. Vid. not. ad Cap. I, 22.

Ingentes evadet] *Erit in gentes.* Vide not. in Cap. II, 7.

17. *Concidit in faciem*] Antea verſ. 3. *in faciem cecidiſſe* narratur, ſed poſtea fortè ſeſe erexerat.

Subriſitque] Vox צחק *tſahhak* & ſequentia verba: *an viro centum annos nato proles naſcetur?* duplici ſenſu intelligi poſſunt. Nam haud aliter loqueretur Moſes, ſi veluti irridentem promiſſum Abrahamum, eique fidem detrahentem induceret. Certè Cap. ſequenti verſ. 12, 13. ita Saræ incredulum animum deſcribit. Sed cùm Cap. XV, 6. laudetur Abrahami fides, hæc aliter intelligenda cenſuere plerique Intt. Hinc *Onkelos* pro *riſit* habet חדי *hhade*, *lætatus eſt*; duo reliqui Paraphraſtæ Chaldæi תמה thamah *obſtupuit.* Deinde ſequentia verba: *an viro centum annos nato*, &c. non dubitantis, ſed admirantis eſſe dixere. Verùm huic interpretationi obſtat quod dicit Abrahamus verſ. 18. *utinam coram te vivat Iſmaël!* quod ſatis indicat Abrahamum dubitaſſe; perinde enim eſt ac ſi diceret: noli viro centum annos nato ſobolem promittere, quæ ei naſci nequit, ſatis mihi erit ſi Iſmaëlem poſſim educare, &c. Poteſt Abrahamus quindecim aut circiter annis antea Deo ſobolem ſibi promittenti credidiſſe, quòd quamquam ſenex erat, attamen vegeto adhuc pro ætate eſſet corpore; ſed poſtea cùm vires ſibi minutas ſentiret, nam hominibus etiam crudæ ſenectutis aliquot anni multùm detrahunt, vix erat credibile prolem ei poſſe naſci. Sic Moſes, pietate & fiduciâ in Deum Abrahamo nequaquam inferior, poſt tot edita portenta, ſubdubitavit, & bis ſilicem percuſſit Num. XX, 11, 12.

Centum annos nato] *Dixit in corde ſuo, an filio centum annorum*, &c. Plenas decadas decem, pro novem & nonaginta annis ponit. Vide verſ. 24.

18. *Utinam coram te*] Si vivat Iſmaël piè & ſanctè, ſatis mihi erit, nullum alium optabo filium. Vide ad verſ. 1.

Profectò tibi filium pariet] *Sara uxor tibi pariet.*

19. *Iſaacum*] יצחק jitshhak *ridebit*, in memoriam riſûs Abrahami & Saræ Cap. XVIII, 12. & quia *riſum*, hoc eſt, gaudium ingens eis peperit Cap. XXI, 6. Tertia perſona Futuri haud rarò nomina propria format, ut *Jacob*, *Jair*, *Jabin*, *Jabne*, *Jagor*, *Jigal*, &c.

20. *Te exaudivi*] Abrahamus, nempe, ſobolem ex eo ſibi optaverat.

In immenſum] *In valde valde.*

Duodecim generabit principes] De hiſce Iſmaëlitarum Phylarchis, agemus ad Cap. XXV, verſ. 12. & ſeqq. ubi nomina eorum recenſentur.

21. *Fœdus meum*] Cujus hæc potiſſima formula, *Ero illis Deus, illi verò mihi populus.* Vide verſ. 7. & 8.

Anno proximo, hoc ipſo tempore] *Hac tempeſtate, in anno altero.*

22. *Ab eo adſcendit*] Ità & inf. XXXV, 16. ſeu ſub humana ſpecie apparuerit Deus, ſeu ſymbolo quopiam, qualis eſt nubes ſplendens, uſus ſit, ut vult Chaldæus qui habet יקרא דיי *jekara dadonai*, *gloria Dei*; ea ſpecies in altiora loca abiit, ac tandem evanuit. Vide & Jud. XIII, 20.

23. *Omnes mares domeſticos*] *Omnes mares in viris domûs ejus.*

Eo ipſo die] בעצם היום הזה *behetſem hajom hazze.* Quamquam de die nihil dixerat Deus, attamen rem differre noluit Abrahamus, ne differen-

XVII. Tres Angeli Abrahamum inviſunt, ei ex Sara Iſaacum pollicentur, prædicunt exſcidium urbium planitiei Jordanis, ac fruſtra pro Sodomitis orat Abrahamus. Duo Angeli hoſpitio excipiuntur à Loto, his nituntur illudere Sodomitæ, exitio urbis Lotus eripitur cum filiabus, ſed perit ejus uxor. Fugit primùm Tſoharem, quæ propter eum ſervatur, dein Tſohare abit in montes vicinos; ubi cum filiabus concumbit, unde Moabitarum & Hammonitarum origo.

CAPUT XVIII. 1. DEINDE ei, in querceto Mamræ, apparuit Jehova. Cùm ſederet ille ad oſtium tabernaculi, per æſtum diei, 2. oculis *illac* conjectis, ecce tres viros ſibi adſtantes vidit, quos cùm conſpexiſſet, obviam eis cucurrit ab oſtio tabernaculi, & ad terram inflexo corpore ſalutatis: 3. Domine, inquit *eorum uni*, ſi qua mihi eſt apud te gratia, ne, quæſo, ſervum tuum prætereris. 4. Adferetur ali-

PARAPHRASIS.

1. HAUD multò pòſt, Angelos ad Abrahamum; qui ei nomine ſuo filium ex Sara iterum pollicerentur, miſit Deus. Sedebat ſenex ad oſtium Tabernaculi, auram ſub meridiem capturus, 2. cùm ecce tres viros adſtantes, & quaſi ipſius adpetentes hoſpitium videt. E veſtigio eos adit, & comiter ſalutatos 3. orat ne Tentorium ſuum ſic prætereant. Juſſurum ſe ait aquam adferri, ut pedum pulverem abluerent; interea ſub vicinæ arboris umbra quieſcerent. 5. Addit; ſi exſpectare

ſequendo aliquid obſtaret. Idem autem dies hìc dicitur, more Hebraïco, quem nos poſterum in Paraphraſi vocavimus. Nam cùm dies apud eos à nocte inchoaretur, quâ Abrahamus hæc vidit & audivit quæ narravit Moſes; nos à media tantùm nocte ejus initium facimus, ad quam ſomnium, primâ vigiliâ ei oblatum, non pertinuit. Præſtat autem celeriter res moleſtas exſequi, quia quo magis moramur, earum moleſtiam animo verſantes, alieniores ſenſim ab iis ſimus. Sententia eſt *Democriti*, quam habet *Stobæus* Serm. 29. τὸ αἰεὶ μέλλειν ἀτελέας ποιεῖ τὰς πρήξιας, *ſemper cunctari facit actiones imperfectas:* & ut ait ille:

Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.

Carnem eorum præputii] An eoſdem prorſus ritus ac Judæi hodie adhibuerit, cùm nullâ ratione conſtet, ſatis eſt modò intelligamus, partem ſaltem aliquam præputii reſectam.

24. *Natus erat*] *Filius nonaginta*, &c.

26. *Ejúſque filius Iſmaël*] Additur hìc, *circumciſus eſt*, ſed cùm idem verbum, repetitione Hebraicâ, occurrat in fine ſequentis commatis, non neceſſe fuit à Latinè loquentibus repeti.

COMMENTARIUS.

In CAPUT XVIII.

1. IN *querceto*] *In quercubus*. Vide Cap. XIII, verſ. 18.

Apparuit Jehova] Hoc eſt, Angeli Dei nomine ad eum miſſi. Vide not. ad Cap. XVI, 13. *Auguſtinus* de C. D. Lib. XVI. Cap. 29. *Deus*, inquit, *apparuit Abrahæ ad quercum Mambræ*, IN TRIBUS *viris*, *quos dubitandum non eſt Angelos fuiſſe*, *quamvis quidam exiſtimeat unum in eis fuiſſe Dominum Chriſtum*, &c. *Verùm tamen ſi propterea confirmant horum trium aliquem fuiſſe Chriſtum; quia cùm tres vidiſſet, ad Dominum ſingulariter eſt loquutus*, &c. *cur non etiam illud advertunt duos ex eis veniſſe, ut Sodomitæ delerentur, cùm adhuc Abraham ad unum loqueretur* DOMINUM *appellans*, *& intercedens ne ſimul juſtum cum impio in Sodomis perderet? illos autem duos ſic ſuſcepit Lot, ut etiam ipſe in colloquio ſuo cum illis ſingulariter Dominum appellaret*, &c. Oro DOMINE, quia invenit puer tuus miſericordiam ante te, *& quæ ſequuntur. Deinde poſt hæc verba, ſingulariter illi reſpondet Dominus, cùm* IN DUOBUS *Angelis eſſet*, *dicens:* ecce miſeratus ſum faciem tuam, &c. *unde multò eſt credibilius, quòd & Abraham in tribus & Lot in duobus viris Dominum agnoſcebant, cui per ſingularem numerum loquebantur, etiam cùm eos homines eſſe arbitrarentur. Neque enim aliam ob cauſam ſic eos ſuſceperunt, ut tamquam mortalibus, & humanâ refectione indigentibus miniſtrarent; ſed erat profectò aliquid, quo ita excellebant, licèt tamquam homines, ut* IN EIS *eſſe Dominum, ſicut adſolet eſſe in Prophetis, hi qui hoſpitalitatem illis exhibebant dubitare non poſſent. Atque ideò & ipſos aliquando pluraliter, ut Dominos; aliquando ſingulariter, ut* IN EIS DOMINUM, *appellabant.*

Cùm ſederet ille ad oſtium tabernaculi, per æſtum diei] Fortè ad auram captandam. Hujus hiſtoriæ non obſcura, niſi fallor, veſtigia in *Orionis* fabula remanſerunt, cùm eam Phœnices in Græcia narraſſent. I. Hìc tres אלהים *dii* iter faciunt; in Orionis fabula

Jupiter & lato qui regnat in æquore frater,
Carpebant ſocias, Mercuriúſque vias.

II. Tres Angeli incidunt in Urenſem ſenem, ad oſtium tabernaculi ſui ſedentem; tres Deos

Fortè ſenex Hyrieus, anguſti cultor agelli
Conſpicit, exiguam ſtabat ut ante caſam.

III. Abrahamus, hoſpitibus excipiendis adſuetus, convivium Angelis parat, quod facit & Hyrieus apud *Ovidium* Faſt. Lib. V. qui φιλοξενώτατος ὑπεδέξατο τοὺς Θεούς, *hoſpitaliſſimus Deos excepit*, ut loquitur *Palæphatus* Incredib. Cap. VII. IV. Abrahamus orbus erat, qualis & Hyrieus, qui ἄτεκνος ὢν ηὔχετο παῖδα, *cùm or-*

aliquantulum aquæ, lavate pedes veſtros, & ſub hac arbore quieſcite. 5. Sumam fruſtum panis, reficite animum veſtrum, poſtea tranſibitis, propterea enim ad ſervum veſtrum deflexiſtis. *Illi* verò facito, inquiunt, ut dixiſti. 6. Feſtinanter itaque in tabernaculum ad Saram ivit Abrahamus, & propera, ait, tria ſata farinæ ſimilæ depſe, & ſubcinericios panes facito. 7. Tum ad boves citato gradu ſe contulit, vitulúmque tenerum & pinguem ſumſit, ac puero dedit qui eum parare feſtinavit. 8. Sumſit deinde butyrum & lac, vitulúmque quem paraverat, atque iis adpoſuit. Ille verò juxta eos ſtabat, ſub arbore, dum comederent.

9. At illi, ubi eſt, inquiunt, Sara uxor tua? Ecce *eam*, ait, in tabernaculo. 10. Tunc *unus ex illis*, ad te, inquit, revertar *proximo anno* hac tempeſtate, atque ecce filius Saræ uxori tuæ erit. Hoc audiit Sara ex oſtio tabernaculi, quod poſt eum erat, 11. & cùm eſſent Abrahamus & Sara ſenes ætate provecti, ac Saræ con-

re paullò diutiùs placeret, brevi horæ momento, prandium quo refecti, quò ire inſtituerant pergerent, paratum fore & adpoſitum iri. Quod ajebat ſibi negaturos hoſpites non ſperare ſe, videri enim eos non alia de cauſa Tentorio adſtitiſſe, quàm ut ſuo exciperentur hoſpitio. Comitate ejus ſe uſuros illi reſpondent, & ſub arbore conquieſcunt. 6. Abrahamus it ad Saræ Tentorium, quam jubet ex tribus farinæ ſatis ſubcinericios panes hoſpitibus deproperare. 7. Dum viri juſſa feſtinanter exſequitur, ad proximum gregem confert ſe ille, citato gradu, vitulúmque pinguem, & quem ex ætate tenerum futurum judicabat, jugulat, pueróque partem carnis ſine mora parandam tradit. 8. Paratam mox vitulinam, adjuncto butyro & lacte, hoſpitibus adpoſuit, & cùm pranſus ipſe eſſet, ſub patulæ arboris umbra prandentibus adſtitit.

9. Dum prandent, ubi eſſet ejus uxor rogant, quam ille in Tabernaculo eſſe reſpondet. 10. Tum eorum unus, vertente anno, quo tempore eſſet ad Abrahamum rediturus, filium ei, quamquam vetulæ, fore adfirmat. Quod cùm audiret Sara, quæ poſt oſtium Tabernaculi, à tergo loquentis, erat; 11. virique & ſuam ſenectutem animo reputaret,

orbus eſſet filium petiit. V. Abrahamo filium, ſeu *ſemen*, ut Hebræi loquuntur, *ex Sara* promittunt Angeli, quod poteſt his verbis exprimi Hebraïcè: אלהים יתן זרע לשרה אשתך, quæ verba cum debeant verti, *Deus dabit ſemen Saræ uxori tuæ*, ab imperito poſſent ſic Græcè exponi: θεοὶ δώσουσι σπέρμα εἰς ταῦρον (שור *ſchor* eſt *Taurus*) ὁλοκαυτώματός σου, ſi אשתך deducatur ab אשה iſcheh *holocauſtum*; unde nata hæc fabulæ circumſtantia, quam *Palæphati* verbis efferam, λαβόντες οἱ θεοὶ τὴν τοῦ ἱερουργηθέντος αὐτοῖς βοὸς βύρσαν ἀπεσπέρμηναν εἰς αὐτὴν, ex qua poſt decem menſes natus eſt Orion.

2. *Oculis illac conjectis*] *Et elevavit oculos & vidit.* Vide not. ad Cap. XIII, 10.

Tres viros ſibi adſtantes] Alii tres hoſce Angelos fuiſſe volunt, ſpecie virorum, quorum unus, veluti legationis princeps, ad Abrahamum veniebat, reliqui ad Lotum Dei mandata ferebant. Alii verò eum qui *Jehova* verſſ. 13, 14, 17, 20, 22. dicitur & quem *judicem totius telluris* appellat Abrahamus verſſ. 25, 27. τὴν δευτέραν τῆς ἁγίας Τριάδος ὑπόστασιν, quæ corpus humano ſimile induerit, fuiſſe judicant. Verùm ut hi propter res leviculas, ſummo Numini humanam ſpeciem adſuunt, quod vix ſatis decet: ita neminem, ex Apoſtolicorum temporum Hebræis, præeuntem ſibi habent. Certè ſi Deum ipſum Deorum excepiſſet Abrahamus, frigidiſſima eſſet adhortatio Scriptoris Epiſt. ad Hebræos Cap. XIII, 4. *Hoſpitalitatis immemores ne eſtote, hac enim quidam neſcii Angelos hoſpitio exceperunt.* Debuiſſet addere *imò & ipſum Deum*, quod multò efficacius fuiſſet. *Philo* Lib. *de Abramo* pag. 286. Ed. Genev. Εἰ δὲ εὐδαίμονα καὶ μακάριον ὑπέλαβον εἶναί τινες οἶκον, ἐν ᾧ συνέβη καταχθῆναι, καὶ ἐνδιατρίψαι σοφοὺς, &c. ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδά τινα ὑπερβολὴν εὐδαιμονίας καὶ μακαριότητος εἶναι φῶ περὶ τὴν οἰκίαν, ἐν ᾗ καταχθῆναι, καὶ ξενίων λαχεῖν ὑπέμειναν ἄγγελοι πρὸς ἀνθρώπους, ἱεραὶ καὶ θεῖαι φύσεις, ὑποδιάκονοι καὶ ὕπαρχοι τοῦ πρώτου Θεοῦ: *ſi beatam quidam & fortunatam domum eſſe judicarunt, in qua ſapientes diverſari & morari contigit* —— *Equidem dicere non poſſum quid huic ad ſummam felicitatem & beatitudinem defuerit, in qua apud homines diverſari & hoſpitalibus muneribus excipi ſuſtinuerunt Angeli, ſacræ & divinæ naturæ, miniſtri ac præfecti ſummi Dei.*

Ceterùm Angelorum per terras, ſub humana ſpecie, iter facientium antiquiſſimæ hiſtoriæ videntur Ethnicorum opinioni de Diis homines inviſentibus locum dediſſe. Procus Penelopes Antinoum Odyſſ. P. verſ. 486. caſtigat, quòd Ulyſſem hoſpitem feriiſſet, ea de cauſa, quòd *Dii ſimiles hoſpitibus ſub quovis habitu vagentur per urbes ſpeculantes contumeliam & juſtitiam hominum.*

Καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι
Παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας,
Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

Vide Act. XIV, 11. & quæ collegerunt ex Scriptoribus Ethnicis ad eum locum *H. Grotius* & *J. Pricæus.*

Mos autem erat hoſpitum peregrè advenientium, non pulſare oſtium, aut eos quorum hoſpitio excipi cupiebant priores alloqui. Stabant dumtaxat in via, donec appellarentur exſpectantes. Sic apud *Homerum* Odyſſ. A. verſ. 103. Minerva, ſub ſpecie Mentis Taphi Hoſpitis Ulyſſis:

Στῆ δ' Ἰθάκης ἐνὶ δήμῳ, ἐπὶ προθύροις Ὀδυσῆος,
Stabat in Ithacæ populo, in veſtibulo Ulyſſis, donec Telemachus eam videns ad eam ivit, & ad convivium duxit.

— — εἴσιδ' Ἀθήνην
Βῆ δ' ἰθὺς προθύροιο, νεμεσσήθη δ' ἐνὶ θυμῷ
Ξεῖνον δηθὰ θύρῃσιν ἐφεστάμεν, &c.

Vidit Palladem, ivitque rectà in veſtibulum, indignabatur autem animo hoſpitem dudum ad januam ſtare. Hinc videmus ſtare ad oſtium cujuſpiam perinde ferè fuiſſe, ac ejus hoſpitium petere. Vide & Odyſſ. Δ, 20. & ſeqq.

Quos

conſuetudo muliebris eſſe deſiiſſet, [12] ſubriſit hæc ſecum, & poſtquàm, inquit, anus facta ſum, conſenuitque dominus meus, erit, *ſcilicet*, mihi voluptas! [13] Tum Jehova Abrahamo, quare, inquit, riſit Sara, dixítque; etiámne verò pariam, cùm vetula ſim? [14] An quidquam Jehovæ eſt difficile? Vertente anno, hac ipsâ tempeſtate ad te revertar, & Saræ filius *erit*. [15] Negavit Sara, nec riſi, inquit; quia timebat. At non *ita eſt*, ait ille, nam *profectò* riſiſti.

[16] Hinc deinde ſurrexerunt viri illi, & Sodomam iter converterunt, Abrahamo, ut eos dimitteret, unà incedente. [17] Jehova verò, egóne, inquit, quod ago Abrahamum

taret, [12] vix cachinnum continere potuit; & nobis, ait apud ſe ſubridens hoc ætatis naſcentur, ſcilicet, qui nos recreent, liberi! [13] Angelus illico, quem hominem illi putabant eam riſiſſe ſenſit, quod ſibi vetulæ promitteretur filius; qua de re queſtus eſt, [14] cùm in dubium revocari ab ea videretur divina potentia; iterumque poſt annum Saræ filium futurum, ſéque Abrahamum eâ ipsâ anni tempeſtate inviſurum, confirmavit. [15] At verò Sara, cùm conſtanter adſeverantem audiit, eum fortè, quicumque eſſet, à Deo miſſum ſuſpicata ſe riſiſſe negavit. Sed caſtigavit eam iterum Angelus, atque inficiari quod verum erat vetuit.

[16] Poſtquam pranſi eſſe viſi ſunt, Sodomæ, quam ob ſcelera oppidanorum everſum ibant, viam ingrediuntur, Abrahamuſque eos deducturus aliquamdiu comitem ſe præbet. [17] Tum Angelorum uni id quod agebatur ei aperire viſum eſt. [18] Abrahamum intuebatur, ut patrem numeroſiſſimi populi, atque ex quo olim bene precandi formulam deſumturæ eſſent Orientis gentes; [19] ut probum & religioſum virum, à quo liberi ſanctè educati, præcepto-

Quos cum conſpexiſſet] *Et vidit & cucurrit.*

Ad terram inflexo corpore] וישתחו ארצה vajiſchthahhou artſah, *ſalutavit in terram*, non quaſi Angelos agnoviſſet, ac multò minùs unum eorum Cœli & Terræ Creatorem, neque enim cibum eis obtuliſſet, ſed ut homines ſolebant invicem in iis oris ſalutare. Vide Cap. XIX, 1. XXIII, 7, 12. Arabas eſſe exiſtimat Abrahamus, hoſpitii in ſolis locis egenos.

3. *Domine*] Eſt hìc אדני *adonai* cum *kamets*, de qua voce diximus ad Cap. XV, 2. Vel hinc liquet eâ voce ita punctatâ Deum non ſignificari, cùm Abrahamus hominem ſe alloqui cenſeret; & fortè æquè bene legiſſent Maſorethæ אדני *Adoni*, cum *Chirec*. Dubium autem eſt an unum, qui præ aliis dignitate pollere videbatur, honoris causâ compellarit Abrahamus, an verò ſingulos iiſdem verbis aggreſſus fuerit. Nos priorem ſententiam ſequuti ſumus, quia unus ille præ ceteris, in ſequentibus loquitur, atque ab Abrahamo compellatur. Mira eſt hoc loco *Onkeloſi* Paraphraſis, qui pro אדני habet ״, abſonum eſt enim Abrahamum inducere dicentem, *ò Jehova*, *ablue pedes tuos*, *& mecum convivare*. Nec alii Paraphraſtæ Chaldæi eam abſurditatem reveriti ſunt, qui ita loquentem Abrahamum inducunt: *Obſecro per miſerationes coram te*, *Jehova*, *ſi nunc inveni gratiam coram te*, *ne nunc adſcendat gloria majeſtatis tuæ à ſervo tuo*, *donec colligam frumentu ſub arbore*, &c. Quaſi Gloriæ divinæ offerantur aqua ad abluendos pedes & convivium! In ſequentibus etiam ſui immemores ſic Abrahami orationem pertexunt, ut non poſſit niſi ad homines pertinere: *& gratias agetis nomini ſermonis Jehovæ*, *& poſtea tranſibitis*, *quia propterea in tempore convivii conveniſtis*, &c. Antea dixerant *tres Angelos in ſimilitudine virorum* Abrahamo adſtitiſſe, penes unum quorum gloriam divinam fuiſſe videntur voluiſſe.

Si qua mihi apud te eſt gratia] *Si inveni gratiam in oculis tuis.* Vide not. ad Cap. VI, 8. Latini etiam ſimili oratione utebantur, aliquid rogaturi. *Procne*, apud *Ovidium*, *Terea* virum rogatura, aut ſe Athenas mitteret, aut ſororem illinc accerſeret, ſic preces orditur Lib. VI. *Metam.*

Blandita viro Procne, *ſi gratia*, *dixit*,
Ulla mea eſt, *vel me viſendam mitte ſorori*, &c.

Hoc eſt, ſi mihi faves, ſi quid à te impetrare poſſum, quæ Hebraicæ φεγόνως vis eſt.

Adſeretur] *Sumetur.*

4. *Lavate pedes veſtros*] Mos erat hoſpitibus pedes lavari, ab antiquiſſimis temporibus ad Apoſtolica uſque deductus. Vid. Inf. XIX, 2. XXIV, 32. Jud. XIX, 21. Hinc Paulus viduas vult eligi *ſi hoſpitio exceperint*, *ſi ſanctorum pedes laverint*. 1 Tim. V, 10. Præſertim ſi cibus eis adponeretur. Vide Luc. VII, 44 *El berir* Arabs, in eleganti carmine, deſcripturus convivaturum hominem, ait eum *calceos exuiſſe & pedes laviſſe*. Quod in calidis illis regionibus, poſt aliquantum iter confectum, ad recreandos hoſpites pænè neceſſarium eſt. Plurali autem numero loqui incipit Abrahamus, ut & alii intelligerent tres velle ſe convivio excipere.

Quieſcite] השענו *hiſſchabanou*, innitamini, hoc eſt, *quieſcite*, aut *recubate*. Obſervandum hìc in Codice Samaritico pluralem numerum adhiberi, & pro בעינך *in oculis tuis*, eſſe בעיניכם *in oculis veſtris*; pro תעבר *tranſibis*, תעברו *tranſibitis*; pro עבדך *ſervus tuus*, עבדכם *ſervus veſter*, & ſic porrò; quod emendatione ſit Critici, qui ſingulari numero offenſus ſit, an vetus lectio quærent Eruditi. Prius magis adridet. Certè 1 Sam. IX, 19. ubi Propheta Saülem, ſervúmque ejus alloquitur, partim plurali, partim ſingulari numero utitur.

5. *Reficite animum veſtrum*] *Fulcite cor veſtrum.* Sic apud *Homerum Calypſo* Odyſſ. E. advenienti Mercurio ξείνια θῆκε hoſpitalem cœnam appoſuit, Mercurius verò δείπνησε καὶ ἤραρε θυμὸν ἐδωδῇ, *cœnavit & firmavit animum cibo*, verſ. 95.

Propterea enim] Hoc inde collegit Abrahamus, quòd ſtantes eos viderat, & fortè extra viam, ad tentorium ſuum. Vid. not. ad verſ. 2. Nec verba exprobrantis ſunt, ſed potiùs factum laudantis, quippe quod erat indicium eos de hoſpitalitate ſua bene ſenſiſſe. Alii tamen *quandoquidem* vertunt, quaſi vellet Abrahamus, quando fortè ad hæc loca divertiſſent, velle ſe eos convivio excipere. Vide Gen. XXXIII, 10.

6. *Feſti-*

hamum celem? 18. Abrahamum, qui fiet gens magna, ac prævalida, & in quo benedicentur omnes terræ gentes, 19. quem ego ſcio, quia præceperit filiis ſuis & domui ſuæ poſt ſe, *effecturum* ut juſtitiam & judicium exercentes viam Jehovæ obſervent, qua de cauſa Abrahamo præſtet quod de eo prædixit. 20. Igitur Jehova: cùm, inquit, Sodomæ & Gomorrhæ clamor ingens ſit, & peccatum earum graviſſimum, 21. deſcendi nunc ut viderem an pro clamore, qui ad me venit, prorſus ſe geſſerint, an verò non *ita res habeat* cognoſcerem. 22. Converſo inde itinere, viri illi Sodomam ierunt, Abrahamus verò coram Jehova adhuc ſtabat.

23. Acceſſit ergo Abrahamus, & dixit: an juſtum quoque cum improbo perdes? 24. Fortè

ceptorum ejus memores, juſti & æqui obſervantes erant futuri; proptereàque à Deo quæ Abrahamo promiſiſſet accepturi. Utile ergo erat ei viro innoteſcere, non caſu, ſed ſingulari divinæ juſtitiæ exemplo, perire Jordanis accolas; quod narraturus eſſet liberis ſuis; ut Numen timere diſcerent. 20. Itaque Abrahamo ſe Angelos confeſſi cùm eſſent, dixit idem ille qui antea loquutus erat, Sodomitas aliarúmque urbium planitiei Jordanis cives eſſe uſque adeò infames, tótque & tantas de eorum ſceleribus audiri querelas; 21. ut præſentes rem inſpecturi, viſurique an famæ eſſet conſentanea; eáſque urbes, ſi ita ſe haberet, funditus ut everterent, à Deo miſſi eſſent. 22. His dictis, duo quidem Sodomam ire perrexerunt; tertius verò, qui ſobolem, Dei nomine, Abrahamo promiſſurus venerat, cum eo aliquamdiu manſit.

23. Audito iræ divinæ tam triſti nuncio, vehementer, Loti causâ, pius ſenex perculſus eſt; nec occaſionem, quâ benigniſſimum ſe ipſi præbebat Numen, deprecandi ſupplicii, ſi fortè Sodomitis veniam impetrare poſſet, prætermittendam cenſuit. Quæ-

6. *Feſtinanter ivit*] *Feſtinavit ad tabernaculum*, &c.

Tria ſata] סאים *ſeim*. Ex סאה additione ſolitâ fit סאתא *ſeatha*, unde *ſatum*. Eſt tertia pars Ephæ, conſentientibus harum rerum peritis, qua de re legendi *Ric. Cumberlandus* & *Ed. Bernardus*, in libellis *de menſuris & ponderibus Veterum*; ubi viri doctiſſimi rationem accuratam horum omnium ineunt, quamquam in omnibus non conſentiunt. Singillatim ea hîc perſequi nobis non licet, ſed cùm ex calculo alterius contineret Satum plusquàm 582. digitos cubicos, alterius verò plusquàm 576. mirum videri poteſt, quare Abrahamus tantam copiam panis parari juſſerit. *Bernardus* cenſet farinæ triticeæ libras *de Troy*, ut ab Anglis vocantur, 12, 68; libras verò *Avoir du pois*, 10, 42. contineri Sato potuiſſe Itaque tribus viris coctæ eſſent panis libræ plusquàm triginta, idque in unicum convivium, quod veriſimile non eſt. Oportet coctum eadem operâ & aliis panem fuiſſe, aut hoc ad ſplendorem conviviorum ejus ævi pertinuiſſe, ut major multò copia panis unicuique adponeretur, quàm poſſet comedere. Nam qui hinc colligunt edaciores fuiſſe ejus ævi & regionis homines, eos probare oporteret omnia ab Angelis fuiſſe abſumta, quod non dicit Moſes. Fortè & hoc addendum, Abrahamum majorem panis copiam juſſiſſe coqui, ut, ſi vellent hoſpites, quantùm in iter opus eſſet ſibi ſumerent. Certè Heroïcis temporibus, quorum mores multa Orientalibus habent adfinia, ſolebat apud Græcos diſcedentibus hoſpitibus viaticum dari, propter diverſoriorum penuriam. *Telemacho* ab *Neſtore* abeunte:

Ἐν δὲ γυνὴ ταμίη σῖτον καὶ οἶνον ἔθηκεν,
Ὄψα τε οἷα ἔδουσι διοτρεφέες βασιλῆες,

Impoſuit (currui) *mulier proma conda panem & vinum, & cibos, quales edunt à Jove nutriti Reges.*

Farinæ ſimilæ] סלת *ſoleth*, σεμίδαλις, ut habent LXX Int. hoc eſt, puriſſimæ farinæ.

Subcinericios] עגות *buggoth*. Verterunt LXX Intt. ἐγκρυφίας, *Hieronymus*, *ſubcinericios*, quos, quippe Orientalium victum noſcentes, ſequuti ſumus. Etiamnum hodie ejuſmodi pane utuntur Arabes, ut docet *Thevenotius* Itiner. Orient. Lib. II. Cap. 32. ubi de moribus Arabum, hæc
„ inter alia: Veſcuntur etiam libis, ſeu pla-
„ centis, inter quas *Maſroucam* in deliciis ha-
„ bent. In vaſe ligneo farinam aquâ diluunt,
„ maſſámque conficiunt, quam diligenter depſ-
„ ſunt, deinde in placentas tenues & rotundas,
„ cujus diameter eſt ſeſquipedalis, extendunt.
„ Eas purgato, ubi ignis accenſus fuerat, loco
„ calenti in arena imponunt, tegúntque calidis
„ cineribus primùm, deinde prunis. Cùm al-
„ terum latus coctum eſt, placentam invertunt,
„ cineribúſque & prunis ſimiliter tegunt, do-
„ nec id quoque latus coctum ſit. Alia etiam
adduut, ut delicatiorem reddant *Maſroucam*, ſed quæ huc non pertinent. Hic eſt Arabum panis ſubcinericius, hoc eſt, in cinere coctus, ut Græcorum ἐγκρυφίας, quem ita deſcribit *Heſychius*: ἄρτου εἶδος ὁ ἐν σποδῷ κρυπτόμενος, τὸ μὴ εἶναι κλίβανον, *ſpecies panis qui fit in cinere, eò quòd non ſit furnus.* Ejuſmodi pane ex ſimila, etiam apud Græcos, erant qui lubenter veſcerentur; quò pertinent hæc *Archeſtrati* in *Gaſtronomia*, quæ apud *Athenæum* Lib. III. Pag. 112. Ed. Dalech. leguntur, ubi helluo neſcio quis, memoratis variis panis generibus,

Εἶτα τὸν ἐν Τεγέαις ΣΕΜΙΔΑΛΕΟΣ υἱὸν ἐπαινῶ
ΕΓΚΡΥΦΙΑΝ.

Deinde laudo ſimilæ filium ſubcinericium, qui Tegeæ fit.

Pane autem recenti, & quidem libis excipi hoſpites, apud antiquiſſimos Græcos, ſolitos etiam nos docet *Ovidius*, de *Carmenta Inonem* excipiente Lib. VI. Faſt. verſ. 531.

Liba ſuâ properata manu Tegeæa Sacerdos
Traditur in ſubito cocta dediſſe foco.

Ubi obiter obſervandum Arcadicæ mulieri ab *Ovidio* ſubcinericiorum confectionem tribui, quòd Tegeates, ut ex *Archeſtrato* vidimus, eâ arte valerent.

7. *Vitulúmque*] *Filium vaccæ*, ut alibi paſſim. Vitulum quidem integrum non erant comeſuri, ſed propter rationes, ubi de pane egimus, allatas, major carnis copia eis parata eſt.

 Pin-

24. Fortè ſunt in ea urbe quinquaginta juſti, an *perinde* locum perdes; neque ei, propter quinquaginta juſtos, qui in eo ſunt, parces? 25. Abſit, ut hujuſmodi quidquam committas, quale eſt juſtos cum improbis occidere, ut ſit juſto quemadmodum improbo! Abſit! Totiúſne terræ judex judicium non exerceat? 26. Jehova verò, ſi intra urbem Sodomam, inquit, quinquaginta juſtos invenero, toti loco propter eos ignoſcam. 27. At reſpondit Abrahamus, &, ecce nunc, inquit, quamvis, ſim pulvis & cinis,

Quæſivit ergo ab Angelo, an boni & mali communi exitio eſſent perituri? 24. Fortè enim Sodomæ quinquaginta probos futuros ajebat, propter quos urbi parcere divina miſericordia indignum non erat; 25. nedum ut ab ſumma Dei æquitate umquam exſpectare quiſquam poſſet, ut probi & improbi nullo diſcrimine necarentur; neque enim nocentibus æquari innoxios abſolutiſſimam totius humani generis judicis pati juſtitiam. 26. Tum Angelus, nomine Dei, ſi quinquaginta probi Sodomæ eſſent, univerſæ urbi remiſſurum ſe pœnas profeſſus eſt. 27. Abrahamus vero, quandoquidem pro Sodomitis deprecatoris officio fungi cœperat, quamquam abjectiſſimæ ſortis humanæ immemor haud erat, veniam agendæ porrò eorum cauſæ petiit. 28. Acceptâ, quinquaginta piis quinque fortè de-

Pinguem] *Bonum* טוב *tob.* Vid. Cap. XLI, 24, 26.

Parare feſtinavit] *Feſtinavit ut faceret.*

9. *Dum comederent*] Qui humana corpora induerant, poterant facilè per os veluti in ſtomachum cibos injicere, aliter tamen abſumendos. Neque enim ea corpora per omnia humanis ſimilia fuiſſe videntur; certè Angelus alius comedere ſe poſſe negavit Jud. XIII, 16. Hinc *Jonathan* & *Jeroſ.* דמי ליה כאלו אכלין *videbatur ei, quaſi illi comederent.*

10. *Tunc unus ex illis*] Idem, ut videtur, quem præ ceteris compellavit Abrahamus, verſ. 3. *Jonathan* & *Jeroſol.* volunt unum intelligi, qui datâ operâ ad Abrahamum venerat, ut ei filium polliceretur; ac ſanè ſequentia, ubi duo Angeli Sodomam pergunt, dum is qui cum Abrahamo colloquebatur evaneſcit, eorum favent ſententiæ. Ideòque ut illi habent חד מנהון, nos *unus ex illis* addidimus. Sed rationem hujus rei Rabbinicam adferunt, quia, inquiunt, fieri nequit ut Angelus ad plura mandata perferenda mittatur; ideò unus eorum venerat, ut nunciaret Abrahamo Saram filium pariturum, alter ad liberandum Lotum, tertius ad ſubvertendas planitiei Jordanis urbes. Quod eſt inane commentum.

Revertar] *Redeundo redibo.*

Hac tempeſtate] כעת חיה *chabeth bhajjah*, i. *juxta tempus vitæ*, ut & verſ. 14. LXX. Intt. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας *in hoc tempore, in horas*, hoc eſt, eadem hac tempeſtate, anno proximo. Simile exſtat promiſſum 2 Reg. IV, 16. *Hac tempeſtate, ſecundùm tempus vitæ*, כעת חיה *amplexabere filium.* Satis quidem liquet eum eſſe ſenſum quem expreſſimus, & quem *Heſiodus* ita efferre ſolet:

Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, περὶ δ' ἔτραπον ὧραι,
Μηνῶν φθινόντων.

Sed cùm annus eſſet, & circumactæ tempeſtates, menſibus exactis. Vide & 1. Sam. II, 20. Sed dubium eſt unde factum ſit, ut Hebræi ejuſmodi uterentur loquutione, *ſecundum tempus vitæ. Onkelos*, ſuccinentibus duobus aliis Paraphraſtis, habet: *ſecundùm hoc tempus, quo vos incolumes eritis.* Alii ad Saram referunt, alii ad fœtum, interpretanturque, tempore quo Sara vivet, aut quo fœtus editus in lucem erit, & vitali aura fruetur. Malim ita exponere *eodem tempore vitæ veſtræ*, hoc eſt, eadem anni tempeſtate, ſed vitæ veſtræ altero anno. Erat idem tempus ratione anni, ſeu tempeſtatis, ſed exactis duodecim menſibus, uno anno vitæ provectioris.

Quod poſt eum erat] *Et illud poſt eum.* Scilicet, ſedens ſub arbore Angelus, dorſum oſtio tabernaculi obverſum habebat.

11. *Ætate provecti*] *Euntes in dies.*

Conſuetudo muliebris] *Via ut mulieribus*, id eſt, menſtrua. Vid. & Cap. XXXI, 35.

12. *Secum*] בקרבה *intra ſe*, idem ac *in corde ſuo*, Cap. XVII, 17. *Aquila* ἐγέλασε κατ' αὐτῆς.

Dominus meus] Hoc eſt, vir meus, ut obſervat Petrus 1 Ep. III. 6. ubi rectè monet vir ſummus eodem ſenſu matronam quamvis בעלי *bahali*, *domine mi*, virum ſuum appellaſſe. Vide Gen. XX, 3. Exod. XXI, 3. Joel. 1, 8. Quod & Athenis ac Romæ ignotum non erat, ut idem oſtendit.

Erit, ſcilicet, mihi voluptas] Hoc eſt, voluptas, quæ conceptum antecedit; vel voluptas, quam in filio mihi videndo experiar. Mirum eſt quàm fruſtra ingenia torſerit Intt. veterum tam facilis locus. Quod rectè τρυφερίαν verterat *Aquila*, malè *Symmachus* ἀκμὴν, hoc eſt, *florem ætatis* tranſtulit.

13. *Tum Jehova*] Per Angelum, nempe, ut diximus, quamquam hoc nondum intelligebat Abrahamus, qui hunc Prophetam credere ſummùm potuit; quòd & futura prædicentem, & quæ non erant ante oculos cognoſcentem cerneret.

Etiámne verò pariam] Senſum verborum, non verba refert, quamvis ſit oratio directa, ut paſſim fit, in hiſce libris.

14. *An quidquam Jehovæ eſt difficile*] היפלא *hajipphale à Jehova verbum.* Chaldæi habent, an *fugit quidquam Jehovam*? Ac ſanè פלא *abſconditum eſſe* ſonat. Sed LXX Intt. μὴ ἀδυνατεῖ παρὰ τῷ Θεῷ ῥῆμα. Maluimus Vulgatum ſequi, quia cùm פלא *mirum eſſe* paſſim ſignificet, ſenſus hic eſſe videtur: an quidquam eſt ita mirabile, ut à Deo fieri nequeat? Hæc eſt vis conſtructionis מיהוה *meadonai.* Vid. Jerem. XXXII, 17, 27. Zach. VIII, verſ. 6.

Vertente anno] למועד lammohed, *ad tempeſtatem.* Vide ad verſ. 10.

15. *Quia timebat*] Quòd, nimirum, riſum & cogitationes ſuas non fugiſſe hoſpitem videret, unde aut Prophetam, aut Prophetâ majorem eſſe colligere potuit.

16. *Iter converterunt*] *Adſpexerunt ad faciem Sodo-*

cinis, Dominum alloqui cœpi. 28. Fortaſſe quinquaginta juſtis quinque deerunt, an propter quinque, totam urbem perdes? Non perdam, inquit, ſi illic quadraginta quinque invenero. 29. Petrexit eum alloqui Abrahamus, & fortè, inquit, quadraginta *tantùm juſti* ibi invenientur. Non faciam, ait ille, propter quadraginta. 30. *Abrahamus* verò, ne quæſo, inquit, indignetur Dominus, & loquar; fortaſſe invenientur illic triginta. Non faciam, ait, ſi illic triginta invenero. 31. Ecce, inquit *Abraha-*

defuturos dixit, atque Angelum an eò dumtaxat quòd quinque numero memorato deficerent viri probi, oppidum deleturus eſſet, rogavit; negavit verò Angelus, propter tantilli numeri defectum, urbem ſe everſurum. 29. Hic quæſivit Abrahamus, ſi quadraginta tantùm eſſent, an eam perditurus eſſet; in quadraginta gratiam, urbem ſervatum iri repoſuit Angelus. 30. At Abrahamus veniam rurſus præfatus, decade reſectâ, trigintane eſſet condonaturus, ſciſcitatus eſt; annuitque Angelus. 31. Ille verò, quoniam occœpiſſet audaciùs Dei legatum alloqui, iterum detractâ decade, an viginti probi urbi ſaluti eſſe poſſent, auſurum ſe percunctari dixit. Angelus viginti etiam hoc ſe con-

Sodomæ, aut *ad Sodomam*; quod non hîc ſignificat, ut Cap. XIX, 28. oculos in eam partem convertere, ſed viam ingredi, quâ illuc ibatur. Vid. verſ. 22.

Abrahamo, &c.] *Et Abraham ibat*, &c. Ut comiter hoſpites dimitteret, eos aliquantiſper comitabatur.

17. *Egone, inquit.*] Subintelligendum videtur בלבו *blibbo*, in animo.

18. *Abrahamum qui fiet* &c.] *Et Abraham erit in gentem*, &c. Quibus non indignis cœpit benefacere Deus, eos beneficiis porrò cumulat, ut beneficium novum jam collato advocari videatur. Senſus ergo horum verborum eſt: Abrahamúmne, quem tot ornavi honoribus & benefactis, quod ago celabo?

In quo benedicentur, &c.] Vid. not. ad Cap. XII, 3.

19. *Juſtitiam & judicium*] Vocabula ſynonyma, quibus omnia probi viri continentur officia.

Viam Jehovæ] דרך *derech* eſt vitæ inſtitutum, itaque *via Jehovæ*, eſt id inſtitutum vitæ, quod divinæ voluntati conſentaneum eſt. Vide Deut. VIII, 6. & X, 12. & not. ad Cap. V, 22.

Abrahamo præſtet.] *Ut venire faciat Jehova ſuper Abrahamum*; hoc eſt, ut curet ejus poſteris evenire quod gentis conditori promiſit. Unde videmus divinorum promiſſorum effectus ex conditione pependiſſe; quâ violatâ, Deus ea præſtare non tenebatur.

20. *Cùm Sodomæ & Gomorrhæ clamor*] *Clamor Sodomæ* aut eſt fama ſcelerum à Sodomitis admiſſorum, aut eorum querelæ, qui contra jus & fas ab iis violati fuerant. Sic ſup. IV, 10. ſanguis obtruncati Abelis *è terra clamat*. Pſ. IX, 13. *Pauperum clamor* (צעקה ut hîc) ſunt eorum querelæ, ut & Job. XXXIV, 28. Quem ſenſum ſi hîc ſequamur, *clamor Sodomæ* erit *clamor contra Sodomam*. Sin verò, erit *ſtrepitus, quem ipſi Sodomitæ edunt*, ut Eſai. V, 7. צעקה *clamor* juſtitiæ opponitur.

Apud *Homerum* Odyſſ. P. verſ. 565. Ulyſſes de procis Penelopes:

Τῶν ὕβρις τε βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει.

Quorum libido & violentia ad ferreum cœlum pervenit.

Sodoma autem & Gomorrha hîc potiùs quàm Adma & Tſeboïmum, quæ unà periere, memorantur; quod fortè earum cives, præ ceteris, perditiſſimis eſſent moribus; aut quòd opibus magis florerent, non quòd aliæ meliores complecterentur cives, cùm eadem ultione divinâ perierint. Sæpe ſub principum civitatum nominibus, vicinæ etiam intelligendæ ſunt. Paſſim *Jeroſolima* omnes urbes quæ ejus Regibus parebant, *Samaria* quidquid fuit Iſraëlitarum in decem Tribuum agris, apud Prophetas, complectitur. Vide not. ad Cap. XV, 16.

21. *Deſcendi nunc, ut viderem*] Hæc verba, quæ ab Deo omnium gnaro nonniſi ἀνθρωποπαθῶς dici poſſent, Angelo, qui omnia non norat, proprio fortè ſenſu competunt, quem Deus rem cogniturum & ulturum miſerat. Germana hiſce ſunt quæ Jupiter Metam. I. ab *Ovidio* dicens inducitur:

Contigerat noſtras Infamia *temporis aures,*
Quam cupiens falſam ſummo Delabor *Olympo,*
Et Deus humana luſtro ſub imagine terras.

21. *Prorſus ſe geſſerint*] עשו כלה *bachſou chalab.* Vox כלה quæ *conſummationem* ſonat, ſignificat hîc *prorſus, omnino*, vel *certò*, & *indubitatò*. Sic 1 Sam. XX, 33. dicitur *Jonathan cognoviſſe* כי כלה היא *quod certò* aut *prorſus erat decretum à Patre occidere Davidem.* Vide & Eſai. X, 22. Senſum quidem, ſed ἐνέργειαν φράσεως non expreſſerunt LXX. Intt. & Hieronymus, quorum illi habent: *εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν συντελοῦνται*, hic: *utrum clamorem opere compleverint.*

22. *Converſo inde itinere*] ויפנו vajiphnou & *reſpexerunt*, hoc eſt, ut LXX. ἀποστρέψαντες & Vulg. *converterunt ſe inde*. Vide verſ. 16.

Coram Jehova adhuc ſtabat] Profectis Sodomam duobus Angelis, tertius cum Abrahamo manſit; & quia ſe Angelum confeſſus erat, jam eum, ut Jehovæ nuncium ab æthere miſſum, alloquitur Abrahamus. Quo habitu poſtea fuerit Abrahamo Angelus conſpectus, tacet Moſes; *Onkelos* Abrahamum putat *in oratione ſtetiſſe coram Jehova*. Ac ſanè *ſtare coram Deo* interdum eſt orare, ut Jerem. XV, 1. Vide & Marc. XI, 25. & ad eum Intt.

Rabbini Maſſorethæ in margine hîc habent: *octodecim voces correctiones Scribarum*, quarum hîc unam eſſe volunt, quaſi antea lectum fuiſſet: ויהוה עודנו עמד לפני אברהם *Jehova adhuc ſtabat coram Abrahamo*; quod cùm indecorum videretur, ita ſcripſerunt ut nunc legimus, cum Maſſorethis, Samaritis, omnibúſque Veteribus Intt. Exprobrarunt Chriſtiani nonnulli Judæis haſce corruptiones, atque inter alios *Raymundus Martinus* in Pugione Fidei Part. 2. Cap. 3. qui hac de re adiri poterit. Sed ut Judæi nihil

bamus, Dominum alloqui cœpi, fortaſſe invenientur illic viginti. Non perdam, ait, *urbem*, propter viginti. 32. Ne quæſo, ait *Abrahamus*, iraſcatur Dominus, hac duntaxat vice *præterea* loquar; fortaſſe invenientur illic decem. *Vel* propter decem, inquit, non perdam. 33. Abiit *tandem* Jehova, poſtquàm Abrahamum alloqui deſiit, atque in locum ſuum rediit Abrahamus.

1. Ge-

conceſſurum repoſuit. 32. Veritus autem Abrahamus, ne tandem Dei in ſe iram moveret, ſi pro urbe perditiſſimâ pertinaciùs deprecari pergeret, ultimùm quæſivit, an decem quidem bonis donaturus eſſet Deus oppidi incolumitatem; reſponſumque accepit vel decem piorum causâ, ſi tot ſint Sodomæ viri boni, urbem non perituram. 33. Quo dato, nubibus ſeſe miſcuit Angelus, Abrahamúſque eum non ampliùs conſpicatus ad Tentorium rediit.

1. Intereà duo alii Angeli, qui Sodomam profecti fuerant, ſub veſperam urbem ingreſſi ſunt, quo tempore ad portam ſedebat Lotus. Hic ſtatim ac conſpexit peregrinos, qui pernoctandi causâ

hil quod reponant habent, niſi Maſſoræ ſuæ auctoritatem rejiciant: ita, ſi, cum *Aben Ezra*, hoc ſaltem in negotio, ſpernatur, quod de *Thikkun Sopherim* narrant alii Rabbini fabula meritò haberi poterit. Certè nullâ auctoritate nititur, niſi Maſſoræ & Rabbinorum aliquot, quos non malè confutavit *Sal. Glaſſius* Phil. Sac. Lib. I. Tr. I. qui vel inde tanti Maſſoram faciendam non eſſe colligere potuiſſet.

23. *Acceſſit ergo Abrahamus*, &c.] Ad Angelum, nimirum, ſeu terræ inſiſteret, ſeu è nube loqueretur.

An juſtum quoque, &c.] האף haaph, *an etiam*. Eadem particula occurrit Cap. III, 1. Videtur Hiſtoricus Sacer aliquam horum ſermonum partem reticuiſſe; neque enim hæc quærere potuit Abrahamus, niſi Angeli perdendorum planitiei Jordanis incolarum mentionem injeciſſent, omnéſque ſceleribus implicitos dixiſſent.

24. *Quinquaginta juſti*] Nimirum, adulti; nam infantes, qui neſciunt quid ſit juſtitia, juſtorum loco accenſeri non poſſunt. Attamen divinam miſericordiam movent, ut nos docet Jonæ prophetia Capite IV, 11. niſi aliæ ſint Deo communi exitio omnium perdendorum rationes, ut, in hac clade accolarum Jordanis, ſine dubio fuere.

25. *Abſit ut hujuſmodi quidquam*] *Abſit tibi, ne facias juxta hanc rem.* Ut Scriptores Sacri Deum κατὰ συγκατάβασιν ſeſe noſtræ infirmitati adtemperantem inducunt: ita quoque homines cum eo agentes, haud multò aliter quàm cum homine, nobis deſcribunt. Certè Deus poteſt ad humanam infantiam verbis deſcendere, ſed quis mortalium verba, & rationes, quæ divinam majeſtatem æquent, invenerit? Ideóque Angeli, Dei perſonam agentes, patiuntur homines humano ritu ſecum colloqui; imò haud raro, in precibus Vet. Teſt. ratiocinationes occurrunt hominibus permovendis aptiores, quàm divinæ excitandæ miſericordiæ, quas tamen tulit Deus Opt. Max. Niſi horum memores ſimus, mirum videbitur Abrahamum tot verbis agere, quem alioqui de divina miſericordia & juſtitia ſecurum tacere magis decuiſſet, ſi θεοπρεπῶς ſe geſſiſſet; aut generalibus precibus fuſis, divinæ æquitati rem totam committere. Sed & hoc addendum, non modò hanc hiſtoriam ſcriptam eſſe, ut divina illuſtretur juſtitia, verùm etiam ut Abrahami quæſtionibus, Angeliſque reſponſis, magnam eſſe proborum rationem habendam edocerentur homines.

Totiúſne terræ judex] Abrahamus Angelum, quaſi Deum ipſum, alloquitur, cujus nomine agebat; quia qui facit, per alium, ipſe facere cenſetur. Si Angeli, juſſu Dei, iniqui quidpiam deſignarent, ipſe *totius orbis judex* iniquus haberi poſſet.

Judicium non exerceat] *Judicium* & *juſtitia* idem ſunt, ut vidimus ad verſ. 9. Huc reſpexit Paulus Rom. III, 5. *Numquid iniquus eſt Deus qui infert iram? (ſecundum hominem dico) Abſit! alioqui quomodo judicabit Deus hunc mundum?* Certè hîc quoque loquitur Abrahamus κατ' ἄνθρωπον, hoc eſt, pro captu hominis, ſeſe ad divinam majeſtatem nequaquam adtollentis.

26. *Si intra urbem Sodomam*] Ita loquitur Angelus, quia norat Loti potiſſimùm causâ, quamquam & miſericordiâ erga omnes commotus eſſe poterat, Abrahamum Jordanis accolarum exſcidium deprecari.

27. *Quamvis ſim pulvis & cinis*] *Et ſum pulvis & cinis.* Excuſat iteratas quæſtiones Abrahamus, quibus par erga parem decentiùs uſus eſſet, quam mortalis erga Deum. *Pulvis* & *cinis* ſynonyma ſunt, apud Hebræos, ut apud Græcos ψάμαθός τε κόνις τε; quæ à vento rapiuntur ex æquo, nec ſolidius opus conflare poſſunt, adeóque ad humanæ naturæ adumbrandam infirmitatem aptiſſima ſunt. Re ipsâ etiam ex pulvere orti in pulverem abimus. Geneſ. III, 19.

28. *An propter quinque*] Hoc eſt, *quòd quinque deſint.* Contrà commate ſequente, *propter quadraginta*, eſt *quòd ſint quadraginta.* Sic ex re ipſa intelligenda ſæpe vocabula; quæ res ſi nota non eſſet, certò exponi voces non poſſent. Sunt autem intelligenda quæ hîc dicuntur de Sodomitarum nequitia, cujus nemo erat immunis, de juvenibus, & grandioris ætatis hominibus, qui vitiorum contagione omnes erant inquinati; non de infantibus aut puerulis, ante uſum rationis, in quos nemo dixerit cadere ejuſmodi peccata, quorum *clamor ad cœlum adſcenderat*, & quæ, nonniſi diluvio ignis, expiari poterant. Hi tamen unà cum parentibus perierunt, ſed fuit bonitatis & æquitatis divinæ innoxios animos à ſontibus ſecernere, & vitæ jacturam felicitate penſare.

29. *Non faciam*] Pro אעשה *ehesche*, eſt in Samaritico Codice אשחית aſchhhith *delebo*, quod videtur eſſe gloſſema, ex verſ. 32. Sic & verſu 30.

31. *Fortaſſe invenientur illic viginti*] Hîc decem priori ſummæ detrahit, ut & in ſequenti interrogatione, quòd vereretur, ne ita paullatim procedendo iram Dei, cum quo uno verbo

agere

1. Gemini verò Angeli ſub veſperam Sodomam advenere, cùm ad portam urbis Lotus ſederet; *qui* iis conſpectis adſurrexit, obviámque *ruit*, & inclinato in terram vultu, *eos* ſalutavit; 2. ac domini mei, inquit, domum ſervi veſtri divertite, *hîc* pernoctate, lavate pedes veſtros; deinde mane ſurgetis, & iter veſtrum *facere* pergetis. Illi verò, nequaquam, ajunt, verùm in platea pernoctabimus. 3. Sed *Lotus* vehementer hoc CAPUT XIX.

sâ oppidum videbantur ingredi, obviam iis procedit, & quamvis ignotos comiter ſalutat, 2. oratque ad ſe diverterent, hoſpitióque ſuo eâ nocte uterentur; ortâ luce, quocumque vellent abituri. Illi primùm quidem negant, ut ejus animum experirentur, cùm ipſius ſervandi causâ veniſſent; & ſe in platea publica pernoctare decreviſſe ſimulant. 3. Quo verò pervicaciùs negare videbantur, eo conſtantiùs urgere Lotus, qui norat quàm periculoſum eſſet adoleſcentes (quales videbantur Angeli) in aperto loco, inter ſceleratiſſimos homines, noctem tranſigere; tandémque iteratis precibus veluti adducti tectum ejus ſubiere, ubi hoſpitali cœnâ liberaliter excepti ſunt.

4. Poſt

agere potuit, non circumſpectis quæſtionibus moveret. Sperare potuit ſe Sodomitis veniam obtinuiſſe, cùm vix credibile eſſet ne decem quidem viros bonos in eorum urbe eſſe.

33. *Abiit tandem*, &c.] Vide ad verſ. 22. ſuperioris Capitis.

In Caput XIX.

1. *Ad portam urbis*] Vel *in porta urbis*. Moris erat iis temporibus ſeniores ad portas urbium ſedere, & conſilia publica, privatáque etiam negotia ibi agitare. Vide inf. XXXIV, 20. Deut. XXI, 19. & Ruth. IV, 1. Sic & apud *Homerum* ad Scæas portas ſedent Trojani ſenes Iliad. Γ. verſ. 148.

Οὐκαλέγων τε ϗ Ἀντήνωρ πεπνυμένω ἄμφω
Εἵατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι πύλῃσι,

Ucalegon & Antenor, ambo ſapientes, ſedebant populi ſenes ad Scæas portas. Fruſtra tamen hinc Rabbini nonnulli Lotum Sodomæ Judicem fuiſſe colligunt, nam & privati illic ſolebant ſedere.

Iis conſpectis, &c.] *Et vidit Lot & ſurrexit in occurſum eorum.* Hoſpites, nimirum, eſſe ex habitu, aut vultu illico animadvertit.

Inclinato in terram vultu] Vide ad Cap. XVIII, 2.

2. *Domum ſervi veſtri divertite*] Iis temporibus in Oriente, uti nec hodie, exceptis paucis *Kervanſerais*, ut loquuntur, non erant diverſoria, quibus exciperentur peregrini; ideóque aut in platea pernoctandum erat, ſi quam in urbem venirent, aut in hoſpitis ædibus, ſeu notus is eſſet, ſeu ignotus, præ humanitate, hoſpitium præberet. Eximium, præter hoc, exemplum ejus rei exſtat Jud. XIX, 15. *& ſeqq.* Apud Græcos & Romanos, quamquam poſtremis temporibus, diverſoria & cauponæ erant, olim nullæ fuerant; unde hoſpitiorum privatorum contrahendorum mos, & unde uſque adeò laudata hoſpitalitas, quam in rem legendus *J. P. Thomaſinus* de *Teſſeris*. Vide & *Ælianum* Var. Hiſt. Lib. IV. c. 1. ubi profertur lex veterum Lucanorum, quæ ita habet: ἐὰν ἡλίου δύναντος ἀφίκηται ξένος ϗ παρελθεῖν ἐθελήσῃ εἰς στέγην τινὸς, εἶτα μὴ δέξηται, τὸν ἄνδρα ζημιοῦσθαι, αὐτὸν ϗ ὑπέχειν δίκας τῆς κακοξενίας: *ſi ſole occaſo, venerit hoſpes, & ſubire tectum cujuſpiam voluerit, ſed exceptus non fuerit, vir ille mulctator & inhoſpitalitatis pœnas luito.* Apud *Ovidium* Metam. Lib. VIII.

Jupiter huc ſpecie mortali, cúmque parente
Venit Atlantiades, poſitis caducifer alis,
Mille domos adiere, locum, requiémque petentes,
Mille domos clauſere feræ.

Quos verſus hîc laudamus, quia veræ hiſtoriæ veſtigia nonnulla eſſe, in iis quæ poſtea narrat Poëta, oſtendimus, in Diſſ. *de ſubverſione Sodomæ*.

Lavate pedes veſtros] Vide ad verſ. 4. ſuperioris capitis.

Nequaquam aiunt] Ut Loti hoſpitalitatem experirentur, negabant ſe facturos, quod facere decreverant. Simile factum vide Luc. XXIV, 28, 29. & ad eum locum *H. Grotii* adnotata.

3. *Vehementer hoc ab iis poſtulavit*] ויפצר בהם מאד *vajiphtſar bahem meod.* κατεβιάσατο αὐτοὺς ut habent LXX. Intt. ut Lucas Cap. XXIV, 29. & Act. XVI, 15. hoc eſt, *precibus coëgit.*

Infermentata liba] Propter feſtinationem, qualia erant etiam Abrahami ſubcinericia, Cap. ſuperiori, verſ. 6.

4. *A pueris ad ſenes*] Hoc eſt, longè maxima pars populi, atque omnis ætatis viri; neque enim ita hæc urgenda, quaſi ne unus quidem puerulus, nec ſenex unus ab hac fœda conſpiratione, ſeu negotiorum, ſeu alia quapiam de causâ abfuerit.

Ab extrema urbe] מקצה mikkatſe, *ab extremitate*; undequaque ab extrema uſque urbe ad ædes Loti, audito hoſpitum adventu, confluxerant. Sic Num. XI, 1. accenſus ignis *devoravit* מקצה *ab extremitate caſtrorum*, hoc eſt, undequaque, ne extremis quidem partibus intactis, omnia abſumere cœpit. Eſai. LVI, 11. *Quiſque ad avaritiam ſuam verſus eſt, ab extremitate ejus*, nempe, Iſraëlis. Ea loquutio ad omnia ſignificanda adhibetur, ut oſtendit *L. de Dieu* ad Ezek. Cap. XXXIII, 1. quamquam non debet ubique ita verti; ubi enim poteſt Latinè ipſa phraſis adhiberi, ut hîc, quid vetat quominùs eam uſurpemus?

6. *Evocato deinde Loto*] *Et vocarunt Lotum, & dixerunt.*

Veſperi] הלילה *hallailah*, id eſt, *noctu*, ſed prima pars noctis ſignificatur, ut ex primo commate liquet, ubi eſt בערב *bhereb.*

Ut eos cognoſcamus] Oportet Angelos & juvenes, & formâ præſtantes viſos, qui nefandam libidinem Sodomitarum tam citò & tam vehementer moverint. Verbum *cognoſcere* præpoſteram Venerem ſignificat, unde οἱ LXX. ἵνα συγγενώμεθα αὐτοῖς. Quæ res cùm per ſe horrenda, tum in hoſpites, quos violare nefas erat, omnium ſceleratiſſima erat; præſertim ſi cogitemus publico penè conſilio, nemine prohibente, factam

 eſſe,

hoc ab iis poſtulavit, itaque ad eum diverterunt, domúmque ejus ingreſſi ſunt. Convivium iis fecit, infermentata *liba* coxit, & comederunt.

4. Antequàm cubitum iſſent, cives urbis, viri Sodomitæ, à pueris ad ſenes, univerſus populus ab extrema *urbe*, domum cinxerunt. 5. Evocato deinde Loto, ubi ſunt, inquiunt, illi viri qui ad te veſperi venerunt? eos ad nos educito, ut eos cognoſcamus. 6. Egreſſus verò Lotus, ad oſtium *domûs*, fores poſt ſe clauſit; 7. & fratres, ait, ne, quæſo, *hoſpites* injuriâ adficiatis; 8. ecce mihi ſunt duæ filiæ, quæ virum non cognoverunt, eas nunc ad vos educam, iis facite quidquid videbitur; viris autem illis nihil facite, propterea enim tecti mei umbram ſubierunt. 9. At illi, abſcede, inquiunt; & unúſne, ſubjiciunt, *huc* venerit peregrinatum, & judicem *inter nos* agat? te nunc pejus quàm illos habebimus. Tum homini vim acriter inferunt, & ad perrumpendas fores accedunt. 10. Sed viri illi, porrectâ manu, Lotum ad ſe in ædes receperunt, januámque occluſerunt. 11. Iis verò qui pro foribus domûs *erant*, à minimo ad

4. Poſt cœnam, cùm nondum cubitum iviſſent, oppidani, furioſâ libidina exſtimulati, ex univerſa urbe ad Loti ædes concurſu facto, 5. eum evocant, hoſpitéſque jubent producere, eo animo ut iis illudant. 6. Egreſſus ut eos à nefando facinore deterreret Lotus, januâ diligenter, ne intereà ingrederentur, clausâ, blandè homines appellat, atque hoſpitalitatis jura, quæ ubique, niſi apud efferatas gentes, ſancta habebantur, memorat. 8. Sed cùm videret à libidinoſis civibus nihili ea fieri, duas filias virgines, quas domi habebat, malle ſe eis tradere, potiùs quàm hoſpitibus vis inferretur, dixit; ſeu eas acceptum non iri, ſed ejuſmodi oblatione perculſum iri miſericordiâ Sodomitarum animos ſperaret; ſeu, vel ſuorum jacturâ, hoſpitum ſaluti conſulere vellet. 9. Oratione verò, quâ molliri eos par erat, contumaciores facti, ſibi à peregrino jus dici non paſſuros exclamant; itaque niſi pejora pati vellet, hoſpites illico produceret. Hæc ubi dicta dederant, ad vim converſi, eum foribus ædium amovere, eáſque perfringere adgrediuntur. 10. Verùm Angeli, vi humanâ majore adhibitâ, erumpunt, hoſpitem intrò recipiunt, & denuò fores occludunt. 11. Tum iis, qui circa do-

eſſe, unde pudorem omnem fuiſſe exſtinctum in ea urbe colligere eſt. Indomitæ libidinis & vis in hoſpitem intentatæ exemplum etiam eſt Jud. XIX, 22. *& ſeqq.* Vide Judæ Epiſt. verſ. 5.

8. *Ecce mihi ſunt duæ filiæ*, &c.] Hinc liquet quàm ſancta eſſent hoſpitalitatis jura, cùm Lotus geminas filias, unicam ſibi prolem, libidini Sodomitarum mallet exponere, quàm pati hoſpitibus ignotis illudi. Vide Jud. XIX, 23. & *J. P. Thomaſium* de *Teſſeris.* Capp. VII & X. Fortè tamen Lotus hîc filias offert, quòd ſciret non auſuros Sodomitas quod offerebat accipere; quia filiæ ejus, ut in ſequentibus docet Moſes, duobus Sodomitis civibus, fortean principum filiis, erant deſponſatæ. Perditiſſimi autem omnium, quamquam effrenis libidinis, ſuis tamen parcunt; uſque adeò neceſſe eſt, ſaltem erga paucos, humanæ ſocietatis jura ſervari, ut vita vitalis ſit! Hoc malim ſuſpicari, quàm Lotum filias obtuliſſe Sodomitis, cùm neſciret an accepturi eas eſſent, necne, credere. Satiùs certè erat armis arreptis deſperatum conſilium, domûs contra multitudinem defendendæ, inire, & dimicantem cadere, quàm tantum dedecus alio haud multò minore vitatum ire. Fortè tamen & hoc animo hîc reputandum, niſi Lotus acerrimè Sodomitis reſtitiſſet, ſerióque hoc à ſe fieri oſtendiſſet; ſuſpectum haberi potuiſſe proditorum hoſpitum, quo nihil turpius fieri poterat. Itaque ad extremum potiùs remedium decurrit, quàm ut ejuſmodi ſuſpicione laboraret. Quocumque tamen modo res ſe habeat, vix excuſari poteſt Lotus, quòd in urbe uſque adeò vitiis omnibus inquinata, & ſedes poſuiſſet, & filias nuptum dare vellet. Fuit hæc certè nimia ſecuritas, in tanto corruptionis periculo; & fortè jam peſtilenti illo aëre adflatus fuerat. Vid. not. ad verſ. 32.

Quidquid videbitur] *Ut bonum in oculis veſtris.*

Tecti mei umbram] קורתי *Korathi*, trabis meæ Vid. Jud. XIX, 23.

9. *Unúſne ſubjiciunt*, &c.] *Et dixerunt unus*, &c. *& nos judicando judicabit*, hoc eſt, nobis leges feret, inſtar judicis; aut *damnabit nos*, hoc eſt, improbabit quæ agimus, nam *judicare* paſſim eſt *damnare*. Samariticus Codex ante infinitivum שפט *ſchphot* habet particulam גם *gam*, quæ Emphaſin auget: *an judicabit etiam judicando?*

Vim acriter inferunt] Eadem phraſis ac ſupra verſ. 3. ſed ibi de verbis agebatur, hîc ad vim res ſpectabat.

10. *Porrectâ manu*] *Miſerunt manum ſuam.*

11. *Scotoma*] *Percuſſerunt* בסנורים *baſſanverim*, ἀορασίᾳ verterunt οἱ LXX. Vulg. *cæcitate.* Non fuit *cæcitas*, neque enim oculorum uſu caſſi omnino erant, ſed σκοτώματος ſeu *vertiginis* ſpecies; quæ obſtabat quominus loca agnoſcerent, ut quæ divinitus Syris immiſſa 2 Reg. VI, 18. Meritò ergo obſervat *Auguſtinus* Græcos uſos eſſe vocabulo *quod magis ſignificet, ſi dici poſſit*, avidentia, *quæ faciat non videri, non omnia, ſed quod non opus eſt.* Voce Græcâ, poſt alios uſi ſumus, pro Medicorum more, quòd Latina æquè commoda non occurreret. Vocabulum Hebraïcum סנורים *ſanverim* compoſitum eſſe exiſtimarim ex סג *ſoug*, *receſſit*, & נורים *nourim*, *lumina*; quia eo morbo veluti diſcedunt lumina; eliſo נ, quaſi סגנורים *ſagnourim.*

Ut in invenienda] *Et fatigati ſunt ad inveniendam januam*; hoc eſt, in quærenda ædium janua.

12. *Viri*] האנשים *haanaſchim.* Samariticus habet המלאכים hammalachim *Angeli*, quòd jam cœpiſſent id quod erant, cùm recepiſſent Lotum, invitis & contrà nitentibus Sodomitis, atque hos vertigine adfeciſſent, oſtendere.

Generum, *filios*, &c.] Adſines omnes, aut con-

ad maximum, ſcotoma immiſerunt, ut in invenienda janua defatigarentur.

12. Dein viri illi Loto, éſtne hìc, inquiunt, præterea tuorum quiſpiam? Generum, filios, filias atque omnes tuos, qui in urbe ſunt, educito ex hoc loco; 13. nos enim eum jam perdemus, quia crevit clamor eorum coram Jehova, iſque nos ad eum perdendum miſit. 14. Exiit ergo Lotus, & colloquutus eſt cum generis, qui ejus filias erant ducturi, & ſurgite, inquit, exite ex hoc loco, urbem enim jam perditurus eſt Jehova. Sed generis jocari viſus eſt.

15. Cùm autem aurora exoriretur, urſerunt Angeli Lotum, & ſurge, inquiunt, adſume uxorem & duas filias quæ adſunt, ne cum ſceleribus urbis pereas. 16. Moras verò nectentis manum adprehenderunt illi viri, manum item uxoris, & manus duarum filiarum, eúmque, quæ Jehovæ fuit erga illum miſericordia, eduxerunt, & extra urbem ſtatuerunt. 17. Inter educendos autem illos, ſerva, inquiebat *Angelus*, vitam tuam, ne reſpice poſt te, neque in tota planicie conſiſte; in montem fuge, ne pereas. 18. Lo-

domum errabant, oculorum immiſſâ caligine, omnes eorum conatus irritos fecerunt; fruſtra enim quæſitâ domûs januâ, feſſi abierunt.

12. Angeli nequitiæ Sodomitarum, cùm nemo ex primoribus, aut purpuratis, nemo ex plebe laboranti Loto auxilium tuliſſet, ſpecimine conſpecto; ſe qui erant confeſſi Lotum jubent ſuos omnes, quotquot erant, convocare, ut eos oppido confeſtim educeret; 13. inſtare enim Sodomæ exitium, cujus civium intolerabilia jam eſſent ſcelera, quæ ut plecterent à Deo miſſi erant. 14. Loto nullus erat in urbe adfinis, præter duos viros, quibus filias deſponderat. Hos convenit ante lucem, & quàm primùm ex urbe ſecum egrederentur ſuadet, à Deo enim exſcidium extremum ei inſtare. Sed illis ſenex jocari viſus eſt, riſúque ejus preces exceptæ.

15. Sub auroram, Angeli Lotum vehementiùs urgere cœperunt, juſſeruntque è veſtigio ſecum uxorem & filias, omnibus negotiis poſthabitis, educere, ne ſceleratorum Sodomitarum involveretur ſupplicio. 16. Ille ut pretioſiſſima quæque aſportaret aliquantùm cunctabatur; ſed Angeli adreptis ejus, uxoris, & filiarum manibus, feſtinanter cum iis urbe ſeſe ejecerunt, & eos divinâ favente miſericordiâ ſervarunt. 17. Dum egrederentur, monue-

conſanguineos his vocibus exprimunt. Poſt ultimam commatis vocem המקום *hammakom*, addit Samariticus הזה *hazze*, hoc, ut LXX. Intr. qui converterunt ἐκ τοῦ τόπου τούτου.

13. *Jam perdemus*] *Perdentes nos*; aliquando participia paullò poſt futurum ſignificant, ut Cap. XVIII, 17. & infrà in hoc verſu 14.

14. *Erant ducturi*] *Accipientes filias.*

Jocari viſus eſt] *Fuit ut jocans*, aut *illudens.*

15. *Urſerunt*] ויאיצו *jaitſon.* LXX Intt. ἐπεσπούδαζον. Alii, *coëgerunt.*

Cum ſceleribus urbis] בעון *bhavon*, in ſcelere urbis, hoc eſt, unà cum ſceleratis civibus. Alii *in pœna urbis*, quia עון ſæpe pro peccati pœna uſurpatur.

16. *Moras nectentis*] *Et morabatur & apprehenderunt*, &c.

Quæ Jehovæ fuit erga illum miſericordia] *In miſericordia Jehovæ in illum*, cùm Deus ejus miſereretur.

17. *Inter educendos*] *Et erat in educendis iis, & dicebat.*

Ne reſpice poſt te] Nun videtur, ne ſemel quidem reſpiciat, vetare; ſed ne reſpiciendo, ut videat quid ſit futurum, moretur in locis quæ ſubvertenda erant, cavet. Qui relictarum à ſe rerum deſiderio flagrant ſæpe reſpiciunt, & quantùm poſſunt, morantur, quod tum periculoſiſſimum fuit.

In montem fuge] Quia montana non erant conflagratura.

19. *Apud te gratiam invenis*] Hoc eſt, jam mihi faventem cùm te præbueris, pergas porrò benignè mecum agere.

Maxima ut mihi vitam ſervares, &c.] *Magnificaſti miſericordiam tuam, quam feciſti mecum, in vivificanda anima mea.*

20. *In montem evadere non potero*] Hoc eſt, in Moabiticos, ut poſtea dicti ſunt, montes; qua de re & reliquis hujuſce Hiſtoriæ circumſtantiis, egimus in Diſſert. *de Sodomæ ſubverſione* huic operi adjecta, ad quam Lectorem amandamus.

Eámque parvam] *Et ea parum.* Eſt quidem המה *vhem*, ſed Maſſorethæ oſtendunt legendum היא *vhi*, ut habet etiam Samariticus Codex, ut & verſ. 38. Poteſt autem id pronomen referri ad vocem עיר hir *urbs*, ut fecimus poſt LXX Intt. & Vulg. vel neutro genere converti, *atque hoc parum*, nimirum, quod peto. Vid. 2 Paral. XXIV, verſ. 24.

Vivam] *Vivet anima mea.*

21. *Tui rationem habebo*] נשאתי פניך *naſchathi phanecha*, accepi, aut ſuſtuli faciem tuam, quâ phraſi ſignificatur προσωποληψία, quâ fit ut perſonarum, quarum res agitur, potior quàm ipſarum rerum ratio habetur. Ea Deo ineſſe negatur Deut. X, 17. hominibúſque vetatur ejuſdem libri Cap. XVI, verſ. 19. Hîc verò in meliorem partem ſumitur, hoc enim vult Angelus, ſe potiùs Loti, quàm Tſoharitarum, qui Sodomitis fortè meliores non erant, rationem habere: itaque ejus causâ iis parcere, cùm aliis non eſſet condonaturus. Qua in occaſione, licita fuit προσωποληψία, quia non agitur de jure in gratiam alicujus, & aliorum detrimentum violando; ſed de remittendis peccatis, quæ Deus huic non illi, etſi paribus vitiis inquinatis, ignoſcere poteſt. LXX Intt. ἐθαύμασά σου τὸ πρόσωπον, quod in eumdem, quem expoſuimus, ſenſum uſurpat Judas Epiſt. verſ. 16. *Hieronymus* habet *ſuſcepi preces tuas. Symmachus* verterat ἰδοὺ ἐδυσωπήθην τὸ πρόσωπόν σου, *adſpectu reveritus ſum faciem tuam*, hoc eſt, orantis vultum ſuſtinere, quin concederem quod petebas, non potui.

22. *Ideò vocata eſt urbs illa Tſohar*] *Vocavit no-*

18. Lotus verò illis, ne, quæſo, Domine, *tam procul*; 19. ecce nunc apud te gratiam invenit ſervus tuus, & maximâ, ut mihi vitam ſervares, erga me uſus es miſericordiâ, in montem evadere non potero; ne tamen adhæreat mihi malum hocce & moriar. 20. En urbem vicinam, in quam fugiam, eámque parvam, eò, quæſo, evadam (annon parva eſt?) & vivam. 21. Tui, etiam hac in re, ait *Angelus*, rationem habebo, ne oppidum quod dixiſti evertam. 22. Feſtina ergo, illuc evade; neque enim, donec eò perveneris, quidquam facere potero. Ideò vocata eſt urbs illa Tſohar.

23. Cùm ſol terris oriretur, Tſoharem ingreſſus eſt Lotus, 24. & Jehova in Sodomam & Gomorram ſulphur & ignem ab Jehova è cœlo depluit, 25. atque urbes illas, totam planitiem, omnes urbium incolas, terræque proventus ſubruit. 26. Uxor verò Loti, quæ à tergo *ſequebatur*, reſpexit, & ſtatua ſalina fuit.

27. Mane autem Abrahamus ſurrexit, & ad locum, ubi coram Jehova ſteterat, ivit. 28. Tum proſpexit Sodomam & Gomorram versùs, atque omnem planitiei oram; ecce verò fumum terræ adſcendentem, quaſi fornacis, vidit. 29. Sic Deus, cùm urbes planitiei everteret, recordatus Abrahami, Lotum è media ruina, dum ſubruerentur urbes in quibus habitabat, dimiſit.

30. Ad-

nuerunt ne uſquam, poſtquàm à ſe dimiſſi eſſent, morarentur, donec ad montem perveniſſent; totam enim planitiem ſubverſum iri. 18. Sed Lotus tam longinquam fugam deprecatus, 19. quandoquidem tanta erga ſe eſſet Dei clementia, propius ſibi dari perfugium obnixè petiit, cùm vix ad montana pervenire eo die poſſet. 20. Oppidulum eſſe vicinum Belam, in quo ſibi aliquantum quieſcere liceret orabat, ſine ſua pernicie. 21. Alter Angelorum, à quo deducebatur, id oppidulum donare ſe ei reſpondit, neque everſum iri; 22. ſed eò pervenire feſtinaret, nam ipſo demum oppidum ingreſſo, alias urbes ſe perditurum. Ab eo tempore Bela vocata eſt *Tſohar*, hoc eſt, *parva*, quòd parvum oppidum eſſet, & rem parvam ſe petere dixiſſet Lotus.

23. Oriente Sole, Lotus Belam ingreſſus eſt, ab Angelis antea dimiſſus; 24. quò vix pedem intulerat, cùm ecce ingens fulminum è nubibus demiſſorum copia bituminoſum ſolum ſubitò incendit. 25. Igne bituminis ſodinas, quibus ſubſtrata erat ea terra, pervadente, agri tremefacti, mox abſumto bitumine, quo ſuſtinebantur, in exeſas cavernas ſubſedere, ſecúmque ædificia & incolas, omnéſque plantas traxere. Jordanes verò aliíque fluvii, qui illac fluctus volvebant, depreſſiorem humum nacti, eum in locum collectis, miſtíſque bitumini aquis, lacum, qui *Mare Salſum* nunc dicitur, confecerunt. 26. Interea uxor Loti diutiùs viro cunctata, ſeu ſtupendi incendii terrore, ſeu ſulfuris vapore, antequàm Tſoharem veniret, ſubitò extincta eſt, eóque ipſo in loco diriguit.

27. Eo

nomen urbis Tſohar. קרא abſolutè uſurpatur pro paſſivo נקרא *nikra.* Vid. ad Cap. XI, 9. ubi & alia exempla. Vel ſubauditur nominativus, nempe, *vocans*, quicumque fuerit. Vett. Intt. efferunt hoc nomen *Tſegor*, & ע inſtar G ג pronunciant, ut ex עזה *haza* fit *Gaza*, aliáque ſimilia. De ſitu hujus urbis egimus in Diſſ. *de Sodom. ſubverſ.* ubi & ſequentia commata 23. & 24. expoſuimus.

23. *Terris exoriretur*] *Exiit ſupra terram & Lot ingreſſus eſt.*

26. *Tum uxor Loti*] Hanc diriguiſſe præ metu oſtendimus in *Diſſ. de Statua Salis*, huic Operi adjuncta.

28. *Ecce vero fumum*] Hoc eſt, denſiſſimum fumum, qualis ex ſornace lateraria, ad ingentem laterum copiam coquendam lignis oppleta, adſcendit; nam כבשן *chibſchan* volunt eſſe fornacem laterariam. Vid. Exod. XIX, 18.

29. *Sic Deus*, &c.] *Et fuit cùm perderet*, &c. *& recordatus eſt.*

E media ruina] *E media everſione.*

Cùm ſubverteret] בהפך *bahaphoch.* Samariticus בהפכו bahaphcho, *cùm ſubverteret ille*, nempe, Deus.

Civitates in quibus habitabat] Vide not. ad Cap. XIII, 12.

30. *In monte ſedes poſuit*] Hoc eſt, in Moabiticis montibus, qui ſunt ad ortum lacûs Aſphaltitæ, de quibus vide Num. XXIII. quæ loca poſtea Loti poſteri incolis frequentavere.

Unáque duæ ejus filiæ] Enumerat Moſes libera capita, omiſſis ſervitiis; neque enim credibile eſt Lotum, hominem locupletem, ſine ſervis Sodomæ vixiſſe, aut ſervos in ea clade reliquiſſe. Præter familiam urbanam, quam ſecum domi habuit, erant multi alii ſervi, qui greges ejus variis in locis paſcebant, & qui fortè omnes non periere. Si qui certè erant circa Tſoharem, aut montibus propiores, ii evaſerunt.

In ſpelunca conſedere] Earum regionum incolæ ſæpe pro domibus, & quidem tutiſſimis, ſpeluncas habent, ut oſtendimus in Habdiam ad verſ. 3. Voci בנותיו *bnothau* quâ clauditur verſus, addit Samariticus עמו *himmo*, ut LXX. *μετ' αὐτοῦ cum eo.* Nulla cauſa erat addendi, ſed ut ſuperfluum reſecari potuit, cùm antea occurrat.

31. *Neque quiſquam eſt in regione*] Jam olim obſervavit *Hieronymus*, in Tradit. *nonnullos pro earum excuſatione dixiſſe eas, eò quòd putaverint genus humanum defeciſſe, ideò cum patre concubuiſſe.* Sed non poterant, ut jam ſervos, quos cum iis diximus evaſiſſe, omittamus, neſcire Tſohare relictos eſſe incolumes omnes incolas. Vix poterant etiam ignorare cladem, ex qua evaſerant, ad totum terrarum orbem non pertinuiſſe. Sed cùm nollent conjugem ſervum habere, neque aliò ſedes transferre commodum eſſet; nemo jam ſupererat, præter patrem, in locis ſolis, qui eas matres facere poſſet. Nec fortè quæ Sodomis urbe inquinatiſſima, ubi libidini nullæ leges oppoſitæ erant, educatæ fuerant, & mox nupturæ, inceſtum multùm horrebant.

More

30. Adſcendit verò Tſohare Lotus, atque in monte ſedes poſuit, unáque duæ ejus filiæ, Tſohare enim manere veritus eſt. Ipſe & geminæ filiæ in ſpelunca conſedêre. 31. *Ibi* earum major natu minori, pater, inquit, noſter ſenex eſt, neque quiſquam vir eſt in regione, qui more totius terræ ad nos veniat; 32. age, potandum demus patri noſtro vinum, & cum eo concumbamus, ut prolem è patre noſtro ſuſcipiamus. 33. Eâ ergo veſperâ, cùm vinum patri potandum dediſſent, cum patre cubitum ivit natu major, nec ille, quando ea cubuit & ſurrexit, *eam* agnovit 34. Poſtridie major natu minori, ecce, inquit, heri cum patre cubui, demus etiam illi hac veſperâ vinum potandum, tu verò cubitum ito cum illo, & ſobolem è patre noſtro ſuſcipiamus. 35. Dederunt ergo etiam eâ veſperâ vinum patri ſuo bibendum, & minor cum eo cubitum ivit, neque is, cùm ea cubaret & ſurgeret, *eam* agnovit. 36. Conceperunt ambæ Loti filiæ è patre ſuo, 37. & primogenita quidem, peperit filium, ac nomine eum Moab vocavit. Is pater Moabitarum, *qui* etiamnum hodie *ſuperſunt*, fuit. 38. Minor quoque filium peperit, eique Ben-hammi nomen impoſuit, atque hic pater eſt filiorum Hammon, *qui* hodie etiam *durant*.

XVIII. Abra-

27. Eo die mane ſurrexit Abrahamus, atque ad locum in quo coram Angelo ſteterat, unde in planitiem Jordanis proſpectus erat, ivit. 28. Illuc oculis converſis, ingentem fumum ardentis ſoli, quaſi omnis illa ora in fornacem incensâ materiâ plenam converſa fuiſſet, vidit. 29. Atque hoc pacto, Abrahami potiſſimum religione permotus Deus, fratris ejus filium Lotum ex tanta clade, quâ omnes locorum perierunt incolæ, ſolum eripuit.

30. Lotus verò, conſpectâ ultione divinâ, Tſoharem quidem ſatis tutum ſibi fore, propter viciniam & oppidanorum mores, perfugium cenſuit; itaque quam primùm in montes, quos ejus poſteà obtinuerunt poſteri, cum facultatibus quas eripere cladi feſtinanter adeò potuerat, ſe contulit; & in ſpelunca quidem, cùm deeſſent ædificia, cum filiabus vixit. 31. Ibi ejus filiæ, quæ ſponſos amiſerant, nec liberum ullum virum in deſertis jugis videbant, cui nuptui dari poſſent, conſilium inter ſe ineunt augendi prole parentis, qui jam ſenex erat. 32. Primogenita inebriandum cenſuit, ut cum eo ambæ vicibus concumberent, ſobolémque ex eo parerent. 33. 34. 35. Eadem cum inebriato patre concubuit, dein & ſequente nocte, cùm largiùs iterum bibiſſet, natu minor; quas ambas quidem compreſſit, nec tamen, præ temulentia, ad ſe venientes noctu, aut mane abeuntes agnovit. 36. Ambæ gravidæ factæ ex parente ſunt, 37. & primogenita quidem filium enixa *Moabum*, hoc eſt, *ex patre* vocavit, unde orti Moabitæ. 38. Natu minor filium etiam peperit, cui *Benhammi* nomen indidit; hoc eſt, *filium populi mei*, qui Hammonitarum pater & conditor fuit.

P A-

More totius terræ] Hoc eſt, cum quo, inito matrimonio, coëamus.

32. *Veni*] לכה *lcha*. Samariticus לכי *lchi*. fœminini generis.

Potandum demus] Nempe, ut ſenem incenderent, útque hilarior factus ad Venerem eſſet propenſior. Non tamen exiſtimandum eum uſque adeò ab iis inebriatum fuiſſe parentem, ut quid ageret prorſus neſciret, quo modo ad Venerem ineptus factus eſſet; quod tamen multi ex ſequentibus malè colligunt.

Vinum] Quod ſecum fortè Tſohare adtulerant, unde obiter colligere poſſumus, non modò non omnibus facultatibus amiſſis, fugiſſe Lotum; ſed etiam ſervos, ac jumenta aliquot ſecum habuiſſe. In ſumma enim inopia, vinum in Moabiticos montes non abſtuliſſent, cùm tot alia, ad vitam aliquamdiu in ſolis locis degendam magis neceſſaria, eſſent auferenda.

33. *Cùm vinum patri potandum*] Qui ſolitus erat, Orientalium more, aquam bibere, aut vino uti diluto & pauco, ei merum & fortè largius ſuppeditavere. Sic & in *Cinyræ* & *Myrræ* fabula, nutrix hujus patrem, ne filiam agnoſcat, ebrium adgreditur:

Nacta gravem vino Cinyram malè ſedula nutrix.

Ovidii ſunt verba Metam. X.

Ut prolem è patre noſtro ſuſcipiamus] Et vivificemus è patre noſtro ſemen; hoc eſt, ne patris noſtri genus exſtingui ſinamus.

33. *Cùm vinum patri potandum*] *Et potandum dederunt —— & venit primogenita, & cubuit —— nec cognovit.*

Nec ille eam agnovit] ולא ידע vlo jadah, *nec agnovit*, nimirum, filiam ſuam, quam ſervam fortè eſſe credidit, quâ, cùm liberaliùs ſeſe invitaſſet, haud illibenter uſus eſt; nec etiam, præſertim uxore mortuâ, pro moribus illius ævi, pellicis uſu ei interdictum erat. Rabbini puncta duo inuſitata voci בקומה *bkoumah*, cùm ſurgeret, ſuperimponunt, quod obſervatum etiam *Hieronymo* in Tradit. Heb. *Adpungunt*, ait, *deſuper, quaſi incredibile, & quod natura rerum non capiat, coire quempiam neſcientem.* Si il Rabbini propterea duo puncta hîc addiderunt, ſanè nodum in ſcirpo quærebant; neque enim ſe coiviſſe ignoravit Lotus, ſed cum qua muliere coiviſſet neſcivit. Deeſt vocula אותה *othah*, eam; quam vertendo ſupplevimus. Alii rectiùs conjicere videntur puncta voci בקומה impoſita, ob rei atrocitatem; ſaltem Punctatorum famæ magis conſulunt. Noctu, exſtinctis luminibus, patrem inviſêre filiæ, & ante lucem alto ſopitum ſomno jacentem reliquere. *Parthenius Nicæenſis*, Eroticorum Capite XVII. ubi narrat quâ ratione Periandri Corinthii mater cum filio concubuiſſet, cùm thalamo lumen non inferretur, neque ipſa loqui cogeretur, ſæpiùs eam cum filio congreſſam ait, & quidem ignotam. Promittit filius μήτε λύχνα φαίνειν ἐν τῷ θαλάμῳ, μήτε ἀνάγκην αὐτῷ ἐπάγειν πρὸς τὸ διαλεχθῆναί τι, *neque noctem illuſtraturum face in thalamo, neque neceſſitatem impoſiturum aliquid dicendi*; illa verò ignota, σιγὴ ἔχεται (nota ſimi-

XVIII. Abrahamus, in agro Gerarenſi tendens, Saram uxorem ſuam eſſe diſſimulat, quam ducere parat Abimelechus. Verùm hic ſomnio monitus eam Abrahamo reddit intactam, Abrahamúſque pro Abimelecho Deum deprecatur.

CAPUT XX. 1. ABRAHAMUS illinc in meridianum tractum profectus inter Kadeſum & Surem conſedit, & Gerare peregrinatus eſt. 2. Cùm autem Saram uxorem ſuam ſororem eſſe diceret, Abimelech Rex Geraris miſit qui eam *ſibi* ſumerent.
3. Deus verò ad Abimelechum noctu in ſomnis venit, &, ecce, inquit, periiſti propter mu-

PARAPHRASIS.

EX ſermone Angeli ſecum habito, cognovit Abrahamus à divina juſtitia bonos cum malis numquam miſceri. Hoc ipſum ex liberatione Loti intellexit, quem unum ut eriperent, humanam ſpeciem induerant, Sodomæque pernoctaverant Angeli. Idem etiam diu antea diſcere potuit ex eo quod Abimelecho, cùm in ejus regno eſſet, acciderat, quod hîc antè prætermiſſum propterea narrabimus.

1. Cùm ex eodem tractu, in quo tendebat, quando planitiei Jordanis everſæ ſunt urbes, in meridianam plagam profectus eſſet; in Gerarenſi agro, inter Cadeſum & Surem, aliquamdiu moratus eſt. 2. Eximia autem erat, quamquam ætate proceſſerat, Saræ forma; quo factum, ut Abrahamus vitæ ſuæ timeret, ſi uxorem ſuam eſſe reſciſcerent Palæſtini; qui ut uxore potirentur, virum occidere religioni ducturi non eſſent. Neque erravit, cùm eorum locorum incolas formâ Saræ captum iri ſuſpicatus eſt; Abimelechus enim Gerarenſium Rex, ſeu ipſe eam vidiſſet, ſeu ab aliis monitus, illico domum ſuam mulierem duci juſſit. 3. Sed viſus ſibi poſtea

litudinem hujus phraſis cum Hebraïca Capite XXIX, 21.) *ingreditur ad filium*, νὺξ πρὶν ἢ προσφαίνειν ἐν λαθραίως ἔξεισι, *antequàm luceret aurora clam exit.* 1. Sam. XXVI, 12. cùm David abſtuliſſet haſtam, & amphoram Saülis, in mediis caſtris dormientis, inter ſopitos ſuos, *nemo vidit*, אין ירע *nemo cognovit*; ſubaudiendum אותו otho, *eum*, aut זאת zoth *hoc*.

34. *Poſtridie*] *Et fuit cras — & dixit.*

35. *Dederunt ergo*] Mirum-eſt hominem paſſum ſe à filiabus ita inebriari; niſi antea pluſculum bibere interdum ſolitus fuerit.

37. *Nomine eum Moab vocavit*] מואב *Moab*, variatione fortè Dialecti, idem ac מאב *meab*, hoc eſt, *è patre*, quòd è patre eum ſuſceperit.

Is pater Moabitarum] *Is pater* (nam אבי perinde eſt ac אב, redundante י) *Moab.*

Qui etiamnum hodie] Hoc eſt, eorum populorum, qui etiamnum Moabitæ vocantur.

38. *Ben-hammi*] *Filius populi mei*, nam ex peregrino patre non fuit ſuſceptus. Videtur etiam עמון *Hammon* dictus, quando quidem ejus poſteri בני עמון *filii Hammonis* vulgò dicebantur. *Moabitæ* & *Hammonitæ* vicini erant populi, de quibus dicemus ad Deut. II, 9, 19.

COMMENTARIUS.

In CAPUT XX.

1. *IN Meridanum tractum*] *In terram Meridiei*, nempe, ratione Chananææ, versùs Idumæam, de qua vid. adnotat. in Habdiæ verſ. 19. & Cap. XIII, 1.

Inter Kadeſum & Surem] De *Kades* vide ad Cap. XVI, 14. de *Sur* ad verſ. 7. ejuſdem capitis.

Gerare] *Gerar* urbs fuit Chananæorum, ditionis eorum ad Meridiem terminus, ut docet Moſes ſuprà Cap. X, 19. Videtur ad ortum Gazæ fuiſſe. *Hieronymus* in locis Hebraïcis: GERARA, *ex cujus nomine nunc Geraritica regio, trans Deroma, procul ab Eleutheropoli, viginti millibus & quinque ad Meridiem. Erat autem terminus Chananæorum, ad Auſtralem plagam, & civitas Metropolis Palæſtinæ. Scriptura commemorat fuiſſe eam inter Cades & Sur, hoc eſt, inter duas ſolitudines; quarum una Ægypto jungitur, ad quam populus trans fretum rubri maris pervenit: altera verò Cades uſque, ad Saracenorum Eremum extenditur.*

2. *Saram uxorem*, &c.] אל שרה *el Sarah*, hoc eſt, aut *de Sara*, aut *ad Saram*, eam compellando. Vide Cap. XII, 13. Ad hanc hiſtoriam, idem, circa Saræ ætatem & formam, obſervandum quod adnotavimus ad Cap. XII, 12. & quidem eò magis ejus meminiſſe opus eſt, quò Abimelechi amor tempore poſterior fuit. Videtur hoc eveniſſe poſtquàm Abrahamus ex Ægypto redierat, quamquam annus indicari nequit. Interea cavendum ne credamus hæc ſuo ordine narrari, nam poſtquàm Deus Iſaacum Saræ promiſit Cap. XVIII. interceſſit dumtaxat annus ab eo promiſſo ad ejus partum, quo non potuit Sara in regiam Abimelechi duci, & ſat diu ibi commorari, ut oſtendimus ad verſ. 17. quin gravidam eſſe eam agnoſcerent. Nec credibile etiam eſt Saram gravidam dicturam fuiſſe Abrahamum fratrem ſuum eſſe; aut celaturam ſe viro eſſe conjunctam; ne jam dicam nonagenariam mulierem tantas formæ præteritæ, ut juvenes amore incenderet, vix potuiſſe ſervare reliquias.

Sororem] LXX Intt. hîc laciniam addunt deſumtam ex Cap. XII. ἐφοβήθη γὰρ εἰπεῖν ὅτι γυνή μου ἐστί· μήποτε ἀποκτείνωσιν αὐτὸν οἱ ἄνδρες τ̃ πόλεως δι' αὐτήν: *timebat enim dicere, uxor mea eſt, ne interficerent eum viri urbis propter eam.* Eſt hîc הוא pro היא, ut teſtantur Maſſorethæ, & Codex Samariticus. Sic & verſ. 5. & 12.

Qui eam ſibi ſumerent] *Et ſumſit ſibi Saram.*

3. *Noctu in ſomnis venit*] *In ſomnio noctis*, nimirum, ei apparuit.

Ecce, inquit, periiſti] *Dixit ei, ecce te mortuum*; niſi reddas, ſcilicet, uxorem viro.

Mu-

mulierem quam ſumſiſti, nam virum habet. 4. Abimelechus autem cum ea nondum congreſſus erat; ac, Domine, ait, an etiam gentem juſtam occides? 5. Nonne ille dixit: ſoror mea ea eſt; & ipſa etiam: frater ille meus eſt? in integritate animi mei, & munditie manuum mearum hoc feci. 6. Deus verò illi in ſomnis: *novi* etiam ego, inquit, te in integritate animi tui hoc feciſſe, prohibuíque ne in me peccares, qua de cauſa eam à te adtingi non paſſus ſum. 7. Nunc ergo viro uxorem redde, nam propheta eſt & pro te deprecabitur; *ſic* vitæ tuæ conſule; ſin verò non reddideris, te, omnéſque tuos perituros eſſe ſcito. 8. Mane ſurrexit Abimelechus, vocatíſque omnibus ſervis hæc omnia dixit, iis audientibus; *quibus auditis*, homines vehementer timuerunt. 9. Tum vocavit Abimelechus Abrahamum, & quid feciſti, inquit, nobis? aut quid

poſtea eſt in ſomnis Dei audire vocem; mortem minitantis, quòd viro uxorem rapuiſſet. 4. Nondum cum ea congreſſus cùm eſſet, viſus ſibi eſt Deo reponere innoxios perire, haud aliter ac ſontes, conſentaneum non eſſe divinæ juſtitiæ. 5. Se autem nihil ea in re peccaſſe, ſororem enim ſuam eſſe dixiſſe Abrahamum, Saram verò Abrahamum fratrem; itaque hanc à ſe, ſine crimine, uxorem duci poſſe exiſtimaſſe. 6. Iterum divinam vocem audire ſibi eſt viſus, quâ Deus teſtaretur, ſe quidem ignorantiâ ab eo peccatum animadvertiſſe, proptercáque, immiſſo morbo, ne Saram adtingeret, impediiſſe, ne, præ ignorantiâ, in gravius delaberetur peccatum. 7. Nunc autem monitus reſtitueret uxorem viro, qui cùm Propheta eſſet & ſibi acceptus, ſacra facere pro eo, irámque divinam placare poſſet. Sin verò alienam uxorem retinere pergeret, ſibi omnibúſque ſuis, prænaturâ morte, intra breve tempus, intereundum eſſe ſciret. 8. Poſt hoc ſomnium, bene mane ſurrexit Abimelechus, acerſitiſque amicis quid ſomniaſſet, expoſuit, eumdémque, quo ipſe percitus erat, timorem injecit. 9. Igitur, ex omnium ſententia, confeſtim vocatur Abrahamus, quem caſtigat Abimelechus, quòd diſſi-

Mulierem] Pro eo quod eſt in noſtris Codd. על האישה *hal haiſchah*, eſt in Samaritico, על אודות האישה *hal odoth haiſcha*, eodem ſenſu. Vide ad Cap. XXI, 11.

Nam virum habet] *Eſt maritata marito.*

4. *Cum ea nondum congreſſus erat*] *Ad eam non acceſſerat*, quæ eſt coïtûs circumloquutio. Vide Eſai. VIII, 3.

Domine ait, &c.] Hoc eſt, viſus eſt ſibi, his verbis, minanti Deo reſpondere. Quod poſtea θεόπεμπτον eſſe ſomnium agnovit, cùm Saram re verâ Abrahami uxorem eſſe comperiſſet.

An etiam gentem juſtam] Hîc ſe non vocat *gentem* Abimelechus, ſed univerſaliùs rem peculiarem effert, ut ſolet paſſim fieri; quaſi diceret, *an innocentes plectere ſoles ut reos*? nam qui unum plectit, poteſt & plures. Hæc autem interrogatio negationis hujus loco eſt, *numquam ſoles inſontes perdere*; unde ſequebatur nihil eſſe cur timeret Abimelechus, qui hoc in negotio non peccarat. *Juſtus* autem hîc dicitur *innocens*; quod LXX ἀγνοοῦν καὶ δίκαιον extulerunt.

In integritate animi mei] Hoc eſt, non malo animo, ſine ullius injuria, quam noſcerem me facere. תם *thom* integritatem hîc ſignificat, à fraude omni ac vi remotam, quemadmodum etiam תם *tham* hominem *mitem* ſonat Cap. XXV, 27. & aliquando ἁπλοῦς *ſimplex* rectè à LXX. Intt. vertitur.

Non paſſus ſum] Morbo ei immiſſo, nam aliquamdiu Saram habuit, ut ex ſequentibus colligere eſt. Vide dicta ad Cap. XII, 17. & hujus ultimum.

7. *Propheta eſt*] נביא *nabi*. Videtur hæc vox primùm in uſu inter Hebræos fuiſſe, deinde frequentiùs adhibita dictio ראה roeh *videns*, ſed tandem נביא in uſum revocata. Scriptor Lib. 1 Samuelis, Cap. IX, 9. *Antea ſi quis iret Deum ſciſcitatum in Iſraele, ſic dicebat: agedum, eamus ad videntem, quia qui hodie Nabi, antea vocabatur Videns.* Huic voci uſu venit quod obſervavit *Horatius* in *Arte Poët.*

Multa renaſcentur quæ jam cecidere, cadéntque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus.

Temporibus Moſis uſitata erat, Judicum tempore deſiit, inde iterum renata eſt. De vocis Etymologia, non conſentiunt Eruditi. Sunt qui à radice נוב *noub* deducunt, quæ propriè eſt *fructum proferre*, metaphoricè de prolatione verborum occurrit Prov. X, 31. Volunt iidem נביא *oratorem* deſignare, qui Dei nomine populum alloquitur, quod munus erat Prophetarum. Sed præſtat τὸ א *radicale*, ut Grammatici loquuntur, habere, vocémque deducere à radice Arabica נבא *nabaa*, quæ, inter alia, *nunciare*, *indicare* ſignificat, non minùs ac *vaticinari*, unde & נבו *nabaon* eſt *nuncium*. Eadem hæc Radix, apud Hebræos, etiamnum uſitata eſt in *Piel*. Si Prophetarum munus reſpiciamus, non poteſt convenientiùs Propheta, quàm *nuncius* vocari: eſt enim cùm Dei ad homines, tum hominum ad Deum nuncius. Hinc Aharon Exod. VII, 1. dicitur *Moſis Propheta*, quia mandata Moſis ad Pharaonem perferebat. Hîc Abrahamus Abimelechi veluti *nuncius* eſt ad Deum, quem Philiſthæorum Regi exorat; paſſim Prophetæ à Deo *nuncii* ad homines mittuntur. Analogia etiam hac in derivatione accuratè ſervatur, ſic enim deducitur נשיא *naſi* à נשא *naſa*, בריא *bari* à ברא *bara* & ſimilia.

Pro te deprecabitur] Ut Prophetæ à Deo ad homines mittuntur: ſic quoque homines, ut dicebamus, Prophetas veluti mandatis inſtruunt, quæ ad Deum perferant, quòd ab iis Deum faciliùs exorari exiſtiment. Vid. Jerem. XIV, 11. XVI, 1. Idem Propheta, qui ſe à Deo miſſos falsò jactabant, ita provocat: *Si Prophetæ ſunt, ſi eſt apud eos verbum Domini, orent nunc Jehovam exercituum, ne reliqua vaſa, quæ ſunt in Æde Jehovæ, in regia Regis Judæ & Jeroſolimæ, Babelem eant.* Cap. XXVII, verſ. 18.

Vitæ tuæ conſule] *Et vive.* Vide not. ad Cap. XLII, 18.

8. *Vocatíſque omnibus ſervis*] *Et vocavit omnes ſervos ſuos & dixit*, &c. *Servi* hîc dicuntur non

 modò

quid in te deliqui, ut in me, regnúmque meum magnam noxam adduceres? Quæ fieri non debent, mihi feciſti. 10. Quid *hîc*, ait iterum Abimelechus Abrahamo, vidiſti, ut hoc deſignares? 11. Quia, inquit Abrahamus, dixi: hîc nullus eſt Dei timor, & me propter uxorem meam interficient. 12. Verè etiam hæc ſoror mea eſt, filiáque patris mei, at non matris meæ, & mihi uxor collocata eſt. 13. Cùm autem è patria domo me in *varios* errores abduxit Deus, huic dixi: hac utaris erga me benignitate, quemcumque in locum venerimus, tuum me fratrem eſſe dicito.

14. Abi-

diſſimulatione matrimonii ſéque & regnum in tantum contrahendæ ſibi à Numine graviſſimæ pœnæ periculum adduxiſſet; 10. quæritque quâ re factum eſſet, ut hoc conſilium iniret, aut quid tandem tam nefarium in Gerarenſi vidiſſet agro, quo ad diſſimulandum matrimonium adductus eſſet? 11. Reſpondit Abrahamus ſe credidiſſe in iis oris nullum eſſe Dei timentem, & ne propter uxorem occideretur ab hominibus æqui parum obſervantibus, & libidinoſis veritum eſſe. 12. Neque ſe mentitum, cùm Saram ſororem ſuam eſſe dixerat, re ipsâ enim ſororem eſſe, quamquam eadem matre non editam. 13. Uxorem quidem eam dudum ſe habere, ſed poſtquàm patriâ egreſſus, per varias, Deo auctore, vagari cœperat terras, hoc inter ſe & uxorem conveniſſe, ut quamcumque in regionem venirent, ſi quid eſſet quod

modò mancipia, ſed liberæ ſortis aulici. Quæ Græci & Romani libertati adſueti diligenter diſtinguunt, ea loquendo miſcent Orientales. Vide notat. ad Cap. XL, 2.

Iis audientibus] *In aures eorum.*

Homines] In Samaritico additur כל chol *omnes*, ſine cauſa, nam ſatis intelligitur. Attamen & LXX. πάντες οἱ ἄνθρωποι.

9. *Quid feciſti, inquit*] Vide Cap. XII, 18.

Magnam noxam adduceres] Hoc eſt, nos magni peccati reos faceres, adeóque graviſſimas à Numine pœnas nobis contraheres.

Quæ fieri non debent] מעשים אשר לא יעשו *opera quæ non fient.* Hîc futurum quod *non debet fieri* ſignificat, ut infrà C. XXXIV, 7. Futura, apud Græcos etiam & Latinos, conſuetudinem ſignificant, quod multis exemplis probavit vir doctiſſ. *J. Georgius Grævius*, *Lectionum Heſiodearum* Cap. V.

10. *Quid hîc vidiſti*] An vidiſti hîc morem eſſe vulgò receptum, ut viris uxores raperentur? aut ut peregrini occiderentur?

11. *Dixi*] Hoc eſt, *in corde meo* בלבבי *bilbabi*, ut ſolent Hebræi loqui, ſeu cogitavi, ut ſup. VIII, verſ. 21. Ante voces *quia dixi*, eſt in Samaritico כי יראתי chi jarethi, *quia timui, ideò dixi.*

12. *Verè etiam hæc ſoror mea eſt.*] Judæi qui volunt *Jiſcham* de qua C. XI, 29. eamdem eſſe ac *Saram*, ajunt Haranem ejus patrem, eumdémque Abrahami fratrem, non ex eadem matre, ac Abrahamus fuit, à Theracho ſuſceptum eſſe. Sic Sara diceretur hîc ſoror patrui, & avi filia, ſed ex alia matre ac patruus, idémque vir ejus Abrahamus. Sed ut quod de *Jiſcha* dicunt Rabbini incertum eſt, ſic reliqua omnia meræ ſunt hariolationes. Non poſſum tamen abſtinere, quin huc transferam *Homeri* locum, ſi quod Hebræi Int. cenſent exploratum eſſet, huic Moſaico ſimillimum. Odyſſeæ H. Minerva Ulyſſi Alcinoï uxorem deſcriptura, ita incipit verſ. 54.

Ἀρήτη δ᾽ ὄνομ᾽ ἐστὶν ἐπώνυμον· ἐκ δὲ τοκήων
Τῶν αὐτῶν οἵπερ τέκον Ἀλκίνοον βασιλῆα.

Arete ei nomen eſt, ex parentibus iiſdem, qui genuerunt Alcinoum Regem. Crederes ſororem, ſed erat fratris Rexenoris filia, ut in ſequentibus docet Poëta. Illum occiderat Apollo

— — Μίαν οἴην παῖδα λιπόντα
Ἀρήτην· τὴν δ᾽ Ἀλκίνοος ποιήσατ᾽ ἄκοιτιν.

Cùm relinqueret unicam ſolam filiam; eam autem Alcinous uxorem fecit. Ad hunc *Homeri* locum *Euſtathius*: Ὅμηρος δὲ, inquit, τὸ τῶν αὐτῶν τοκέων, ἀντὶ προγόνων ἔλαβεν, *Homerus ex iiſdem parentibus dixit, pro iiſdem majoribus.* Quod hîc ad Moſem etiam obſervandum eſſet, nam *filia patris* eſſet ex eodem paterno genere orta, non ex eodem patre.

Simpliciùs videtur hoc intelligendum, Therachúmque liberos ſuos, ex diverſis uxoribus, matrimonio conjunxiſſe. Quod poſtea Lege interdictum eſt, id apud Orientales, ut & apud alios populos, licitum habebatur; nec eſt tam per ſe malum, quàm ob incommoda, quæ inde conſequi poſſent, ſi licita eſſent ejuſmodi matrimonia. Apud libidinoſas Gentes, niſi lege coërcerentur, fratres cum ſororibus paſſim concumberent, quòd unà familiariùs verſentur, unde gravia ſocietati naſcerentur mala. *Diodorus Siculus* Lib. I. p. 23. Νομοθετῆσαι δέ φασι τοὺς Αἰγυπτίους παρὰ τὸ κοινὸν ἔθος τῶν ἄλλων ἀνθρώπων γαμεῖν ἀδελφὰς διὰ τὸ γεγονὸς ἐν τούτοις τῆς Ἴσιδος ἐπίτευγμα: *lege aiunt Ægyptiis ſtatutum eſſe, ut præter communem aliorum hominum morem, cum ſororibus matrimonium ineatur, quòd Iſidi apud illos feliciter ſucceſſiſſet.* *Lucianus*, in Lib. de Sacrificiis, de Jove ſic loquitur: ἔγημε τὴν ἀδελφὴν, κατὰ τοὺς Περσῶν τοῦτο καὶ Ἀσσυρίων νόμους: *Junonem ſororem duxit, idque juxta Aſſyriorum & Perſarum mores.* *Cornelius Nepos* in Cimone: *licebat Athenienſibus eodem patre natas uxores ducere*, quod ipſius Cimonis exemplo liquet. Sic & *Mneſiptolemam Themiſtoclis* filiam ἐκ τῆς ἐπιγαμηθείσης δευτέρων Ἀρχέπτολις ὁ ἀδελφὸς οὐκ ὢν ὁμομήτριος ἔγημεν, *ex ſecundo loco ducta natam Archeptolis frater, ſed non ejuſdem matris, uxorem duxit.* Vide & *Ariſtophanis Scholiaſtem* in Nubes Act. V. Sc. 2. *Clemens Alexandrinus* Strom. Lib. II. p. 421. exiſtimat Abrahamum dixiſſe datâ operâ Saram Sororem eſſe ex patre, non ex matre, τὰς ὁμομητρίας μὴ δεῖν ἄγεσθαι πρὸς γάμον διδάσκουσα, *ut doceret eas, quæ ex eadem matre natæ ſunt, uxores non eſſe ducendas.*

At non matris meæ] Quemadmodum *filia matris* propriè de uterina ſorore intelligitur: ſic quoque *filia patris* ea intelligenda videtur, quam idem pater propriè dictus genuit. Ideóque Abrahamus frater fuit Saræ, ſed non ὁμομήτριος, ut *Archeptolis* Themiſtoclis *Mneſiptolemæ.*

13. *Cùm autem*, &c.] *Et fuit cùm errare ſece-*

14. Abimelechus oves, boves, ſervos & ancillas ſumſit, ac Abrahamo dedit, Saràmque uxorem ei reddidit. 15. Præterea, en, inquit, regionem meam, tibi expoſita eſt, in eo, qui tibi optimus fuerit viſus, tractu habita. 16. Saræ verò, mille, inquit, argenteos fratri tuo dedi, en erit hoc tibi velamentum oculorum, omnibus qui tecum *erunt*, cunctiſque admonitio. 17. Deprecatus autem eſt Abrahamus Deum, qui Abimelecho, uxori, ancilliſque ejus ſanitatem reſtituit, & pepererunt; 18. omnem enim uterum domûs Abimelechi, propter Saram Abrahami uxorem, clauſerat Deus.

XIX. Pa-

quod timerent, virum fratrem vocaret. 14. His auditis, Abimelechus Saram Abrahamo reddidit, ſimulque eum pecudibus & ſervis donavit. 15. Tum etiam, quacumque vellet, in agro Gerarenſi vagari ei permiſit. 16. Saræ quoque, mille, inquit, ſiclos fratri tuo, eidémque viro, mulctæ nomine, ſolvi, quod te rapuiſſem; nec eſt ampliùs cur te hic uxorem ejus eſſe diſſimules, exemplo enim meo & facto moniti omnes viri cupidiùs te in poſterum nuſquam intuebuntur. 17. Receptâ uxore, Abrahamus pro Abimelecho ſacra fecit, Deumque exoravit, qui priſtinam ei valetudinem, uxorique & ancillis reſtituit; 18. anteà enim, ob Saræ raptum, ne ulla earum conciperet, divina potentia, præter naturæ leges, obſtiterat.

P A-

fecerunt (התעו *hitthou*) *me* אלהים *Dii*, aut *Deus*. Cùm אלהים numero plurali paſſim unum ſignificet Deum, paſſim etiam cum verbo ſingulari jungitur; ſed aliquando numeri, potiuſquàm ſignificationis, ratione habitâ, ſequitur verbum plurale, ut hoc in loco, ubi de vero Deo agi liquet ex Gen. XII, 1. Similis etiam alibi occurrit conſtructio, ut infrà C. XXXV, 7. 2 Sam. VII, 23. coll. cum 1 Paral. XVII, 21. Quinimò adjectivum plurale, ubi de Deo Iſraëlis ſermo eſt, voci אלהים conjungitur Joſ. XXIV, 16. *Non poteritis ſervire Jehovæ, nam* אלהים קדשים *Dii Sancti ille.* Non diſſimulandum tamen hoc Geneſe*os* loco, in Cod. Samaritico, legi התעה *hittha* in ſingulari. Vide & ad Cap. XXXV, verſ. 7. Idem poſt voces *è patria domo*, addit: ומארץ מולדתי oumeerets moladbthi, *è terra nativitatis meæ*. Vide Cap. XII, 1.

In varios errores abduxit] Deus evocatum è patria Abrahamum in Chananæam adduxerat, unde in Ægyptum ivit; & in qua ex Ægypto redux Nomadicam vitam, huc illuc errando, egit, ut Arabes ſolent. De Nomadum vita alibi diximus. Vide & *Greg. Abulfarajum de Arabum moribus ante Mohammedem*, ab *Ed. Pocockio* editum. Qui aliam ſignificationem in *errandi* voce quærunt, ii toto cœlo à vera hujus loci ſententia aberrare videntur. Sic itinera Ulyſſis & Æneæ *errores* vocantur.

Tuum me fratrem] *Dic mihi* vel *de me*, *frater meus*.

14. *Oves*] Ante hanc vocem, Samariticus Codex habet אלף כסף *eleph cheſeph*, qua de re ad verſ. 16.

15. *Tibi expoſita*] *Coram te*. Vide not. ad Cap. XIII, 9.

Qui tibi optimus viſus erit tractus] *In bono in oculis tuis* בטוב בעיניך, ſubintelligitur interponenda vox *terra* בטוב ארץ btoub erets, *in bono terræ*. Vide Cap. XLV, 18.

16. *Mille argenteos*] Subintelligendum *ſiclos*, cum Onkelo, qui habet סלעין דכסף *ſilbin dicheph*, ſiclos argenteos. Hinc quoque LXX. Int. habent δίδραχμα, quod fuit ſicli pretium, ſi Drachmas Alexandrinas intelligamus, quæ Atticis duplo graviores erant. Fuit ſicli pondus ſemuncia Romana, qua de re legendi Viri Doctiſſ. *Ric. Cumberlandus* & *Ed. Bernardus* de Menſuris & Pond. Veterum. Itaque mille argentei hîc ſunt circiter Hollandicæ pecuniæ, pro æſtimatione puriſſimi argenti, mille trecenti floreni. Quia autem Abimelechus hîc teſtatur ſe mille ſiclis Abrahamum donaſſe, ideò LXX. Int. verſ. 14. inter ejus munera numerant χίλια δίδραχμα, præeunte Samaritico Codice. Hæcne ſit emendatio ex ingenio Librariorum, qui abſonum cenſuerint munus hoc in enumeratione donorum Abimelechi omitti, an antiqua lectio, definiri vix poteſt. Poſſet fieri hîc, ut alibi, ut circumſtantia in ſuperioribus omiſſa poſtea haberetur. Vide notata ad Cap. XIV, 24. & in hoc ipſo Capite verſum 17.

Erit hoc tibi velamentum] Heb. הנה הוא *hinne hou*, quod poteſt referri ad Abrahamum, & ad כסף *argentum*. Si de Abrahamo intellexeris, hic videtur eſſe ſenſus, Abrahamum, ſi virum ſe Saræ profiteretur, fore inſtar velamenti, iis qui Saram cupidiùs contemplati ejus amore capi poſſent; nam cùm cognituri eſſent, nuptam eſſe Abrahamo Prophetæ, ejus non magis erant amore capiendi, quàm ſi velatos oculos haberent. Maluimus tamen hæc verba ad pecuniam ab Abrahamo acceptam referre, cujus in proximè antecedentibus verbis illata mentio, quaſi diceret Abimelechus: pecunia hæc, quam inſtar mulctæ Abrahamo ſolvi, impediet quominùs quiſquam, uti ego feceram, te concupiſcat; timebit enim ne à Deo malè mulctetur, quando quid mihi acciderit audiet. Adludit autem ad velum, ſub quo mulieres latere ſolebant, de quo vide ad Capite XXIV, 65. LXX. Intt. cùm hunc nodum ſolvere non poſſent, ſecuerunt audaci paraphraſi: ἔσαι σοι εἰς τιμὴν τοῦ προσώπου σου, *erit tibi in honorem vultûs erit*. Onkelos quoque: *Ecce illud eſt tibi velamen honoris* (כסות דיקר chſoutb dikad) *pro eo quod miſerim tollere te, & viderim te.*

Omnibus qui tecum] Hoc eſt, omnibus qui tibi aderunt, qui in eodem loco tecum erunt, & te videbunt. Samariticus habet ולכל vilchol *& omnibus*. Ante ſequens כל eſt etiam ו ſine ſenſu, ſed pro לך *lach* mendosè legitur in eo ליך *lich* & pro אתך *itthach*. איתך *itthich*. Attamen hîc etiam οἱ LXX. καὶ πάσαις ταῖς μετὰ σοῦ, *& omnibus mulieribus quæ tecum*: Onkelos: *& omnia quæ tecum ſunt.*

Cunctiſque admonitio] ואת כל ונכחת *veth chol venochabbath*. Hic את *eth* eamdem obtinet ſignificationem ac ל quod præfigitur in antecedentibus verbis voculæ כל chol, *omnibus*, perindéque valet ac *erga*, ut infra Cap. XXIV, 49. & aliis in locis, quæ ſignificatu 8. hujus particulæ

XIX. Parit Sara Iſaacum, expellitur Hagara cum Iſmaële, qui in deſerto arcu & ſagittis vitam ſuſtentat. Abimelechus cum Abrahamo fœdus facit, patitúrque Abrahamum in Philiſthæorum agro cum pecudibus errare, per plures annos.

CAPUT XXII. 1. JEHOVA, quemadmodum dixerat, Saræ curam geſſit, eique quod pollicitus erat fecit. 2. Concepit ea & peperit Abrahamo filium, in ejus ſenectute, eo tempore quod prædixerat Deus. 3. Ei filio ſibi nato, quem pepererat Sara,

PARAPHRASIS.

1. NUnc, ut ad rerum geſtarum ordinem revertamur; anno vertente, Deus, quod de prole Abrahamo pollicitus erat, repræſentavit. 2. Gravida facta Sara, viro ſeni & ipſa anus filium, prænunciato tempore, peperit; cui *Iſaaco*, quæ vox, ut antè diximus, *riſum* ſonat, nomen impoſitum, 4. octavóque, poſtquàm natus erat, die, ex fœdere cum Deo inito, reſectum eſt præputium. 5. Cen-

culæ collegit *Ch. Noldius*. Vocem נכחת *nochabbath*, nomen eſſe cenſemus, ut תוכחת thochahhath, quod idem ſonat, hoc eſt, *admonitio*, ſeu *documentum*, quo à te abſtinere diſcant. Alii participium eſſe volunt, ut Hieronymus qui habet: *memento te deprehenſam*, & Onkelos: *& ſuper omnibus* quæ ea dixit אתוכחות, itthochahhath *reprehenſa*. Sed ſenſus apertior eſt, ſi nomen ſit, & phraſis minùs impedita; reſpondebit enim ex adverſo voci כסות, quæ nomen eſt, more Hebraïco: præſentibus erit *velamen* oculorum; omnibus (etiam abſentibus) *admonitio* ne te ſpectatum eant.

Duo tamen objici huic noſtræ interpretationi poſſunt; primùm vocem eſſe in *ſtatu conſtructo*, quam, quaſi *in abſoluto* eſſet, vertimus. Verùm hoc frequens eſſe obſervarunt Grammatici, & exempla quidem vocum ejuſdem terminationis habemus 1 Reg. IX, 17. Eſai. XXXIII, 6. Alterum, nullam nos rationem habere conjunctionis ו, quæ voce נכחת præfixa eſt. Sed hæc ſæpe abundat, ut Levit. VII, 16. *Et poſtridie* ET *reliquiæ ex eo comedentur*, ubi ET prorſus *παρέλκει*. Vide alia exempla apud *Ch. Noldium*, in hac particula *num.* 74. Si hîc res cum profano ſcriptore nobis eſſet, non deeſſent qui pro נכחת legerent נכחה *nochehha*, aut תוכחה thochehha. Sed repugnant Codd. & Intt.

Alii volunt, aut tertiam eſſe perſonam præteriti *Niphal*, ut נשכחת *niſchchabbath* Eſai. XXIII, 15. pro נשכחה, more Chaldaïco, ut Deuter. XXXII, 25. & alibi non rarò; aut participium ejuſdem conjugationis. Horum priores hæc verba Moſi tribuunt, quaſi hoc ſibi vellet: *& monita fuit* Sara, ne poſthac Abrahamum virum ſuum eſſe diſſimularet; poſteriores Abimelecho, qui dicat: *& monita ſis*, ne in poſterum mentiaris: *καὶ πάντα ἀλήθευσον & omnibus in rebus veritatem dicito*, ut habent *οἱ* LXX.

17. *Qui Abimelecho*] *Et Deus ſanavit Abimelechum*, &c. Hinc intelligimus ſat diu in regia Abimelechi fuiſſe Saram, alioqui non potuiſſent Philiſthæi ſteriles factas uxores ſuas animadvertere. Indidem etiam Abimelechum, quod antea dicebamus, morbo ne Saram attingeret fuiſſe prohibitum, colligere eſt. Circumſtantia hæc in ſuperioribus omiſſa fuit. Vide ad verſum antecedentem notata.

18. *Omnem enim uterum*] Huc facit quod habet *Heſiodus* Oper. & Dier. verſ. 240.

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα.

Sæpe tota urbs malum ob virum plectitur.

Quartò pòſt verſu ſequitur:

Οὐδὲ γυναῖκες τίκτουσι, μινύθουσι δὲ οἶκοι.

Neque mulieres pariunt, minuuntur autem populi.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXI.

1. S*Aræ curam geſſit*] פקד *phakad*, quod vulgò vertitur *viſitare*, poſt Vulg. Int. non ſignificat quod Latinâ voce *viſitare* auditâ ſolet intelligi; nimirum, aut *inviſere* ſimpliciter, aut ſæpiùs honoris, vel amicitiæ causâ, inviſere; ſed ut habent hîc LXX. Intt. *ἐπεσκέψατο*, hoc eſt, *inſpicere*, quemadmodum ii ſolent, quibus cura alicujus rei credita eſt. Si Lexicorum exempla, quibus huic verbo *viſitationis* ſignificatio tribuitur, expendas, nuſquam *viſitare* poſſe Latinè verti, propriè ſi loquamur, videbis; ubique eſt *curam gerere*, aut ejus curæ ſpecimina edere; atque in utramque partem ſumitur, nunc enim curam faventis, nunc plectentis ſignificat. Hinc *luſtrare*, *recenſere*, *præficere cuipiam rei*, aliáque affinia etiam ſonat. Qui olim Verſionem LXX. Intt. ante *Hieronymum*, Latinitate donaverat, multa barbarè & imperitè verterat, quæ *Hieronymus*, propter Eccleſiarum Latinarum conſuetudinem, non immutavit; unde factum ut in Lexica & Verſiones hodiernas haud pauca irrepſerint vocabula barbara, aut parum idonea, quale eſt verbum *viſitandi*, quod Latinum quidem eſt, ſed ad exprimendam vocis פקד ſignificationem ineptum. Nec ſanè potuit ulla ſatis commoda inveniri dictio. Vide & 1. Sam. XX, 5, 18. Hiſce primùm editis, occurrit mihi aliud agenti locus *Salluſtii*, notatu dignus, ubi ſimili metaphorâ, de Dei providentia agens, *inviſi* dixit pro eo quod eſt curari. Eſt in II. Oratione ad Cæſarem de Rep. ordinanda: *Mihi*, inquit, *pro vero conſtat omnium mortalium vitam Divino Numine* INVISI; *neque bonum, neque malum facinus cujuſquam pro nihilo haberi; ſed ex natura diverſa præmia bonos maloſque ſequi.*

Quod pollicitus erat] *Quemadmodum dixerat.*

2. *Ea*] *Sara.*

5. *Cen-*

Sara, Iſaaco nomen ab Abrahamo inditum eſt. 4. Deinde octo dies natum Iſaacum filium Abrahamus, ut juſſerat Deus, circumcîdit. 5. Centeſimum annum adtigerat, cùm ei natus eſt Iſaacus filius. 6. Sara autem, ut riderem, inquit, effecit Deus, & quicumque *hoc* audierit mecum ridebit. 7. Quis Abrahamo dixiſſet, liberos lactabit Sara? in ſenectute enim ejus filium peperi.

8. Crevit is puer, & ablactatus eſt, Abrahamúſque, eo die quo ablactatus eſt Iſaacus, lautum convivium fecit. 9. Poſtea Sara Hagaræ Ægyptiæ filium, quem Abrahamo pepererat, laſcivientem conſpicata, 10. Abrahamo, ejice, inquit, hancce ancillam, ejúſque filium, neque enim hujus ancillæ filius cum filio meo Iſaaco hereditatem

5. Centeſimum ætatis annum agebat Abrahamus, cùm filio auctus eſt; 6. Sara decennio tantùm junior erat, ſummóque gaudio eſt perfuſa, & quicumque ei bene volebant; 7. quòd, præter omnem exſpectationem, filio, ex Abrahamo eâ ætate ſuſcepto, ubera præberet.

8. Cùm ſecunda valetudine uſus eſſet puer, atque à matre, quàmdiu lac ei ſuppeditavit, nutritus, à lacte tandem eſt depulſus; quo die, pro more iis temporibus recepto, opiparum convivium Abrahamus fecit. 9. Aliquanto pòſt, cùm unà Iſmaël & Iſaacus luderent, concubinæque filius fratrem, vidente fortè Sarâ, riſiſſet; hæc excanduit, 10. & Abrahamum conveniens, graviter apud eum queſta,

5. *Centeſimum annum adtigerat*] *Et Abraham filius centum annorum.*

6. *Ut riderem effecit Deus*] *Ridere*, vel *Riſum fecit mihi Deus*, hoc eſt, ridendi, ſeu lætandi cauſam mihi præbuit.

Mecum ridebit] יצחק לי jitshhak li, *ridebit mihi*, vel mihi adridebit. LXX. Intt. *συγχαρεῖταί μοι mecum lætabitur.* Alludit Sara ad nomen pueri, quem Græci Scriptores, qui Judaïcam Hiſtoriam adtigerant, dixerunt *ἐπίκλησιν γέλωτα ὀνομασθῆναι Græcè riſum appellatum.* Verba ſunt *Melonis* apud *Euſebium* Præp. Euang. Lib. IX. Cap. 19.

7. *Liberos*] בנים banim *filios.* LXX. Intt. *παιδίον* Vulg. *filium.* Sed & ſolebant Latini unicum filium numero multitudinis *liberos*, *κατ' ἀκυρολογίαν* vocare. Vide not. ad Cap. XLVI, 6.

Laſcivientem] מצחק mtſahhek, *ridentem*, aut *irridentem.* Credidere LXX. Intt. intelligi *Iſaacum*, cùm habeant: *παίζοντα μετὰ Ἰσαὰκ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς*, ut Vulg. *ludentem cum Iſaaco filio ſuo.* Quod verum eſſe poteſt, ſed fortè etiam laſciviebat; ut pueri ſolent, paullò inſolentiùs, quo ſibi iram Saræ contraxit.

10. *Ejice, inquit, hancce ancillam*] Ut ex iis quæ de Abrahamo narrantur, amantem uxoris fuiſſe facilè colligimus: ſic ejus amore impotentiùs eam fuiſſe abuſam videmus, cùm primùm gravidam Hagaram malè habuit, deinde etiam Iſmaëlis matrem, unà cum illo ejici juſſit; quod ſi noluiſſet Abrahamus, nullo jure poſcere potuit Sara, ut exemplo Jacobi liquet; cui ancillæ inſtar juſtarum uxorum fuere, earúmque filii, non minùs quàm Leæ & Rachelæ, paternam hereditatem adiere. Idem fuit mos Ægyptiis: *Νόθον οὐδένα τῶν γεννηθέντων νομίζουσιν, οὐδ' ἂν ἐξ ἀργυρωνήτου μητρὸς γεννηθῇ· καθόλου γὰρ ὑπειλήφασι τὸν πατέρα μόνον αἴτιον εἶναι τῆς γενέσεως, τὴν δὲ μητέρα τροφὴν καὶ χώραν παρέχεσθαι τῷ βρέφει: nec quemquam filiorum ſpurium habent, etiamſi ex ancilla emtu ſit procreatus. Solum enim patrem generationis auctorem eſſe, matrémque alimenta & locum præbere fœtui exiſtimant.* Verba ſunt *Diodori* Bibl. Lib. I. Quamvis inanis hæc ſit ratio, non minùs verum eſt nothum æquè naturâ patri conjunctum, quàm ex legitima uxore ſuſceptum, nec minùs patrem ſenem ab eo auxilium exſpectare potuiſſe; unde inter Græcos etiam notham & legitimam prolem eodem loco habendam multi cenſuerunt. *Sophocles* Aleadis, apud *J. Stobæum* Serm. LXXVII.

Ὁ δὲ νόθος τοῖς γνησίοις ἴσον σθένει.
Ἅπαν τὸ χρηστὸν γνησίαν ἔχει φύσιν.
Proles notha & legitima tantumdem valet.
Quicumque probus eſt, hunc probè natum puta.

Euripides Antigonâ:

Ὀνόματι μεμπτὸν τὸ νόθον, ἡ φύσις δ' ἴση.
Natura par eſt, nomen invìſum notho.

Idem Euryſteo:

Μάτην δὲ θνητοὶ τοὺς νόθους φεύγουσ' ἄρα
Παῖδας φυτεύειν· ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς φυῇ,
Οὐ τοὔνομ' αὐτοῦ τὴν φύσιν διαφθερεῖ.
Vanum eſt quod adeò ſerere progeniem notham,
Plerique metuunt. Si quis eſt rectâ indole,
Non mutat hujus vocis, ingenium, ſonus.

Minuitur tamen hac in re Saræ ſævitia, quòd ita dimittendo Hagaram eam manumitteret Abrahamus; nec quidquam obſtabat quominùs eam muneribus donaret, quò poſſet filium educare, qua de re poſtea videbimus.

11. *Quæ res Abrahamo*, &c.] *Et malum fuit verbum valde in oculis Abrahami.* Re verâ, ut diximus, eorum temporum more, non deterioris erat ſortis Iſaaco Iſmaël; & inhumanum fuit filium, admodum adoleſcentem, unà cum matre abjicere, niſi Deus ſe eorum curam ſuſcepturum pollicitus eſſet.

12. *Sed dixit ei Deus*] *Et dixit Deus Abrahamo*, &c.

Ne diſpliceat] *Ne malum ſit in oculis tuis*, hoc eſt, fac quod cupit Sara. Ne autem timeret, ne & pellicem & puerum perderet, quæ cauſa erat ob quam adeò ei diſplicuerat Saræ oratio, ſe eos curaturum promittit verſu ſequente.

Nam Iſaacus tua vocabitur ſoboles] *In Iſaaco vocabitur tibi ſemen.* Iſmaëlitæ quidem, aliſque ex Ketura ſuſcepti liberi Abrahami ſoboles habiti ſunt; ſed Iſaacus, Iſaacóque oriundi ceteris longè ſunt prælati, & Abrahamidæ *κατ' ἐξοχὴν* dicti. Hæc omnia ſtudioſè contra Arabas, ex Abrahamo ortos, qui ſe fortè Iſraëlitis, ut ſolet inter conſanguineos populos, eóſque vicinos fieri, præferebant, à Moſe obſervantur.

13. *Quin tua eſt proles*, &c.] *Ponam eum in gentem, quia ille ſemen tuum.* Hoc ipſo pollicebatur

tem adibit. 11. Quæ res Abrahamo, propter filium, vehementer diſplicuit. 12. Sed dixit ei Deus: ne diſpliceat *hoc* tibi, propter puerum & ancillam, & quidquid tibi dixerit Sara, voci ejus obſequere, nam Iſaacus tua vocabitur ſoboles. 13. Sed & filius ancillæ, quia tua eſt proles, in gentem evadat efficiam.

14. Mane ergo cùm ſurrexiſſet Abrahamus, ſumſit panem & utrem aquæ, eáque Hagaræ data humero ejus impoſuit, unáque puerum *tradidit*. Dimiſſa abiit, & erravit per ſolitudinem Beerſebæ. 15. Defecit poſtea aqua ex utre, puerúmque ſub una ex arboribus depoſuit *Hagara*; 16. dein abiit, atque intra arcûs jactum è regione ſedit, dicebat enim: ne videam puerum mori. Sedente eâ è regione & cum ejulatu flente, 17. Deus audivit pueri vocem, atque Hagaram è cœlo vocavit Dei Angelus, & quid tibi eſt, inquit, Hagara? ne timeas, nam Deus pueri vocem audivit,

queſta, numquam ait ſe paſſuram ejus hereditatem inter filium ſuum atque Iſmaëlem herciſci; itaque & ancillam & filium domo ejiceret. 11. Abrahamus verò, præ adfectu erga filium, querelas uxoris primùm quidem, utpote ex nimia æmulatione profectas, adſpernatus, 12. a Deo, in ſomnis, monitus eſt, hac in re ſi Saræ obſequeretur rectè facturum, Iſaacum enim ſolum pro legitimo habendum, heredémque ſcribendum. 13. Nec tamen ſe Iſmaëli, propterea quod ejus filius eſſet, defuturum; nam ut ex eo Gens populoſa orıretur effecturum.

14. Somnio ergo divinitus monitus Abrahamus, veritus non eſt, ne dum uxori obſequitur, divinam in ſe moveret iram. Igitur poſtridie bene mane Hagaram vocat, jubétque panem & aquam, quæ paraverat, tollere, cum Iſmaële in vicinum deſertum ire, atque exſpectare ad puteum, donec ad eam aliquem mitteret. Illa, accepto commeatu, profecta eſt, & cum Iſmaële per vicinam Beerſebæ ſolitudinem errabat, puteum quærens; 15. cùm aqua planè eam, exhauſto utre, defecit. Tum laſſitudine & ſiti confecta, puerique laborantis vitæ malè metuens, æſtuantem Iſmaëlem, quem manu ducebat, ſub arbore recubare juſſit. Ipſa, aquam in aridiſſimo deſerto invenire deſperans, aliquantùm abſceſſit, mori quidem parata; ſed puerum animam agentem videre non ſuſtinens, è regione ſedit, filiumque, & ſuas fortunas amariſſimis lacrimis proſequi cœpit. 17. Puer vero à matre relictus voce & fletu Dei opem implorans, mox à Deo exauditus eſt. Itaque Angelus, ad eos ſervandos miſſus, è nubibus Hagaram compellat, atque ejulare vetat; non eſſe enim cur timeret, poſtquam pueri preces Deus

cebatur Deus, & matris & filii ablegatorum curam ſe geſturum; idcóque non eſſe cur propterea anxius eſſet Abrahamus, oſtendebat. Quomodo autem Deus hæc Abrahamo, ſomniantíne, an vigilanti dixerit non docet Moſes.

14. *Mane cùm ſurrexiſſet*] *Et mane ſurrexit & ſumſit — & dedit Hagaræ, ponens*, &c.

Sumſit panem] Hîc victus deſcribit, quibus Hagaram ejúſque filium inſtruxit, qua in re hæc occurrit difficultas. Si ſolos in deſertam Arabiam dimiſit, nec quidquam præter panem & aquam dedit, feris, latronibus, & fami manifeſtò infelicem puerum cum matre expoſuit; quod facinus haud modicam avaritiam & crudelitatem argueret in Abrahamo. Nam quamvis Deus utrumque ſibi curæ futurum promiſiſſet; non vetuerat tamen Abrahamum eos ex tantis opibus munuſculo pecoris & ſervorum donare, neque omnem eorum curam abjicere Abrahamum juſſerat. Attamen ex ſequentibus, quin ſola fuerit Hagara, dubitare vix poſſumus. Verùm ſpectata Abrahami virtus, fidéſque uſque adeò decantata, non patiuntur nos eum tantæ tenacitatis, ſævitiæque arguere, præſertim cùm infrà Cap. XXV, 6. disertè dona pellicum filiis, inter quos Iſmaël, diviſiſſe eum doceat Moſes. Crediderim ergo Abrahamum illico quidem ſolam Hagaram cum Iſmaële dimiſiſſe, nec aliis inſtruxiſſe quàm quæ hîc narrantur, propter Saram, quæ ægrè fortè id tuliſſet; ſed poſtea cùm non multùm abeſſet Hagara ab ea loco, in quo tendebat, vitæ neceſſaria ei ſubmiſiſſe; quamquam, quòd fortè aberraſſet à via, aut loco ſibi præſtituto, aquâ deficiente, initio periclitatus eſt Iſmaël. Nec mirum omitti haſce, aut ſimiles circumſtantias, cùm breviſſimam hîc rerum geſtarum, quatenus neceſſarium judicavit Moſes, ne ſervato quidem temporis ordine, Epitomen habeamus; in qua ſæpe ex ſequentibus circumſtantiæ in antecedentibus omiſſæ colligendæ ſunt. Vide ſuperioris Capitis verſ. 16. & confer cum 14.

Humero ejus impoſuit] Hoc ſolam, ac ſine jumentis, cùm aſinus ſaltem Abrahamo tanti non eſſet, fuiſſe Hagaram oſtendit. Aquæ autem utrem dat, donec ad fontem aliquem perveniret, qui ei fortè indicatus fuit, ſed quem invenire non potuit. Humero Hagaræ onus imponit, more Ægyptio, de quo ita *Herodotus* Lib. II. Cap. 35. τὰ ἄχθεα οἱ μὲν ἄνδρες ἐπὶ τῶν κεφαλέων φορέουσι, αἱ δὲ γυναῖκες ἐπὶ τῶν ὤμων: *onera illi humeris, hæ capitibus accipiunt*, quemadmodum verba *Herodoti* interpretatus eſt *Pomp. Mela.* Lib. I. Cap. 9. Vide inf. ad Cap. XL, 16.

Unáque puerum tradidit] Neque enim puerum matris humeris impoſuit, qui tum minimùm ſeptemdecim annos natus erat. Repetendum itaque, cum *Hieronymo*, ex ſuperioribus *tradidit*. Abſurdè LXX. Intt. ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸν ὦμον αὐτῆς τὸ παιδίον, ſi Vaticanum Cod. ſequamur. Meliùs in Alexandrino, καὶ τὸ παιδίον, nimirum ἔδωκε. Rectiùs etiam vertiſſent παιδάριον *adoleſcentulum*.

Dimiſſa abiit, &c.] *Dimiſit* (Abrahamus) *& abiit* (Hagara) *& erravit.*

Erravit per ſolitudinem Beerſebæ] Hæc ſolitudo hîc eo nomine κατὰ τὴν ἔρημον appellatur. Vide ad verſ. 31. Erravit autem Hagara circa fontem, ad quem fortè exſpectare juſſa fuerat.

15. *Depoſuit*] תשלך thaſchlech, *abjecit*, quem cùm manu duceret feſſum, & præ ſiti, atque æſtu vix animam trahentem, ſub arbore cubare, aut ſedere juſſit, atque illinc aliquantùm receſſit.

Sub una ex arboribus] השיחים haſſehihhim *arbores* vertimus, cum Vulg. Interprete, cùm LXX.

divit, ſtatim ac in eo loco fuit. 18. Surge, tolle puerum, manu tuâ eum ſuſten-
ta, nam faciam ut in gentem magnam evadat. 19. Tum apertis ejus à Deo ocu-
lis, vidit puteum aquæ, ivitque *illuc*, ac impleto aquâ utre, potum puero dedit.
20. Deus porrò cùm ei adeſſet, crevit puer, habitavit in deſerto, & arcu uſus eſt.
21. Incoluit autem Pharanis ſolitudinem, atque ex Ægypto illi mater uxorem
petiit.
22. Eo tempore, Abrahamum convenit Abimelechus, unà cum Phichole exercitûs
ſui duce, his verbis: in omnibus quæ facis, Deus tecum eſt, 23. nunc ergo jura
mihi per Deum te mihi, filio, nepotique meo non mentiturum, & prout benignè
tecum egi, te etiam erga me, terrámque hanc, in qua peregrinatus es, acturum.
24. Abrahamus verò, equidem, inquit, jurabo; 25. ſed cum eo de aquæ puteo,
quem

Deus exaudiverat, ubi primùm ſub arbore recubuiſſet. 17. Surgere ergo jubet, puerumque manu ſublevare, ex eo enim, prout olim ei promiſſum fuerat, integram Gentem ortum ducturam, nedum ut ſiti nunc extinguendus eſſet. 19. Eodem tempore, Hagara latentem puteum, quem, præ mœrore oculis caligantibus, non animadverterat, monſtrante Angelo, vidit; quo recluſo, aquâ iterum, è qua puero potum præbuit, utrem implevit. 20. Inventâ ergo aquâ refocillati, Abrahamique poſtea opibus adjuti, ſedem in deſerto poſuerunt, & Iſmael quidem adolevit & ſagittandi artem longâ exercitatione didicit, eaque, feras inſectatus, vitam facilè ſuſtentavit. 21. Per Pharanitarum ſolitudines potiſſimùm, & diutiſſimè verſatus eſt; unde mater in Ægyptum, ubi nata erat, profecta uxorem ei illinc adduxit.

22. Circa eadem tempora, cùm maximæ Abrahami eſſent opes, Deuique quidquid inceptabat ſecundaret, cœpit timere Abimelechus, ne occupatis vicinis agris, ſonnidoloſus finitimis evaderet; itaque ad eum cum ſatellitio, & Phichole Ducum præcipuo, fœderis ineundi causâ, profectus eſt. Convento Abrahamo, & benignè exceptus, his eum adgreditur verbis: Cùm ex quo in regno meo verſaris, animadvertenm omnia tua cœpta à Deo ſecundari; ad te propterea, perpetuum tecum initurus fœdus, hodie veni. 23. Ut te benignè regno excepi, paſſuſque ſum, ubicumque velles, morari & greges paſcere, neque ulla in re tibi obſui: ita abs te peto ut jures te, poſteróſque tuos, eadem ratione vos geſturos erga me, poſteros item meos, & regnum meum. 24. Paratum quidem ſe fœderi jungendo reſpondit Abrahamus, ſed non poſſe diſſimu-

LXX. ἐλάτην *abietem* verterint. Arabes Lexicographi nomen arboris eſſe ſcribunt, quæ ſit non indicant. Ex Job. XXX, 4, 7. arborem eſſe in deſertis naſcentem liquet.

16. *Intra arcûs jactum*] כמטחוי קשת *ſicut impellentes arcum*, quantum, à ſcopo, nimirum, quem exercitationis causâ petunt, recedunt; aut quàm procul ſagittam emittunt. טחה videtur idem eſſe ac דחה *dabbab* quod eſt *impellere*, & vox כמטחוי *chimtabbave* participium Piel. Unde apud Samaritas Deut. XIII, 10, 13. & alibi reſpondet Heb. voci נדח nadahh *impulit*. LXX. Intt. ὡσεὶ τόξου βολήν. Vulg. *quantum poteſt arcus jacere.*

Ne videam puerum mori] *Ne videam puerum in moriendo*, i. cùm morietur puer.

Sedente eâ è regione] *Et ſedit è r. & vocem ſuſtulit ac flevit.*

17. *Deus audivit vocem pueri*] Hoc eſt, teſtatus eſt ſe miſereri pueri, qui enim miſeri vocem audiunt ejus miſerentur, ut qui non audiunt ſuppetias ferre nequeunt.

E cœlo vocavit] Hoc eſt, è nubibus, quæ regio paſſim cœlum vocatur.

Statim ac in eo loco fuit] באשר *chaaſcher*, *in quo ille ibi*. Perinde ac ſi eſſet כאשר *chaaſcher*, *quando*, *cùm*, &c. *Nam in loco in quo eſt*, vel *è loco in quo eſt*, ſeu ad Deum, ſeu ad puerum referatur, nimis frigidum eſt.

18. *Manu tuâ eum ſuſtenta*] *Confirma manum tuam in illo*, i. ne eum deſeras, ſed pergas manu eum ſuſtentare. κράτησον τῇ χειρί σου αὐτὸ, ut habent LXX. Intt.

Faciam ut in gentem magnam evadat] *Ponam eum in gentem magnam.*

19. *Tum apertis ejus à Deo oculis.*] *Et aperuit ei Deus oculos.* Hoc eſt, oſtendit ei puteum, quem non animadverterat. Sic Gen. III, 10. *aperti* dicuntur Adami & Evæ *oculi*, cum animadverterunt ſe eſſe nudos. Num. XXII, 31. *retecti oculi* Balaami à Deo Angelum vident, hoc eſt, Deo procurante eò ſe convertunt, ubi Angelus erat, quem jam viderat Aſina. Similiter *retegere aurem* eſt monere 1 Sam. IX, 15. 2 Sam. VII, 27.

Vidit puteum aquæ] Non animadverterat puteum, ea, ut opinor, de cauſa, quòd more Arabum os ejus arenâ tectum eſſet. Digna res eſt quæ ſemel ex *Diodoro* Bibl. Lib. XIX. deſcribatur. Τῆς γῆς οὔσης τῆ μὲν ἀργιλώδους, τῆ δὲ πέτραν ἐχούσης μαλακὴν, ὀρύγματα μεγάλα ποιοῦσιν ἐν αὐτῇ· ὧν τὰ μὲν στόμια μικρὰ παντελῶς κατασκευάζουσι, κατὰ βάθος δ' ἀεὶ μᾶλλον εὐρυχωρῆ ποιοῦντες, τὸ τελευταῖον τηλικοῦτον ἀποτελοῦσι τὸ μέγεθος, ὥστε γίνεσθαι πλευρὰν ἑκάστην πλέθρου, ταῦτα δὲ ἀγγεῖα πληροῦντες ὕδατος ὀμβρίου, τὰ στόματα ἐμφράττουσι καὶ ποιοῦντες ἰσόπεδον τῇ λοιπῇ χώρᾳ, σημεῖα καταλείπουσι, ἑαυτοῖς μὲν γνωστὰ, τοῖς δ' ἄλλοις ἀνεπινόητα. *Quia terra argilloſa eſt, aut mollem habet petram, magnas in illa cavernas faciunt, quarum orificia minima ſunt, prout profundiùs fodiunt cavernas ampliores facientes, tandem ad eam magnitudinem deveniunt, ut unumquodque latus plethrum pateat. Receptaculis autem illis aquâ pluviâ repletis, orificia obſtruunt, iiſque reliquo ſolo adæquatis, ſigna, quæ ab ipſis quidem noſcantur, ab aliis verò non animadvertantur, ibi relinquunt.* Ejusmodi latentem puteum non animadverterat Hagara.

20. *Deus porrò cùm ei adeſſet*] *Et Deus cum puero fuit*, ut verſ. 22.

Arcu uſus eſt] *Fuit jaculans arcu.* Celeberrimi ex Iſmaëlis poſteris fuere ſagittarii *Ituræi*, ut diximus ad nomen *Jetur* Cap. XXV, 15. Hinc, apud Poëtas, *Ituræi arcus*, *Ituræ ſagittæ*.

quem Abimelechi ſervi vi invaſerant, expoſtulavit. 26. At neſcio, ait Abimelechus, quis hoc fecerit, neque tu mihi indicaſti, neque quidquam *hac de re* niſi hodie audivi. 27. Tum ſumtas *è gregibus ſuis* oves & boves Abimelecho Abrahamus dedit, & fœdus ambo percuſſerunt. 28. Cùm autem Abrahamus ſeptem agnas ſeorſim ſtatuiſſet, 29. quid ſibi volunt, ait Abrahamo Abimelechus, ſeptem hæ agnæ, quas ſeorſim collocaſti? 30. Ut ſeptem, inquit ille, haſce agnas è manu mea accipias,

ſimulare ſibi haud ita pridem uſum putei, quem ipſe fodi curaverat, à ſervis Abimelechi vi ereptum. 26. Abimelechus verò conſcio ſe factum id eſſe negavit, nec ſcire potuiſſe quod nemo indicaſſet, nemo queſtus eſſet; nam tum quidem primùm à ſuis injuriâ adfectum Abrahamum ſe audire, cui querenti è veſtigio ſatisfieri curaſſet. 27. His auditis, Abrahamus Abimelechum aliquot pecudibus donavit, & fœdus, prout poſtulaverat, cum eo iniit; quo pecudum per Gerarenſem agrum paſcendarum, tentoriique quamdiu vellet in eo figendi poteſtatem ei fecit Abimelechus; ipſe ſe & poſteros pacatè cum Gerarenſibus in perpetuum victuros pollicitus eſt. 28. Præter pecudes, quas munus Abimelecho Abrahamus obtulit, ſeptem agnas ſeorſim adduci juſſerat. 29. quæ quid ſibi vellent ſciſcitanti Abimelecho: 30. Sunt, inquit, pretium quo ego puteum à meis effoſſum à

21. *Pharanis*] Vide not. ad Geneſ. XIV, 6.

22. *Convenit bis verbis*] *Dixit dicens.*

Deus tecum eſt] Vel tibi adeſt, ut ſup. verſ. 20. Hoc eſt, te adjuvat, ut præſentes amici amicos ſolent. Timebat Abimelechus, cùm videret Abrahamo Deum adeſſe, ne regionem aliquam Chananææ invaderet, auctiſque opibus, tandem de imperio cum vicinis certaret. Quo tempore, fœdus cum eo contraxiſſe haud ſupervacaneum futurum erat. Itaque, ſibi & poſteris, fœdus cum Abrahamo, antequàm eò deventum eſſet, ferire decrevit.

23. *Te mihi — non mentiturum*] *Ecce ſi mihi mentiaris*; hoc eſt, jura te fœdus hoc ſervaturum, teſtémque Deum invocato, qui de fidem fallente pœnas repetat; ſeu cui, *ſi mentiaris*, fœdifragis debita ſupplicia luas. Vide not. ad Cap. XIV, verſ. 23.

Non mentiturum] שקר *ſchakar* aliquando fœdus frangere ſignificat. Vide Pſ. XLIV, 18.

Et prout benignè, &c.] *Et juxta benignitatem quâ tecum egi, ages mecum*, &c. Ante כחסד chahheſed ſupplevimus particulam ו quæ in Samaritico expreſſa eſt, poſtulante ſenſu. Hinc LXX. ἀλλὰ κατὰ τὴν δικαιοσύνην. חסד *hheſed*, quod ἔλεος *miſericordia* multis in locis non ſine cauſa vertitur, paſſim tamen non eum adfectum, quo miſeros complectimur, ſonat, ſed *benignitatem*, quæ ſæpe erga homines nequaquam miſeros exercetur; ut hoc in loco, ubi de Abramo ſermo eſt, cujus non ea ſors fuit, ut Abimelechi indigeret miſericordia. Vide & Capite XXIV, 49. Hinc LXX. Intt. κατὰ τὴν δικαιοσύνην maluerunt hîc, quàm κατὰ τὸ ἔλεος, vertere. Benignitas autem Abimelechi in eo potiſſimùm ſita fuiſſe videtur, quòd paſcuorum agri Gerarenſis partem aliquam in qua errarent Abrahami greges, quamdiu vellet, ei conceſſiſſet. Vide Cap. XX, 15. Hæc quoque initi fœderis, ad Abrahamum quod attinet, videtur præcipua lex fuiſſe, quid enim aliud ab Abimelecho petere potuit?

25. *De aquæ puteo*] Rixæ facilè circa puteos inter paſtores Arabas oriebantur, propter aquæ in Arabia inopiam, quâ fiebat ut putei magni fierent: ἄνυδρος γὰρ οὖσα τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνεπίβατός ἐστι, τούτοις δὲ κατεσκευασμένοις ἀγγεῖα κατὰ γῆς κεκονιαμένα μόνοις παρέχεται τὴν ἀσφάλειαν: *cùm enim regio ſit ſine aqua, aliis quidem impervia eſt, his verò qui pararunt receptacula ſub terra incruſtata ſecuritatem præbet.* Verba ſunt *Diodori* Lib. XIX. quæ proximè antecedunt ea quæ ad verſ. 19. adtulimus. Pecuariis, præſertim in ſiticuloſa regione, neceſſarii erant putei. Vide Cap. XXVI, 18, 20, 21.

27. *Tum ſumtas*] *Et accepit Abrahamus oves & boves & dedit*, &c.

Fœdus ambo percuſſerunt] Fœderum ritus vide ad Cap. XV, 10. De eo quod complectebatur hoc fœdus diximus ad verſ. 23.

28. *Septem agnas*] כבשת הצאן *chibſchoth hattſon*, ἀμνάδας προβάτων *agnas ovium*, ut habent οἱ LXX. qua in loquutione παρέλκει הצאן, nam כבשה eſt *agna*, & quidem mediæ ætatis, non primùm in lucem edita, ſed ab anno primo ad tertium. Vide Levit. XIV, 10. & quæ de hac voce obſervavit *Sam. Bochartus* Hieroz. Lib. II. Cap. 43. Part. I. Sic etiam Hebræi hædum vocant גדי עזים *gedi bizzim*, hædum caprarum, חמור בן אתנות *hhamor ben athonoth*, aſellum filium aſinarum.

29. *Quid ſibi volunt*] *Quid hæ ſeptem*, &c.

30. *Ut ſeptem*, &c.] *Quia ſeptem*, &c. *accipies.*

Teſtimonio ſint] Hoc eſt, ut veluti hiſce agnis puteum à me effoſſum à te ſollemniùs redimam, quibus acceptis, mei eum eſſe juris, quippe quem effodi, fatebere.

31. *Vocatus eſt*] קרא kara, quod *paſſivo*, aut *neutro* ſenſu intelligendum, nulla enim anteceſſit perſona; niſi malis ſubaudire הקורא *vocans*, quicumque fuerit. Vide Cap. XI, 9.

Beerſeba] באר־שבע *beerſchebah*, puteus jurisjurandi. Ex iterato fœdere ab Iſaaco, locus ille nomen accepit. Cap. XXVI, 33.

33. *Nemus*] Umbræ & frigoris causâ, nemus plantare potuit Abrahamus, ut tentorium ibi haberet, nam ad arbores tendere ſolebant. Vide Capite XVIII, 1, 4, 8. LXX. Intt. incommodè ἐφύτευσεν ἄρουραν, *plantavit agrum*, nempe, arboribus. Multò commodiùs Aquila δενδρῶνα φυτείαν. Quia in ſequentibus verbis divini cultûs mentio fit, lucum hîc ſignificari ſunt qui exiſtiment; quæ res ante Moſaicum interdictum illicita non erat, & per totum Orientem apud Idololatras uſitata ſemper fuit. Antiquiſſimis temporibus, Deos in ſilvis cultos obſervarunt *Lucianus* & *Plinius*. Ille in libello *de Sacrificiis*: πρῶτον μὲν ὕλας ἀπετέμοντο, καὶ ὄρη ἀνέθεσαν, *primùm dedicabant ſilvas & montes conſecrabant.* Plinius verò Lib. XII. Cap. 1. de

cipias, ut à me effoſſum hunc fuiſſe puteum, teſtimonio ſint. 31. Ideò vocatus eſt locus ille Beerſeba, quia ambo illic jurarunt, fœdúſque ad Beerſebam ſancive- runt; *quo peracto*, ſurrexere Abimelechus & Phichol dux ejus exercitûs, *unáque* in Philiſthæorum regionem redierunt. 33. Plantavit autem Abrahamus nemus Beerſe- bæ, & nomen Jehovæ æterni Dei ibi invocavit, 34. longóque tempore in Phili- ſthæorum terra peregrinatus eſt.

XX. Äbra-

à te redimo, ne poſthac ſit controverſi inter nos juris. His à me acceptis, meum eſſe hujus putei uſum hodie, ſi integrum vis inter nos eſſe fœdus, agnoſces, neque de eo ampliùs tui litem meis movebunt. 31. Propterea dictus eſt puteus ille *Beerſeba*, hoc eſt, *puteus jurisjurandi*, quia ad eum puteum jurejurando Abrahamus & Abimelechus fœdus ſanciverant. Re confectà, Abimelechus, cum Phichole reliquéque ſatellitio, Gerarem, urbem agri Philiſthæorum, in qua imperitabat, rediit. 33. 34. Abrahamus verò, cùm ex initi fœderis formulâ ſe, quamdiu vellet, manere in Gerarenſi agro poſſe intelligeret, nemus Beerſebæ, cujus umbrâ in arido & fervido ſolo frueretur, plantavit; nec procul illinc altare, in quo ſempiterno, quod colebat, Numini ſæpiùs fecit ſacra, ædificavit.

P A-

de arboribus verba facturus: *Hæc*, inquit, *fuere numinum templa, priſcóque ritu ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant.*

Nomen Jehovæ æterni Dei invocavit] Hoc eſt, palam ſacra ei fecit, eum alioquin ubique privatim invocare ſolitus. Sed quia *invocatio* divini cultûs præcipua pars eſt, reliquas etiam interdum complectitur. Vide Cap. XII, 8. & quæ ibi notavimus.

Æterni Dei] אל עולם *el holam*, Θεὸς αἰώνιος, ut habent οἱ LXX. Cùm עולם longum tempus, pro rebus quibus adjungitur, ſignificet, nomini Dei conjunctum æternitatem propriè dictam ſonat. Fortè additur hoc Epitheton, ut Jehova opponatur Diis, qui aliquando nati, aut aliquando morituri eſſent. Si Phœnicum Theologiæ fidus interpres fuit *Philonis Byblii Sanchoniathon*, ii duos dumtaxat æternos Deos agnoſcebant, reliquos omnes genitos eſſe contendebant; ſic enim eorum doctrinam exponere incipit, apud *Euſebium* Dem. Euang. Lib. I. C. 10. Τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ὑποτίθεται ΑΕΡΑ ζοφώδη καὶ πνευματώδη, ἢ πνοὴν ἀέρος ζοφώδους, καὶ ΧΑΟΣ θολερὸν, ἐρεβῶδες. ταῦτα δὲ εἶναι ΑΠΕΙΡΑ, καὶ διὰ πολὺν αἰῶνα μὴ ἔχειν πέρας: *principium omnium docet eſſe* AEREM *tenebroſum, ac ſpiritu fœtum, ſeu flatum aëris tenebroſi*, CHAOSque *turbidum, & caligine circumfuſum. Hæc autem eſſe* ÆTERNA, *neque per multum ævum finem habere.* Inde Deorum, qui ſoli colebantur, generationes refert. Nymphæ, ut Græci exiſtimabant, cum quercubus naſcebantur, cum iiſdem morituræ; & fortè hanc opinionem, ut multas alias, Orientalibus debuere. Ex quercu Cereri ſacra, cùm cæderetur, auditam hanc vocem fabulatur Ovidius Metam. VIII.

Nympha ſub hoc ego ſum Cereri gratiſſima ligno,
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtri ſolatia leti.

Sic & apud *Plutarchum* de Oracul. Defect. *Cleombrotus* Deos oraculorum præſides interire ſuſpicatur, quam in rem ſequitur hiſtoria de interitu Πανὸς τοῦ μεγάλου aliáque ſimilia; quibus conſtat Nymphas, ac Dæmonas, ſeu minores Deos mortales à multis fuiſſe creditos, quamquam longævi erant. Καίτοι τοὺς Στωϊκοὺς γινώσκομεν οὐ μόνον κατὰ δαιμόνων ἣν λέγω δόξαν ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ὄντων τοσούτων τὸ πλῆθος ΕΝΙ χρωμένους ΑΙΔΙΩι καὶ ἀφθάρτῳ: *Sed & novimus Stoicos*, ſubjicit Cleombrotus, *non modò de geniis in eadem nobiſcum ſententia eſſe, ſed etiam de Diis quorum tantus eſt numerus, uno dumtaxat uti æterno, & corruptionis experte*: τοὺς δὲ ἄλλους καὶ γεγονέναι καὶ φθαρήσεσθαι νομίζοντας, *alios verò & naſci & interire cenſentes.* Simili opinioni inter Orientales receptæ *Deum æternum*, qui neque initium habuit, neque finem ſortietur, oppoſuiſſe Abrahamus videtur.

24. *Longo tempore*] *Multis diebus.*

 COM-

XX. Abrahami religio tentatur, filiúmque juſſu Dei mactare paratus, ab Angelo revocatur, & numeroſiſſimæ proſapiæ promiſſum accipit. Nachoris liberi.

CAPUT XXII.

1. POST HÆC Abrahamum tentavit Deus, & dixit ei: Abrahame. Adſum, ait *ille.* 2. Sume nunc, inquit *Deus*, filium tuum, quem unicum habes, quem amas, Iſaacum; ito in tractum Morijæ, eúmque mihi ſuper uno montium, quem tibi dicam, in holocauſtum illic offerto. 3. Mane ergo cùm ſurrexiſſet Abrahamus,

PARAPHRASIS.

POSTQUAM adoleviſſet Iſaacus, ſpes parentum unica, & patris ſenis jucundiſſimum ſolatium, Deus experimentum religionis Abrahami ſumere ſtatuit. Eum ergo, eadem quâ conſuerat voce, nomine, appellat; quam cùm illico agnoviſſet Abrahamus, paratúmque ſe audiendis Numinis imperiis ſignificaſſet: filium tuum, ait vox, quem heredem tibi ſperaſti futurum, quem unicum ex Sara conjuge ſuſcepiſti, quem efflictim amas, uno verbo Iſaacum, quem tanto gaudio naſcentem vidiſti, nunc abs te repeto. Eum in tractum Morijæ ducito, atque in jugo, quod tibi monſtrabo, mactatum mihi in holocauſtum offerto. 3. Hoc juſſu audito, Abrahamus, qui haud minùs Deo Opt. Max. addictus erat, quàm Idololatræ fictis Diis, quibus ſæpe haud gravatim liberos ſuos mactabant, ad

COMMENTARIUS

In CAPUT XXII.

1. TEntavit Deus] Hoc eſt, exploravit, expertus eſt. Variis *tentationum* generibus omiſſis, de quibus Theologi; tentari ab Angelo viri pii virtus nequit, niſi ut videat Angelus, quàm altas radices in ejus animo egerit. *Tentare* enim perinde eſt ac *experiri*, quod non fit, niſi ut aliquid, quod ignotum erat tentatori, ei innoteſcat. *Tentatur*, ſive *probatur* aurum, ut puriſſimum ſit necne agnoſcatur. Hæc propria eſt vocis notio, quam omnes hujus hiſtoriæ circumſtantiæ videntur nonnullis confirmare, & potiſſimùm verſ. 12. *Ne manum in puerum inferas, neque quidquam ei facias, nunc enim te Dei timentem eſſe* NOVI, *qui filium tuum, quem unicum habes, mihi non ſubtraxeris.* Ergo, ſi propriè hæc intelligamus, antea non norat Angelus, quid facturus eſſet Abrahamus. Alii tamen, qui Deum ipſum ἀμέσως Abrahami tentatorem fuiſſe volunt, hæc ita interpretantur quaſi Deus ſibi non tentaret, ſi propriè loquamur, Abrahamum, ſed dumtaxat quaſi ejus virtutis ſpecimen ipſi & aliis oſtenſurus eſſet. Deus certè non indigebat ejuſmodi tentatione, ut quæ eſſet Abrahami virtus noſſet, ſed ἀνθρωποπαθῶς hîc dicta, θεοπρεπῶς intelligenda, atque eo quo diximus modo exponenda. Verùm contendunt alii, cùm non conſtet Deum ipſum ἀμέσως hic loqui, non neceſſe eſſe vim verbis inferamus, ut ſenſum aliquem exſculpamus. Nuſquam hîc mentio fit, inquiunt, eorum quibus virtutem ejus innoteſcere voluit Deus; præter Angelum, cujus verba ex verſ. 12. recitavimus. De Angelis Dei nomine homines alloquentibus vide adnotata ad Cap. XVI, 13.

Adſum] *Ecce me.*

2. *Quem unicum habes, quem amas*] Unicus ex Sara erat Iſaacus, atque unicus Abrahami heres, ut ad Caput antecedens vidimus. Hunc amabat, Iſmaëlem odio videbatur habere, quem quaſi exoſum domo expulerat. Hæc autem colligit Angelus *filium tuum, quem unicum habes, quem amas, Iſaacum* ex quo tantum gaudium cepiſti, & κατὰ κλίμακα, ſeu *gradatione* procedit, ut tentationem augeat; dum ea Abrahami animo ingerit quæ eum, ſi minùs Dei timens fuiſſet, à parendo abſterrere poterant.

In tractum Morijæ] Alii hoc nomen proprium, alii appellativum eſſe volunt. Inter hos LXX. Intt. τὴν ὑψηλὴν *altam*, *Aquila* καταφανῆ, *Symmachus* τῆς ὀπτασίας *viſionis*, ut *Hieronymus* habet. Onkelos פלחנא *cultûs divini.* Sed præſtat hic πρόληψιν agnoſcere, & de monte qui poſtea *Morijah* dictus eſt, intelligere, qui deinde ſedes fuit templi Salomonis. 2 Par. III, 1.

Quem tibi dicam] Cùm eſſent in tractu Morijæ varii montes, Deus unum ex iis, cum eò Abrahamus veniſſet, ſigno quopiam indicavit, quamvis hoc poſtea taceat Moſes. Vide not. ad Cap. XII, 1.

In Holocauſtum offerto] לעלה *lebola.* Vide not. in Cap. VIII, 20. Quin propriè hîc ὁλοκάρπωσιν verterint LXX. Intt. dubitari nequit, quia nulla pars hujus victimæ ſervanda fuit, ut in aliis, quarum aliquot membris veſcebantur, ſolebat fieri. Duo hîc quæri poſſunt, 1. quâ ratione Abrahamus cognoverit ſibi hoc à bono Angelo, non à Cacodæmone præcipi, quod videbatur pietati & promiſſis Dei de Iſaaco contrarium? 2. Quare hoc tentationis genere, tantam immanitatem præ ſe ferente, Abrahamum ſit adgreſſus Angelus? Ad primum quod attinet, Angelus videtur Abrahamum alloquutus quemadmodum antea ſolitus fuerat, ut nihil fraudis ſuſpicionem in ejus animum injicere potuerit, præter præceptum uſque adeò inhumanum; quod cùm ita ſit, credibile eſt (quamquam ſilet Moſes) Patriarcham ardentiſſimis precibus Deum oraſſe ne ſe à malo Genio decipi pateretur, nomine ſuo tam dirum facinus præcipiente; quibus precibus effuſis, Deo nihil monente, dubium eſſe ei non poterat, quin *Angelus lucis*, ut Hebræi loquuti ſunt, ipſum compellaſſet, ac proinde quin parare ſe obſequio oporteret. Quæ enim alia potuit eſſe via Cacodæmonis à bono Angelo ſecernendi, cùm ſpecies externa eadem eſſe poſſet? Certè Dei intererat probos tentationi non exponi, quæ ineluctabilis erat futura, ſi nullo judicio Deus, iis petentibus, ſe volente Angelos eos adiiſſe ſignificaſſet; aut ſi Cacodæmon, etiam cautè agentes, fallere potuiſſet.

Se-

mus, ſtravit aſinum, adſumſit duos ſervos ſecum & Iſaacum filium, fiſſiſque lignis ad holocauſtum, ſurrexit & in locum quem ipſi dixerat Deus ivit. 4. Tertio demum die, proſpiciens Abrahamus procul locum vidit, 5. & ſervis ſuis, manete, inquit, hîc cum aſino, ego verò & puer illuc ibimus & poſtquàm *Deum* adoraverimus, ad vos revertemur.

6. Tum ſumta holocauſti ligna, Iſaaco filio impoſuit, ipſe verò ignem & cultrum in manum cepit, atque unà profecti ſunt. 7. Iſaacus autem Abrahamo patri, pater, inquit. Adſum fili, ait ille. Ecce, inquit *Iſaacus*, ignem & ligna, ſed ubi eſt agnus in holocauſtum? 8. Deus, ait Abrahamus, ſibi quidem agnum in holocauſtum proſpi-

ad eum locum, quem ſignaverat Deus, poſtridie iter adornare à ſummo mane cœpit. Sibi ſterni aſinum, quo veheretur, ligna findi ad ſacrificium, atque Iſaacum filium, & ſervos duos ligna bajulantes ſequi ſe juſſit, quibus comitantibus, ad Morijam montem profectus eſt. 4. Cùm per biduum, quo tempus habuit animo reputandi, quam rem pararet, & cum paterni animi graviſſimo æſtu luctandi, iter feciſſet; tertio die è longinquo, ſigno è cœlo edito, locum quo ſibi Deus Iſaacum offerri jubebat vidit. 5. Tum ne ſervi, præ miſericordia, cœpto ſuo obſtarent, eos cum aſino, quem illic reliquit, exſpectare ſe juſſit; re enim divinâ factâ, quamprimùm reverſuros.

6. Ligna verò ad comburendam victimam parata Iſaaco bajulanda tradidit; ipſe ignem & cultrum, quo mactanda erat, geſtavit. Dum verò unà irent, 7. Iſaacus nullam victimam paratam fuiſſe miratus, ſe quidem ignem & ligna, ſed agnum nullum videre patri mirabundus dicere cœpit. 8. Abrahamus verò diſſimulato conſilio, & fugam Iſaaci, ſi rem aperiret, veritus, Deo qui ſe illuc ire juſſiſſet, cu-

rae

Secundæ quæſtioni ſatisfactum iri opinor, ſi in animum revocemus innumeris in locis olim victimis humanis cæſis iram Numinis fuiſſe placatam, ut oſtendit *Euſebius* Præp. Evang. Lib. IV. Cap. 16. atque Syros, Arabas & Phœnicas immani eo ritu, inter alios, fuiſſe uſos; quod cùm ita ſit, experiri voluit Angelus, an æquè veri Dei cultui addictus eſſet Abrahamus, ac fictorum Numinum cultores ſuis adhærebant ſacris, in quibus ſæpe liberos ſuos immolabant. Certè quicumque ne fillo quidem unico eſſet parciturus, ſi ea victima à Deo poſceretur, nihil ei negaret. Cognovit ergo Angelus nullâ re poſſe Abrahamum à veri Dei cultu avocari, qui ne filii quidem unici cæde, Deo jubente, abſtineret. De victimis humanis, apud omnes pænè Gentes cæſis, egit *Porphyrius* περὶ ἀποχῆς Lib. 2. atque ex eo, aliiſque *Euſebius*, loco laudato. Ex iis *Sanchoniathonem* à *Philone* tranſlatum, Lib. I. Hiſt. Phœn. ſolum teſtem audiemus. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς (Phœnicibus) ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς τῶν κινδύνων, ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς τὸ ἠγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεως ἢ ἔθνους εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι: *apud Veteres mos erat, in magnis periculorum calamitatibus, pro omnium exitio eos qui urbem aut gentem ſub imperio haberent cariſſimum liberorum jugulandum dare, quaſi redemtionis pretium ultoribus dæmonibus.* Deinde hanc ipſam hiſtoriam narrat, ſed corruptam: Κρόνος τοίνυν, ὃν οἱ Φοίνικες Ἰσραὴλ προσαγορεύουσι, βασιλεύων τῆς χώρας — ἐξ ἐπιχωρίας νύμφης Ἀνωβρὲτ (חן עוברת hhan-hobereth *ex gratia concipiens*, conjectore *Sam. Bocharto* Chan. Lib. II. C. 2.) λεγομένης υἱὸν ἔχων μονογενῆ, ὃν διὰ τοῦτο Ἰεοὺδ ἐκάλουν (i. יחוד jubhoud, aut יחיד jabhid, ut hîc verſ. 2.) τοῦ μονογενοῦς οὕτως ἔτι καὶ νῦν καλουμένου παρὰ τοῖς Φοίνιξι, κινδύνων ἐκ πολέμου μεγίστων κατειληφότων τὴν χώραν, βασιλικῷ κοσμήσας σχήματι τὸν υἱὸν, βωμόν τε κατασκευασάμενος κατέθυσε: *Cronus ergo, quem Phoenices Iſraëlis cognomine afficiunt, regioni cùm imperitaret, atque ex indigena nympha Anobret dicta, filium unigenitum haberet, quem propterea Jeoud vocabant, quomodo unigenitus etiamnum à Phœnicibus appellatur, cùm regioni maxima ex bello imminerent pericula, regio habitu filium ornatum in ara, quam erexerat, mactavit.*

3. *Cùm ſurrexiſſet*] *Surrexit mane.*

Stravit aſinum] Quem ipſe conſcenderet, aut cui ligna ſacrificii imponeret.

Fiſſis lignis] Lignorum quidem ſat magna videtur fuiſſe in locis ipſis copia, ſed viridia erant, quæ adhibere nolebat Abrahamus, ne lento igne filium abſumeret. Itaque veterem aliquem truncum dudum reſectum fidit, quo flammam ſubitò concipiente, filii cadaver quàm primùm abſumeretur.

4. *Tertio demum die*] Videtur Abrahamus, cùm Morijæ proſpexit tractum, de loco in quo immolare filium jubebatur, ſigno è cœlo miſſo monitus fuiſſe; quamvis tacuerit Moſes, qui ſolet multa ejuſcemodi prætermittere.

Proſpiciens Abrahamus] *Et ſuſtulit oculos.*

5. *Manete hic*] *Manete vobis* לכם lachem, Hebraïſmo noto. Ita לך לך lech lecha, *ito tibi.* Cap. XII, 1.

Et puer] הנער hannahar, quo nomine ſervos antea appellavit. Sic Græci παῖδας *ſervos* & *filios* vocant.

Poſtquàm Deum adoraverimus] *Et adorabimus & redibimus.* Redituros ſe dicit Abrahamus, ne Iſaacus & ſervi ſentiant quod agitur; fortè enim Iſaacus aufugiſſet, aut ſervi eum heri manibus eripuiſſent.

6. *Tum ſumptu*] *Et ſumſit & impoſuit.*

7. *Iſaacus autem*] *Et dixit Iſaacus — & dixit, pater mi,* bis repetitâ voce ויאמר *vajjomer.*

Adſum] *Ecce me.* Eâ reſponſione ſignificant Hebræi ſe, aut imperiis parere, aut reſpondere ſciſcitantibus paratos eſſe.

Agnus השה *haſſche*, quod tam *hædum*, quàm *agnum* ſonat. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. Lib. I. Cap. 43. Part. I.

9. *Quem dixerat*] Aut *quem dixit*, neque enim quando & quomodo locus indicatus ſit, docet Moſes. Forte flammâ è nubibus emiſsâ, aut ſimili indicio uſus eſt Deus.

Vinxit] *Joſephus*, ut ſolet, Ant. Jud. Lib. I. Cap. 13. orationem Abrahami, quâ Iſaaco perſuadet ut ſe jugulari patiatur deſcribit, & quâ Iſaacum permotum, ut victimæ locum ſubiret, fuiſſe ait; δέχεται, inquit, πρὸς ἡδονὴν τοὺς λόγους,

ſpiciet, fili mi. Atque ambo ire perrexerunt. 9. Cùm perveniſſent ad locum, quem dixerat Abrahamo Deus, altare illic exſtruxit, diſpoſitíſque lignis, Iſaacum filium vinxit, impoſuítque altari, ſupra ligna. 10. Porrectâ manu adprehendebat cultrum, ad jugulandum filium, 11. cùm Angelus Jehovæ ad eum è cœlo clamavit, dixítque: Abrahame, Abrahame. Adſum, inquit ille. 12. Ne manum, ait *Angelus*, in puerum inferas, neque quidquam ei facias; nunc enim te Dei timentem eſſe novi, qui filium tuum,

ræ id fore reſpondit. 9. Interea ad locum perveniunt, atque ex lapidibus qui illic erant altare exſtruunt, lignáque, quibus imponenda erat victima, diſponunt. Tum ſubitò Iſaacum invadit Abrahamus, brachiiſque & cruribus vinctis, lignis imponit. 10. Cultrum deinde adripit, cariſſimum filium jugulaturus, 11. cùm ecce eadem illa divina vox, quam audire ſolitus erat, humanâ multò major, repetito nomine, hominem appellat. Differt Abrahamus quod acturus erat, adtentúmque ſe voci eſſe ait. 12. Angelus verò, imperaſſe ſe dicit, ut Iſaacus Deo mactaretur, non eo animo ut ſanguine hominis, & quidem filii meritò patri dilecti, ſacra fieri pateretur, ſed ut Abrahami religionis ſpecimen caperet; poſteris exemplo futurum, quo intelligerent nihil eſſe tam carum hominibus oportere, quod ſibi eripi, potiùs quam divinæ voluntati contra eant, pati non debeant. Abſtineret ergo

λόγυς, *cum voluptate verba excipit.* Alii ſimiliter ne verbo quidem reluctatum volunt, quia nihil habet hac de re Moſes. At ſaltem quærere debuit, unde conſilium hoc in animum Abrahamo veniſſet; ſatíſne ei conſtaret præceptum hoc à Deo eſſe, aliáque ſimilia, quæ ſine ulla impietate percunctari potuit. Nec ſilentium Moſis, in tam brevi hiſtoria, quidquam probat. Certè vincula, quæ filio parens injecit, vim aliquam Iſaaco illatam innuere videntur. Victimæ vinciri ſolebant ne ictum effugerent, præſertim humanæ. *Oreſtes* & *Pylades* apud *Ovidium* Lib. III. Eleg. ex Ponto 2. ut obſervavit *H. Grotius*;

— immitem Triviæ ducuntur ad aram,
Evincti geminas ad ſua terga manus.

Sic & *Sinon*, qui ſe invitum à Græcis immolandum fuiſſe fingit Æneïd. II. *vincula rupiſſe* ſe ait. Ideò Joſephus hanc circumſtantiam omiſit, & ὥρμησεν, inquit, ἐπὶ τὸν βωμὸν καὶ τὴν σφαγὴν *alacriter ivit ad altare & ad cædem.* Præterea quod Abrahamus conſilium Iſaacum celat, etiam poſtquàm à ſervis abierant verſ. 8. timuiſſe Abrahamum ne aufugeret Iſaacus, oſtendit.

10. *Porrectâ deinde manu*] *Et miſit Abr. manum ſuam & accepit cultrum — & Angelus Jehovæ*, &c.

11. *E cœlo*] Ut ſup. XXI, 17.

Adſum] *Ecce me*, ut verſ. 7.

12. *Ne manum*] Hactenus ſibi à Deo ſeriò præceptum fuiſſe hoc ſacrificium crediderat Abrahamus, & ſeriò erat filium mactaturus; ſed agnovit hinc non præceptum, quod Deus vellet exſequutioni mandari, ſed tentationem fuiſſe, nec ſine ſummo gaudio.

Nunc te Dei timentem eſſe novi] Hic locus qui ægrè, etiam καθ' ἀνθρωπάθειαν, de Deo intelligi poteſt, effecit ut viri doctiſſimi Angelum, quanta eſſet Abrahami in Numen reverentia, neſciviſſe ſtatuerent, atque hinc demum intellexiſſe. Sic & Joſephus de Angelo: μαθὼν δὲ αὐτοῦ τὸ πρόθυμον καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῆς θρησκείας, καὶ τὰ ἑξῆς: *cùm didiciſſet ejus alacritatem, & excellentiam religionis*, &c. Alii Deum ipſum Creatorem ſeſe infirmitati humanæ adtemperantem, ut alibi paſſim, humano more loqui cenſent.

Mihi non ſubtraxeris] *A me non prohibuiſti*, hoc eſt, mihi petenti non negaſti. Vid. Cap. XXXIX, 9. LXX. Intt. & Vulg. οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου ——— δι' ἐμὲ *non peperciſti filio tuo, propter me*, minùs propriè. Ad hunc verſum vir ſummus, ad voculas *propter me*, adnotavit: *additum id ex Græco, Samaritano & Syriaco, qui conſenſus oſtendit in Hebræis Codicibus id olim fuiſſe.* Eſt tamen in Hebraïco Cod. ממני *mimmenni*, nec quidquam ampliùs in Samaritico, idque minùs propriè, ut dixi, verterunt *propter me.* Verùm debuit hoc ad verſ. 16. ultima verba referri. Ne vicini Idololatræ ſuam in Numina pietatem veri Dei cultorum religioni præferrent, quòd Diis ſuis liberos mactare non dubitarent, dum alii victimas Deo offerrent brutas, Abrahami hoc factum ſcriptis mandatum eſt; quo liquet non defuiſſe Dei Iſraëlis cultores, qui, ſi Deo ita viſum fuiſſet, pretioſiſſimas omnium victimas immolare ei parati fuerunt. Simili exemplo, non mactari quidem, ſed *odio haberi*, hoc eſt, relinqui omnes conſanguineos & parentes ipſos, ſi aliter Chriſtiano ritu nequeat coli Deus, juſſit Chriſtus. Matth. X, 37. Luc. XIV, 26.

13. *Circumtulit oculos*] *Suſtulit*, hoc eſt, hoc quidem in loco, circumſpiciendo vidit. At verſ. 4. pro natura rei, *proſpicere* vertimus.

In vepreto] בסבך *bisbach*, hoc eſt, ramis implicitis, quales ſunt veprium. LXX. Intt. ipſam vocem σαβὲκ ſervarunt. *Aquila* multò meliùs συχνῷ *denſo*, nempe, vepreto. *Symmachus in rete*, quòd dumus inſtar retis eſſet.

Quò cùm iviſſet] *Et ivit Abraham & cepit.*

Filii loco mactavit] Quæ victimæ ſibi deberent mactari, oſtendit, miſſo ariete, Deus; quamvis ne hæ quidem victimæ placando Deo aptæ ſint, ut alibi dicemus. Nota eſt *Iphigeniæ* fabula, quâ, ut loquitur *Ovidius* Metam, Lib. XII.

Suppoſitâ fertur mutaſſe Mycenida cervâ,
Et — quâ decuit lenita eſt cæde Diana.

14. *Jehova proſpiciet*] Haud raro Hebræi, pro nomine unâ voce expreſſo, integram enunciationem imponunt. Vide inf. Cap. XXVIII, 21. XXXIII, 20. Exod. XVII, 15. Jud. VI, 24. ad quem locum vide notata. Ut autem in nominibus virorum propriis, ſæpè eſt aliqua ſyllaba vocis יהוה, ut in *Jehoſua*, *Jehojakim*, *Jirmejahou*, &c. ita etiam nominibus locorum integra inſeritur, ut hoc in loco, aliiſque ſimilibus.

Etiam-

tuum, quem unicum habes, mihi non ſubtraxeris. 13. Circumtulit Abrahamus ocu-
los, atque ecce arietem à tergo vidit, qui cornibus vepreto hærebat; quò cùm iviſſet,
arietem cepit, atque in holocauſtum filii loco mactavit. 14. *Hinc* nomen illi loco im-
poſuit Abrahamus, Jehova proſpiciet, unde etiamnum hodie *adagio* fertur: proſpicie-
tur in monte Jehovæ. 15. Iterum è cœlo ad Abrahamum clamavit Angelus Jehovæ,
16. in hæc verba: Per me juravi, ait Jehova, quia hoc feciſti, nec filium tuum uni-
cum

go à filio, ſolveretque eum, neque quidquam paterno nomine indignum deſignaret; jam ſatis ſibi compertum eſſe haud fictâ religione Deum ab ipſo coli, qui Numinis juſſu filium unicum ſine mora mactare paratus fuerit. 13. Tum Abrahamo fortè reſpicienti commodùm conſpectus eſt aries, in vicinis dumis, cornibus impeditus, unde explicare ſeſe non poterat. Nec dubitavit religioſus ſenex, quin divinitus ſibi victima parata eſſet, quam Deo loco filii offerret; eâque adreptâ, prout ſolitus erat, ſacra fecit. 14. Cùm autem tam feliciter accidiſſet quod futuri ignarus prædixerat, Deum victimam ſibi proſpecturum, loco illi *Deus proſpiciet* nomen impoſuit; atque indidem etiamnum hodie, ubi ſermo eſt de re, cujus cura divinæ permittenda eſt providentiæ, ſolemus dicere, *in monte Dei proſpicietur.* 15. Antequàm diſcederet illinc Abrahamus, iterum è nubibus audita eſt vox

Etiamnum hodie] Hoc eſt, Moſis tempore, ad quod eo proverbio Hebræi utebantur.

Adagio fertur] יאמר jeamer *dici ſolet*, nam futurum Niphal haud rarò hoc ſignificat. Vide not. ad Cap. XX, 9. Verbum ipſum יאמר *jeamer*, ita intelligitur ſup. X, 9. & Num. XX, 14. Ideòque *adagio fertur* vertimus.

Proſpicietur in monte Jehovæ.] Manifeſtum eſt ad id adludi quod dixerat Abrahamus, aliud cogitans verſ. 8. *Deus ſibi quidem agnum proſpiciet*, & quod tamen impletum eſt; non ad Angeli ἐπιφάνειαν reſpici. Attamen LXX. Intt. habent ἐν τῷ ὄρει Κύριος ὤφθη. Meliùs Hieronymus *in monte Dominus videbit*, nam idem eſt ſenſus, ſi יראה efferas *jireh*, videbit, aut *jeraeh*, videbitur. Sic ille in Tradit. Heb. *Hoc apud Hebræos exivit in Proverbium, ut ſi quando in anguſtia conſtituti ſunt, & Domini optant auxilio ſublevari, dicant*, in monte Dominus videbit; *hoc eſt, ſicut Abrahæ miſertus eſt, miſerebitur & noſtri.* Quando, nimirum, deerat quod proſpici, ſeu comparari priùs debuerat; ſolebant hoc proverbio uti, ejus rei curam in Deum rejicientes. Qui ſubtiliùs hæc exponunt de Chriſto, qui in monte Morija conſpectus ſit, nullam rationem circumſtantiarum habent, ſine quibus nihil poteſt probari. Nec ſunt dicenda, quæ ſolâ negatione evertuntur.

16. *Per me juravi*] Si Deus poſſet fallere non juratus, non minùs poſt jusjurandum falleret; quicumque enim mendax eſt, is jurisjurandi religionem parum curat. Sed Deus ſe ad hominum mores, & fortè quidem Orientalium jurare adſuetorum, demittit, ut juret ſe Abrahamo præſtiturum quod pollicetur. Jurat autem per ſe, quia *non potuit per majorem jurare*, ut habet Scriptor ad Hebræos Capite VI, 13. ubi vide *H. Grotii* adnotationes. Jurat etiam Deus בשמו *biſchmo*, *per nomen ſuum magnum*, Jerem. XLIV, 26. בנפשו *bnaphſcho*, *per animam ſuam*, Ibid. LI, 14. & per *ſanctitatem ſuam* בקדשו *bkodſcho*, Ham. IV, 2. quæ eodem recidunt, nam *nomen*, *anima*, *ſanctitas* Dei, ipſum ſignificant Deum.

Ait Jehova] נאם יי *neum Jehovah*, quod paſſim occurrit apud Prophetas, ubi Deum loquentem inducunt; unde colligunt Angelum hîc non ſua, ſed Jehovæ verba recitare, adeóque non fuiſſe Jehovam ipſum. נאם *naam* eſt *loqui*, ſed ut futura prænuncientur Jerem. XXIII, 31. ideoque Participium *neum*, propriè eſt *prædictum*, quo nomine etiam vaticinia ſua vocat Balaamus Num. XXIV. Apud Arabas נאם *naama* eſt *ſuſurrare*, *muſſitare*, & נים *najimon*, *vox debilis* & *ſubmiſſa*, quali revelationes nonnullæ fiebant, Job. IV, 12. & *ſeqq. Ad me verbum furtim delatum eſt & excepit auris mea* (שמץ ſchemets) *ſuſurrum ex eo. In horroribus viſionum nocturnarum, cùm ſopor homines opprimit, pavor accidit mihi & tremor, & admodum oſſa mea terruit; ventus coram me tranſiit, inhorruere crines carnis meæ; ſtetit aliquis, nec ejus faciem novi; ſpecies oculis meis objecta eſt, ſilentium fuit & vocem audii: an homo Deo juſtior erit?* Hinc exiſtimarim נאם ad alias revelationes translatum. Vide ad verſ. 12.

17. *Ideò*] כי *chi*, quod interdum perinde eſt ac *quamobrem*, *ideò*. Vide inf. XXIX, 32. & *Noldium* ſign. 8.

Tibi benedicam, &c.] Vide not. ad Cap. I, 22. Heb. *benedicendo benedicam*, *multiplicando multiplicabo.*

Hoſtium ſuorum portu] Quia qui tenet urbium portas, urbibus potitur, ideò *portum hoſtium poſſidere*, eſt urbem eorum in poteſtate habere. Ideò LXX. Intt. κληρονομήσει τὰς πόλεις τῶν ὑπεναντίων.

18. *In prole tua*] Vide not. ad Cap. XII, 3.

19. *Reverſo*] *Et reverſus eſt, & ſurrexerunt*, &c.

Ubi habitabat] *Et Abrahamus habitabat Beerſebæ.*

20. *Nuncium allatum eſt*] *Nunciatum eſt Abr. dicendo.* Hæc autem conjungenda ſunt cum Initio Capitis XXIV. cùm enim audiiſſet Abrahamus Nachori natos eſſe liberos, hinc conjugis Iſaaco filio petendæ conſilium iniit.

Nachori] Vide Cap. XI, 27.

21. *Hutſum*] עוץ *houts.* Ita etiam vocabatur Arami primogenitus. Gen. X, 23. Fuit & huic cognominis inter Edomi poſteros, unde Idumæa dicitur *terra Huts.* Vide inf. XXXVI, 28. & Thren. IV, 21. A Nachoris filio dictam volunt Jobi patriam *terram Huts.* A LXX. Intt. Αὐσίτιδι Job, I, 1. & populi *Auſitæ*, qui *Aiſitæ* à *Ptolemæo* vocantur, in Arabia deſerta ad Euphratem.

Buzum] בוז *bouz.* Hic quoque in Arabia ſedes fixit. Jerem. VXV. inter Reges quibus poculum depopulationis propinat, enumerat *omnem*

cum mihi ſubtraxiſti, 17. ideò tibi benedicam, ſobolem tuam inſtar ſtellarum cœli
inſtar arenarum, quæ ſunt in maris littore, multiplicabo, eáque hoſtium ſuorum por-
tâ potietur. 18. Quia voci meæ obſequutus es, in prole tua omnes terrarum benedi-
centur gentes.

19. Reverſo ad ſervos ſuos Abrahamo, ſurrexerunt, atque unà iverunt Beerſebam,
ubi habitabat Abrahamus. 20. Poſtea nuncium allatum eſt Abrahamo, his verbis:
Nachori fratri tuo filios etiam peperit Milcha, 21. Hutſum primogenitum ſuum, Bu-
zum fratrem ejus, Kemuelem patrem Arami, 22. Cheſedum, Chazoum, Phildaſum,
Idlaphum, & Bethuelem; 23. Bethuel verò genuit Rebekkam. Hoſce octo Abraha-
mo fratri Nachori pepererat Milcha. 24. Sed & ejus concubina, cui nomen Reümæ,
Tebachum, Gachamum, Thachaſum & Mahacham enixa erat.

XXI. Sara

vox Angeli 16. dicentis, Deum Opt. Max. quo-
niam Abrahamus ei filium unicum paratus macta-
re obſequenti animo fuiſſet, ſanctiſſimè polliceri
17. ab illo ipſo Iſaaco, nedum ut ejus ſanguine
ſacra fieri ſibi pateretur, innumerabilem naſcitu-
ram prolem, eámque hoſtibus omnibus debellatis
latè imperaturam. 18. Obſequium quod ſibi exhi-
buiſſet pius ſenex tanti eſſe apud ſe, ut prolem
ejus, quem tamdiu orbum viderant, & orbum in-
teriturum omnes crediderant, multitudine celeber-
rimam per totum Orientem effecturus eſſet; ut
numeroſiſſimam ſobolem optaturus, Abrahamicâ
populoſiorem nemo eſſet precaturus.

19. His auditis, Abrahamus cum Iſaaco ad ſer-
vos rediit, unáque Beerſebam, ubi ſedem fixerat,
reverſi ſunt. 20. Cùm eo in loco eſſet, aliquot poſt
annis, accepit Nachori fratri ex Milcha plurimos
natos eſſe liberos, quorum ſequuntur nomina:
21. Hutſus, Buzus, Kemuel, ex quo oriundi ſunt
Aramæi, 22. Cheſedus, Chazous, Phildaſus, Idla-
phus, & Bethuel, 23. qui filiam genuerat Rebec-
cam. Hoſce octo filios Nachori enixa erat Mil-
cha. 24. Quatuor etiam liberos ex Reüma concu-
bina ſuſcepit, Tebachum, Gachamum, Thacha-
ſum & Mahacham.

P A-

omnem Arabiam, & omnes reges terræ Huts, verſ. 20. *Dedanem*, *Themam*, *Buzum* (בוז) & & *omnes quibus anguli detonſi*, qui ſunt Arabes, ut oſtendi ad Levit. XIX, 27.

Patrem Arami] Notiſſimus eſt *Aram* Semi filius, qui ampliſſimis regionibus nomen fecit, ut diximus ad Gen. X, 22, 23. LXX. Int. & Vulg. habent hîc πατέρα Σύρων *patrem Syrorum*, ſed Syri à Semi filio nomen duxerunt, ideóque maluimus nomen ipſum retinere, cùm quænam ſors hujus *Arami* fuerit aliunde non conſtet. *H. Grotius* vult ex Aramo & Buzo nomina traxiſſe duo caſtella Meſopotamiæ, *quorum unum Reman*, *alterum Buſan* appellabatur, ut auctor eſt *Ammianus* Lib. XVIII. ſub finem. Ex ארם, reſectâ primâ literâ, factum eſt רם, cujus detractionis exempla exſtant, Job. XXXII, 2. & 2 Paral. XXII, 6. atque addito *Nun* רמן *reman*. Sed ſi ex ſitu terræ *Buz* de fratris ſedibus judicare licet, utriuſque poſteri in Arabia fuere. Vide dicta de Buzo.

22. *Cheſedum*] כשר cheſed, unde quidam volunt Chaldæos, qui Hebræis כשרים, dictos. Vide not. ad Cap. XI, 28.

Genuit] ילד *jalad*. Samariticus הוליד *holid* in Hiphil; ſed ילד tam de patre, quàm de matre dicitur.

24. *Concubina*] פלגש *philgeſch*, unde ſine dubio factum παλλακὶς & *pellex*. Fuere ante & poſt Legem inter Hebræos mulieres, quæ hoc nomine cenſerentur. *Hagara* & *Ketura* Abrahami Geneſ. XXV, 1, 6. *Bilha* & *Zilpha* Jacobi concubinæ fuere. Cap. XXXV, 22. Ejuſmodi παλλακίδας habuere Manaſſes 1 Par. VII, 14. Chaleb 1 Paral. II, 6, 48. Gedeon Jud. VIII, 31. David 2 Sam. V, 13. Salomon 1 Reg. XI, 3. aliíque. Si quæratur quale fuerit earum & juſtarum uxorum diſcrimen, quatenus ex Sacris Literis colligi poteſt; apparet quidem pellices, eodem in honore, non habitas. Hagaram numquam æquiparavit Saræ Abrahamus, atque ex ædibus, hac volente, ejecit. Keturam amandavit etiam cum liberis. Vide Cap. XXV. initio. Salomoni *fuere* פלגשים *pellices trecentæ*. 1 Reg. XI, 3. Verùm quodnam inter utraſque diſcrimen eſſet, in aliis, non liquet. Rabbini volunt pellicem fuiſſe *uxorem ſervam ſine ſcripto dotali*, & *ſponſalibus*, *cujus liberi legatis tantùm non hæreditate fruantur*. Sanhed. Cap. XXI. §. 1. Sed ut hæc ex poſterioris ævi conſuetudine vera ſint, certè antiquis temporibus omnia non obtinebant, nam pellicum filii paris erant juris, niſi pater nollet. Vide not. ad Cap. XXI, 10.

C O M-

XXI. *Mors Saræ, ad quam ſepeliendam Abrahamus ſpeluncam & agrum ad Chebronem emit.*

Caput XXIII.

1. VIxit Sara centum viginti ſeptem annos, 2. & Kirjath-arbæ (ea *nunc* Chebron *dicitur*) in terra Chananæa obiit; atque ut eam lugeret, defleretque, venit Abrahamus. 3. Deinde relicto cadavere, alloquutus eſt filios Chethi his verbis: 4. Peregrinus ſum & inquilinus inter vos, date mihi vobiſcum ſepulcralem poſſeſſionem, ut defunctam meam *uxorem* è conſpectu meo *ablatam* ſepeliam. 5. Reſponderunt autem filii Chethi Abrahamo, his verbis: 6. Audi nos, Domine, in medio noſtri divinus es princeps, in electiſſimo ſepulcrorum noſtrorum cadaver tuum ſepeli; noſtrûm nullus te arcebit à ſepulcro ſuo, quin in eo cadaver tuum ſepelias.

7. Sur-

PARAPHRASIS.

1. SAra verò uxor Abrahami, cùm centum viginti ſeptem annis vixiſſet, 2. in oppido Kirjath-arba (quod recentiori nomine Chebron appellatur) in Chananæorum agro, deceſſit, Abrahamuſque eo in loco, more gentis, luctum celebravit, juſtáque uxori cariſſimæ fecit. 3. 4. Sed cùm in illa ora peregrinus ſepulcro careret, cui ejus inferret reliquias, Chitthæorum qui urbem tenebant concionem adiit, agrúmque, in quo cadaver ſepeliret, emi à ſe inter ipſos paterentur rogavit. 5. 6. Reſpondere oppidani, emto agro propterea opus non eſſe; virum illuſtrem, qualis erat Abrahamus, poſſe à quovis poſcere, ut ſibi gentili monumento uxoris cadaver inferre liceret; neminem negaturum.

7. Au-

COMMENTARIUS

In Caput XXIII.

1. VIxit Sara] *Et fuit vita Saræ* 127. *anni, anni vitæ Saræ.*

2. *Kirjatharbæ*] Vide not. ad Cap. XIII, 18. Vocatur & *Mamre.* Vide verſ. ultimum. In Samaritico Exemplari, eſt poſt hanc vocem אל עמק el hemek, *ad vallem*, ut LXX. Intt. habent ἐν κοιλώματι, quomodo etiam in ſuo codice legerunt. Sed Ἀρβὸκ mendosè in iis legi videtur, ut dudum judicavit *Hieronymus*, in *Locis & Tradit. Hebraicis.*

In terra Chananæa] Vide not. ad Cap. XII, 6. Hoc tamen in loco, videtur hæc Moſis obſervatio eò pertinere, ut intelligat Lector Saram non eſſe mortuam in Philiſthæorum agro, in quo diutiſſimè vixit Abrahamus, ut liquet ex Cap. XXI, 30.

Ut eam lugeret, defleretque] *Ad lugendam Saram, eámque deflendam.* Ceterùm in בכותה *bcbothah* ב hoc in loco ſolito minor pingitur, ex Maſſorethica obſervatione. Sed quod caſu fuit in venerando Codice, quo Maſſorethæ potiſſimùm uſi ſunt, fruſtra in alios omnes transfuſum eſt. Librarii negligentiæ hæc myſtica à Rabbinis traditur ratio, indicari hîc luctum propter mortuos, Abrahami exemplo, nimium eſſe non oportere. Si ב ſolito major eſſet, contraria ratio non deeſſet ingenioſis Magiſtris. *Luctus* autem intelligitur hîc externa doloris ſignificatio, pro loci ejus conſuetudine. Quænam ea tunc temporis, atque ibi locorum eſſet, nobis non conſtat. Sed apud Iſraëlitas Abrahami poſteros, præter ejulatum & lacrimas mortalibus omnibus communes: I. Lacerabantur veſtes, ut inf. XXXVII, verſſ. 29, 34. II. Pro ſolitis veſtibus induebatur ſaccus, ut inf. XXXVII, 34. 1 Reg. XXI, 27. Erant & alia doloris indicia, qualia tundere pectus & femora, humi jacere, jejunare, cineribus aut pulvere caput adſpergere, quæ in calamitate publica, aut privatâ, fieri ſolebant. Sed an hæc ſuorum fato functorum causâ, triſtitiæ ederent argumenta, nobis non liquet; uti nec quot diebus lugere, antequàm cadaver ſepeliretur, ſolerent. Sed vide librum *Mart. Geieri*, de luctu Hebræorum.

3. *Relicto cadavere*] *Et ſurrexit Abrahamus à facie mortui ſui.* Humi fortè jacuerat, ad Saræ cadaver.

Filios Chethi] Hoc eſt, Chebronis cives, qui ex *Chethi* Chanahanis filii proſapia erant. Hi fortè, inter alios, videantur καθ᾽ ἐξοχὴν *Chananæi* dicti verſ. 2. Vid. not. ad Cap. XII, 6.

4. *Inter vos*] *Vobiſcum*, ut in ſequentibus verbis.

Date mihi vobiſcum ſepulcralem poſſeſſionem] *Poſſeſſionem ſepulcri.* Iidem ferè mores apud Orientales, circa ſepulcra, videntur fuiſſe ac apud Græcos & Romanos, inter quos in alieno agro ſepeliri probroſum fuit. Unaquæque enim familia, ſi pauperes excipias, ſuum ſepulcrum habuit. *Demoſthenes* oratione in Eubulidem n. 38. ἔθαψε τούτους εἰς τὰ πατρῷα μνήματα· ὧν ὅσοι πέρ εἰσι τοῦ γένους κοινωνοῦσι: *hos ſepeliit in patrio monumento, cujus quicumque ejuſdem proſapiæ ſunt participes fiunt.* Nec patiebantur alios cum ſuis ſepeliri: τίς ἂν ἐστιν ὅστις εἰς τὰ πατρῷα μνήματα τοὺς μηδὲν ἐν γένει τιθέντας ἐάσει; *quis patrio monumento qui ad genus ſuum non pertinent, inferri ſiverit?* Atque id ex lege Solonis: *ne quis ſepulcra deleat, néve alienum inferat*, quam profert *Cicero* de Leg. Lib. II. n. 64. Plebs Romana apud *Livium* Lib. VI. Cap. 36. queritur tantum agri modum à patriciis poſſideri ut plebeis *vix ad locum ſepulturæ ſuus pateret ager.* Ea, aut ſimili de ratione, Abrahamus agrum, in quo Saram ſepeliret, emere voluit. Digna eſt de hoc ſepulturæ genere quæ huc adſeratur *Ciceronis* obſervatio de Leg. Lib. II. n. 56. *Mi-*

bi

7. Surrexit tum Abrahamus, & tractûs ejus populum, filios Chethi, inflexo corpo-
re ſalutavit, 8. atque hiſce verbis alloquutus eſt: Si vultis ſepeliri cadaver meum, *id-
que* à conſpectu meo *amoveri*, audite me; orate pro me Hephronem filium Tſocharis,
9. ut mihi ſpeluncam duplicem quæ ei eſt, in extremo agro, pleno *ſoluto* pretio, tra-
dat, eáque mihi inter vos in ſepulcralem poſſeſſionem cedat. 10. Is autem Hephron
inter filios Chethi ſedebat, & Abrahamo, audientibus filiis Chethi, quotquot portam
ejus urbis ingrediebantur, his verbis *idem* Hephron Chitthæus reſpondit: 11. nequa-
quam, domine, audi me *potiùs*, agrum do tibi, & ſpeluncam quæ in eo eſt, coram
popularibus meis; atque hac, ut cadaver tuum ſepelias, te dono. 12. Abrahamus
iterum tractûs ejus populum inclinato corpore ſalutavit, 13. & audiente eo, Hephro-
nem his verbis alloquutus eſt: Imò verò me audias ipſe velim, pretium agri dabo, *id*
à

7. Audito tam humano reſponſo, gratias acturus Abrahamus inflexo corpore Chitthæos adoravit; 8. & quandoquidem nulla ſibi civium ſuorum monumenta clauſa vellent, rogavit adjutores ſibi potiùs eſſent in Hephrone Tſocharis filio exorando, ut agrum ab oppido non remotum, & ſpeluncam duplicem, quæ in eo erat, ſolito pretio ſibi venderet, eam ſpeluncam gentile ſepulcrum habituro. 10. Is Hephron commodùm inter populares ſedebat, qui omnibus audientibus Abrahamo reſpondit, 11. ſe ejus pecunia non indigere, eúmque coram civibus ſuis agro & ſpelunca donare, cui cadaver uxoris, quando videretur, inferre poſſet. 12. Verùm Abrahamus Hephronis liberalitate nequaquam uti voluit, iterumque ſalutatis Chitthæis, 13. repoſuit, ſe nullà ratione ut gratis Hephronis agrum poſſideret adductum iri; neque ſe in eo, niſi perſoluto pretio, uxorem umquam ſepulturum. 14. 15. Cùm

hi quidem antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuiſſe videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. Redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obducitur &c. Ægyptiorum Regum, ut docet *Strabo* Lib. XVII. p. 810. Ed. Par. erant quoque ſepulcra in ſpeluncis. Ὑπὲρ τ̃ Μεμνονείυ θῆκαι βασιλέων ἐν σπηλαίοις λατομηταὶ περὶ τετταράκοντα: *ſupra Memnonium ſunt loculi regum in ſpeluncis lapidi inciſi circiter quadraginta.*

Ut defunctam meam uxorem, &c.] *Et mortuam meam ſepeliam à facie mea.*

5. *Reſponderant*, &c.] Unus ex Chethi filiis, cujus orationem plerique alii adprobarunt.

His verbis] Eſt in noſtro Codice לאמר לו *dicendo ei*, at in Samaritico לא lo *non*, quod tamen eumdem parit ſenſum. Sic & verſ. 14. Has voces ſæpiùs miſtas obſervarunt Maſſorethæ, ad alia loca. Vide Exod. XXI, 8. Levit. XI, 21. XXV, 30.

6. *Domine*] אדני *Adoni*, domine mi. Similiter verſſ. 11, 15. Sic honoris causâ, non edito nomine proprio, ut Romani, etiam notos compellabant, prout ſervi herum ſolebant. Vide Cap. XLII, 10. & ſæpiùs in ſeqq.

Divinus es princeps] נשיא אלהים naſchi elohim, *princeps Dei*, hoc eſt, vir eximius, nam ad augendam ſignificationem additur vox *Deus* ab Hebræis, ut rectè obſervavit *D. Kimchi* ad 1 Sam. XXVI, verſ. 12. הדבר שרוצה להגדיל סומך אותו לאל *rem quam vult* Scriptura *magnificare jungit Deo*. Inf. XXX, 8. *artes Dei*, ſunt eximiæ artes, ut & Cap. XXXV. *terror Dei*, eſt maximus. Plura ſi aves exempla, vide *Sal. Glaſſium Phil. Sacr. Lib.* 3. T. 1. *Can.* 17. §. III. Sic & antiquiſſimi Græcorum Poëtæ θεοποιῦσι πάντα τὰ ὑπερφυῆ καὶ τεράστια, *omnia eximia & portentoſa divina eſſe aiunt*, ut obſervat *Euſtathius* in Iliad. Ed. Rom. P. 9. Quod paſſim apud Homerum cernere eſt.

Ceterùm נשיא *naſi*, à verbo נשא naſa *tollo*, non provinciæ, aut regionis dominum ἀξιό-τιμον, ſed ſupra alios opibus, virtute, aut dignitate *elatum* ſonat, ut Lexicorum exempla docebunt; quod monendum fuit, ne *principis* hodierna ſignificatio quemquam falleret.

Tanta autem in exiſtimatione erat Abrahamus, inter Chitthæos Chebronis incolas, quòd diu ad eorum urbem tetendiſſet, fœdúſque cum Mamra & ejus fratribus Chitthæorum primoribus ei eſſet, ut liquet ex Cap. XIV. Indidem diſcimus auctorem Abrahamum eis fuiſſe ſequendorum Elymæorum, unde maxima ſpolia retulerant; quibus rebus factum erat, ut magna eſſet apud eos Abrahami dignitas, & gratia.

In electiſſimo ſepulcrorum, &c.] *In electione ſepulcrorum.*

Noſtrûm nullus te arcebit] Alioqui unicuique familiæ jus erat omnes alienos arcendi à ſepulcro ſuo, ut apud Græcos, ut vidimus ad verſ. 4. Sed & apud Græcos, hoſpites ſepulcris ſuis excipiebant; erat autem Chebronenſibus publicè veluti hoſpitium cum Abramo, qui Mamræ urbis principi fœdere conjunctus erat, ut liquet ex Gen. XIV, 13. Vide *J. P. Thomaſinum* de Teſſ. Hoſpit. Cap. XXX.

Arcebit] יכלה pro יכלא *jichle*, excludet. Vide notata in Habdiæ verſ. 6.

7. *Inflexo corpore ſalutavit*] Reverentiæ hoc fuit indicium, quo non modò adeuntes aliquem, ut paſſim videmus (vide Cap. XIX, 1. & XVIII, 2.) ſed etiam gratias agentes & alloquuturi, ut vel hinc colligere eſt, & verſ. 12. utebantur.

8. *Si vultis me ſepelire*] *Si eſt cum anima veſtra, ut ſepeliam*, נפש nepheſch aliquando *voluntatem*, ſeu arbitrium ſonat, ut Pſ. XXVII, 12. XLI, 3. CV, 22. Sic & Latini, *ſi vobis eſt animus* ſinere me mortuam uxorem ſepelire.

Orate pro me] *Orate mihi*, hoc eſt, in mei gratiam orate.

Filium Tſocharis] צחר, ſed Samariticus habet צחר החתי *tſohar hahhitthi*.

9. *Ut mihi*, &c.] *Et dabit*, &c.

Speluncam duplicem] *Speluncam duplicitatis.* LXX. Intt. & Vulgatum ſequuti ſumus, alii מכפלה *machphelah* nomen eſſe proprium volunt; & poteſt fieri, hoc in negotio, ut nomen

à me accipe, atque illic cadaver meum ſepeliam. 14. Reſpondit Hephron Abrahamo, his verbis: 15. Domine, audi me, prædium eſt quadringentorum argenti ſiclorum, quid hoc eſt inter me & te? cadaver tuum *in eo* ſepelito.

16. Paruit Hephroni Abrahamus; eiſque appendit pecuniam, de qua audientibus filiis Chethi dixerat, quadringentos argenteos ſiclos, mercatoribus probatos. 17. Sic ager Hephronis, qui eſt ad duplicem ſpeluncam, in conſpectu Mamres, ager & ſpelunca quæ in eo eſt, & omnis arbor quæ erat intra agri fines circumquaque, 18. Abrahamo, coram filiis Chethi, inter omnes qui portam ejus urbis ingrediebantur, ceſſere in poſſeſſionem. 19. Deinde Saram uxorem ſepeliit Abrahamus, in ſpelunca duplici agri; ad Mamren (ea *nunc* Chebron) in terra Chananæa; 20. poſtquàm ager & ſpelunca, quæ in eo eſt, in poſſeſſionem ſepulcri à filiis Chethi ei ceſſerant.

XXII. Ser-

14. 15. Cùm ergo videret Hephron certum eſſe Abrahamo non accipere agrum gratis, tanti quidem non eſſe pretium, ut magni fieret munus, dixit; ſed quoniam ſtatui omnino vellet, quadringentorum eſſe id argenti ſiclorum, quibus perſolutis, proprium fore Abrahami agrum, ſepeliturumque in eo, ſi ita videretur, uxorem.

16. Pretio audito, Abrahamus, in ipſo Chitthæorum conventu, quadringentos ſiclos probi argenti Hephroni appendit; 17. 18. agrúmque duplicis ſpeluncæ præſenti pecuniâ emtum, cum omnibus arboribus quibus erat conſitus ſibi comparavit, cujus emtionis teſtes omnes Chebronenſes fuere. 19. 20. Quo peracto, in ſpeluncam quam diximus, in qua & ipſe, nonnullique ex ejus poſteris poſtea ſunt ſepulti, Saræ cadaver intulit.

P A-

men appellativum in proprium tandem verſum fuerit.

Pleno ſelute pretio] *In pleno argento.* כסף *chesepb* quod propriè argentum, *pretium* etiam haud rarò ſonat, ut infra verſ. 13.

Eáque mibi inter vos, &c.] *Et det mibi eam in medio veſtri.*

19. *Audientibus filiis*] *In auribus filiorum.*

11. *Domine*] Vide ad verſ. 6.

Coram popularibus meis] Repetitur *tibi eam do coram*, &c. quod ne ter legeretur, ſemel omiſimus.

12. *Inclinato corpore*, &c.] Vide ad verſ. 7.

13. *Audiente eo*] *In auribus populi terræ.*

Pretium agri] *Argentum agri.* Gallicè *l'argent du champ.*

14. *His verbis*] *Dicendo ei*, ut alibi paſſim. Hîc iterum, ut verſ. 5. eſt pro לו lo *ei*, in Samaritico Codice, לא *non*, quod tamen ſenſum non mutat. LXX. Intt. ſimiliter habent *οὐχὶ non.*

15. *Domine*] Vide ad verſ. 6.

Prædium eſt] *Terra eſt*, nam ארץ *erets* & totam tellurem, & ejus magnam partem, & regnum, & tractum, & exiguum agrum, pro re præſente, ſonat.

Quadringentorum argenti ſiclorum] Hoc eſt, ducentarum unciarum Romanarum, nam ſiclus eſt ſemuncia; quod argenti puri pondus circiter quadringentis viginti quinque florenis Hollandicis nunc ematur. Illo ævo Chananæi latiùs agrum poſſidebant, quàm colebant, cùm in eorum finibus gravis pecore & ſervitiis tam liberè vagaretur Abrahamus; ideóque oportet aut amplum eum Hephronis agrum, aut argenti copiam non ſpernendam ea in urbe fuiſſe; cùm CCCCXXV florenis veniret ager, idque pretium modicum haberetur ab Hephrone, qui & propterea agro donare Abrahamum voluit. Certè primis Reip. temporibus, ea ingens habita fuiſſet pecunia inter Romanos; ſed Chananæi cum Arabibus commercia exercentes, majorem auri & argenti copiam habere inter ſe potuerunt, minùs verò agri culti, unde factum ut ſimul metallorum minueretur, prædiorúmque augeretur pretium. De Arabiæ felicis divitiis qui non ſcripſere? Nec felix modò Arabia, quæ auri & argenti metallis abundabat, dives fuit; ſed & reliqui Arabes, dum eorum res floruerunt. *In univerſum*, ait Plinius Lib. VI. Cap. 28. *gentes ditiſſimæ, ut apud quas maximæ opes Romanorum, Parthorúmque ſubſiſtant, vendentibus quæ è mari aut ſilvis capiunt, nihil invicem redimentibus.* Quod & olim, antequàm exorta eſſent ea imperia, cum vicinis factitavere. Vide Cap. XXXVII, 25.

Quid hoc eſt inter me & te?] Ea ſumma non eſt tanti, ut magno à me munere donari te putes, aut ego ingens pretium accipere agri cenſear.

16. *Paruit*] *Audivit*, hoc eſt, ſtatim de pretio inter eos convenit.

Eique appendit] Non videntur ſignatâ pecuniâ tum uſi, ſed habuiſſe dumtaxat laminas aureas & argenteas, quas appenderent. Ex שקל *ſchakal*, *appendit* factum eſt שקל *ſchekel*, quod cùm ex vocis notatione quodvis pondus ſignificare queat, uſu tamen ſemunciali ponderi, quod *Siclum* vocamus, adtributum eſt; quia fortè eo pondere in emendo & vendendo, utpote commodiſſimo, ſæpiùs utebantur. Similia apud Romanos obſervavit *Plinius* Lib. XXXIII. Cap. 3. cujus verba huc transferemus: *populus Romanus*, inquit, *ne argento quidem ſignato, ante Pyrrhum regem devictum, uſus eſt. Librales (unde etiam nunc libella dicitur & dupondius) appendebantur aſſes. Quare æris gravis pœna dicta, & adhuc expenſa in rationibus dicuntur, item impendia & dependere*; & quæ eam in rem ſequuntur. Vide & Jerem. XXXII, 9, 10.

Mercatoribus probatos] *Siclos argenti tranſeuntis apud mercatorem*, hoc eſt, δοκίμου ἐμπόροις, ut habent LXX. Intt. Qui mercaturam exercebant metalla probare norant, ideóque accepta apud eos pecunia proba erat. Galli etiam appellant *argent courant*, *argent qui paſſe.* Minùs commodè *Hieronymus monetam publicam* vertit, quia fortaſsè nulli nummi publicè tum cudebantur, ut modò diximus. Sed rem vete-

 rem,

XXII. Servum Charras, uxorem Iſaaco petiturum, mittit Abrahamus; is feliciter itinere confecto, Rebeccam impetrat, atque ad Iſaacum adducit.

CAPUT XXIV.

1. CUM autem Abrahamus ſenex eſſet, provectæ admodum ætatis, Jehováque ei per omnia benedixiſſet, 2. ſervo ſuo domûs ſeniori, qui omnibus *facultatibus* ſuis præerat, pone, quæſo, inquit, manum tuam ſub meo femore, 3. & jubebo te jurare per Jehovam Deum cœlorum, & Deum terrarum, te filio meo non collocaturum uxorem ex filiabus Chananæorum, inter quos ego habito; 4. ſed iturum te in patriam meam, ad conſanguinitatem meam, & uxorem filio meo Iſaaco *illinc* adducturum. 5. Tum ei ſervus, ſed ſi fortè, inquit, in hanc regionem ſequi me noluerit mulier, an filium tuum in terram unde egreſſus es redu-

PARAPHRASIS.

1. POSTQUAM Abrahamus ad ſummam ſenectutem pervenerat, quippe qui centeſimum quadrageſimum ætatis annum attigerat, cùm omnibus copiis floreret, de uxore Iſaaco filio quærenda cogitare cœpit. 2. Tum vocato ad ſe Procuratori familiæ ſe velle à filio uxorem duci ait, ſed jurare ſibi ſollemni ritu, ſubjectâ femori manu, eum oportere, 3. per nomen Cœli & Terrarum Dei ſe uxorem herili filio ex Chanahanitibus non petiturum; 4. verùm in Meſopotamiam ad Nachoris iturum familiam, atque ex conſanguineis puellam Iſaaco collocandam adducturum. 5. Procurator verò, paratum quidem ſe obſequi ejus imperiis reſpondit; ſed fortè ex Nachoris progenie puellam Euphratem trajicere ſe poſſe, atque in Chananæam venire negaturam; quod ſi fieret, velletne filium ſuum in Meſopotamiam, quam ipſe reliquerat, reduci, quæſivit. 6. Sed Abrahamus, ne hoc umquam animo agitaret, vetuit; 7. nec dubitare ſe dixit, quin à conſanguineis uxorem filio impetraturus eſſet; Deum enim Opt. Max. qui ſe juſſerat, relictâ Meſopotamiâ, in Chananæam venire, atque hanc poſteris ſuis promiſerat, iter, vel præmiſſo duce Angelo, fortunaturum. 8. Attamen ſi contrà quàm ſperaret,

rem, ex ævi ſui uſu, interpretatus eſt. Injecta Hieronymi mentio admonet me referendæ ejus de voce עפרן *Hephron* obſervationis, quam habet in *Tradit. Heb.* & quæ etiam in recentiorum Rabbinorum Scriptis legitur: *In Hebræo, ſicut hic poſuimus, primùm ejus nomen ſcribitur* Ephron עפרון, *ſecundùm* עפרן Ephran, *poſtquàm enim pretio victus eſt ut ſepulcrum venderet argento, licèt cogente Abraham*, Vau *litera quæ apud Hebræos per* O *legitur ablata de ejus nomine eſt, & pro* Ephron *appellatus eſt* Ephran. Sic Judæi ex librariorum negligentia dudum ſunt myſteria exſculpere adſueti, fortè ut plebi emendatiſſimos ſuos Codd. fuiſſe perſuaderent. At Samariticus Codex pleuè hîc utrobique ſcribit עפרון, ut alibi paſſim, ubi litteræ deficiunt in Aſſyriaco; quæ à nobis ſemper obſervanda non duximus. Ubique etiam οἱ LXX. habent Ἐφρών.

In conſpectu Mamræ] לפני liphne, κατ' ἀπέναντι, ut habent LXX. Intt. Samariticus על פני *hal phne*, ad faciem, ut eſt in noſtro Codice verſ. 19.

18. *Ceſſit in poſſeſſionem*] יקם למקנה *jakam lammiknah*, hoc eſt, *ſtetit in poſſeſſionem*, quæ tamen dictiones unà conſtruendæ multùm invicem abſunt, cùm viginti voces interſint, & ſit oratio, nullâ conſtructionis habitâ ratione, in duo commata diviſa, cujus prioris, nempe 17, prima vox eſt ויקם, poſterioris ſeu 18. ſecunda למקנה. Hæc periodus longior eſt, quàm ſolent eſſe Hebraïcæ, plerumque breves; ſed ejuſmodi videtur formula fuiſſe vendendi, quæ paucioribus verbis ex uſu coërceri non poterat: ut etiamnum hodie in Contractibus, majoris cautionis gratiâ, eadem ſæpiùs & diſtinctiùs repetuntur.

Inter omnes qui portam ejus urbis intrabant.] Cùm nullum emtionis ſcriberetur inſtrumentum, Chebronenſes teſtes fuiſſe videntur; quorum fidem appellare potuit Abrahamus, ſi controverſia de agro illo ei fuiſſet mota. Mentio autem fit eorum, qui *portam ingrediuntur*, quia ad portas urbium ſolebant principum populi fieri conventus. Vide notat. ad Cap. XIX, 1.

19. *Ea nunc Chebron*, &c.] Vide ad verſ. 1.

20. *Poſtquàm — ceſſerat*] *Et ſtetis*, ut ſup. verſ. 17. Ne durior videretur repetitio, litterulam ו vertimus *poſtquàm*, quæ inter ejus particulæ notiones haud rara eſt. Vide *Ch. Noldii* Conc. Sign. 42.

COMMENTARIUS.

In CAPUT XXIV.

1. *Cùm autem Abrahamus*] *Et Abrahamus ſenex iens in dies, & Jehova*, &c.

2. *Servo ſuo ſeniori*] Hîc repetitur *Abraham*, quod bis fuit in verſ. 1. *Et dixit Abraham*, &c. Vocem זקן *ſenex* aut *ſenior domûs*, alii de ætate, de dignitate alii interpretantur. Jeroſ. Thargum habet שליטא ſchalita *præfectum*. Alii ætatem quidem hac voce ſignari ajunt, ſed ſequentia oſtendere eumdem, qui ſervorum natu maximus erat, reliquæ familiæ fuiſſe præfectum. Vide Gen. I, 16. & ſup. XV, 2.

Pone manum tuam ſub meo femore] Apud varias gentes, varii fuere jurisjurandi ritus, inter quos hic fuit apud Hebræos uſitatus, ut hinc & Cap. XLVII, 29. liquet. Is qui jurabat manum femori ejus, in cujus gratiam jurabat, ſupponebat, ſi rem integram deſcripſit Moſes. Sed ſi *Joſepho* Ant. Lib. I. Cap. 16. credimus, mutua fuit ea manuum ſuppoſitio, has enim πί-

ducam? 6. Abrahamus verò illi: cave tibi, inquit, ne filium meum illuc reducas. 7. Jehova cœlorum Deus, qui me domo paterna, & conſanguinitatis meæ ſolo eduxit, qui me alloquutus eſt, qui mihi his verbis juravit, ſoboli tuæ hanc terram dabo; is præmittet tibi Angelum ſuum, ut filio meo illinc uxorem adducas. 8. Sin verò te ſequi noluerit mulier, hoc *quo te adigo* jurejurando, modò ne filium meum illuc reducas, non teneberis. 9. Poſuit igitur ſervus manum ſuam ſub Abrahami domini femore, eíque hanc in rem juravit.

10. Sumſit deinde is ſervus, ex heri camelis, decem (nam omnia bona heri in manu ejus erant) ſurrexítque & in Meſopotamiam, ad Nachoris urbem, profectus eſt. 11. Extra eam urbem, ad puteum aquæ, camelos genua flectere juſſit, ſub veſperam, quo tempore exeunt mulieres quæ aquam hauriunt, 12. dixítque: Jehova, Deus heri mei Abrahami, fac, quæſo, ut hodie *ea quam quæro* mihi occurrat, benignéque erga dominum meum Abrahamum agas. 13. Ecce ego ad fontem aquæ ſto, & civium filiæ

ret, nollet ulla ex conſanguineis puella, Euphrate trajecto, in Chananæam venire, nullâ ampliùs eum jurisjurandi religione obſtrictum iri, & undecumque Iſaaco uxorem, modò ne eum in Meſopotamiam, priſtinas ſuas ſedes, reduceret, petere poſſe. 9. His auditis, Procurator femori heri manu ſubjectâ, quod à ſe fieri volebat exſequuturum ſe, invocato Abrahami Deo perjurii ultore, juravit.

10. Nec multo poſt, decem camelis, cum aliquot ſervis ex heri facultatibus, quas adminiſtrabat, ſelectis, onuſtiſque viatico, aliiſque quibus ſe indigere putabat, prout viſum eſt, Charras in Meſopotamiam, qua in urbe ſedes fixerat Nachor, eſt profectus. 11. Jordane atque Euphrate trajectis, tandem in conſpectum oppidi ſub veſperam venit, eo tempore, quo mulieres aquam in nocturnos uſus hauſturæ urbe egrediebantur, ad puteum à mœnibus haud remotum. Hoc in loco cum camelis, quos pro more genua flectere, quieſcendi causâ, curavit, ſibi conſiſtendum eſſe, ut de Nachoris familia oppido egredientes ſciſcitaretur, cenſuit. 12. Sed antequàm quemquam rogaret, Deum Abrahami heri orare cœpit, ſibi nunc benignitatem, quâ herum proſequebatur, teſtatam faceret, eâ quam quæreret ad ſe ex urbe miſſâ. 13. Se ſtare ad fontem eâ horâ, quâ oppidanorum filiæ aquam hauſturæ

ταῖς quam μεγάλαις appellat, ſic deſcribit: *γίνονται τοῦτον τὸν τρόπον, ὑπὸ τοὺς μηροὺς ἀλλήλοις τὰς χεῖρας ἐπαγαγόντες ἐπικαλοῦνται τὸν Θεὸν μάρτυρα τῶν ἐσομένων*: *fiunt autem hoc modo, ſubditis alter alteri manibus ſub femora, Deum futurorum teſtem invocant.* Verùm hoc fortè factum, quando mutua erat promiſſio, non ut hîc ubi ſervus tantùm hero fidem obligat. Cùm autem ejuſmodi rituum aliqua eſſet ſignificatio, ob quam erant inſtituti, quærunt anxiè Interpretes quid ſibi vellet ea manuum ſuppoſitio. *Tradunt Hebræi*, ait Hieronymus, *quòd in ſanctificatione ejus, hoc eſt, in circumciſione juraverit.* Eò quoque hunc ritum reſpicere volunt Chaldæi Paraphr. *Jonathan* & *Jeroſol.* quorum hic pro *ſub meo femore* habet: תחות ירך קימי *ſub femore fœderis mei*, ille: בגזירת מהולתי *in ſectione circumciſionis meæ.* At præterquàm quòd mera hæc eſt conjectura, quid ſibi vellet juramentum per circumciſionem? Alii ſimiliùs vero ſuppoſitionem illam volunt ſignificare eum, qui eam adhibet, in poteſtate alterius futurum. Videtur ſpecies quædam eſſe ſervilis miniſterii, quâ innuitur plenum in omnibus quæ jurantur obſequium. Qui in camelum ſaltu ſe ſubjicere non poterant, neque aliud adminiculum habebant, operâ ſervorum indigebant; qui, ſuppoſitis femori manibus, ſe camelo imponerent. Hinc fortè, aut ſimili ex cauſa, natus hic ritus.

Sed quia *exire ex alicujus femore* (Vide Caput XLVI, 26.) eſt ex eo ortum ducere, alii volunt ritu illo ſignificatum fuiſſe jurare ſervum Abrahami per aliquem, qui ex Abrahami *femore exiturus* eſſet, hoc eſt, per Meſſiam. Ita *Hieronymus*, & alii. Verùm quamquam pio animo hæc obſervata ſunt, contorta profectò ſunt & longè petita. Inauditum etiam eſt jurari per eum, qui nondum natus erat, nec per plura ſæcula naſciturus erat; eſt enim hic ſermo non de Numine, quod ſemper fuit, ſed de Meſſia, ut homine, ex Abrahami poſteris aliquando naſcituro.

3. *Deum cœlorum & Deum terrarum*] Hoc eſt, cujus poteſtas certâ parte cœli, aut terræ, aut alterutrius finibus non continetur, ſed per omnia patet. Vide not. ad Cap. XIV, 18.

Chananæorum] *Chananæi in cujus medio habito.*

4. *Sed iturum*] כי *chi.* Samariticus: כי אם *chi im*, quod frequentiùs ſignificat *ſed*, quàm כי.

In patriam meam] *In terram meam*, hoc eſt, in Meſopotamiam, ad conſanguineos meos.

Adducturum] *Capturum.*

5. *Reducam*] Eſt ἀκυρολογία, neque enim Iſaacus umquam in Meſopotamia vixerat; ſed quia familiæ interdum inſtar viri unius habentur, cui quæ ſingulis evenerunt tribuuntur; Iſaacus reductus diceretur, unde Abrahamus venerat.

7. *Eduxit*] *Sumſit.*

Præmittet tibi Angelum ſuum] *Mittet Angelum ſuum ante faciem tuam.* Infrà, ubi Abrahami repetuntur mandata, eſt *secum*, quod eodem recidit. Nam ſeu comitetur Angelus, ſeu præeat, ſi modò omnia ſecundet, perinde eſt. Eſt Metaphora ducta ab iis qui viarum reficiendarum causâ, aut omnium parandorum præmittuntur. Vide Eſai. XL, 3. & Matth. III, 3. & Luc. III, 4. ubi adito *H. Grotium.* Sed præ ceteris huc facit locus Malach. III, 1. *En ego præmitto Angelum meum, & parabit viam ante faciem meam.* Hæc fuit recepta apud Orientales opinio, omnia Deum efficere Angelorum miniſterio; quam ſententiam paſſim hiſce libris confirmari videmus. Neque iis utitur, in rebus corporeis dumtaxat, ſed etiam cùm animi certo

filiæ ad aquam hauriendam exeunt, 14. puella cui dixero: inclina, quæſo, hydriam
tuam, ut bibam; & bibe, inquiet, cameliſque etiam tuis potum dabo: ea ſit quam
ſervo tuo Iſaaco deſignaſti, atque ea in re cognoſcam te benignè erga herum meum
agere.
15. Antequàm loqui abſolviſſet, ecce egrediebatur Rebekka, quæ Bethueli, filio
Milchæ uxoris Nachoris, fratris Abrahami, nata erat, hydriam ſupra humerum *ge-
rens.* 16. Pulcherrima autem erat puella, & quidem virgo, quam vir nullus cogno-
verat. Hæc ergo deſcendit ad fontem, hydriámque implevit & adſcendebat, 17. cùm
ſer-

ſturæ egrederentur; 14. ſi qua verò ex his ſecum eſſet in Chananæam itura, ex Nachoris gente, eam hinc poſſet agnoſcere; ſi petitâ, nimirum, ab ea aquâ quam biberet, non modò ſibi lubenti animo hydriam offerret, ſed & hauſturam ſe aquam camelis diceret. Hoc autem certo indicio cùm puellam, quam Iſaaci uxorem deſignaſſet, tum beneficum etiamnum in herum eſſe Numen ſe cogniturum eſſe.

15. Nondum preces abſolverat, cùm ecce illi Rebeccam Bethuele Nachoris & Milchæ filio natam, cum hydria ad puteum venientem. 16. Eximiâ, hæc erat formâ, & quidem virgo, cui, cùm ad puteum deſcendiſſet, plenáque hydriâ rediret, 17. *ad*

certo quodam modo adficiendi ſunt, ut hoc in loco, ubi de animis conſanguineorum Abrahami ei conciliandis, ut uxorem ejus filio collocarent Rebeccam, agitur.

8. *Noa teneberis*] נקית משבעתי nikkitha miſſchebuhathi, *innocens*, vel *immunis eris à jurejurando meo*; hoc eſt, ſacramento ſolutus eris, neque ullam contrahes noxam, ſi uxorem illinc filio meo non adduxeris.

9. *Domini*] אדניו *Adonau*, *dominorum ſuorum*, ut verſ. ſeq. & 51. Vide quæ dicemus ad Caput XXXIX, 2.

Hanc in rem] Hoc eſt, ſe quod dixerat Abrahamus facturum.

10. *Decem camelos*] Sequitur, ante verba parentheſi incluſa, וילך vajjelech *& ivit*, quod quia iterum repetitur, vertendo non expreſſimus.

In Meſopotamiam, ad Nachoris urbem] *In Aram Nabarajim.* Inter loca quæ *Arami* poſteri inſederunt, fuit regio inter Tigridem & Euphratem, ad ſeptemtrionem Babyloniæ, porrecta, quæ ideò *Aram Nabarajim*, hoc eſt, *duorum fluviorum* dicta eſt ab Hebræis, à Græcis Μεσοποταμία·

Ὅσση δ' Εὐφρήτου καὶ Τίγρητος ἔνδοθι γαῖα,
Τήνδε περιναιέται μέσσην ποταμῶν ἐνέπουσιν.

Verba ſunt *Dionyſii* Periegetæ, verſ. 992. quæ ita vertit *Rhamnius Fannius*:

Hoc tamen omne ſolum, fluvius quod cingit uterque,
Indigenæ populi pro re dixere Medamaem.

Nachoris urbs erat *Charan*, aut *Carræ*, ut hoc nomen à Græcis effertur, de qua diximus ad Caput XI, 31.

ss. *Genua flectere juſſit*] Unâ voce, ut Hebræi, Scholiaſtes Vaticanus: ἐγονάτισεν. Cameli, ut commodè onerari & conſcendi queant, jubente præfecto, genua flectunt, deinde reſurgunt; tum ſicubi aliquantùm ſit quieſcendum, iterum onuſti genua flectunt, & ſic etiam exonerantur, ut docent omnes pænè qui de camelis ſcripſerunt. Ea de cauſa maluimus vertere *genua flectere juſſit*, quàm ut Vulg. *fecit accumbere*, poſt LXX. Intt. qui habent ἐκοίμισεν.

Ad puteum] In Codd. noſtris eſt אל *el*, in Samaritico על *hal*, quæ particulæ confunduntur, propter ſoni & ſignificationis adfinitatem.

Sub veſperam] *Ad tempus veſperæ, ad tempus quo exeunt quæ hauriunt.* Solebant, nempe, eâ horâ, ad veſpertinos & nocturnos uſus, aquam mulieres, aut puellæ petere. Vide 1 Sam. IX, 11. Sic & apud *Homerum* ſub veſperam Phæacum urbem ingreſſuro Ulyſſi occurrit Minerva, ſpeciem puellæ, ad aquam hauriendam cum Hydria euntis, induta Odyſſ. H. verſ. 20.

Παρθενικῇ εἰκυῖα νεήνιδι κάλπιν ἐχούσῃ. Vide & K, 105.

12. *Fac, quæſo, ut hodie ea quam quæro mihi occurrat*] *Fac occurrere* הקרה hakreh, *quæſo*, *ante faciem meam hodie.* Senſum quidem horum verborum verſ. 42. repetit Abrahami ſervus, ſed non ſequitur propterea eamdem eſſe utrobique verborum ἔμφασιν. Ideóque, quamvis εὐόδωσον utrobique verterint LXX. Intt. proprietatem verborum ſectari maluimus. Servus Deum in ſequentibus verbis orat, ut quæ ſibi aquam bibendam benignè hauſtura erat, ea eſſet quam quærebat; quod eſt perinde ac ſi diceret, ut hîc, *fac ut mihi occurrat.* Sic & infra XXVII, 20. Jacobus quærenti patri, unde ferinam tam citò inveniſſet, reſpondet; *fecit Jehova Deus tuus ut mihi occurreret*; nimirum, fera.

Benignéque erga — agas] *Fac benignitatem* חסד hheſed, *cum hero meo.*

23. *Civium*] *Virorum urbis*, oppidanorum.

14. *Puella*] הנער *hannahara*, omiſſo ה finali, contra perpetuam Linguæ & indubitatam analogiam. Meliùs Samariticus הנערה, ut alibi paſſim, & in hoc Capite verſſ. 16, 28, 55, 57.

Ea ſit quam ſervo tuo] In duas ſententias abeunt Intt. quorum alii has Abrahami ſervi preces, quibus veluti tentat Deum, temerarias eſſe pronunciant, alii eaſdem laudant. His favet eventus, qui precibus ſervi reſpondit. Sic Jonathan 1 Sam. XIV, verſſ. 9, 10. ſignum ſibi conſtituit, unde cogniturus erat an Philiſthæos eſſet cæſurus: *Si dixerint, exſpectate donec ad vos pervenerimus, ſtabimus loco noſtro, neque ad eos adſcendemus. Si verò dixerint adſcendite ad nos, tum adſcendemus, nam Jehova eos in manum noſtram tradiderit, & hoc erit nobis ſignum.* Eventus Jonathani quoque favit, quaſi Deus auditis ejus verbis conceſſiſſet quod optabat, quemadmodum Abrahami ſervo. Alii verò nonniſi temerè Deo veluti præſcribi rationem, quâ ſit ſignificaturus an negotium ſecundet, nécne, contendunt. Nec dubium quin ſi hoc te-

ſervus ei obviam cucurrit; & da, quæſo, mihi bibendum, inquit, ex tua hydria aliquantum aquæ. 18. Illa verò bibe, ait, domine, & properè hydriam ſuam in manum demiſit, potúmque ei dedit. 19. Cùm abſolviſſet ei dare potum, etiam, inquit, camelis tuis, donec bibere abſolverint, hauriam; 20. & ſtatim effuſâ in aquarium hydriâ, cucurrit ad puteum ut hauriret *aliam*, omnibúſque camelis hauſit.

21. Contemplabatur eam homo ſtupens & tacitus, ut num iter ſuum ſecundaſſet Jehova, an ſecus, cognoſceret. 22. Cùm verò abſolviſſent cameli bibere, ſumſit vir ille annulum aureum, bekæ pondere, duáſque armillas, quarum pondus decem aureorum

ad 17. occurrit Abrahami ſervus; atque ab ea aquam bibendam petiit, & reſponſum, unde ſe agniturum, in precibus ad Deum fuſis, puellam ſecum venturam, dixerat, illico accepit. Non modò enim ei aquam ex hydria, quam gerebat, bibendam præbuit, ſed & decem camelis, non ſine labore, celeriter hauſit.

21. Jam poterat hinc preces ſuas à Deo exauditas eſſe intelligere; verùm neque ſciebat quibus parentibus nata puella eſſet, & tam citò quod optaverat evenerat, ut dubius animi, atque admirabundus hæreret. 22. 23. 24. 25. Cùm autem bibiſſent decem cameli, rogavit puellam ſibi patris nomen ederet, & quæſivit an poſſet cum jumentis, in ejus ædibus pernoctare. Illa ſe

temerè fieret, & ab hominibus alioqui Dei nequaquam timentibus, aut malis de cauſis, damnandum eſſet, & irritum futurum. Sed ſi vir Dei timens, laudabili de cauſa, aliquando ita ſe erga Deum geſſerit, poteſt & interdum Dei benignitate felicem eventum ſortiri. Quemadmodum iis temporibus, & poſtquàm Hebræorum ſtetit Reſpublica, licebat Deum de eventu rerum gravium, imò de jactura non magna, ut Saülis exemplo liquet, conſulere, Deúſque per Prophetas, aut aliter reſpondebat: ſic & Abrahami ſervus Deum veluti ſciſcitatus eſt, ut ſauſtúmne iter faceret, necne, cognoſceret. Veluti autem Deus verbis reſpondens ſignis ab hominibus inſtitutis, non à ſe utebatur, neque enim intellectus fuiſſet: ita & hîc ſigno, ab Abrahami ſervo conſtituto, benignâ συγκαταβάσει reponit. Vide Jud. VI, 7. & ſeqq. ubi haud abſimile factum Gedehonis. Ethnici quoque aliquid adgreſſuri, Numinibus libabant & ſignum ab iis exſpectabant, quo cœptum iis probari, vel improbari intelligerent. Sic Iliados Ω. verſ. 312. & ſeqq. Jovem orat Priamus, ut ſi probat iter ad Achillem quod meditabatur, mittat Aquilam à dextra quam videat. Vix loquutus erat, cùm Poëta fingit à Jove miſſam eſſe Aquilam dextram, quo ſuum iter fauſtum fore intellexit. Sic & Odyſſ. Y. verſ. 98. & ſeqq. poſtquàm Ulyſſes Jovem oravit ut ſi propitius ſe in patriam reducem feciſſet, audiret φήμην hominum, qui intra ædes erant, & τέρας ipſius Jovis; utrumque illico contigit tonitru ſereno cœlo auditum eſt, & mulier molens exoptavit procos dare pœnas, ejuſque vocem Ulyſſes audivit.

Ὣς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε μητίετα Ζεύς,
Αὐτίκα δ' ἐβρόντησεν ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου.

Sic dixit orans, eum verò audiit prudens Jupiter, & ſtatim tonuit è ſplendenti Olympo. Paullò pòſt ancilla ait ſe optare ut tonitru ſit ſignum, ex quo colligere liceat, eo die poſtremùm in ædibus Ulyſſis cœnaturos procos; quam φήμην excipit Ulyſſes. Vide & preces Anchiſæ Æneidos II. verſ. 690. & ſeqq.

Deſignaſti] הכחת *hochabbtha*, quam eo ſigno *admones* Iſaaco, ſervo tuo, uxorem futuram.

Atque in ea re cognoſcam, &c.] Poterat hic ſervus, quamquam veri Dei timens, eúmque quem colebat herus Deum Deorum eſſe ſciens, dubitare an hac in re votis ejus adnueret. Quamvis enim nihil præter rationem optare videretur Abrahamus, cùm uxorem è conſanguineis Iſaaco eligi cupiebat: poterat Deus, aliis de cauſis, hoc ei negare. In Samaritico poſt אדני *adoni* eſt אברהם, quod legerunt etiam LXX. Intt. Sed nihil addit ſenſui.

15. *Loqui*] Addit Samariticus: אל לבו *el libbo*, ut LXX. Intt. ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτοῦ. Ac ſanè tacitus apud ſe hæc dixiſſe videtur Abrahami ſervus.

Hydria] כדה *chaddah*, unde *cadus*, quæ vox quia certam menſuram ſignificat, voci *hydriæ* capacitatis incertæ, ſed aquarium vas ſonanti, poſtpoſita eſt à nobis. Iaſoni Æëten petenti occurrit Medea, quam propterea ſic compellat Iaſon, Metam. Lib. VII.

Nam mihi ſollicito, Deus, ignaróque locorum,
Te dedit.

16. *Pulcherrima*] *Bona valdè adſpectu.*

Quam vir nullus cognoverat] Hæc eſt additio ἐξηγητικὴ vocis בתולה *bthoulah*, quæ propriè intactam virginem ſignificat. *Noſcere* enim eſt concumbere. Vide ad Gen. IV, 1.

17. *Cùm ſervus*] *Et ſervus.* Sed apud Hebræos perpetua pænè eſt conjunctio ו, quæ omnium Græcarum & Latinarum conjunctionum locum obtinet.

Da mihi bibendum] הגמיאני *higmiini.* Legenda quæ *Sam. Bochartus* eruditè, ut ſolet, hac de voce ſcripſit Hieroz. Lib. II. Cap. 8. Part. I. Videtur eſſe non tantùm *ſorbere*, ſed *celeriter haurire.* Abrahami ſervus, hac adhibitâ voce, ſignificat ſe nequaquam Rebeccam fortè feſtinantem moraturum; qua de causâ addit *aliquantum aquæ*, quod humanius eſt, quàm ſi *da mihi bibendam ex hydria tua aquam*, ſimpliciter dixiſſet. Sic Job. XXXIX, 27. equus celerrimè currens יגמא jigma *ſorbet humum*, hoc eſt, viam ocyus carpit.

18. *In manum demiſit*] Ex humero in manum demiſit, ut ex ipſa hydria biberet. Heb. *Feſtinavit & demiſit*, ut verſ. 20.

19. *Cùm abſolviſſet*, &c.] *Et abſolvit — & dixit, & — feſtinavit & effudit — & cucurrit.*

20. *Effuſâ in aquarium hydriâ*] Eſt in noſtro Codice ותער כדה אל השקת *vatthebar chaddah el haſſchoketh*, in Samaritico verò, eodem quidem ſenſu ſed mutatis aliquantulùm verbis: ותורד כדה על המקוא vatthored chaddah hal hammikva,

rum fuit, ejúſque manibus iis impoſitis, 23. indica mihi, inquit, cujus ſis filia, & an ſit domi patris tui nobis locus ad pernoctandum? 24. Hæc verò illi, filia, inquit, ſum Bethuelis, filii Milchæ, quem Nachori peperit; 25. nobis eſt, ſubjicit, & ſtramentum, & pabulum, & locus ad pernoctandum. 26. Tum verò vir ille Jehovam, inflexo corpore, adoravit; 27. & benedictus, ait, ſit Deus domini mei Abrahami Jehova, qui benignitatem & fidem domino meo præſtare non deſiit, *idém*que me per viam domum fratrum heri mei deduxit.

28. Interim cucurrit puella, & rem, prout erat, domum matris ſuæ nunciavit. 29. Rebekkæ autem frater erat, cui nomen Labani fuit; is Laban ad hominem foràs, propè fontem, cucurrit. 30. Annulo & armillis in manibus ſororis ſuæ viſis, auditíſque Rebekkæ verbis, dicentis, ſic homo me alloquutus eſt, ad virum perrexit; atque ecce ad camelos, prope fontem, ſtabat. 31. Ingredere, ei dixit, benedicte à Jehova, quare ſtas foris? ego verò domum, & locum camelis paravi. 32. Ingreſſus eſt ergo vir ille domum, camelíſque clitellas detraxit; *Laban* verò iis ſtramentum & pabulum dedit, atque aquam quâ ille, & qui cum eo erant, pedes lavarent.

33. Tum adpoſitum ei eſt quod comederet; at ille, non comedam, inquit, donec quod dicendum mihi eſt eloquutus fuerim. Loquere ergo, ait *Laban*. 34. Ego ſum, inquit, Abrahami ſervus. 35. Admodum benedixit domino meo Jehova, & opibus auctus eſt; oves, boves, argentum, aurum, ſervos, ancillas, camelos & aſinos ei dedit

ſe filiam Bethuelis, neptem Nachoris & Milchæ reſpondet, ſatíſque in ædibus paternis ſtramenti, pabulique & loci eſſe, ut commodè in iis pernoctare poſſet. Hoc audito, Abrahami ſervus annulum aureum quartam unciæ partem pondere æquantem, quales ex naſo ſuſpendere mulieres ſolebant, & armillas quinque uncias graves, puellæ dono dedit. 26. Tum genibus flexis, atque ad gratias Deo agendas converſus; 27. grates tibi ago, inquit, ô Deus heri Abrahami, qui & illi tam conſtanter favere pergis, & me rectà ad fratris ejus familiam, quam quærebam, duxiſti.

28. Interea Rebecca curriculo ad paternas ædes ſeſe proripuit, & rem matri ac fratri nunciavit, oſtenditque annulum & armillas, quæ ab homine acceperat. 29. 30. Auditis quæ narrabat puella, conſpectíſque muneribus, Laban frater ejus ſtatim hominem hoſpitio excipiendum eſſe cenſuit, eique obviam properè egreſſus eſt. Invenit eum ad fontem, unà cum camelis, ubi eum reliquerat Rebecca,

mikva, *& demiſit hydriam ſuper aquarium.* Sed noſtra lectio melior videtur.

21. *Contemplabatur eam homo ſtupens & tacitus*] משתאה לה מחריש miſchthaeh lah mahhariſch, *obſtupeſcebat ad eam, tacitus.* Mirabatur tam citò adfuiſſe puellam, quæ reſponderet quod optarat, dubius adhuc animi an ea foret, quam ſignarat Deus. Formam etiam fortè mirabatur, cum humanitate non vulgari conjunctam, neque enim exiguus erat labor puellæ decem camelos ſitientes adaquare; cùm notum ſit bibacia eſſe jumenta, quæ ut plures dies ſitim tolerant, ita ubi eſt aquæ copia, in plures dies bibunt. Vide *Damiris* Arabis elegantem Cameli deſcriptionem, apud *Bochartum.*

22. *Annulum aureum*] Οἱ LXX. ἐνώτια χρυσᾶ, quos ſequitur Vulg. qui habet *inaures aureas.* Sed ſi de inauribus ageretur, non נזם *nezem* in ſingulari diceretur, ſed שתי נזמים *ſchthe nzamim*, aut נזמים *nizmajim* vocarentur. Præterea uſus ejus ornamenti verſ. 47. indicatus *annulum*, aut *fibulam* fuiſſe oſtendit, ut dicemus.

Bekæ pondere] Vocem Heb. בקע *bekah* retinuimus, ut nomina ponderum & menſurarum alibi ſolemus. Eſt *dimidia pars ſicli*, ut docet Moſes Exod. XXXVIII, 26. Hinc LXX. Intt. habent ἀνὰ δραχμὴν, nimirum Alexandrinam, quæ dimidia erat pars ſicli; hoc eſt, unciæ Romanæ quartam partem. Si de aliis drachmis ſermo eſſet, oporteret eſſe διδραχμὸν, ut eſt in vetere Codice Vaticano, atque ut *Hieronymus* in Tradition. habet. Vide, qui accuratiſſimè omnium de hiſce ſcripſerunt, *Ric. Cumberlandum & Ed. Bernardum* Anglos, de *Pond. & Menſ. Vett.* Malè Vulg. *Siclos duos.* Poſt vocem משקלו miſchkalo *pondus ejus*, ſequitur in Samaritico Codice: וישם על אפה *vajjaſchem hal apphah*, ut verſ. 42. *& poſuit ſuper ejus naſo.*

Decem aureorum] Cochlearia ejus ponderis Sanctuario obtulerunt proceres Hebræi Num. VII. Pendebant quinque uncias Romanas. Vide eoſdem, quos ad ſuperiora verba laudavimus.

23. *Indica mihi, inquit, cujus*, &c.] Infrà verſ. 47. ubi Abrahami ſervus quid egerit narrat, prinſquàm annulo & armillis Rebeccam donet, cujus ſit proſapiæ quærit, qui ordo videtur accuratior; credibile enim non eſt tantis eum muneribus ignotam donaſſe; cùm intellecto eam eſſe Abrahami conſanguineam, dubium non ſit quin eadem operâ iter ſuum à Deo ſecundatum intellexerit, atque hæc dona futuræ jam filii herilis ſponſæ libens obtulerit.

25. *Nobis eſt, ſubjicit*, &c.] *Et dixit ei nobis eſt*, &c.

26. *Tum verò, vir ille*, &c.] *Et incurvavit ſe vir ille, & inflexus fuit Jehovæ.* Conjunguntur hîc קדד & שחה quorum, ſecundùm Grammaticos nonnullos, prius de cervicis, poſterius de totius corporis inclinatione uſurpatur. Sed corpus inclinari nequit quin ſimul flectatur cervix, & quaſi ſynonyma, more Hebraïco, ſimul hîc adhibentur.

27. *Benedictus ſit Deus*] Ex Rebeccæ reſponſione ſignum; quod ſibi optarat à Deo dari, ut Iſaaci

dedit. 36. Sara autem domini mei uxor ei filium, poſtquàm conſenuiſſet, peperit,
cui omnia ſua dedit. 37. Dominus verò meus me ſacramento adegit, his verbis: ex
filiabus Chananæorum, in quorum terra ego habito, uxorem filio meo ne colloces;
38. ſed domum patris mei, ad familiam meam, eas, & filio meo uxorem adducas. 39. At
ego hero, fortaſſe, inquam, me non ſequetur mulier. 40. Ille verò mihi, Jehova,
inquit, in cujus conſpectu inceſſi, Angelum ſuum tecum mittet, iter tuum ſecundabit,
& filio meo è familia mea, atque domo patris mei uxorem adduces. 41. Tum demum
jurejurando non teneberis, cùm ad familiam meam veneris; ſi tibi *mulierem* non dede-
rint, ſacramento ſolutus eris. 42. Veni ergo hodie ad fontem, & dixi: Jehova, Deus
heri mei Abrahami, ſi iter quod ego ingreſſus ſum ſecundaturus es, 43. ecce ego ſto
ad fontem aquæ, puella quæ hauriendæ *aquæ* causâ exierit, cui dixero, da mihi ali-
quantum aquæ ex hydria tua bibendum, 44. & quæ reſponderit, & tu bibe & came-
lis etiam tuis hauriam; ea ſit, quam uxorem heri mei filio deſignavit Jehova. 45. Priuſ-
quàm autem abſolviſſem apud me loqui, ecce Rebekka egrediebatur, hydriam hume-
ro *gerens*, deſcendebátque ad fontem & hauriebat, cui cùm dixiſſem, da mihi bibere,
46. feſtinanter ab ſe hydriam demiſit, & bibe, inquit, & camelis etiam tuis potum da-
bo. Ego verò bibi, & camelis quoque potum dedit. 47. Tum eam interrogavi, &
cujus, inquam, filia es? filia, ait, Bethuelis ſum filii Nachoris, quem ei peperit
Milcha; *quo audito*, vultui ejus annulum, manibus armillas impoſui, 48. & inclina-
to

ca, 31. rogátque humaniſſimè ingrediatur oppidum, & hoſpitio ſuo utatur, ei enim & camelis paratum eſſe locum. 32. Obſequutus eſt Abrahami ſervus, atque in ſtabulum actis camelis clitellas detraxit, quibus illico ſtramentum & pabulum Laban dedit. Tum ad hominem & comites aquam adferri jubet, quâ pedes lavarent, antequàm hoſpitalis eis adponeretur cœna.

33. Cùm pedes abluiſſent, allata eſt cœna, at ille ſe quidquam adtingere poſſe negavit; priuſquàm mandata quæ habebat expoſuiſſet, & quid ſibi mirabile in hoc itinere evenerat narraſſet. 34. 35. Cùm ſe Laban paratum reſponderet audire quod vellet, incipit ille dicere ſe Abrahami Bethuelis fratris, quem in Chananæam dudum iviſſe norant, ſervum eſſe, ab ipſo in Meſopotamiam nunc miſſum. Herum autem ſuum omni divitiarum genere abundare, & per omnia rectè habere. 36. Huic unicum eſſe filium, quem ei ſeni & ipſa anus peperiſſet Sara; cariſſimum eum patri, & heredem omnium facultatum eſſe ſcriptum. 37 ad 48. Deinde heri mandata, & quid ſibi ac Rebeccæ ad fontem eveniſſet ex-

Iſaaci ſponſam futuram agnoſceret, contigiſſe poſtquàm vidit, meritò Dei gratias agit. *Benedictus ſit* non videtur eſſe votum, hoc in loco, ſed gratiarum actio, perinde ac ſi diceret: gratias tibi ago, ô heri mei Deus. LXX. Intt. hanc vocem εὐλογεῖν conſtanter vertunt, ſed εὐλογεῖν ἀντὶ τοῦ εὐχαριστεῖν in Hebræorum Helleniſtarum ſermone ſæpe occurrit, ut oſtendit *H. Grotius* ad Matt. XXVI, 25.

Benignitatem & fidem] חסדו ואמתו hhaſdo veamittho, *benignitatem ſuam, & veritatem ſuam*, quæ voces paſſim conjunguntur & eamdem ferè vim ſubjectam habent. Nam quamquam אמת emeth *veritatem* propriè ſonat, hîc tamen, ubi voci חסד *hheſed* conjungitur, *benignitatem*, aut *beneficientiam* ſignificat, ut liquet ex verſ. 49. ubi iterum conjuncta occurrunt. Sic & 2 Sam. XV, 20. jubetur Ithais à Davide reducere fratres ſuos חסד ואמת *hheſed veemeth*, hoc eſt, incolumes, & regiâ beneficentiâ exceptos ac dimiſſos. Videtur אמת in eum deflexum ſignificatum, quia qui veraces ſunt, & promiſſis ſtant, ferè etiam ſunt benigni, unde & *fides* apud Latinos paſſim idem ſonat. Vide inter alios *Livium* Lib. V. Cap. 27.

Præſtare non deſiit] *Non reliquit ab hero meo.*

Fratrum] Hoc eſt, conſanguineorum, ut paſſim.

28. *Rem prout erat*] *Juxta verba illa.*

Domum matris ſuæ] Videtur Bethuel pater, eo tempore, domo abfuiſſe, cùm ejus hoc in negotio illico non fiat mentio, ſed poſtea rediiſſe.

30. *Annulo & armillis*] Hæc, ſi ordo narrationis accuratè ſervaretur, deberent præponi his verbis, *is Laban ad hominem*, &c. Sed ſimilis eſt à nobis obſervata inverſio, ad verſ. 23.

31. *Benedicte à Jehova*] Aut, *Benedicte Jehovæ*, ut inf. Cap. XXVI, 29. Non uſus quidem eſt Laban voce *Jehova*, quæ tunc aut omnibus, aut Labani ſaltem ignota fuit, qui alios colebat Deos. Sed Moſes rem extulit, ut ipſe eam dixiſſet. Fortè dixit Laban ברוך לאלהים, aut potiùs Chaldaïcè בריך אלה, *benedicte à Deo*, hoc eſt, Deo amice; cùm autem יהוה & אלהים, ubi de ſummo Deo ſermo eſt, voces eſſent ſynonymæ, Moſis ævo, poſteriori uſus eſt Moſes, loco prioris. Vide not. ad Cap. XXVI, 28.

32. *Camelis clitellas detraxit*] ויפתח *vajipbtabh*, & aperuit Camelos. LXX. ἀπέσαξε, Vulg. *deſtraxit*.

Laban] Hic nominativus manifeſtò ſubintelligendus, niſi pro ויבא *vajjabo*, legamus *vajjabe* in Hiphil, & *introduxit*. Sed ſæpe ita miſcetur omiſſo nominativo conſtructio, ut niſi res ipſa oſtendat, de quo ſit ſermo dijudicatu facile non ſit. Vide inf. verſ. 35. & not. ad Cap. XIV, 20.

Pedes lavarent] Vide ad Cap. XVIII, 4.

33. *Adpoſitum eſt ei*] *Poſitum ante faciem ejus.*

Quod dicendum mihi eſt] דברי dbarai, *verba mea* aut *rem meam*. Antiquiſſimis temporibus, etiam apud Græcos, hoſpites admittebant, convi-

to corpote adoravi Jehovam, Jehovæque Abrahami heti mei Deo benedixi, qui me rectâ viâ, ut adſumerem filiam fratris heri ejus filio, deduxit. 49. Nunc verò benignitatem & fidem hero meo an præſtituri ſitis, néene, ſignificate; ut ad dextram, vel ad ſiniſtram me convertam. 50. Reſponderunt Laban & Bethuel, & ab Jehova, inquiunt, rcs profecta eſt, tibi malè vel bene obloqui non poſſumus. 51. En Rebekkam coram te, eam adſume & abi, ſitque ea uxor filii domini tui, ut dixit Jehova.

52. Auditis eorum verbis, in terram procumbens Jehovam adoravit Abrahami ſervus.

exponit. 49. Quibus dictis, nihil ampliùs ſibi faciendum, ut heri imperia exſequutus fuiſſet, ait, niſi ut ab Rebeccæ conſanguineis quærat an eam herili filio deſpondere vellent, benignéque, prout conſanguineos decebat, erga Abrahamum ſeſe geſturi eſſent; reſponſóque eorum audito, quid ſibi agendum eſſet intellecturum. 50. Illico animadverterunt, ex ſervi ſermonibus, Bethuel & Laban, non ſine Dei numine factum eſſe ut Rebecca illi occurreret, atque aquam peteoti ea reſponderet quæ ſibi reponi cupierat, Deóque ſe adverſaturos negarunt. 51. Itaque deſpondere ſe Rebeccam Abrahami filio, quandoquidem Deo idem placere viderent, poſſéque Abrahami ſervum eam in Chananæam abducere.

52. Ibi ſervus, antequàm quidquam ageret, humi procumbens heri ſui Deo iterum, quòd omnia cœpta ſua uſque adeò ſecundaſſet, gratias coram omnibus agit. 53. Deinde vaſibus aureis, argenteiſque, pretioſiſque veſtibus herilis filii ſpoonſam

viviόque excipiebant, antequàm quidquam eos rogarent. Odyſſ. Γ. poſtquàm Neſtor ignotum Telemachum convivio excepiſſet, & hic quantùm neceſſe erat comediſſet, tum demum Pylius ſenex percunctandi quis eſſet tempus eſſe ratus, ita infit, verſ. 69.

Νῦν δὴ κάλλιόν ἐςι μεταλλῆσαι καὶ ἔρεσθαι
Ξείνους οἵτινές εἰσιν, ἐπεὶ τάρπησαν ἐδωδῆς,

Nunc ſatius eſt inquirere & interrogare hoſpites qui ſint, cùm cibo delectati ſunt. Vide & Odyſſ. Δ, 60, 61, 155. *& ſeqq.* Iuterdum etiam per plures dies manebant, antequàm adventûs cauſam expouerent. Sic Eſdras cum ſociis, vaſa Templi adſerens Jeroſolimam, *triduum manet*, antequàm ea ſacerdotibus reſtitnat, Cap. VIII, 32. Apud *Homerum* Iliad. Z. Lyciæ Rex Bellerophontem

Ἐννῆμαρ ξείνισσε —
Ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς,
Καὶ τότε μιν ἐρέεινε.

Novem diebus hoſpitio excepit, ſed quando decima roſeis digitis apparuit auroru, tum eum rogavit. Sic & Odyſſ. A. nomen Mentis nou rogat Telemachus, antequàm eum menſâ excepiſſet. *Dares Phrygius*, de Autenore legato ad Peleum miſſo: *quem Peleus*, ait, *hoſpitio triduo recepit, die quarto rogat eum quid venerit.* Similiter hîc Laban excipiebat domo & convivio ſervum Abrahami, antequàm eum noſſet, nec quidquam eum rogabat. Sed ſervus videns Deum ſe rectà ad Abrahami conſanguineos duxiſſe, & ſibi ſignum ſecuudi itineris dediſſe, quàm primùm mandata exponere geſtit.

35. *Opibus auctus eſt.*] Et *crevit*, nimirum, Abrahamus. Vide ad verſ. 32.

Oves, boves] צאן ובקר *tſon oubakar*, hoc eſt, minores & majores pecudes, ut ſæpe diximus.

Servos, ancillas] Inter beſtias veluti recenſentur mancipia, quòd pecudum inſtar emerentur & venderentur. Vide & Cap. XII, 16.

36. *Conſenuiſſet*] Nempe, Sara, nam eſt זקנתה ziknatha, *conſenuiſſet ea.* Samariticus tamen habet זקנתו ziknatho, *conſenuiſſet ille*, ut ad Abrahamum referatur. Sic legeruut & LXX. Intt. τὸ γηρᾶσαι αὐτὸν. Sed mirabilius multò vetulam parere, quàm ſenem gignere.

Cui dedit ei] *Et dedit*, nempe Abrahamus, eſt euim ויתן *vajjitthen*, & dedit ille.

37. *Chananæorum, in quorum*] *Chananæi in cujus terra.*

38. *Sed*] אם לא im lo, *ſi non.* Samariticus, habet כי אם chi im *ſed*, qui eſt particularum ſeuſus frequeutiſſimus. Attamen אם לא videtur ſiguificare *ſed* Pſalm. CXXXI, 2. Jerem. XXII, 6. & fortè à Critico Samarita mutatum in frequentiorem phraſin.

Adduces] *Sumes.*

40. *In cujus conſpectu inceſſi*] Repetit ſervus quæ initio Capitis narrata ſunt, mutatis aliquantenus verbis, quamquam directa eſt oratio utrobique; quaſi ipſæ referrentur voces, quibus uſus erat Abrahamus. *Incedere in conſpectu Jehovæ* quid ſit diximus ad Caput V, 22.

45. *Apud me*] *Ad cor meum.*

Hydriam humero gerens] *Et hydria ejus ſuper humero ejus.* Ad calcem hujus commatis addit Samariticus Codex: מעט מים מכדך *aliquantum aquæ ex hydria tua*, ex commate 17.

47. *Vultu ejus annulum*] על אפה *hal apphah*, quod poſſet verti *naſo ejus.* Solebant enim Orientales mulieres, uon aures modò perforare, è quibus anuuli aut gemmæ penderent, ſed etiam nares; & narium quidem ornamentum נזם *nezem* vocabant. Quam iu rem exſtat eximius apud Ezekielem locus, ubi Cap. XVI, 11, 12. ſic deſcribitur cultus muliebris: *Ornavi te ornamento* muliebri, *dedi tibi armillas* (צמידים) *manibus tuis, torquem gutturi tuo. Dedi etiam annulum naſo tuo* (נזם על אפך *nezem halpphech*, ut hîc) *& circulos auribus tuis*, עגילים *hagilim*, hoc eſt, orbes qui auribus inſeruntur. Qua in deſcriptioue, manifeſtum eſt עגילים *hagilim* eſſe ἐνώτια *inaures*; נזם verò narium ornamentum, unde *Symmachus* rectè ἐπιῤῥίνιον. LXX. verò Iutt. couſtanter ἐνώτια *inaures* vertunt, ut hîc, ubi propterea omiſiſſe videntur *ſuper ejus naſo*, quod inauris reſpuit ſignificationem. Sed apud Ezekielem habent ἐνώτιον περὶ τὸν μυκτῆρά σου *inaurem circa naſum*, quod eſt abſurdum, niſi ἐνώτιον ſumatur καταχρηστικῶς pro annulo, quòd *inaures* annulorum inſtar eſſent. *Hieronymus* cùm hoc ſentiret, παραφραστικῶς rem expreſſit hîc in Geneſi: *ſuſpendi inaures ad ornandam faciem ejus*, in Ezekiele verò: *inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis*, quod parum eſt accuratum, uam ubi de auribus ſermo eſt, quis dubitet quin

inau-

rus. 53. Deinde vaſa argentea, vaſa aurea, & veſtes protulit, quæ Rebekkæ dedit, muneribúſque fratrem & matrem ejus donavit. 54. Denique comederunt & biberunt ipſe & qui cum eo erant ; & cùm pernoctaſſent, ad herum, ait *ſervus*, dimittite me. 55. Frater verò & mater: nobiſcum, inquiunt, puella dies admodum denos maneat, ac poſtea ibis. 56. Ille verò hiſce: ne remoremini me, ait, & quandoquidem Jehova iter meum ſecundavit, dimittite me, ut ad herum redeam. 57. *Ad hæc illi*, vocemus, inquiunt, puellam, & ex ore ejus *quid cupiat* ſciſcitemur. 58. Vocatæ ergo Re-

ſam donavit , nec matrem & fratrem puellæ indonatos prætermiſit. 54. Tandem ad cœnam adpoſitam ſeſe converterunt , atque hilariter convivati ſunt. Poſtquàm pernoctaſſent , ſibi Rebeccam tradi, ut ad herum cum ea reverteretur , poſcit Abrahami ſervus. 55. At frater & mater puellæ ſecum aliquot adhuc diebus eam manere cupiebant, nec ut tam cito deſponſam dimitterent à ſe impetrare poterant. 56. Servus verò obnixè eos cœpit orare ne ſe ampliùs morarentur , herum enim de itineris ſucceſſu anxium moras non ferre ; nec ſibi quidquam gratius fieri poſſe, quam ut quamprimùm dimiſſus confectæ rei nuncius ipſe ad herum cum puella rediret. 57. Illi ſe facturos quod puellæ ipſi videretur reſpondent , quæ ſi ſine mora proficiſci vellet , eam ſe quoque libenter dimiſſuros. Itaque vocari jubent, 58. rogantque an vellet illico cum viro in Chananæam ad

inaures vertere debuerit? Attamen in Comment. in hæc verba , auditu dignus eſt : *Verbum* inquit, *Hebraicum* נזם, *excepto Symmacho* , *qui interpretatus eſt* ἐνώτιον, *omnes* inaurem *tranſtulerunt* , *non quò inaures ponantur in naribus* ; *ſed quò circulus in ſimilitudinem factus inaurium eodem vocabulo nuncupetur* , *& uſque hodie inter cetera ornamenta mulierum*, *ſolent aurei circuli in os ex fronte pendere* , *& imminere naribus.* Crediderim tamen olim , ut hodie , per totum Orientem inſertos naribus annulus , atque eò videtur alludere Salomon Proverb. XI, 22. *Annulus* (נזם) *aureus in nare porci* (inſertus) *mulier pulcra & conſilio deſtituta. Thevenotius* in Orientalis Itin. Part. 2. Lib. 2. Cap. XI. morem hunc etiamnum obtinere apud eos populos auctor eſt. *In Perſide*, inquit, *quemadmodum per reliquum Orientem* , *ſibi naſum mulieres annulis trajiciunt*, *quem acubus perforant.* Vide & *Pet. Vallenſem* Ep. XVII. Baghdadi data. Itin. P. I. p. 530. Ed. Venetæ in 12.

48. *Rectâ via*] *In via veritatis* , quia non modò Charras rectà venerat , quò duces eum deducere potuerunt, aut fluvius Euphrates, cujus ripas legere potuit , ſed quia in Rebeccam ipſam illico inciderat.

49. *Benignitatem & fidem*] Vide dicta ad verſ. 27.

Ut ad dextram , vel ad ſiniſtram , &c.] Eſt loquutio παροιμιώδης, quâ ſignificatur mutatio conſilii, aut nova conſultatio. Metaphora videtur petita ab iis, qui in bivio ſtantes viam, quam ſequantur, quærunt, & qui, prout viarum periti reſpondent, *ad dextram*, *aut ad ſiniſtram convertuntur.* Vide ſup. Cap. XIII, 9.

50. *Laban & Bethuel*] Interpretes Hebræi mirati filium hìc præponi patri, alii impietatis eum incuſant quòd ante patrem loqui auſus ſit, alii eadem de cauſa ſapientiorem patre fuiſſe ſuſpicantur, ideóque ſervo Abrahami reſpondiſſe. Alii etiam ad alias confugiunt ſubtiliores interpretationes, quas non recitabimus. Sed præterquàm quòd in hiſce libris tanta non eſt in eloquutione ἀκρίβεια, ut ex ordine vocum quidquam colligere liceat ; videtur iis temporibus moris fuiſſe, ut in matrimoniis ſororum fratres potiùs conſulerentur quàm parentes , ut dicemus ad Cap. XXXIV, 13. Vide & inf. Capite hoc verſ. 55, 59, 60.

Ab Jehova] Vide dicta ad verſ. 31. & Jud. XIV, 4.

Res profecta eſt] יצא jatſâ , *exiit*, hoc eſt , manavit à Deo quaſi à fonte , nam verbum hoc de fluminibus uſurpatur, ut oſtendimus ad Cap. II, 10.

Malè , vel bene obloqui] *Non poterimus loqui ad te malum vel bonum*; hoc eſt, nullâ ratione tibi negare quod petis poſſumus. Nam *bonum & malum* omnia complectuntur, itaque eodem hæc recidunt ac ſi dicerent Bethuel & Laban , ſe nihil habere quod reponerent (negando , ſcilicet) petitioni ſervi Abrahami. Vide not. ad Cap. II, 5. & inf. Capite XXXI, 24. In Samaritico Codice eſt pro או טוב *vel bonum*, וטוב vetob *& bonum*, eodem ſenſu.

51. *Coram te*] Hoc eſt, in tua poteſtate. Vide not. ad Cap. XIII, 9.

Ut dixit] Nam ita Rebeccam deſignaverat , ut perinde ſit ac ſi dixiſſet. Vide not. ad verſ. 14.

Muneribus] מגדנות *migdanoth*, quod alii *res quaſvis pretioſas*, ut מגד *meged*, alii *fructus raros* exponunt. LXX. δῶρα & Vulg. *dona*, quos ſequuti ſumus, cùm dona fuiſſe certum ſit, quibus verò rebus conſtarent nos fugiat. Vid. 2 Par. XXXII, 23. Eſd. VI, 1. An autem hæc dona ex mera munificentia eſſent , an quaſi ἔδνα cenſenda non ſatis liquet. De his vide ad Cap. XXIV, 12. Ad hanc vocem adludit Arabica אגדן agdana *è paupere dives factus eſt.*

54. *Cùm pernoctaſſent.*] *Et pernoctarunt.*

55. *Frater & mater*] Hìc iterum Laban matri præponitur, ob cauſam allatam ad verſ. 50.

Inquiunt] Eſt ויאמר *& dixit*, ſed cùm ad fratrem & matrem referatur , πληθυντικῶς vertendum fuit, ut LXX. qui habent εἶπον δέ. Samariticus etiam Codex conſentit , legimus enim hoc in loco ויאמרו *vajjomerou.*

Dies admodum denos] ימים או עשור jamim ó haſchor, *dies aut decadem.* LXX. Intt. ἡμέρας ὡσεὶ δέκα. Vulg. *ſaltem decem dies.* Quamvis hæc loquutio hoc ſolùm loco legatur, vix poteſt eſſe dubium , quin hic ejus ſenſus ſit ; cùm enim ſervus Abrahami vellet perendie ejus diei, quo advenerat Charras, abducere deſponſam herili filio Rebeccam, mater & frater puellæ aliquot ſaltem dies ſecum maneat rogant. Alii, poſt

Intt.

Rebekkæ, an cum hocce viro ibis? inquiunt. Ego verò ibo, ait illa. 59. Dimiſerunt itaque Rebekkam ſororem ſuam, nutricémque ejus, & ſervum Abrahami, ac ejus comites. 60. Bene precati ſunt etiam Rebekkæ, & tu, inquiunt, ſoror noſtra es, mille myriades evadas, tuáque ſoboles eorum qui eam oderint portis potiatur.

61. Poſtea ſurrexere Rebekka, ejúſque ancillæ, & camelis inſidentes hominem ſequutæ ſunt; adſumtáque adeò ſervus Rebekkâ, profectus eſt. 62. Iſaacus autem nuper venerat à puteo Viventis Viſionis, atque in meridiano tractu conſederat. 63. Egreſſus

ad ſponſum proficiſci? Paratam ſe eum ſequi illa ait. 59. Igitur cùm nemo ampliùs rem moraretur, parentibus & fratri valedicit, atque unà cum nutrice & ancillis, conſcenſis camelis, cum Abrahami ſervis diſceſſit. 60. Diſcedenti bene precati ſunt conſanguinei, numeroſámque & victricem ſobolem optarunt, quas preces à Deo exauditas oſtendit eventus.

61. 62. Cùm ergo Euphratem primùm, deinde Jordanem trajeciſſent, in Chananæam venerunt. Iſaacus autem paullò antea à puteo Viventis Viſionis refixo Tentorio, in meridianum tractum, paſcua ſequutus, iverat. 63. Neſciebat adventare ſponſam, cùm ſub veſperam ambulandi, & ſecum commentandi causâ egreſſus Tentorio camelos venientes proſpexit. 64. 65. Rebecca etiam Iſaacum vi-

Intt. Chaldæos, ימים jamim *annum* interpretantur & עשור haſchor *decem menſes*, quod nullo modo credibile eſt reſponſum homini, qui eo ipſo die abire volebat. Quod dicit *Salomo Jarchi* de conſuetudine, quâ virgini nupturæ decem menſes concederentur, ut ornamenta pararet, id ipſe ſomniavit. Quamquam verum eſt ימים pro anno haud rarò ſumi, aliquot etiam dies interdum eâ voce ſignificantur, ut inf. Cap. XL, 4. 1 Samuel. XXIX, 3. 1 Reg. XVII, 7. Neh. I, 4. Dan. VIII, 27. Ceterùm hoc Geneſews loco, Samariticus Codex habet, pro עשור *haſchor*, חדש *hhodeſch*, hoc eſt, menſem. Sed vocem obſcuram in clariorem fortè mutavit Criticus.

Ad herum] לאדני *ladoni*. Samariticus אל ארני *el adoni*, ut vice versâ, commate 58. pro אליה *eleah*, legit לה *la*.

58. *Vocatæ Rebeccæ*] *Et vocarunt — & dixerunt.*

59. *Nutricem ejus*] Nutrici aliquot ſervas fuiſſe adjunctas liquet ex verſ. 61. Nomen ei fuit *Deboræ*, éſtque ab Jacobo ſepulta Gen. XXXV, 8.

Comites] *Viri ejus*, quos adduxerat camelorum regendorum causâ, & ut tutò per deſertam Arabiam tranſire poſſet.

60. *Soror noſtra es*] Quaſi eam fratres dumtaxat alloquerentur, ut antecedenti verſu legimus *dimiſerunt ſororem*; quòd, nimirum, in hoc negotio fratrum potiſſimæ eſſent partes, ut ad verſ. 50. diximus.

Mille myriades evadas] *Sis in millenas myriades.* רבבה *rbabah* ingentem ſonat numerum; eſt enim à רבב *rabab*, multus fuit, ſed Chiliadi conjunctum Myrias exponi ſolet. Vide 1 Sam. XVIII, 7, 8.

Eorum qui ipſam oderint] שנאיו *ſchonean*, pro quo habet Samariticus איביו *ojeban*, hoc eſt, hoſtium.

Portis potiatur] *Portas poſſideat.* Vide not. ad Cap. XXII, 17.

61. *Ancillæ*] נערותיה *nabarotheah*, ejus puellæ, ſed ut נער *nahar* paſſim eſt ſervus, ſic hîc נערה ſerva eſt. Aquila παιδίσκαι, *Symmachus*, κοράσια. Antea ſolam Rebeccæ nutricem memoravit Moſes, nunc alias addit mulieres, ut ſæpe ex poſterioribus circumſtantiæ in antecedentibus omiſſæ ſunt eruendæ. Vid. not. ad Cap. XX, 16. aliáque loca. Quod perſpicuitati narrationis obeſt, *rem enim*, aiunt Rhetores, *dilucidè narrabimus, ſi, ut quidque primum geſtum erit, ita primùm exponemus, & rerum ac temporum ordinem conſervabimus, ut geſtæ res erunt.* Sed ejuſmodi obſervationum exigua in hiſce libris habetur ratio. Vide etiam inf. ad verſ. 64.

Adſumtâ] *Et cepit — & abiit.*

62. *Nuper venerat*] בא מבוא ba mibbo, *veniebat à veniendo*, ut Galli dicunt, *venoit d'arriver*, quem ſenſum eſſe hujus phraſews oſtendunt ſequentia, *in meridiano tractu conſederat*; erat enim haud procul ab hoc tractu puteus *Viventis Viſionis*, de quo ad Cap. XVI, 14. Sic infrà de re quaſi proximè futura Cap. XXV, 32. uſurpatur verbum הלך *ire*, ubi vide notata. LXX. tamen Intt. habent διεπορεύετο διὰ τῆς ἐρήμου κατὰ τὸ φρέαρ ὁράσεως. Legerunt quod exſtare videmus in Codice Samaritico: בא במדבר ba bammidbar, *ibat in deſerto*, &c. Vulgatus verò ab *Hieronymo* emendatus, ſenſum, prout intellexit, non verba expreſſit: *deambulabat per viam quæ ducit ad puteum.*

63. *Sub veſperam*] לפנות ערב *liphnoth hereb*, cùm adſpiceret veſpera, hoc eſt, cùm inſtaret, minuto diei calore. Vide Deut. XXIII, 11. De matutino tempore eadem phraſis adhibetur Exod. XIV, 27.

In agrum] Hoc eſt, procul à tentoriis. Loquutio eſt hominis non Nomadis, qualis Iſaacus fuit, qui reverâ ſemper in agris verſabatur; ſed qui in urbibus Ægypti educatus fuerat. Vide not. ad Cap. IV, 8.

Ad meditandum] לשוח *lſchouahh.* Vox hæc *animo cogitare* quidpiam ſonat, ut examine locorum in quibus occurrit comperimus. שיח *ſchiahh* etiam, quod inde derivatur, *cogitationem*, quam animo verſamus, ſignificat. Vide inter alia Pſ. LXXVII, verſſ. 4, 7, 13. Pſ. CIV, 34. 1 Sam. I, 16. Indicat autem hîc Moſes Iſaacum tentorio exiiſſe, non eo animo ut Rebeccæ obviam iret, aut quidpiam aliud ageret, ſed tantùm ut ambulando cogitationibus ſuis animum paſceret. Quæ mens eſt eruditi Scholiaſtæ Cod. Vaticani: ἐξῆλθε κατὰ μόνας τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς συνομιλῆσαι· οὐ προσκεῖται δὲ τινί. εἰκότως ἐπεὶ μηδὲ ἀνθρώπων ἡ τοιαύτη ὁμιλία γίνεται, ἀλλ' ἤτοι πρὸς θεὸν, ἢ αὐτοῦ τινὸς πρὸς ἑαυτὸν, *exiit ſolus, ut propriis cogitationibus ſecum colloqueretur; non additur cui, & meritò quidem, quia hic ſermo non eſt hominum, ſed cum Deo, aut ſeipſo habetur.* LXX. Intt. habent ἀδολεσχῆσαι, quod *garrire*,

greſſus verò ſub veſperam in agrum ad meditandum, oculos circumtulit, atque ecce camelos venientes vidit. 64. Rebekka etiam proſpiciens Iſaacum conſpexit, & camelo delapſa eſt. 65. Tum ſervo, quis eſt, ait, vir ille qui in agro obviam nobis procedit; ſervus verò, is eſt, inquit, herus meus. Illa autem velo ſumto, ſeſe operuit. 66. Iſaaco ſervus quidquid fecerat narravit, 67. Iſaacus verò in Tabernaculum matris Saræ intromiſit, uxorémque duxit Rebekkam; eam amavit, & matrem lugere deſiit.

XXIII. Abra-

vidit, atque à ſervo Abrahami noſcerétne virum, qui ad ſe venire videretur, quæſivit; auditóque eſſe ipſum Iſaacum, cui deſponſa eſſet, ſubitò ex camelo deſcendit, arreptóque velo, pro more, ſeſe eo texit. 66. Servus vero accelerato gradu, obviam hero venienti ivit, & paucis quid à ſe actum eſſet, narravit. 67. At Iſaacus exceptam amantiſſimo animo Rebeccam ad Tabernaculum, quod matris fuerat, deduxit, nuptiáſque paullo poſt celebravit. Eo demum tempore, lugubres veſtes, quas defunctæ matris causà induerat, depoſuit, poſteáque cum uxore, quam ſummo proſequebatur amore, jucundiſſimè vixit.

P A-

rire quidem & *blaterare* eſt apud Atticos, ſed apud LXX. Intt. *meditari*, ſeu *animo verſare* ſonat, ut Pſalm. CXIX, 15. ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω (שיחה) καὶ κατανοήσω τὰς ὁδούς σου *de præceptis tuis cogitabo, & in vias tuas intuebor.* Unde *Varinus:* ἀδολεσχεῖν, τὸ φιλοσοφεῖν, ὡς τὸ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου, qui locus extat Pſal. CXIX, 23. Idem tamen *Varinus*, in hoc Geneſeos loco, παίζειν interpretatur minùs bene. Onkelos habet, *ad orandum.* *Symmachus* verterat λαλῆσαι ἐν τῷ ἀγρῷ, cum aliquo, nimirum, quem inviſebat. *Aquila* eodem ſenſu: ὁμιλῆσαι ἐν χώρᾳ. Sed locis, in quibus vox שוח ejúſque leguntur derivata, convenientior eſt à nobis allata ſignificatio.

Oculos circumtulit] *Suſtulit oculos*, quod ſeq. verſu *proſpicere* vertimus.

64. *De Camelo delapſa eſt*] Quamquam hæc priùs narratur circumſtantia, videtur tamen tum demum deſcendiſſe è Camelo Rebecca, cùm Iſaacum eſſe virum quem videbat audiit. Nulla enim ratio erat, ſi ignotus fuiſſet, deſcendendi. Rectè hîc Aben-Ezra: הפסוק הבא מאוחר והוא *comma poſterius hic prius eſt* ſenſu. Vide not. ad verſ. 61.

65. *Velo ſumto*] *Et ſumſit velum & ſe operuit.* Velum hoc צעיף *tſahiph* dicitur ab Hebræis, quod LXX. Intt. θέριστρον interpretantur. *Theriſtrum*, ait Hieron. in Trad. Heb. *pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici veſtimenti, quo mulieres provinciæ illius velantur.* Simila habet & in comment. in Eſaiam Cap. III. ubi ea vela *Hebraicè dici* רדידים *radidim* auctor eſt, quâ voce uſi ſunt *Jonathan* & *Paraphr. Jeroſol.* quæ propria eſt Arabum, apud quos רציץ *rſiſtſon*, velum ſonat è regione oculorum perforatum, quo mulieres utuntur. Notum eſt *Daleth* Hebraicum & *Sad* Arabicum adfines eſſe litteras. Moris hujus Arabiſſarum meminit *Thevenotius* Itiner. Part. I. Lib. 2. Cap. 32. *Mulieres paupere utuntur cultu, incedunt vultu operto linteo è regione oculorum pertuſo, iiſque craſſi annuli ex orichalco* (laiton Gallicè) *ab auribus pendent.* Idem aute, non *Thevenotium* modò, ſed & *Hieronymum*, obſervarat *Tertullianus*, cujus hæc ſunt verba, è libro de *Velandis Virginibus* Cap. XVI. *Judicabant vos Arabiæ fœminæ Ethnicæ, quæ non caput, ſed faciem quoque ita totam tegunt, ut, uno oculo liberato, contentæ ſint dimidiam frui lucem, quàm totam faciem proſtituere.* Præterquàm quòd mulieres in publicò ejuſmodi utebantur velo, fortè hîc ratio ſingularis adjicienda eſt, quòd, nempe, ſponſum accedentem videret. Conſuetudinem ſimilem fuiſſe apud Ethnicos, ſuo tempore, docet *Tertullianus* de Virg. Velandis Capite XI. *Etiam apud Ethnicos velatæ ad virum ducuntur,* ex qua conſuetudine factum hoc interpretatur Rebeccæ: *Deſponſatæ*, ait, *habent exemplum Rebeccæ, quæ cùm ad ſponſum adhuc ignota perduceretur, ſimul ipſum cognovit eſſe, quem de longinquo proſpexerat, non ſuſtinuit dexteræ colluctationem, nec oſculi congreſſionem, nec ſalutationis communicationem, ſed confeſſa quod ſenſerat, id eſt, ſpiritu nuptum negavit virginem velata.*

67. *Matris Saræ*] Nempe, quod matris Saræ fuerat, & omni cultu muliebri refertum erat. LXX. Intt. pro tabernaculo valde impropriè οἶκον habent, fortè quòd antea dicatur Iſaacus *in agrum egreſſus*; quod meliùs *domui*, quàm tentorio opponitur.

Matrem lugere deſiit] *Et conſolationem admiſit Iſaacus poſt matrem*, quod cùm Latinè dici non poſſet, ſenſum expreſſimus. Videtur Iſaacus lugubres veſtes, quas poſt mortem matris induerat, ut vidimus ad Cap. XXII, 2. tum demum depoſuiſſe, hoc eſt, triennio poſt. Dum eas veſtes gerebat, *lugere* cenſebatur, necdum *conſolationem admiſiſſe*, ἵνα παρακληθῶ, ut unâ voce dicam. Vix enim credibile eſt animi triſtitiam, ob grandævæ mulieris mortem, homini quadraginta annos nato per triennium duraſſe. Itaque conſolationem, de qua hîc ſermo eſt, de veſtibus lugubribus intelligendam cenſuerim.

XXIII. Abrahami liberi ex Ketura, & mors. Iſmaëlis filii. Sterilis primùm Rebecca gemellos utero fert & parit. Horum mores, & majoris natu ſtultitia.

CAPUT XXV. 1. ABRAHAMUS præterea uxorem, cui nomen *erat* Keturæ, duxit; 2. peperitque hæc illi Zimranem, Jokſanem, Medanem, Midianem, Jisbachum & Suachum. 3. Jokſan, Sebam & Dedanem genuit; Dedanis filii fuere Aſſuræi,

PARAPHRASIS.

1. POST Saræ mortem, Keturam concubinam habuit Abrahamus, quæ ei grandævo numeroſam ſobolem peperit. 2. Hujus filii fuere *Zimran*, qui Zadramen urbem Cynædocolpitarum agris vicinam condidit; *Jokſan*, Caſſanitarum pater; *Medan*, à quo Madieni; *Madian*, cui ortum debent Madianitæ; *Jisbachus*, Cynædocolpitarum conditor; *Suachus*, quem generis ſui principem agnoſcunt Suaceni. 3. *Jokſan* genuit *Sabam*, qui condidit eos Sabæos, qui ipſum Arabiæ aditum occuparunt; & *Dedanem*, qui cognominis urbis in Idumæa auctor fuit. Hic & Madianitæ omnium cele-

COMMENTARIUS

In CAPUT XXV.

1. *ABrahamus præterea*] Hinc diſcimus miraculum, quo effœto ſeni proſapiam dedit Deus, non in eo fuiſſe ſitum, ut ad breve tempus, dum concumbit cum uxore Sara, vigore juvenili recepto, gignere poſſet; ſed ut ab eo tempore alteram veluti juventam inchoaret, quâ per plures annos vegetior factus liberis procreandis operam dedit.

Uxorem] Hæc 1 Par. I, 32. *concubina* vocatur, & infrà verſ. 6. mentio fit *concubinarum* Abrahami, quæ non eſſent plures, niſi hæc in earum numerum adgregaretur; cùm, præter Hagaram & hanc, nullas habuerit. Sed concubinæ non multùm à legitima uxore differebant. Vide not. ad Capit. XXII, verſ. 24. Digna eſt obſervatu Abrahami temperantia, qui, vivâ uxore Sarâ, eâque per tot annos ſterili, pellicem nullam, niſi eâ volente, habuerit; & poſtquàm filium ex ea ſuſcepit unicum, ei ſoli adhæſerit, per triginta ſeptem annos. Keturam eamdem fuiſſe ac Hagaram cenſent *Jonathan* & *Jeroſol.* multíque cum iis Rabbini; ſed eorum conjectura vel hinc confutatur, quòd *concubinarum*, multitudinis numero, mentio fiat. Nec ulla ratio erat, quare Hagaram nomine non appellaſſet Moſes, aut Keturæ filios Iſmahelis fratres uterinos eſſe non ſignificaſſet. Neque ullo pacto veriſimile eſt, quæ ante quinquaginta annos Iſmahelem Abrahamo pepererat, eam etiamnum concipere potuiſſe poſt Saræ mortem.

2. *Zimranem*] Quamquam in ſacris litteris hi ferè *Madianitarum* (de quibus poſtea) nomine vocantur, videntur tamen varios Arabiæ tractus fratres occupaſſe, nec obſcura nonnullorum nominis ſuperfuere poſteris ſæculis veſtigia. Hic inſederat agros ſinui *Cynædocolpitarum*, ad mare Erythræum, vicinos. *Stephanus* Byzantius: ΖΑΔΡΑΜΗ, βασίλειον τῶν Κιναιδοκολπιτῶν περὶ ἧς ἐροῦμεν ἐν τῷ Κ (deeſt hoc apud *Stephanum*) ἔστι δὲ ἔθνος τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς: *Zadrame regia Cynædocolpitarum, de qua loquemur in litera K. Gens eſt felicis Arabiæ, Marcianus in Periplo ejus meminit*; quod etiam in *Marciani* Epitome omiſſum. Apud *Ptolemæum*, hæc eadem regio Ζαμαρὴμ vocatur; quæ ex nomine *Zimran*, malè pronuntiato, aut perperam audito facilè manare potuerunt.

Jokſanem] Vicini fuere Cynædocolpitis *Caſſanitæ*, quos nomen hinc traxiſſe nonnulli volunt, quamquam eorum appellationem aliunde deducit *Sam. Bochartus* Phal. Lib. II. Cap. 27. Sanè י initiale, quod eſt *ſervile*, ut Grammatici loquuntur, facilè excidere potuit. Apud Arabas Lexicographos קשן *Kaſchan* regionis, & oppidi nomen eſt.

Medanem] Stephanus *Madienos* & *Madianitas* eumdem eſſe populum cenſet, & οἱ Ἄραβες, inquit, τοῖς δυσὶ τύποις χρῶνται, *Arabes duabus formis utuntur.* Fortè prius nomen מדן & *Medan*, aut *Madan*, ut Græci efferunt, deducendum, unde מדין *midjan*, aut *madjan*, מדיני *madjani.* Propter adfinitatem ſanguinis & nominis, agrorúmque viciniam, facilè confundi potuere.

Midianem] מדין *madian* efferunt Græci, & Veteres. Hujus poſteri celeberrimi omnium *Keturæ* filiorum fuerunt, atque eorum in Sacris Litteris paſſim mentio. *Hieronymus* in locis Heb. *Madian urbs ab uno filiorum Abraham ex Cetura ſic vocata. Eſt autem trans Arabiam* (Petræam nempe) *ad Meridiem in deſerto Saracenorum, contra orientem maris rubri, unde vocantur Madianæi & Madianæa regio.* Ex hac uxorem habuit Moſes, ut oſtendemus ad Exod. XV, 16. quamquam diſſentit *Hieronymus*. *Ptolemæus* duas urbes, *Madiana* & *Modiana* in illo tractu collocat. *Hieronymus*, in ſuperiore loco, *Saracenos* ea loca ſuo tempore occupaſſe docet, quo factum ut Madianitarum nomen exoleverit.

Jisbakum] Hujus vocis, cujus radix apud *Arabas*, *libidinoſum eſſe* ſonat, nulla quidem deprehendere potuimus in Arabia veſtigia. Sed ſi *Cynædocolpitæ* à libidine præpoſterea ita dicti ſunt, ejuſmodi populis nomen *Jisbakitarum* haud malè conveniet.

Suachum] Huic videtur nomen debere oppidum *Soaca*, quod in *Darrorum* regione in Tabulis *Ptolemæi* pingitur, non procul à Madianitide.

3. *Se-*

ſuræi, Letuſæi & Leummæi, 4. filii verò Midianis Hepha, Hepher, Chanochus, Abida, atque Eldaha. Omnes hi filii Keturæ fuerunt. 5. Abrahamus autem Iſaaco omnia ſua dedit, 6. filios verò concubinarum, quæ ei fuerant, ab Iſaaco filio, etiamnum vivens versùs Orientem, in orientalem tractum, muneribus donatos amandavit. 7. Abrahami autem vitæ anni centum ſeptuaginta quinque fuerunt. 8. Deficiens obiit in provecta ſenectute, ſenéxque & *annorum* ſatur ad populos ſuos adgregatus eſt. 9. Sepelierunt eum Iſaacus & Iſmahel filii, in duplice ſpelunca, in agro

lebermi, prævalidâ prole, poſteris ſæculis fuere. Ex Dedane orti ſunt *Aſſuræi*, *Letuſæi* & *Leummæi*, Idumææ aut vicinæ Arabiæ populi. 4. Ad Madianem vero ortum referunt *Hepha*, *Hepher*, *Chanochus* *Abida* & *Eldaha*, unde Madianiticæ tribus prognatæ. Atque hæc fuit Abrahami ex Ketura proſapia. 5. Iſaacum ſolum ille heredem ſcripſit, 6. Concubinarum vero Hagaræ & Keturæ liberos, etiamnum vivens, muneribus donatos in Arabiam, procul ab Iſaaco Saræ filio, ne qua oriretur, poſt mortem ſuam, inter eos rixa, proficiſci juſſit. 7. 8. Annum autem centeſimum ſeptuageſimum quintum cùm adtigiſſet, quæ ſumma fuit eo ſæculo ſenectus, vitæ tandem pertæſus obiit; 9. atque in Mamrenſis monumenti ſpeluncam ab Iſaaco, & Iſmaele, qui in proximo Arabiæ tractu ſedes poſuerat, ejus reliquiæ

3. *Sebam*] שבא Præter duos *Sebas*, alterum filium, alterum nepotem Chuſi, de quibus egimus ad Cap. X, 7. & qui interiora Arabiæ felicis incoluerunt, hic Abrahami nepos in eadem Arabia ſedes habuit, ſed in ejus aditu, non procul à Nabathæis. *Strabo* Lib. XVI. Pag. 536. *πρῶτοι δ᾽ ὑπὲρ τῆς Συρίας Ναβαταῖοι τὴν εὐδαίμονα Ἀραβίαν νέμονται*: *primi ſupra Syriam Nabatæi ac Sabæi felicem Arabiam incolunt.* Ex hac gente fuiſſe eos Sabæos, qui greges Jobi abegerunt, exiſtimat & quidem meritò *Sam. Bochartus*, qui de iis paullo fuſiùs egit Georg Sacr. Lib. IV. Cap. 9.

Dedanem] Fuit alius *Dedan* Regmæ filius, de quo ad Gen. X, 7. Hic ſermo eſt de Dedane conditore urbis Idumææ, de qua Jeremias XXV, 23. XLIX, verſ. 8. & cujus incolæ videntur dici דדנים *Dedanim* Eſ. XXI, 13. Non mirum fratrum alterum in Arabiæ fines, alterum in Idumæam, cùm adeò vicinæ ſint regiones, iviſſe.

Aſſuræi] אשורים aſſchourim. *Aſſuræos* extulimus, ut diſtinguerentur hi ab Aſſyriis, quorum regio trans Euphratem & Tigrin, & qui ab *Aſſure* Semi filio orti erant. Quam regionem hi Aſſuræi incoluerint, ex nullo Scripturæ loco conſtat; ſed ſi ita ſint dicti ab אשר *beatus fuit*, aut Idumææ, aut Arabiæ tractum fertilitate inſignem ab iis occupatum fuiſſe neceſſe eſt. Vide quæ diximus de *Aſſyriorum* nomine ad Cap. X, 22.

Letuſæi & Leummæi] לטושים ולאמים Sunt qui & ſuperius nomen, & hæc duo appellativa eſſe velint. *Onkelos* habet, neſcio quare: *in caſtris*, *in tabernaculis & in inſulis*. Jonathan: *mercatores*, *negotiatores* (אמפורין ſunt ἔμποροι) *& capita populorum.* Jeroſol. ſecundo loco: *artifices*, אומנין *oummanin.* Alii meliùs nomina populorum cenſent, & ad ultimum quidem לאמים alludere videtur nomen *Alumeotarum*, qui populi, ſi *Ptolemæo* credimus, in media Arabia fuerunt.

4. *Hepha*] עיפה quod Γαιφὰ efferebant Veteres, & quod nomen eſſe urbis quidam tradunt. Sunt quidem in Tabula *Ptolemæi Gæa* & *Gæſa*, ſed nuſquam *Gæfa* comparet. *Jonathan* habet חולד *bolad*, quod quid ſit juxta ſcio cum ignariſſimis. Vide Eſ. IX, 6. *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. 2. Cap. 3. ſuſpicatur עיפה *hepha* vel *hipha* eſſe Græcorum ἵππον, quo nomine *pugum* & *montem* in Madianitidis littore deſcribit *Ptolemæus*.

Hepher] עפר, Samariticus אפר LXX. ἀφείρ. *Joſephus* ὀφὶρ videtur extuliſſe, ut *Hieronymus*. De hoc *Joſephus* Lib. I. Cap. 16. *στρατεύσας ἐπὶ τὴν Λιβύην κατέσχεν αὐτήν· καὶ οἱ υἱωνοὶ αὐτοῦ κατοικήσαντες ἐν αὐτῇ τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ ἐκείνου ὀνόματος Ἀφρικὰν προσηγόρευσαν*: *expeditione in Libyam ſuſceptâ, eam tenuit, poſterique ejus regionis incolæ ab ejus nomine Africam appellavere.* Neque primus hoc dixit Joſephus, ut ex ſequentibus ejus verbis liquet: *μαρτυρεῖ δέ μοι τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ λέγων οὕτως*: *conſentit autem ſermoni meo Alexander Polybiſtor, ſic dicens:* Κλεόδημος δέ φησιν ὁ προφήτης (Ægyptius videtur fuiſſe) ὁ καὶ Μάλχος, ὁ ἱστορῶν τὰ περὶ Ἰουδαίων, καθὼς καὶ Μωυσῆς ἱστόρησεν ὁ νομοθέτης αὐτῶν, ὅτι ἐκ τῆς Χατούρας Ἀβράμῳ ἐγένοντο παῖδες ἱκανοί· λέγει δὲ αὐτῶν καὶ τὰ ὀνόματα, ὀνομάζων τρεῖς, Ἀφέραν, Σουρείμ, Ἰαφράν. ἀπὸ Σουρεὶμ μὲν τὴν Ἀσσυρίαν κεκλῆσθαι· ἀπὸ δὲ τῶν δύο Ἄφρα τε καὶ Ἰαφρᾶ, πόλιν τε Ἄφραν, καὶ τὴν χώραν Ἀφρικὰν ὀνομασθῆναι: *Cleodemus ait Propheta, qui & Malchus, & res Judaicas ſcripſit, ut Moyſes eorum legiſlator, ex Chatura Abramo natos eſſe plures filios. Eorum autem nomina profert, tres appellans, Apheram, Surim, Japhram; & à Surim quidem Aſſyrios eſſe vocatos, à duobus verò aliis, Aphra & Japhero, urbem Aphram, & regionem Africam dictam.* Quàm falſa eſt conjectura Cleodemi, de Aſſyriæ nomine; tam falſa videtur Etymologia vocis Africæ, de qua conſulendus *Sam. Bochartus* Chanahan. Lib. I. Cap. 25. Interea *Cleodemi* verba, ob qualemcumque cum Moſe, quem non videtur legiſſe, conſenſum, notatu digna ſunt.

5. *Omnia ſua dedit*] Hoc eſt, heredem ita conſtituit omnium ſuorum, ut reliquis filiis ex Concubinis ſuſceptis munera dumtaxat modica daret, ut ex ſequentibus liquet. Hæc autem bonorum partitio videtur ex patrisfamilias pependiſſe arbitrio, nam Jacobus filios, ex duabus Concubinis ſuſceptos, Leæ & Rachelæ æquavit filiis, quod eodem etiam jure facere potuiſſet Abrahamus. Jura Rabbinorum recentiora tradidit *J. Seldenus*, de ſucceſſ. in *bona def.* Cap. III. In Samaritico Codice, poſt vocem יצחק additur בנו *bno* filio ſuo, ut LXX. habent τῷ υἱῷ αὐτοῦ.

6. *Concubinarum*] Hoc eſt, Hagaræ & Keturæ,

Digitized by Google

agro Hephronis filii Tſocharis Chitthæi, qui eſt ad Mamren. 10. In eo ipſo agro, quem emerat à filiis Chethi, Abrahamus & Sara ſepulti ſunt. 11. Poſt mortem Abrahami, Iſaaco benedixit Deus, iſque ad puteum Viventis Viſionis conſederat.

12. Hæc autem Iſmahelis, filii Abrahami, quem ei Hagara Ægyptia, ancilla Saræ,

quiæ illatæ, 10. juxta Saræ oſſa poſitæ ſunt. 11. Iſaaco autem, poſt Abrahami patris interitum, benefacere, ut cœperat, perrexit Deus; & illis quidem temporibus, Iſaacus ad puteum Viventis Viſionis, ad quem Hagaræ apparuerat Angelus, tendebat, diuque circa eadem loca verſatus eſt.

12. 18. Iſmaeli interea fratri, quem ex Hagara Ægyptia ſuſceperat Abrahamus, multos liberos dedit

ræ, quarum poſteriorem quare juſtæ uxoris loco non habuerit, non ſatis liquet. Fortè ſerva ſuit, quam Saræ æquare noluit.

Versùs orientem, in orientalem tractum] Adduntur voci קדמה kdemah *in orientem*, voces אל ארץ קדם al erets kedem, *in orientalem tractum*, non merâ repetitione Hebræis frequentiſſimâ, ſed quia is tractus, quem incoluere Keturæ filii & Iſmaëlitæ, καθ' ἐξοχὴν קדם kedem *oriens* dici ſolet, ut & reliqua Arabia. Vide Cap. X, 30. Jud. VI, 3. 1 Reg. IV, 30. Job. I, 3. Eſa. XI, 14. Jerem. XLIX, 28. Hinc iidem populi poſtea שרקין *ſcharkiin* Arabicè, hoc eſt, *orientales* dicti, qui vulgò Saraceni dicuntur. De hiſce *Joſephus* Ant. Lib. I. Cap. 15. Τούτοις ἅπασι τοῖς παισὶ, καὶ τοῖς υἱωνοῖς Ἄβραμος ἀποικιῶν στόλους μηχανᾶται, καὶ τήν τε Τρωγλοδῦτιν καταλαμβάνουσι, καὶ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ὅσον ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν καθήκει: *hiſce omnibus filiis & nepotibus Abrahamus colonias deducere ſuadet, & Troglodyticam quidem occupant, & felicis Arabiæ quidquid ad rubrum mare pertinet.* Hos antea *Joſephus* docet non modò fuiſſe ἄνδρας τοὺς πόνους καρτερικοὺς *laborum tolerantes*, ſed etiam δεινοὺς συνιέναι *acuti ingenii*; unde & eorum laudatur ſapientia 1 Reg. IV, 30. Indidem etiam Magi Chriſtum adoraturi venerunt. Vide Intt. ad Matt. II, 1.

7. *Vitæ anni*, &c.] *Dies annorum vitæ Abrahami, quibus vixit, centum anni, & ſeptuaginta anni, & quinque anni.* Voces *dies* & *anni* paſſim in annorum ſupputatione παρέλκουσι.

8. *Deficiens obiit* ויגוע וימת *vajigvah vajamoth.* Vulgatum Int. ſequuti ſumus, cui LXX. Intt. præiverant, habent enim ἐκλείπων ἀπέθανε. Volunt nonnulli vocem גוע *gavah* non obitum quemvis, ſed celerem ac placidum ſignificare, ſine longo morbo & ſine gravi moleſtia. Sed in hiſtoria diluvii, ubi violentâ morte omnes interiere, bis adhibetur. Cap. VI, 17. VII, 22. Itaque malim ſimpliciter *exſpirare*, *deficere* interpretari. *Hieronymus* in Traditionibus Heb. malè LXX. Intt. reprehendit, quòd habeant ἐκλείπων, *quia*, inquit, *non convenit Abrahæ deficere & minui.* Quidni? Dum ille ſuam Anagogen venatur intempeſtivè certè, ſi uſquam alibi, Moſem ipſum caſtigat, quem ſequuti ſunt Græci Interpretes.

In provecta ſenectute] Vide not. ad Cap. XV, 15.

Annorum ſatur] שבע *ſchabeah*, ſatur, ſubintelligitur שנים *annorum*, aut ימים jamim, *dierum*, quod exprimitur Gen. XXXV, 29. ubi eodem modo mors Iſaaci deſcribitur. Imò in Samariticis Codd. plenè legitur שבע ימים *ſchabeah jamim*, quod in ſuo Codice aut legerunt, aut legendum cenſuerunt LXX. Intt. qui habent: πλήρης ἡμερῶν, *plenus dierum*, ut & Vulg. Putidè in Trad. Hebr. *Hieronymus*: *Quod cùm ſenſum videntur exponere, eo quòd luce & diei operibus plenus occubuerit, tamen magis ad Anagogem facit, ſi ſimpliciter ponatur plenus.* Anagogicus iſte neſcio quis ſenſus grammaticum prorſus evertit, præ quo omnia Anagoges ſomnia ne pili quidem facienda. Videtur ea phraſis de iis tantùm adhiberi, qui uſque adeò provectam attigere ætatem, ut jam vitæ pertæſis mors veniret exſpectata. Metaphora ducta eſt à convivis, qui poſtquàm diu menſæ adſederunt, & ſatis ſupérque comederunt, libenter ſurgunt; quali uſus eſt *Lucretius* Lib. III.

Cur non, ut plenus vitæ conviva, recedis?

Paullò poſt:

Et nec opinanti mors ad caput adſtitit ante,
Quàm ſatur, ac plenus poſſis diſcedere rerum.

Quod imitatus *Horatius* Lib. I. Sat. I.

Ad populos ſuos] Vide not. ad Cap. XV, 15. In Samaritico eſt עמו *hammo*, & LXX. Intt. τὸν λαὸν αὐτοῦ, ſingulari numero, ut & commate 17. Idem eſt ſenſus.

9. *Iſaacus & Iſmahel*] Filiorum primogeniti, atque aut cum eo, aut in vicinia degentes. Nam Iſmahel, qui in deſerto Pharan vagabatur, non multùm hinc aberat.

Duplice ſpelunca] מערת המכפלה mharath hammachphelah, *in ſpelunca duplicitatis.* Alii *Macpelam* nomen proprium eſſe volunt. Nos LXX. Intt. & Vulgat. ſequuti ſumus. Vide ad Cap. XXIII, 9.

Ad Mamren] *Ad faciem Mamre*, hoc eſt, non procul ab ea urbe. Vide Cap. XXV, 18.

10. *In eo ipſo agro*] *Ager ille quem emit Abraham — ibi ſepultus eſt*, &c.

11. *Ad puteum Viventis*, &c.] Vide not. ad Cap. XVI, 14.

12. *Ei Hagara*] *Abrahamo*: nomen loco pronominis, ut paſſim.

Progenies fuit] Hæ generationes תולדות *tholedoth.*

13. *Hæc nomina filiorum*] Idem eſt ſuperioris commatis ſenſus; *Hæ generationes*, &c.

Natalibus] *Generationibus ſuis* לתולדותם *ltholedotham.* Ordo naſcendi ſignificari videtur. Vide ad Exod. XXVIII, 10.

14. *Nebajoth*] Hîc partem Arabiæ Petrææ incoluit, in qua præclari alebantur arietes, ut docet Eſaias LX, 7. Hinc celebres etiam apud Ethnicos *Nabathæi*, de quibus ſat teſtimoniorum ſuppeditabunt Lexica Geographica. Pauca hîc proferemus. *Hieronymus in tradit. Heb. Primogenitus fuit Nabajoth, à quo omnis regio ab Euphrate, uſque ad mare rubrum, Nabatena uſque hodie dicitur, quæ pars Arabiæ eſt.* Non videtur tamen ideò dicta *Nabatena*, quòd ſoli in ea vagarentur Nabathæi, ſed quia nobiliſſimi Ara-

ræ, pepererat, progenies *fuit*; 13. hæc nomina filiorum Iſmahelis, pro appellationibus, natalibúſque eorum. Primogenitus Iſmaëlis Nebajoth, tum Kedar, Adbeel, Mibſamus, 14. Miſma, Duma, Maſa, 15. Chadar, Thema, Jetur, Naphis & Kedma. 16. Hi filii Iſmaëlis, hæc eorum nomina, pro vicis, caſtelliſque ſuis; duo-

dit Deus: quorum recenſebimus nomina, cùm ex tis prognatæ Tribus Arabiarum Petrææ & Deſertæ partem non ſpernendam etiamnum hodie teneant. Primogenitus ergo fuit *Nebajothus*, quem naſcendi, ôrdine ſequuti ſunt *Kedar*, *Adbeel*, *Mibſamus*, 14. *Miſma*, *Duma*, *Maſa*, 15. *Chadar*, *Thema*, *Jetur*, *Naphis* & *Kedma*. 16. Hi duodecim fuere Arabum Iſmaëlitarum Phylarchi, a quibus omnes qua-

Arabùm, in iis locis, erant. *Eratoſthenes*, apud *Strabonem* Lib. XVII. poſtquàm deſcripſit longitudinem Arabiæ ſtadiorum ceIɔɔ Iɔc à ſinu Arabicu ad Petram Nabathæam, atque illinc in Babyloniam, in ea non tantum *Nabathæos*, ſed & *Chaulothæos* & *Agræos* collocat. Sic & *Dionyſias* Periegetes verſ. 955. Nabathæorum metropolis fuit *Petra*, quam deſcribit *Strabo* Lib. XVI. quæ quamquam ab aliis Babyloniæ, ab aliis Ægypto vicinior ſtatuitur, attamen conſentientibus ſuffragiis in Arabia Petræa collocatur. Sed quia Nabathæorum nonnulli, propter viciniam, felicis Arabiæ montana transgreſſi in ea ſedes poſuerant; perperam alii eorum patriam veterem in felice Arabia quæſierunt, inter quos *Stephanus Byzantius*, & qui Oxonii Joſephum edere aggreſſi, ante aliquot annos, erant. Ceterùm digniſſima lectu eſt deſcriptio morum horum Nabathæorum, quæ à *Diodoro* traditur Biblioth. Lib. XIX. nec lucem dubiam adfert iis quæ de Arabibus habet Jeremias Capite XLIX, 28. *& ſeqq.*

Kedar] Hic quoque celeberrimam tribum Arabicam, capratum & camelorum gregibus ditiſſimam, condidit; quæ videtur ſæpe pro omni Petræa Arabia ſumi. Vide Pſal. CXX, 5. Cant. I, 5. Eſai. XXI, 16, 17. XLII, 11. LX, 7. Jer. XLIX, verſ. 28. Hos *Cedreos* vocat *Plinius* Lib. V. C. 11 Mirum eſt, contrà Codd. & Intt. conſenſum, à Samaritis קדד *kedad* vocari. Eorum mores poterunt ex locis citatis cognoſci.

Adbeel] ארבאל Samaritanus Codex habet ארבל, more Arabico extrito א, *Adbal*. ארבאל *adbeel* Θεοδίδακτος ſonat, apud Arabas, nam ארב adaba *inſtituere* eſt. Si eſſet exponendum, cum *Philone*, *ſerviens Deo*, oporteret ſcriptum eſſe עבדאל *habdel*, & nomen eſt Arabibus frequentiſſimum עבדאלה *Habdalla*.

14. *Duma*] *Stephanus* Δούμαθα urbem fuiſſe Arabiæ *ex Glauci originibus Arabicis* docet, éſtque urbs ejus nominis apud *Ptolemæum*, in Arabia deſerta. Apud Geographos Arabas, circa eadem loca, antiqua urbs דומה אלגנדל *daumatoljandal* celebratur.

Maſa] Hic fortè conditor fuit *Maſanorum* Gentis, cujus in Arabia deſerta meminit *Ptolemæus*. Fuit & ad eamdem Arabiam *Meſanites*, aut *Maiſanites* ſinus, de quo, præter Ptolemæum, *Stephanus* ex *Marciano Heracleota* meminit. Poſſet fortè & huc trahi Μαχαρὴ urbs prope Scenitas Arabas, cujus meminerat *Quadratus* Lib. VIII. *Parthicorum*, ſi *Stephano* credimus.

15. *Chadar*] חדר *hhadar*. In Codice Samaritico legitur חדד hhadad, quemadmodum & in noſtris Codd. 1 Paral. I, 30. Sic & Arabes Intt. At *Hieronymus* hîc habet *Hador*, 1 Par. Hodad. Hîc LXX. Intt. χεδδὰν, at 1 Par. MS. Alexandrinum habet χοδδὰδ. Sic & alii Codd. & Intt. variant. Videtur tamen lectio τῶν παραλειπομένων præferenda, vel quia cum Samaritico conſentit Codice. Sunt qui credant hinc ortas Arabum tribus אד *ad*, aut אדד vel הדאד *hadad*, de quibus vide *Edward. Pocockium* initio *Specim. Hiſt. Arabum*. Fuit & in Palmyreno agro urbs Ἄδαδα, & Reges Damaſceni ſunt בן הדד *ben hadad*, filii Adad dicti. In quibus omnibus ſi non ſint veſtigia nominis hujuſce Iſmaëlis filii, fortaſſe in aliquo ſaltem ſervata eſt, inter Arabas, antiquiſſimi Phylarchi memoria.

Thema] *Ptolemæus* in Arabia deſerta oppidum habet *Themma*, versùs Chaldæos montes. Eſt etiam apud Arabas tribus תים *thim*, & oppidum Damaſco tridui itinere diſſitum *Thima*. Horum meminit Jobus VI, 19. *Declinabunt eorum Synodiæ è via ſua, & adſcendent in deſertum; reſpiciebant Synodias Thema*, & *exſpectabant Synodias Seba*. Reſpicit Scriptor Sacer morem Orientalium, qui per *Caravannas*, ut nunc loquuntur, commercia exercebant, quem obſervavimus ad Cap. XXXVII, 25. Themæorum mentio etiam apud Eſ. XXI, 14. & Jerem. XXV, 23. ubi inter Arabiæ deſertæ incolas recenſentur.

Jetur] Hic nomen dedit Tribui, quam *Rubenitæ*, *Gaditæ*, & dimidia *Manaſſæ* poſterorum pars ſedibus ſuis expulerunt. 1 Paral. V, 19. Trachonitidis vicini erant, aut partem ejus incolebant, unde Ituræa & Thrachonitis confunduntur. *Hieronymus*, in *Nom. locorum Hebr.* ITURÆA & *Trachonitis regio*, *cujus Tetrarcha fuit Philippus*, *ſicut in Euangeliis legimus*; *Trachonitis autem dicitur Terra*, *juxta Arabiæ deſertum*, *quod Boſræ jungitur*. Celeberrimi ſunt, apud Græcos & Latinos, *Ituræi* ſagittarii. Hos Cicero *Philippica* II, 44. *omnium gentium maximè barbaros* ab Antonio *in forum deductos* queritur, *circumſeſſúmque* Senatum ab iiſdem, eodem jubente, ait Ibid. Cap. 8.

Naphis] Tribùs hujus nominis etiam meminit Scriptor 1 Paral. V, 19. Nuſquam aliàs, niſi in hac Genealogia, nomen occurrit, nec apud Veteres ulla ejus clara mentio. Fortè tamen *Stephanus*, qui *Glauci Arabicas Origines* excerpſerat, hunc intellexerat, in voce ΝΑΠΙΣ, de qua hæc habet: κώμη Σκυθίας, ὁ οἰκήτωρ Ναπάτης, ἢ Ναπίτης τῆς κώμης, ὡς Ναπίτης ἐθνικόν: *pagus Scythiæ* (forte legendum Συρίας *Syriæ*) *incola pagi Napates aut Napites*, *Gentile Napitæ*. Nuſquam certè ulla *Napitarum* Scytharum occurrit mentio, niſi apud *Suidam*, qui duo priora verba *Stephani* exſcripſit. Apud Arabas נפש *aaphaſcha* dicitur *de camelis qui noctu ſine paſtore paſtum eunt*.

Kedma] *Cademam* Arabes Geographi ad fi-

 num

duodecim fuerunt Phylarchi. 17· Hi verò anni vitæ Iſmahelis, centum triginta ſeptem anni, *quibus exactis* deficiens obiit, & ad populos ſuos adgregatus eſt. 18· Habitarunt *ejus filii* à Chavila ad Surem, qui eſt è regione Ægypti, quà in Aſſyriam itur; in conſpectu omnium fratrum ſuorum, cecidit *ei ſors habitationis.*

19· Hæc

quaquaverſum per pagos, & caſtella Arabiæ ſparſi originem ducunt. 17· Iſmael ipſe patris, & fratris Iſaaci ſenectutem non adtigit; ſed venandi ſtudio, & duriore vitæ genere citiùs abſumtus, poſt centeſimum trigeſimum ſeptimum vitæ annum, fato functus eſt. 18· Ejus verò poſteri longum terrarum in Arabia tractum, à Suris deſerto Ægypti vicino, ad Chaulothæorum uſque agros, quà Aſſyriam ex Chanum Meſanitem collocant, ſi iis credimus qui *Joſephum* Oxonii edere erant adgreſſi. Hunc quoque deſerti *Kedemoth*, de quo Deut. II, 26. conditorem ſuſpicantur. Vide not. ad ſeq. verſ.

16. *Pro vicis*] בחצריהם, *bhhatſerehem.* Samariticus habet בחצרותם *bhhatſrotham*, fœminino genere. Vici hîc intelligendi non quales in aliis regionibus ſunt, ubi domuum lapidearum, lignearum, aut lutearum collectione conſtant: ſed quales ſunt plerique Arabum, hoc eſt, tentoriorum in loco quopiam collocatorum, numeros, pro familiis, major aut minor. Sic enim habitabant plerique Arabes, unde à Jerem. XLIX, 31. ita deſcribuntur: *Gens tranquillè, ſecurè habitans, non fores illi, non vectis, ſoli ſub tentoriis agunt.* Diodorus de *Nabathæis* Lib. XIX. ἔχουσι τοίνυν τ̃ βίον ὑπαίθριον, πατρίδα καλοῦντες τ̃ ἀοίκητον &c. νόμος δέ ἐστιν αὐτοῖς μήτε σῖτον σπείρειν, μήτε φυτεύειν, μηδὲν φυτὸν καρποφόρον, μήτε οἴνῳ χρῆσθαι, μήτε οἰκίαν κατασκευάζειν: *vitam degunt ſub dio, patriam vocantes ſolitudinem*, &c. *Lex apud illos eſt, nec fruges ſerere, nec ſtirpem fructiferam plantare, nec vino uti, nec conſtruere domum.* Fuere tamen & quidam Arabes in urbibus, & pagis; ut vidimus ad Cap. XVI, 12. Notiſſima fuit Petra Arabiæ Petrææ metropolis. Meminit & urbis חצור *Chatſor* Jeremias Capit. XLIX, 30, 33.

Caſtelliſque ſuis] ובטירותם *oubtirotham.* Aliquoties hæc vox adhibetur, ubi de Arabibus ſermo eſt, ut Num. XXXI, 10. Ezek. XXV, 4. Videtur ſignificare ſparſa hîc illic per ſolitudines caſtella, à radice Arabica ציר *tſajara*, aut צער *tſaara*, *ſparſus, diviſus, amandatus fuit.*

Phylarchi] נשיאם לאמותם *nſchiim lummotham, principes populorum ſuorum.* Uſi ſumus unâ voce Græca, quam uſurpant Veteres, ubi de Arabum Principibus ſermo eſt. Sæpe occurrit apud *Strabonem* Lib. XVI. *Phylarchum* Arabum eum appellant *Plutarchus* & *Appianus*, qui M. Craſſum fefellit. *Phylarchum Cicero* Latinè ſcribens vocat *Jamblichum* Arabem Pop. Romani amicum Ep. ad Fam. Lib. XV. Ep. I. Erant, nimirum, Arabes in Tribus diviſi, quarum unaquæque Principem ſuum habuit, cui vectigal à mercatoribus ea loca adeuntibus ſolvendum fuit. Ad Euphratem varii utrimque fuere, ὧν δυναστείαν ἕκαστος ἰδίᾳ παραβεβλημένος ἴδιον καὶ τελώνιον εἶχε: *quorum ſuum quiſque dominium tenentes, ſuum etiam ſinguli vectigal habebant*, ut docet *Strabo* Lib. XVI. Pag. 515. *Ed. Genev. Melo*, apud *Euſebium* Præp. Euang. Lib. IX. Cap. 19. narrat Abrahamum ἐκ τ̃ Αἰγυπτίας θεραπαίνης γεννῆσαι υἱοὺς δώδεκα (unum debuit dicere, ex quo duodecim prognati ſunt) οὓς δὴ εἰς Ἀραβίαν ἀπαλλαγέντας διελέσθαι τὴν χώραν καὶ πρώτους βασιλεῦσαι τ̃ ἐγχωρίων· ὅθεν ἕως καθ' ἡμᾶς δώδεκα εἶναι βασιλεῖς Ἀράβων ὁμωνύμους ἐκείνοις, *ex Ægyptia ſerva filios duodecim genuiſſe, qui in Arabiam profecti inter ſe diviſerint regionem, & primi incolis imperaverint, ex quo factum eſt ut reges Arabum duodecim primis illis cognomines ad noſtra uſque tempora ſint.* Etiamnum hodie ſub Phylarchis vivunt, ut teſtis eſt αὐτόπτης *Thevenotius* in Itiner. Part. 1. Lib. 2. Cap. 32. ubi Arabum mores deſcribit. Eſt unicuique Tribui ſuus שיח אלכביר *ſcheibh-elchebir*, hoc eſt, *ſenior magnus*; qui *Scheichos* habet ſub ſe minores, ſingulis familiis præfectos. Sic etiam medio ævo, *Hieronymi* ætate, fuere diviſi: *Nam & familiæ eorum*, inquit in Quæſt. Heb. *oppidaque & pagi ac munita caſtella, & tribus eorum hac appellatione celebrantur ab unoquoque ex his. Cedar, qui in deſerto, & Duma alia regio, & Theman ad Auſtrum, & Cedma ad Orientalem plagam dicitur.*

17. *Deficiens obiit*] *Et defecit & obiit.* Vid. not. ad verſ. 8.

Ad populos ſuos adgregatus eſt] Vide not. ad XV, 15. & quæ diximus ad verſ. 8. hujus Capitis.

18. *A Chavila*] Hic eſt terminus ſeptemtrionalis Arabiæ, quam Iſmahelitæ incoluerunt, non procul à Libano monte. Vid. not. ad Cap. II, 11.

Ad Surem] Sequentia verba oſtendunt de deſerto *Suris*, quod ad Ægyptum porrigitur, agi; ideóque hic eſt Iſmahelitarum meridianus terminus. Hoc pacto Iſmahelitæ fines habuerunt in conſpectu omnium ſuorum fratrum, ut oſtendimus ad Cap. XVI, 12.

Quà in Aſſyriam itur] Prout hæc verba cum prioribus, aut poſterioribus commatis verbis conjunguntur, ſenſum diverſum fundunt. Si cum poſterioribus, Moſes ab Meridie in Septemtrionem regredietur, dicétque Iſmahelitarum fines à deſerto Suris in Septemtrionem porrigi, quà in Aſſyriam itur, hoc eſt, versùs ſuperiorem Euphratis partem, ad ortum Palmyrenarum ſolitudinum; hæc enim eſt via commodiſſima petendæ Aſſyriæ, ex iis locis. Si cum prioribus, erit verborum trajectio, qualis eſt à nobis obſervata ad Cap. XIII, 10. & hoc ordine verba eſſent conſtituenda: *habitarunt ejus filii à Chavila, quà in Aſſyriam itur, ad Surem, qui eſt è regione Ægypti.* Verùm quocumque modo hæc diſponantur verba, hinc liquet non fuiſſe *Hhavilam*, ut putabat *Sam. Bochartus*, ad oſtia Euphratis, in Arabiæ felicis aditu; illac enim adiri non poteſt Aſſyria ex Ægypto aut Judæa, ſed Chaldæa aut Perſis, niſi viam quis vellet duplò longiorem & periculoſiorem, per deſertam Arabiam, conficere. Contra Hhavilam in eo loco collocata, ubi eam poſuimus, Aſſyriam

19. Hæc verò Iſaaci, Abrahami filii, progenies fuit. Abrahamus Iſaacum genuit, 20. Iſaacus verò quando Rebekkam filiam Bethuelis Syri, ex Meſopotamia, ſororem Labanis Syri, uxorem duxit, quadraginta annos natus erat. 21. Sterilis ea cùm eſſet, pro uxore ſua Jehovam oravit Iſaacus, & Jehovâ exorato, concepit Re-

Chananæa petentibus tranſeundum eſt, porrectum, inter reliquorum Abrahamidarum fines, occuparunt, atque hodie habent.

19. 20. Ad Iſaacum verò quod adtinet, Abrahami heredem, is quidem Rebeccam, Bethuelis Syri filiam, uxorem quadraginta annos natus duxerat; 21. ſed ea, per viginti annos, nullam ei prolem pepererat. Tandem tamen eorum precibus exoratus Deus,

ſyriam petentibus ex Ægypto, aut Chananæa peragrari debuit, quod oculi in Tabulas conjecti illico docebunt. Vide not. ad Cap. II, 11. Poſſet tamen, ne quid diſſimulem, hîc fortè אשור *Aſchour* pars eſſe Arabiæ, quam Dedanis poſteri qui verſ. 3. *Aſchurim* dicuntur, tenebant. Verùm nuſquam alibi horum *Aſſyriorum* mentio fit, nec אשור ullo in loco Scripturæ alios ſignat populos, præter eos qui ad Septemtrionem Babyloniæ erant. Præterea oſtendimus hoſce Iſmahelis poſteros, ut vel ex Ituræis liquet, eas Arabiæ tenuiſſe oras, ut ex Ægypto vel Chananæa Aſſyriam petentibus peragrandi eorum eſſent agri.

In conſpectu omnium, &c.] Vide not. ad Cap. XVI, verſ. 12.

Cecidit, &c.] נפל *naphal, cecidit*, quod rectè vertiſſe videntur οἱ LXX. κατῴκησεν. Sic & *Onkelos:* שרא ſehra *habitavit.* Quia inter eos, qui coloni aliquem in locum mittebantur, ſæpe ſorte dividebatur ager: ideò etiam, ubi nihil ſimile factum, *cecidiſſe* ſorte ea loca iis dicuntur qui ea poſſident. Prius ex Joſua manifeſtum eſt; poſterius ex Pſal. XVI, 6. ubi David hereditatem à parentibus acceptam, ita ſibi obveniſſe deſcribit. *Funes ceciderunt mihi in amœnis locis.* Sortes autem *cadere* aut *exire* dicuntur, quia videntur in vas quodpiam conjectæ, ex quo agitato *egrediebantur*, atque in humum *cadebant.* Prov. XVI, 33. *In ſinum* (vaſis) *conjicitur ſors, ſed ab Jehova omne ejus judicium.* Sic & ſolebant Græcorum antiquiſſimi, ut ex *Homero* aliiſque liquet, ut oſtendemus ubi locus poſtulabit. Non videtur quidem ſorte Iſmahel ea loca cepiſſe, ſed tralaticio ſenſu prædia ei *cecidiſſe* dicuntur ad quem deveniunt, quocumque modo hoc fiat. *Hieronymus* vertit hîc *obiit*, aliſque eum ſequuti; ſed cùm vox נפל *naphal* non ſoleat, niſi de iis qui præmaturâ aut violentâ morte occidunt, uſurpari, melior viſa eſt prior interpretatio, quandoquidem Iſmahelem ita obiiſſe non conſtat. Præterea non poteſt dici *occidiſſe coram omnibus fratribus ſuis*, qui in diverſas oras erant amandati; & meliùs cum proximè antecedentibus cohæret noſtra interpretatio.

19. *Progenies*] *Generationes* תולדות *tholedoth.* Non ſtatim quidem ſubduntur nomina filiorum Iſaaci, ſed poſtea proferentur. Vide not. ad Cap. II, 4.

20. *Iſaacus verò*, &c.] Hîc Moſes, ut Capite XII, 1. ad præterita tempora regreditur; nam triginta quinque annis, ante narratam Abrahami mortem, verſ. 8. uxorem duxit Iſaacus, & viginti annis poſt conjugium liberos habuit. Mortuus eſt Abrahamus anno ætatis 175. centum verò annos nato in lucem editus eſt Iſaacus, cujus quadrageſimus annus in patris 140. ſexageſimus in 160. incidit. Graviter igitur erravit *Joſephus*, qui ſeriem ſolam narrationis adtendens ita Lib. 1. Cap. 18. hanc orditur hiſtoriam: Ἰσάκῳ δὲ μετὰ τὴν Ἀβράμου τελευτὴν κύει τὸ γύναιον: *Iſaaco poſt Abrami mortem gravida facta eſt uxor.* Qui error ferè manifeſtior eſt, quàm ut eum indicare neceſſe fuiſſet; niſi multùm ad harum hiſtoriarum, intellectum faceret, ordinem temporum non ſemper ſervari meminiſſe. Vide not. ad Capp. XX, 1. XXXVIII, 1.

20. *Syri*] ארמי *Arammi.* Propriè dicendus fuiſſet Meſopotamiæ incola, ſed *Syri* vocabulum æquè laxè ac *Aram* hîc & alibi uſurpamus, more Veterum, de quo *Joan. Seldenum*, in Proleg. libelli *de Diis Syris*, lege.

Ex Meſopotamia] *Ex Phaddan Aram*, ut intelligeret Lector ad quod Syrorum genus pertineret Bethuel. Meſopotamia in duas partes dividebatur, quarum quæ ad Auſtrum, ſterilis & arenoſa eſt; altera verò ad Septemtrionem, ultra Charras, fertiliſſima, agriſque & paſcuis plena. Hæc ab Hebræis שדה ארם *ſchede Aram*, ut Oſe. XII, 13. & פדן ארם *Phaddam Aram* ut hîc, dicitur, quia שדה & פדן idem ſunt, & *agrum ſativum* alterum Hebræis, alterum Arabibus ſonat. Qua de re, lege *Sam. Bochartum* Phal. Lib. II. Cap. 6. Sunt tamen qui aliunde hoc nomen deducant. In Syriaco Lexico *Barbahluli*, quod laudat *Edward. Pocockius*, vir doctiſſimus, ad Hoſeæ Cap. XII. dicitur *Phadan Aram*, *nomen eſſe oppidi vel pagi.* Similiter in Geographico Dictionario *Saphoaddini*, Phadan eſt *pagus tractûs Charranis Meſopotamiæ.* Meminit & *collis Phadan*, qui eſt etiam in agro Charrenſi, nomenque ab eo pago traxit. Sed fieri poteſt ut nomen totius Meſopotamiæ ſeptemtrionalis ei pago adhæſerit, quod etiam credibilius quàm ab eo pago regionem nomen duxiſſe; quia regionis ſæpe, pagi nuſquam meminit Scriptura.

21. *Jehovâ exorato*] *Et exoratus eſt ei.* Idem verbum עתר *hathar*, in *Kal* eſt *orare*, in *Niphal* exorari. Vide Eſai. XIX, 22.

Rebecca] Additur אשתו *uxor ſua*, quod cùm in hoc eodem commate jam legatur, repetendum non eſſe duximus, Hebraico more Latinis ignoto.

22. *Sed in ejus utero confligantibus*] *Collidebant ſe filii in medio ejus*, vel *in viſceribus ejus.* Infantes omnes, circa quintum menſem, in utero materno moveri incipiunt; alii tamen aliis, prout vegetiores ſunt aut infirmiores, vehementiùs aut debiliùs. Credibile eſt hoſce gemellos præter morem ſe commoviſſe, ut grave incommodum Rebeccæ crearent. רצץ *ratſats* propriè eſt *concutere*, ſed ex ſequentibus conjugationem *Hithpael* mutuam colliſionem, ac veluti conflictationem ſignificare liquet. Nec ſane *concuti* poterant, quin collideruntur. LXX.

Rebekka. 22. Sed in ejus utero confliĉtantibus filiis, ſi ita eſt, inquit, quare ego *concepi?* ivitque conſultum Jehovam. 23. Reſpondit autem ei Jehova : duæ gentes ſunt in utero tuo , duóque populi è viſceribus tuis *egreſſi* dividentur, quorum alter

Deus, ſpem ſobolis, gravidâ factâ Rebeccâ, fecit. 21. Verùm in utero ſuo fœtum præter modum commoveri, paucis pòſt menſibus, ſenſit; quo incommodo ægram, quam ſummopere cupierat, conceptionis pœnitere cœpit, cupidóque conſulendi ea de re oraculi divini invaſit. 24. Conſultus Deus, gemellos duorum populorum conditores eam utero gerere, qui populi de imperio olim eſſent certaturi, hoc exitu , ut ex minore natu oriundus alteri eſſet imperaturus, reſpondit. 24. 25. Legitimo tempore

Intt. ἐσκίρτων *exſiliebant* verterunt, quod eſt hoc in negotio proprium. Vide Luc. I, 44.

Si ita eſt, inquit, &c.] Motu , nimirum, fœtuum inuſitato territa vitæ timebat.

Quare ego concepi?] למה זה אנכי lamah zeh anochi , *quare hoc ego*, aut *quare ego* ? Nihil commodius ſubaudiri poſſe videtur, quàm verbum הריתי harithi *concepi*, ut Vulg. qui habet: *quid neceſſe fuit concipere?*

Ivitque conſultum Jehovam] Si nos docuiſſet Moſes, quâ ratione tunc conſuleretur Deus, & quo pacto reſponderet, multo labore Interpretes ſuos levaſſet. Cùm verba Scriptorum debeant intelligi, pro eorum ævo , niſi moneant ipſi aliam eorum eſſe ſententiam ; hìc *ire conſultum Jehovam* exponendum eo modo videtur, quo intelligebatur Moſis tempore. Ejus autem tempore , *ire conſultum Jehovam* dicebantur, qui Prophetam Jehovæ adibant , aut qui ab ipſo Deo, ſi Prophetæ eſſent ipſi, rei cujuſpiam eventum ſciſcitabantur. Quamquam enim hæc phraſis, hoc ipſo ſenſu in Pentateucho fortè non legitur, haud raò occurrit in aliis libris Hiſtoricis; & duobus tantùm illis modis *conſultum* iis temporibus *Deum*, ex Moſaïca Hiſtoria liquet. Cùm ergo Rebekka non videatur Prophetis fuiſſe, ut ipſa Deum conſuleret , videtur ad Prophetam iviſſe, qui Deum percunctaretur. Atque hoc propriè ſonat loquutio *ire conſultum*. Sic Exod. XVIII, 15. quamquam ibi fortè de eventu futuro ſermo non eſt, ſed de lege, *populus*, ait Moſes, *ad me venit* לדרש אלהים lidroſch elohim *ad conſulendum Deum*, hoc eſt, ad me venit, ut per me cognoſcat Dei voluntatem. 1 Reg. XIV, 5. uxor Jeroboami ad Achiam Prophetam *venit ad ſciſcitandum*, quid filio ſuo ægro futurum eſſet. Vide & eumdem Lib. Cap. XXII, verſ. 7 & 8. Reg. XXII, 18. ita loquitur Hulda: *Regi Judæ, qui vos mittit ad conſulendum Jehovam, ſic dicetis*, &c. Sed nullus eſt inſignior hanc in rem locus, quàm verba quæ leguntur 1 Sam. IX, 9. *Antea in Iſraële ſic quiſque dicebat, cùm iret conſultum Deum* (כלכתו לדרש אלהים) *venite, eamus ad Videntem.*

Quæ cùm ita ſint, credibile eſt, ut diximus, Rebeccam ad Prophetam Jehovæ iſſe, ſed quis fuerit ille indicare, ſilente Moſe, quis auſit? *Jonathan*, quem & alii ſequuntur Rabbini, *Semum* fuiſſe vult : לבית מדרשא דשם רבא *ad ſcholam Semi magni ivit*. Sic & Jeroſol. Alii ad alios, prout cuique viſum , confugiunt Patriarchas. Semum eumdem ac *Melchiſedekum* fuiſſe vix crediderim , quamvis hanc opinionem Paraphraſtæ Chaldæi laudati ſequuti ſint: qui ſi pro Semo *Melchiſedekum* hìc haberent, ab eorum conjectura alienus non eſſem. Abſimile certè vero non eſt Sacerdotem publicum *Dei Altiſſimi*, qui idem eſt quem Abrahamus ejúſque poſteri coluere, Deum in gratiam eorum qui eum adibant, Prophetarum poſteriorum more, conſuluiſſe. Nec abſonum videbitur eum à Rebecca propterea conventum , ſi ei decimas prædæ ab Abrahamo ſolutas memores ſimus. Ea conjectura eò veriſimilior viſa eſt, quòd Sacerdotes etiam apud Hebræos ſolerent Deum ſciſcitari circa eventus de quibus rogabantur , ut ex hiſtoria temporum Saülis & Davidis ſatis notum eſt. *Theodoretus* Quæſt. LXXVI. Τινές φασι πρὸς τὸν Μελχισεδὲκ αὐτὴν ἀπεληλυθέναι, ἅτε δὴ καὶ ἀρχιερέα ὄντα τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου καὶ ἐπίσημον ἐν τῇ εὐσεβείᾳ, καὶ λίαν περιφανῆ: *quidam autumant ad Melchiſedekum eam iviſſe , quippe Sacerdotem altiſſimi Dei, & inſignem pietate, & celeberrimum.* Quod tamen ipſe non probat, cùm hæc apud eum ſequantur: ἐπειδὰν δὲ εἰώθεσαν οἱ Πατριάρχαι καὶ θυσιαστήρια τῷ Θεῷ κατασκευάζειν ἐν οἷς ἐσκήνουν χωρίοις, εἰκὸς παρ' ἕν τούτων ἀπελθοῦσαν αὐτὴν ἱκετεῦσαι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, καὶ γνῶναι τὰ συμβησόμενα: *quoniam ſolebant Patriarchæ etiam altaria Deo exſtruere , in locis in quibus tendebant, veriſimile eſt ad unum horum eam profectam, Deo univerſi ſupplicatam fuiſſe, & futura cognoviſſe.*

23. *Reſpondit ei Jehova*] Per Melchiſedekum, aut alium Prophetam.

Duæ gentes] Duarum gentium patres & conditores. Hinc Iſraëlitæ & Idumæi patrum nomine appellantur, cùm alibi paſſim, tum Malach. I, 3. *Amavi Jacobum, Heſavum odio habui.*

Alter altero] *Populus populo validior erit*; Iſraëlitæ Idumæis, non Jacobus Heſavo, qui Jacobo ſine dubio potentior fuit. Vide Capite XXXII.

Minori ſerviet major] רב יעבד צעיר *rab jabahod tſahir*, hoc eſt, *multus ſerviet parvo*. Idumæi quorum opes multò citiùs creverant , & majores quàm Iſraëlitarum per aliquot ætates fuerant ; inferiores poſtea Iſraëlitis fuerunt, quippe qui à Davide ſubacti ſunt, 2 Sam. VIII, 14. *Idumææ præfectos impoſuit , & quidem toti, omniſque Idumæa Davidi ſerviit.* 1 Reg. XI, 15. Poſtea ſæpe ex rebellantibus Idumæis victorias retulerunt Iſraëlitæ. Vide 2 Reg. VIII, 21. XIV, 7. & geſta Macchabæorum in Idumæos , apud *Joſephum*, præſertim Lib. XIII. Ant. Cap. 17. Attamen Edomum Jacobo ditiorem & potentiorem fuiſſe, liquet ex C. XXXII. dum Jacobus in Chananæa fuit. Quin etiam Reges habuerunt , & in proprio ſolo diu fuerunt Idumæi, antequàm Iſraëlitæ ex Ægypto exirent & Remp. ſuam formare poſſent. Vid. Cap. XXXVI. Alii de ætate, Oraculi verba interpretantur, quaſi Deus velit populum ex majore natu ortum minoris natu poſteris ſerviturum; quod ad ſenſum quod adtinet, eodem redit. Sed

רב

ter altero plus poterit, minorique ſerviet major. 24. Expletis verò ad pariendum diebus, ecce in ejus utero erant gemelli. 25. Egreſſus eſt prior totus rufus, inſtar pallii villoſi; eique Heſavo nomen impoſuerunt. 26. Poſtea exiit frater ejus, Heſavi

pore peperit Rebecca, pro Dei reſponſo, gemellos; & qui prior quidem exiit rufâ lanugine, inſtar villoſi pallii, totus contectus erat, proptereàque *Heſavus*, hoc eſt, *villoſus*, à parentibus nomine dictus eſt. 26. Tum alter gemellus proximè fratrem ſequutus, manu calcem fratris apprehendens, qua de cauſa *Jacobo* ei, hoc eſt, *ſupplantatori*, nomen impoſitum eſt. Iſaacus autem eorum pater, eo tempore, ſexageſimum ætatis annum adtigerat.

27. Pue-

רב *rab* & צעיר *tſabir*, non ſolent niſi de opibus diei.

24. *Expletis verò*, &c.] *Et expleti ſunt & ecce*, &c.

In ejus utero erant gemelli] Quod cognitum eſt poſt partum. Hîc iterum priùs dicitur quod poſteriùs cognitum eſt. Vide not. ad Cap. XXIV, 23. Pro תומים *thomim*, Samariticus habet תאמים, quod idem eſt, confunduntur enim, apud Orientales, literæ אהוי, ut omnes norunt.

25. *Inſtar pallii villoſi*] Aut pallia villoſa, quibus tum utebantur, erant rufa, ut videtur hic locus indicare, quam ob rationem iis colore confertur Heſavus; aut ante hæc verba inſerenda eſt conjunctio &, ut cum villoſo pallio conferatur Heſavus, non ob colorem, ſed ob villos quibus tectus erat; aut שער *ſchebar* adjectivè intelligendum, vertendúmque *inſtar pallii villoſus*, quaſi eſſet שעיר *ſchabir*. Sic LXX Intt. & Vulg. ὡσεὶ δορὰ δασὺς *in morem pellis hiſpidus*.

Primæ interpretationi favet omiſſio conjunctionis & lectio Maſſorethica vocis שער *ſchebar* quà ſubſtantivum nomen ſit. Favet etiam color pilorum & vox אדרת *addereth* quam *pallium* vertimus, ſi conferatur cum Arabica voce لنرجون אדרוין *adſrijon*, quæ *ignis colore præditum*, *fulvum*, *rutilum* ſonat, cum *Dhſal* ſcriptum, & cum *Dal florem fulvi coloris*. Secunda verò & tertia, quarum eadem eſt ſententia, videntur eo firmari quòd Heſavus hirſutus eſſet; ut liquet ex Cap. XXVII, 11. & *ſeqq.* Qua de cauſa etiam dictus eſt עשו *Heſchau*, nam Arabibus غشا גשא *geſcha*, & غشوة גשוה *geſchwa* eſt *cilicium*, quod cùm pilis Cameli conſtet villoſum eſt, ut obſervarunt qui *Oxoniæ* Joſephum edere cœperant. Apud eoſdem Arabas غشبة *gaſchiou*, ſunt *crines qui pedes quadrupedum tegunt*. Nemo autem adfinitatem, quæ inter *Gain* & *Ain* eſt, ignorat.

אדרת שער cilicium videtur fuiſſe rude, quod non ab omnibus geſtabatur; ſed ab iis quibus cultu aſperiore uti receptum fuit, quales erant Prophetæ. Zachar. XIII, 4. *De illo pudebit Prophetas, quemque viſionis ſuæ, cùm vaticinaretur, neque induentur palliis villoſis* אדרת שער *ut mentiantur*. Hinc 2 Reg. I. verſ. 8. Elias deſcribitur בעל שער *bahal ſchebar*, *villoſus*, nimirum, veſte villoſa indutus. Ad id exemplum, Joannes Baptiſta habuit ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου Matt. III, 4.

Quod cùm ita ſit, trium à nobis allatarum interpretationem ſecunda optima videtur. Villoſa enim Heſavi pellis, cum cilicii villis confertur; quandoquidem, quòd ſimilis pallio villoſo eſſet, *Heſau* appellatur; nec שער poteſt adjectivè intelligi conjunctum cum voce אדרת, ut loco Zachariæ conſtat. LXX & Vulg. qui δορὰν *pellem* vertunt, videntur, poteſtate vocis inſuper habitâ, morem Arabum ante oculos habuiſſe, qui pellibus villoſis veſtiri ſolent. *Thevenotius* Itin. Orient. P. I. Lib. 2. Cap. 32. *Quidam geſtant* (inter Arabas) *aliquot pelles ovinas unà conſutas, quarum lanam introrſum in induſium convertunt, ut caleſiant, extrorſum verò iterum vertunt, ut frigus captent.*

Heſavo nomen] Nempe, apud Veteres Hebræos, ut apud Arabas, עשו *heſchau*, *cilicium*, aut craſſiorem pannum ex rudibus cameli pilis confectum ſonabat, ut ad ſuperiora verba diximus.

26. *Calcaneum manu tenens*] *Et manus ejus tenens calcaneum.*

Eique Jocobo nomen inditum eſt] יקרא *jikra* hîc neutro ſenſu ſumitur, aut ſubauditur קורא Koreh *vocans*, ut ſæpe alibi. Samariticus tamen habet ויקראו *vajjikreou*, ut ſuperiore verſu. A voce עקב *hekeb* calcaneus, fit verbum עקב *hakab* quod eſt arripere aut percutere calcaneum alicujus, ut cadat; unde in futuro יעקב *jahakob*, arrepto aut percuſſo calcaneo in terram dejiciet. Quod eſt inter luctatorum artes, quibus excelluit Jacobus. Vide Cap. XXXV, 24. & *ſeqq.*

27. *Agreſtis*] *Vir agri*, ἀγροικὸς, ut habent οἱ LXX; quod cùm ad vivendi conſuetudinem, tum ad mores referri poteſt. Nam venationis ſtudioſus Heſavus multùm per agros errabat, & eo genere vitæ agreſtiores mores, ut fit, contraxerat. Hinc veteribus Perſis ἀληθινωτάτη ἐδόκει αὕτη ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι, *veriſſima videbatur hæc rerum bellicarum exercitatio*, ut auctor eſt *Xenophon* Cyrop. Lib. I. *Livius* Lib. I. de Romulo & Remo: *ita geniti, ita educati, cùm primùm adolevit ætas* (ut Heſavus hîc) *nec in ſtabulis, nec ad pecora ſegnes, venando peragrare circa ſaltus. Hinc robore corporibus animiſque ſumto, jam non feras tantùm ſubſiſtere, ſed in latrones prædâ onuſtos impetus facere. Florus* de Viriato, Lib. II. Cap. 17. *Ex venatore latro, ex latrone ſubitò dux atque imperator.* Sic & Heſavus iiſdem artibus Idumæam, expulſis veteribus incolis, condidit.

Mitis] תם *tham*, quod propriè *perfectum* ſonat, ſed oppoſitum moribus agreſtibus *mitem* & *manſuetum* ſignificat. LXX. Intr. habent ἄπλαστος Vulg. *vir ſimplex*, quæ neque loco, neque indoli Jacobi conveniunt. Nam cùm ſimplex ingenium doloſo ſit oppoſitum, ſi ſimplex fuit Jacobus, doloſum fuiſſe oportet Heſavum, idque colligi ex eo quod *agreſtis* hîc dicatur; quod duram & violentam indolem, potiùs quàm ſubdolam, ſonat. Ac ſanè Jacobus Heſavo multò aſtutior fuit, ut ex ejus vita apparet,

ſavi calcaneum manu tenens, eique Jacobo nomen inditum eſt. Iſaacus autem; cùm naſcerentur, ſexaginta annos erat natus.

27. Adolevere pueri, erátque Heſavus venationis peritus, & agreſtis; Jacobus verò mitis, & in tabernaculis degens. 28. Amabat Heſavum Iſaacus, quòd libenter ferinâ veſceretur; Jacobum verò diligebat Rebekka. 29. Cùm pultem Jacobus *aliquando* coxiſſet, Heſavus ex agro feſſus venit, 30. & Jacobo: patere, inquit, me *aliquantum* ex

27. Puerorum cùm adoleviſſent diverſa planè erant ſtudia, & cùm natu major venatione gauderet, agreſtioribúſque eſſet moribus, quippe qui cum feris frequentiùs, quàm cum hominibus verſabatur; minor natu, qui vitam in Tabernaculis cum parentibus maxima ex parte agebat, humanioris multo erat indolis. 28. Heſavum tamen majori amore proſequebatur Iſaacus pater, qui cùm ferinam carnem in deliciis haberet, gratum ab eo paſtum accipiebat: at Rebeccæ magis placebat mitior Jacobi indoles. 29. Contigit autem aliquando, cùm Jacobus in Tentorio lentium pultem coxiſſet, eſurientem & feſſum è venatu redire Heſavum, 30. qui ut rubentem pultem adſpexit, illico à Jacobo aliquantum ex ea petiit, quò famem ſedaret, rubore ejus laudato; unde factum eſt ut poſteà *Edomi*, hoc eſt, *rubri* cognomen conſequeretur. 31. Jacobus verò callidè occaſione adreptâ, ſe paſſurum ab eo pultem

quamquam minimè militaris animi, ut timores ejus, qui Cap. XXXII. leguntur, ſatis oſtendunt. Res ipſa videtur *Philonem* adduxiſſe, ut fratres his verbis, quibus quæ diximus confirmantur, deſcriberet, in Lib. *de Præmiis & Pœnis* Pag. 712. Ed. Genev. Δύο συνέβη παῖδας γενέσθαι, τὸν μὲν ἄγριον καὶ ἀτίθασσον, θυμοῦ γέμοντα καὶ ἐπιθυμίας, &c. Τὸν δὲ ΗΜΕΡΟΝ καὶ φιλάνθρωπον, καλοκαγαθίας ἐργάτην: *duos contigit filios naſci, alterum ferum & indomitum, irâ & cupiditate plenum*, &c. *alterum* MITEM *& humanum, virtutis cultorem. Symmachus* verterat ἄμωμον, quaſi תם idem eſſet ac תמים *thamim*, quod ita verti ſolet.

In tabernaculis degens] Cùm Heſavus multùm, venationis causâ, vagaretur, & ſub dio ſæpe noctes tranſigeret, Jacobus, excepto eo tempore, quo gregum paternorum cuſtos erat, multùm in Tentoriis verſabatur cum parentibus. Hinc, præter id quod naturâ ei inſitum fuit, mitioris ingenii factus eſt. LXX. Intt. ad morem ævi ſui, οἰκῶν οἰκίαν, ut ſæpe aliàs.

28. *Libenter ferinâ veſceretur*] *Venatio in ore ejus*, ἡ θήρα αὐτοῦ βρῶσις, ut habent οἱ LXX. Samariticus quoque habet צידו tſedo, *venatio ejus*.

29. *Cùm pultem*, &c.] *Et coxit Jacob* נזיד nazid *pultem*, ſeu legumina quæ ſorberi poſſunt. Herbarum juſculum ſignificat, 2 Reg. IV, 38. *& ſeqq.*

Ex agro defeſſus venit] *Venit ex agro & is feſſus.*

30. *Patere me — deglutire*] הלעיטני *balbitemi*. Cùm ea vox hoc tantùm exſtet in loco, negotium Interpretibus faceſſit. LXX. Intt. γεῦσόν με, *fac me guſtare*, quod homini famelico ſatis non eſt. Itaque alii, ex uſu Rabbinico Thalmudis, *affatim ingere* vertunt, & quidem *manu in os*, quaſi præ laſſitudine manum ori admovere non poſſet Heſavus, quod parum veriſimile eſt. Alii iterum, *magnâ copiâ mihi da*, quemadmodum famelicum decebat petere. Quæ interpretatio cùm rei conſentanea ſit, hoc quoque præ ceteris habet, quòd Samaritico Codice defendi queat, qui tranſpoſitis literis העליטני *habaliteni* habet; quæ vox licèt in Scriptura non ampliùs occurrat, uſitata olim apud Hebræos, ut apud Arabas, eſſe potuit. Apud Arabas autem עלט aut غلظ *ghalada* de ſucco, aut humore uſurpatum *denſum*, *craſſum eſſe* ſonat. Itaque hoc voluerit Heſavus, ſibi ex lentibus denſiſſimam offam parari. Samaritana verſio in hunc ſenſum habet אזגי *azgiji*. Sed utrumque & לעט & עלט, metatheſi haud inuſitatâ, veteribus Hebræis eodem ſenſu uſurpari potuere. Non maluimus, in hac opinionum varietate, ſimpliciter *deglutire* interpretari; cùm dubium eſſe nequeat, quin hoc ſaltem ſignificetur, quamquam vis & poteſtas vocis non ſunt prorſus notæ.

Ex rufa, rufa iſta] Bis repetit vocem אדם *adom*, nullo addito ſubſtantivo; quod hominis excitatam ὄρεξιν, & feſtinationem graphicè deſcribit.

Sum enim feſſus] Ut laſſitudinem, ſic & famem contraxerat, longâ venatione Heſavus. Itaque hæc ſunt conjungenda. Sic & Eſaiæ XXIX, 8. עיף hajeph *ſitientem* ſonat, quia laſſitudo & ſitis per Orientem iter facientibus ſæpiſſimè ſimul infeſtæ ſunt, propter aquæ inopiam: *ſomniat ſitiens*, ait Propheta, *ſe bibere, expergefactus en ſitit* עיף *& anima ejus appetit potum.*

Impoſitum eſt] קרא kara, ut verſ. 26. אדם *edom* autem dictus eſt, hoc eſt, *ruber*, quod Græci verterant Ἐρύθρον, unde mare *Erythræum*, non quod rubrum ſit, ſed quia accolæ אדמים *edomim*, i. rubri dicebantur. Vide *Dav. Clerici* Quæſt. Sacras. Quæſt. X. Potuit autem duplex cauſa hujus impoſiti nominis eſſe, crinium Heſavi nativus color, qui obſervatur verſ. 25. atque hæc actio, quæ hîc narratur.

31. *Tua primogeniti jura*] Hebræi unâ voce בכרתך bchorathcha. Duabus in rebus potiſſimùm ſita erant πρωτοτόκια. Prior erat ſupra fratres ὑπεροχὴ, quâ natu minores iis obſequi neceſſe habebant, qua de re diximus ad Cap. IV, 7. Vide & quæ de Joſepho & Juda adnotabimus ad Cap. XLIX, 4. Altera erat paternarum facultatum duplex portio, de qua ad eumdem locum, cum quo confer Deut. XXI, 17. Alii adjungunt jus ſacerdotii, de quo tamen non conſtat. Quæ enim de primogenitorum conſecratione, qui ad Deum, poſtquàm eos in Ægypto ſervarat, pertinebant, dici ſolent, ea nihil huc faciunt. Vide Num. III, 12. *& ſeqq.* 40, 41. Item Cap. VIII, verſſ. 16, 17. R. *Salomo Jarchi* aliiſque Rabbini id quidem quaſi compertum adfirmant, ſed ſine rationibus. Videmus certè Caïnem & Abelem ſeorſim ſacra feciſſe, nedum ut Caïn fratri ſacerdotium ſuum adcom-

ex ruſa, ruſa iſta *pulte* deglutire, ſum enim feſſus; ideóque nomen ei Edomo impoſi-
tum eſt. 31. Tum Jacobus, hodie, ait, mihi tua primogeniti jura vende. 32. Heſa-
vus verò, ecce ego, inquit, brevi ſum moriturus, cui mihi uſui primogeniti jura?
33. Jurato mihi hodie, inquit Jacobus; ille verò juravit, & Jacobo jus ſuum primo-
geniti vendidit. 34. Jacobus autem Heſavo panem, & pultem lentium dedit, at ille,
cùm comediſſet & bibiſſet, ſurrexit, abiitque, ac ſua primogeniti jura ſprevit.

XXIV. Fa-

tem guſtari negat, niſi ſibi propterea jure primoge-
niti cederet. 32. Heſavus præ fame moræ omnis
impatiens, ſibi id vitæ inſtitutum ſequenti, quo in
præſentiſſimum mortis periculum ſæpe cum feris
dimicans deſcendebat, inutilia ſibi fore ea jura
præfatus, paratum ea ſe vendere, ſi illico ſibi pul-
tis adponeretur dixit. 33. Verùm adfirmanti, niſi
jurejurando addito, credere noluit Jacobus; Heſa-
vúſque ſe illi primogeniti jure cedere, modò ſibi
pultem daret, ſtatim juravit. 34. Accepto jureju-
rando, Jacobus & panem & lentes fratri adpoſuit,
quæ ille avidiſſimè comedit; nec reputans quanta
eſſent primogeniti jura, ſpretáſque à ſe, eduli cau-
ſâ, ultimas patris preces, quæ in primogeniti gra-
tiam fundi ſolebant, ſecurus, quaſi rem nullius pre-
tii vendidiſſet, abiit.

P A-

adcommodarit; neque hoc Deo diſplicuit, cùm ejus pacem impetrarit Abel, quæ Caini negata eſt. Vide ad Cap. IV. Imò ne pater quidem familias ita erat Sacerdos, ut filiis ejus ſacra ſua obire non liceret, ut ex hoc eodem exemplo colligere eſt, contrà quàm vulgo Eruditi exſtimant. Certè ante Legem Moſaïcam quidquam hac de re conſtitutum fuiſſe nuſquam, niſi apud Rabbinos, legimus. Potiori jure prærogativis allatis adjunxeris jus quoddam, quo primogeniti ſingularem benedictionem patris morientis ſibi adrogabant, de qua ad verſ. 27. dicemus. Sed & hæc ad priora duo poteſt referri, ſi vota excipias; etenim ea contulit Jacobo, quem primogenitum putabat Iſaacus parens, quæ Heſavo impertiri, quamvis poſtulanti, non potuit. Eodem etiam pertinet, quòd prærogativæ, quæ primogenito à patre conferebantur, non in illo tantùm hærebant, unà interituræ, ſed ad poſteros etiam tranſmittebantur. Hinc quæ Jacobo precatus eſt Iſaacus, non in eo impleta ſunt, ſed in poſteris, ut in noviſſimorum hujus verborum interpretatione oſtendemus.

Hæc ergo omnia ſimul ſibi vendi petit Jacobus, quæ debebant ab Heſavo magni fieri, & quæ uſque adeò ſpernuntur; ut urgente fame, quam aut donec ſibi paſtus paratus fuiſſet tolerare, aut alio cibo ſuſtentare interea potuit, juſculo lentium inhians, tantillo pretio accepto, fratri conceſſerit, unde meritò βέβηλος à Scriptore ad Hebræos Cap. XII, verſ. 16. appellatur. Non enim eſt niſi *profani* animi, quaſi aniles nænias, ultimam voluntatem, preceſve extremas morientis patris ſpernere.

Sed quæritur an quod Heſavus ſine crimine vendere non potuit, id emere Jacobo ſine noxa licuerit? Nec Heſavus πρωτοτόκια umquam vendere debuit, nec eum vel joco ad id ſollicitare Jacobo licuit. Imò verò, ſi vel maximè Heſavus iis fratri cedere voluiſſet, fraterni erat animi eum ab ea re abſterrere, non ejus ſtultitia abuti. Ideóque, quamquam Deus Iſraëlitas Idumæis plurimis in rebus præferre ſtatuerat, & prætulit: nullâ prærogativâ Jacobus ipſe frui potuit, ut oſtendimus ad verſ. 23. Nec Deus hoc conſilium iniit, quòd prævideret Jacobum iis beneficiis, digniorem futurum, ut ipſe ſignificavit quando *cùm nondum nati eſſent, aut aliquid egiſſent boni vel mali (ut ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante) dictum eſt* Rebekkæ *majorem ſerviturum minori; ſicut ſcriptum eſt, Jacobum dilexi, Heſavum autem odio habui.* Quæ verba ſunt Pauli in Ep. ad Rom. IX, 11. cum quibus confer Deut. VII, 6, 7. X, 15. Itaque Jacobi, in emendis fratris πρωτοτοκίοις, haud multò melior fuiſſe videtur cupiditas, quàm Heſavi profana ſupinitas in iis vendendis; neque ex eventu alterum altero Deo propterea gratiorem fuiſſe colligere poſſumus. Si Heſavi poſteros Iſraëlitis ſubjecit, de ipſo Jacobo ſatis graves pœnas, ſi laborioſam ejus conſideremus vitam, ſumſit.

32. *Brevi ſum moriturus*] הולך למות holech lamouth *iens ad moriendum*. Quod imitantur Galli, *je m'en vai mourir*, hoc eſt, brevi moriturus ſum. Similis etiam eſt, de re nuper præterita, utrorúmque phraſis, ut obſervavimus ad Cap. XXIV, 62. Rectè hîc Hieronymus, *En ego morior*, hoc eſt, brevis erit mea vita; barbarè LXX ad verbum verterunt: πορεύομαι τελευτᾶν. Reſpicit Heſavus pericula quæ ſibi aſſiduè venanti imminebant à feris, aut aliis caſibus; nec minora erant iis quæ militiam ſequentibus ſubeunda ſunt, cui propterea venatio, ut diximus, conferri ſolet. Malebat autem mortis prematuræ periculo ſeſe exponere, quàm venandi voluptate carere.

Cui mihi uſui primogeniti jura] *Quare hoc mihi primogenitura?* Sine diuturna vita, exigui momenti ei videbantur ea jura, ut revera erant, ſi ipſum ſpectemus Heſavum, miſſâ poſterorum ejus curâ; & ſolorum bonorum, aut honoris quæ ad eum primogeniti jure pertinebant, rationem ineamus. Sed paterna vota ſpernere, præ juſculo lentium, & poſterorum curam abjicere, impii hominis fuit.

33. *Jus ſuum primogeniti vendidit*] Hoc diligenter obſervatur, ut & alia quæ ad honorem viciniorum populorum non faciebant, ut intelligerent Iſraëlitæ qui fuiſſent vicinarum gentium Majores, néve iis πρωτοτόκια fortè jactantibus, fidem haberent.

34. *Lentium*] עדשים hadaſchim LXX ἕψημα φακοῦ. Legumen quod ex Ægypto illuc vehebatur. *Lens*, ait *Plinius* Lib. XVIII, Cap. 12. *amat ſolum tenue magis quàm pingue* (quale erat Syriæ argilloſum & rubrum) *cœlum utique ſiccum. Duo genera ejus in Ægypto; alterum rotundius, nigriúſque, alterum ſuâ figurâ. Invenio apud auctores æquanimitatem fieri veſcentibus ea.* Videtur hîc intelligendum genus quod *ni-*

XXIV. Fames in Chananæa. Dei erga Iſaacum benevolentia, pormiſſáque ejus poſteris. Peregrinatio ejuſdem in Gerarenſi agro, & quæ illic acciderint.

CAPUT XXVI.

1. PRÆTER famem priorem, quæ Abrahami tempore fuerat, fames in regione fuit, Iſaacúſque Gerarem, ad Abimelechum Philiſthæorum Regem, profectus eſt. 2. Conſpectus tum ei eſt Jehova, & dixit: ne deſcendas in Ægyptum, *ſed* in regione quam tibi dixero habita. 3. Hac in terra peregrinare, ego verò tibi adero ac benedicam, te enim poſteróſque tuos omnibus hiſce terris donabo, & jusjurandum quo me patri tuo Abrahamo obſtrinxi ratum habebo. 4. Augebo ſobolem tuam inſtar ſtellarum cœli, eíque omnes haſce regiones dabo, atque in tua prole omnes benedicentur terrarum gentes; 5. eò quòd Abrahamus voci

PARAPHRASIS.

1. ABRAHAMI temporibus, in Chananæa famem fuiſſe antè diximus, quâ in Ægyptum ubi non deficiebat annona, deſcendere coactus eſt. Similem etiam paſſus Iſaacus, quâ factum ut idem iniret conſilium; & primùm quidem è puteo Viventis Viſionis ad Occidentem movit, atque in agrum Gerarenſem, ubi Abimelechus imperitabat, venit, inde in Ægyptum iter converſurus. 2. 3. Cùm hæc animo agitaret, divinitus in ſomnis monitus eſt ne in Ægyptum deſcenderet, juſſuſque in Chananæa manere. Pollicebatur ſimul Deus, ſe ab eo famem quam timeret, propulſaturum; atque in memoriam ei revocabat vetus promiſſum ſuum, quo Abrahami poſteris Chananæam daturum ſe dudum juraverat. 4. Propterea effecturum ſe ajebat, ut populoſiſſimas gentes æquaret ejus proſapia, coloniíſque olim univerſam implere poſſet Chananæam; adeóque vicini omnes ingentem earum mirati numerum, majorem nulli poſteritatem optare ſe poſſe exiſtimaturi eſſent, & bene precandi formulam indidem deſumturi. 5. Nec dubitaret Iſaacus, quin hoc effectum daret, religionis

nigrius, hoc eſt, magis ruſum vocat *Plinius*, nnde pnltis ruſa admodum facta erat. In pretio antem Ægyptiaca lens habebatnr etiam in occidentalibns oris, unde apud Poëtas *Peluſiaca* & *Niliaca* audit.

Primogeniti jura ſprevit] Hoc iterum contra Idumæos, in Iſraëlitarum gratiam, obſervat Moſes.

COMMENTARIUS.

In CAPUT XXVI.

1. P*Ræter famem*] De qua Cap. XII, 10. & *ſeqq.* Quo tempore autem hæc fuerit fames, & quod ſequitur. contigerit, nullo ſatis certo argumento liquet. Videntur tamen, anteqnàm Heſavus & Jacobns naſcerentur, accidiſſe; vix enim credibile eſt, poſtquàm gemellos pepererat Rebecca, diſſimulatum matrimonium. Itaque hîc non magis ſervatus fuerit temporis ordo, qnàm ſuprà Cap. XX. ubi ſimile Abrahami factum narratur.

2. *Conſpectus tum ei eſt*, &c.] *Et conſpectus ei eſt.* De apparitionibns ejuſmodi, diximus ad Cap. XII, verſ. 7.

3. *Omnibus hiſce terris*] Idumæâ, ad cujus fines erat tum Iſaacus, & Chananæâ, in cujus tractu meridiano verſabatur. Idumæam ex Heſavo nepotes haud multò pòſt, Chananæam ex Jacobo prognati paullò ſeriùs tenuerunt.

4. *Omnes benedicentur.*] Vide de hoc promiſſo adnot. ad Cap. XII, 3.

5. *Abrahamus*] Samariticus אביך abicha *pater tuus.*

Voci meæ obſequutus eſt] *Vocem meam audiit.* Quæ ſequuntur idem ſignificant, Abrahamum, nimirum, divinis præceptis paruiſſe.

Quod ſervari volo] משמרתי *miſchmarthi*, unâ voce. LXX. προστάγματά, quaſi legendum eſſet *miſchmerothai.*

Præcepta, inſtituta, leges] מצותי *mitsvothai*, quod Rabbini volunt ea ſignificare, quæ ſolâ ratione nobis innoteſcunt; חקותי *hhukkothai*, quod, iiſdem auctoribus, mandata quæ ſolâ auctoritate Dei nituntur, quorúmve ignota eſt ratio, ſonat; ותורתי *vethorothai*, quæ ſunt, ut iidem docent Magiſtri, præcepta circa rationem exſequendorum ſecundi generis mandatorum. Sed quod *Kimchius* & *Jarchius*, ſine rationibus, neſcio quâ traditione nixi, docent ejuſmodi non eſt ut cæco adſenſu admitti à nobis debeat. Non aliunde propriam vocum ſignificationem, quàm ex Etymologia, & Scriptorum Sacrorum uſu, diſcere potuerunt, quorum hîc neutrum eis ſavet, ut quævis Lexica docebunt.

7. *De uxore*] לאשתו *liſchtho*, nbi ל eſt *de*, nt Cap. XX, 13. Habet tamen Samariticus על אשתו *hal iſchtho.*

Uxorem] *Uxòr mea*, quia omnes hîc orationes, quantumvis breves, directæ ſunt. Sic & verſ. 9. In Samaritico additur היא *illa.*

Formoſa eſt] *Bona eſt adſpectu.*

8. *Diu autem cùm illic moraretur*] ויהי כי vajehi chi, & *fuit cùm producerentur ei illic dies*, & *adſpexit — & vidit.* Pro כי eſt in Samaritico כאשר chaaſcher.

Cùm Rebecca uxore ludentem] *Et ecce Iſaacum* מצחק *mtſabbek.* Sunt qui hîc uſum conjugii εὐσχημόνως innui volunt, alii liberiorem contrectationem, quali frater erga ſororem non ntitur. Credibile non eſt Iſaacum uſque adeò parum pudentem fuiſſe, ut ſub dio, aut in loco, in quem deſpectus ex Abimelechi regia patebat, cum uxore concubuerit. Itaque pleriſque veriſimilior videtur poſterior ſententia. Inter *Cleobuli* Lindii præcepta, quæ quaſi à *Demetrio*

voci meæ obſequutus eſt, & quod ſervari volo, præcepta, inſtituta, legéſque meas ſervavit.

[6] Gerare ergo habitavit Iſaacus, [7] & cùm de ejus uxore ſciſcitarentur incolæ, ſoror mea eſt, inquiebat; uxorem enim dicere verebatur, ne me, *ajebat*, propter Rebekkam, quia formoſa eſt, loci hujuſce incolæ interficiant. [8] Diu autem cùm illic moraretur, contigit Abimelechum Philiſthærum Regem, ex feneſtra proſpicientem, videre Iſaacum cum Rebekka uxore ludentem. [9] Tum vocato Iſaaco Abimelechus, profectò, inquit, hæc uxor tua eſt, quare ſororem eam eſſe tuam dixiſti? Iſaacus verò illi, quia dixi, ait, *cavendum* ne propter eam moriar. [10] Iterum Abimelechus, quid hoc rei eſt, inquit, quod nobis feciſti? parum abfuit quin aliquis è populo cum uxore tua concubuerit; atqui in nos noxam adduxiſſes. [11] Deinde edictum omni populo propoſuit Abimelechus, his verbis: qui virum hunc, aut ejus uxorem adtigerit, morte adficietur.

[12] Se-

gionis enim, pietatis, probitatiſque Abrahami, cui primùm promiſiſſet, rationem habere ſibi certum eſſe.

[6] Igitur Iſaacus ultra agrum Gerarenſem non ivit; [7] ubi cùm vitæ timeret, propter uxoris Rebeccæ formam eximiam, patris Abrahami exemplum ſequutus ſororem ſuam eſſe dictitabat; ne fortè à libidinoſis hominibus, eam ſibi rapturis, interficeretur. [8] Sed cùm diu Gerare viveret, nec procul ab regia habitaret, contigit ipſum regem Abimelechum, è regiæ feneſtra præalta fortè proſpicientem, videre eum familiariùs Rebeccam amplexantem, quo uxorem ejus eſſe intellexit. [9] Confeſtim itaque vocatum ad ſe caſtigavit, qui ſororem eam diceret, quæ uxor erat. Nec factum negavit Iſaacus, ſed vitæ ſuæ timuiſſe, ſi quod verum erat profiteretur, reſpondit; facilè enim fieri potuiſſe ut ejus formâ capti virum, uxoris rapiendæ causâ, interficerent. [10] Abimelechus vero, non multùm abfuiſſe, ut illâ ſuâ diſſimulatione Gerarenſium aliquem ad ambiendas Rebeccæ nuptias adduceret, adeóque Numinis iram in ſe, ſuóſque moveret, queſtus eſt. [11] Tum ne quid in poſterum ejuſmodi cujuſquam ignorantiâ accideret, edictum propoſuit; quo Gerarenſibus Iſaacum & Rebeccam matrimonio conjunctos ſignificavit, & quicumque eos injuriâ adficeret, capite pœnas luiturum eſt minatus.

[14] Eodem

metrio Phalereo collecta exſtant apud *J. Stobæum* Serm. III. eſt hoc: *γυναικὶ μὴ μάχεσθαι, μηδὲ φιλοφρονεῖσθαι, ἀλλοτρίων παρόντων, uxori neque adverſari, neque blandiri, alienis præſentibus.* Sed *φιλοφρονήσεως* ſuæ teſtem eſſe ignorabat Iſaacus.

9. *Tum vocato*, &c.] *Et vocavit — & dixit.*

Sororem tuam] *Soror mea*, ut verſ. 7.

10. *Quid hoc rei eſt*] Ut ſup. XII, 18. XX, 9.

Parum abſuit quin aliquis] *Ut parum unus populi.*

Noxam adduxiſſes] Eſt eadem loquutio ſup. Cap. XX, 9. niſi quod cùm hîc ſit אשם *aſcham*, ibi eſt חטאה *hhataah*, quod tamen eodem recidit. Idémne ſit Abimelechus, de quo hîc eſt ſermo, qui fœdus cum Abrahamo fecerat, an alius non ſatis conſtat. Sunt qui velint Reges Gerarenſes omnes *Abimelechos* dictos, ut Ægypti *Pharaones*, ſed nulla ejus rei adferuntur certa argumenta. Certiùs hinc & ex hiſtoria ſimili, quæ Cap. XX. habetur, colligere poſſe videmur, aliquam fuiſſe, contrà quàm Abrahamus & Iſaacus exiſtimaverant, inter Gerarenſes pietatem; qui piaculum ſe contraxiſſe exiſtimabant, ſi neſcii cum peregrinorum hominum uxoribus concubuiſſent. Non ejus erant continentiæ Sodomitæ, inter Chananæos, de quibus ſuprà Cap. XIX. nec Benjaminitæ, inter Iſraëlitas, de quibus Judicum Cap. XIX.

11. *Edictum omni populo*] *Et præcepit omni populo, dicendo.* Pro העם Samariticus habet עמו *hammo* populo ſuo, & LXX. Intt. *τῷ λαῷ αὐτοῦ.*

Adtigerit] Hoc eſt, injuriâ adfecerit aut virum, aut uxorem, ut inf. verſ. 29. & Joſ. IX, 19. Ruth. II, verſ. 9. Vide & quæ de hac voce adnotavimus ad Cap. III, 3.

Morte adficietur] *Moriendo morietur*, de qua Phraſi vide dicta ad Cap. II, 17.

12. *Centum menſuras*] Sequuti ſumus *Onkeloſum* qui habet: על חד מאה בכשעורוהי *in unum centum in menſuris ſuis.* Hoc eſt, unâ voce, *centuplum*, ut habet Vulg. Sed clariùs paullò maluimus loqui. Idem voluerunt LXX Intt. niſi quòd pro menſuris quibuſvis *hordeum* poſuerunt. *ἑκατοστεύουσαν κριθήν, centuplicatum hordeum.* Pro שערים *ſchebarim* legerant שערים quod *hordeum* ſignificat. Vide not. ad Cap. XLI, 47.

13. *Creverúntque viri*, &c.] *Crevit vir, & ivit eundo & creſcendo, donec auctus eſt valde.* Vide de hac phraſi notat. ad Cap. VIII, 3.

14. *Greges ovium & boum*] מקנה צאן ומקנה בקר *mikne tſon oumikne bakar*, hoc eſt, pecudes minores & majores, nam צאן *oves* & *capras* complectitur, בקר omne majorum jumentorum genus ſonat.

Ingens ſervorum copia] *Servitium multum* עבדה רבה *habudah rabbah*, hoc eſt, ut habet Vulg. *plurimùm familiæ.* Sed quia radix עבד *habad* & *ſervire* ſignificat, & *colere* terram, verterunt LXX. Intt. *γεώργια πολλὰ agricolationes multas*, hoc eſt, multùm agri culti. Sed quamquam in conductis agris interdum ſerebat Iſaacus, ut narrat in antecedentibus Moſes, cùm perpetuam ſedem nuſquam haberet, nec proprium quidquam, præter agrum Machphelæ, poſſideret, præſtat עבדה de *famulitio* exponere. Job. I, 3. ubi in recenſione divitiarum Jobi ea vox occurrit, utraque interpretatio eſt in verſione LXX Intt. conjuncta *ὑπηρεσία πολλὴ καὶ ἔργα μεγάλα.* Ceterùm ex hoc augmento opum Iſaaci, videtur colligi poſſe Abrahami divitias muneribus, quæ Pellicibus, earúmque filiis tribuenda fuerunt, multùm imminutas fuiſſe.

Alio-

12. Sevit Iſaacus in illa terra, atque eo anno centum menſuras *pro una* percepit. Benedixit ei Jehova, 13. creverúntque viri facultates perpetuò, donec locupletiſſimus fieret. 14. Fuere illi greges ovium, & boum, atque ingens ſervorum copia, Philiſthæíque ei invidebant. 15. Omnes puteos, quos ſervi patris ejus, temporibus Abrahami, foderant, obturarunt Philiſthæi, ac pulvere implerunt. 16. Tum Abimelechus Iſaaco, à nobis, inquit, diſcede, potentior enim multò nobis es. 17. Hinc ergo profectus Iſaacus in valle Geraris caſtra poſuit, eóque in loco habitavit. 18. Puteos aquæ, qui effoſſi fuerant temporibus Abrahami patris, quóſque Philiſthæi poſt Abrahami mortem obturarant, iterum fodit, nominibúſque, quibus eos vocaverat pater, appellavit. 19. Cùm autem in valle fodiſſent Iſaaci ſervi, eóque in loco puteum aquæ peren-

12. Eodem illo anno, quo famis fugiendæ cauſâ in Ægyptum ire decreverat Iſaacus, ſementem in agro Gerarenſi fecit, & centuplum collegit. Tantùm etiam abfuit ut penuriâ, quod veritus erat, ejus minuerentur opes, 13. 14. ut ſummopere ampliarentur, gregibuſque, ac ſervitiis uſque adeò abundaret, ut Philiſthæorum, etiam locupletiſſimorum, invidiam moverit. 15. Itaque, neglectis fœderis cum Abrahamo olim initi legibus, quacumque in re poterant commodis ejus officere; & puteos, quos fodi in deſertis locis curaverat Abrahamus, quorùmque uſum ipſo fœdere ſtipulatus erat, obturare ac pulvere opplere. 16. Quin etiam Abimelechus ipſe Iſaaci opes veritus, civiúmque ſuorum invidiâ compulſus urbe Gerare eum; quippe divitiis ſibi gravem, migrare, contra datam fidem, juſſit. 17. Igitur Iſaacus Gerare profectus, in agris ub urbe remotioribus, vallem inſedit, circa quam patris greges olim erraverant. 18. Puteos etiam, qui iis in locis à patre effoſſi fuerant, atque à Philiſthæis oppleti, iterum fodere adgreſſus eſt, decrevítque iiſdem nominibus, quæ impoſita ab Abrahamo fuerant, denuo appellare; ut intelligerent Philiſthæi, eorumdem puteorum ſe ſibi uſum vindicare, qui operâ & ſumtibus patris olim facti fuiſſent, fœderiſque cum eo

Alioquin Iſaaci opes regias æquaſſent, nec fuiſſet cur Chananæos timeret, ſi longè maximæ divitiarum paternarum parti, ingens acceſſiſſet incrementum.

15. *Omnes puteos*, &c.] De puteis earum regionum vide not. ad Cap. XXI, 19.

Quos ſervi patris ejus] Cùm in Gerarenſi agro tenderet, fodi ab eo puteos neceſſe fuit, quorum unus memoratur Cap. XXI, 30.

Obturarunt] Ne putei, aut latentis venæ ulla eſſent veſtigia, quod in ejuſmodi puteis facile fuit.

16. *A nobis diſcede*] Hoc videtur fuiſſe contrarium fœderi, non Abrahamo dumtaxat & Abimelecho, ſed etiam eorum poſteris initi, Cap. XXI. Vix dubium eſt, quin eo fœdere liceret Abrahamo, quamdiu vellet, in certo Gerarenſis agri tractu vagari; ſi modò leges fœderis, quæ nobis ignotæ ſunt, ſervaret. In idem autem jus ſucceſſerat, ex formula fœderis, Iſaacus Abrahami filius.

18. *Qui effoſi fuerant*] Agnoſcentibus Abrahami ſervis loca, in quibus puteos olim foderant, quamquam à Philiſthæis turbata erant eorum veſtigia. Perſpicuitatis causâ, חפרו hhapherou *foderant*, nempe, ſervi Abrahami, vertimus *effoſi fuerant*. Verùm in Samaritico, pro בימי bime *in diebus*, eſt עבדי habde *ſervi Abrahami*, quæ lectio planior eſt, ſi modò vetus. LXX quoque Intt. οἱ παῖδες Ἀβραάμ.

Iterum fodit] *Et rediit & fodit.*

Nominibúſque, &c.] *Et vocavit ea nominibus, quibus eos vocaverat*, &c.

19. *Aquæ perennis*] *Aquarum viventium*, quas *aquas perennes* Latini vocant. Opponuntur aquarum pluviarum ciſternis, quibus multùm, fontium penuriâ, Arabes utebantur. Jerem. II, 13. *Duo mala fecit populus meus, me deſeruit, qui ſum fons aquarum viventium, ut ſibi ciſternas foderet, & ciſternas quidem ruptas, quæ aquam non continent.* Nec dubium eſt quin in regione calida & arida, theſauri penè loco latices aquæ perennis haberentur; quo fit ut minùs mirandum ſit Gerarenſes paſtores invidiâ accenſos litem Iſaaci paſtoribus, ut eos illinc depellerent, moviſſe.

20. *Rixati ſunt*] *Et foderunt — & rixati ſunt*, &c.

Noſtra eſt, inquiunt] *Dicendo, nobis aqua*, quia, nimirum, in Gerarenſi agro inventa fuerat.

Heſek] עשק *contentio.*

21. *Sitna*] שטנה *odium*, aut ex Arabiſmo *pervicacia*, quòd pervicaces eſſent, in ſibi vindicandis puteis Gerarenſes.

22. *Revulſo illinc tentorio*] *Et evulſit ſe illinc*, nimirum, paxillis, ad quos vinciuntur tentoria, è terra evulſis, illinc alium in locum ivit. Vide not. ad Cap. XII, 8.

Fodit] Eſt numero plurali ויחפרו *vajjahhpheron* in Codice Samaritico, ut ad Iſaaci ſervos referatur, quod perinde eſt.

Reehoboth] *Latitudines.* Hebræi, ut res adverſas *anguſtias* appellant: ita ſecundiores *dilatandi* verbis deſcribunt. Ideóque Iſaacus, cùm non ampliùs à Gerarenſibus lis moveretur, & tranquillè uteretur puteo à ſe effoſo, *latitudines* eum appellavit.

Rem noſtram ampliavit] *Dilatavit nobis*; quia, nempe, Deus ex anguſtiis, in quas erant adducti, aquæ penuriâ, eos explicuerat.

In regione crevimus] Pro certa pernicie pecoris & hominum, ſi aqua prorſus defeciſſet, potuit ſperare Iſaacus, inventis copioſis aquæ laticibus, & familiam ſibi & greges auctum iri.

24. *Ea nocte*] Quâ, nimirum, Beerſebam primùm advenerat. De hiſce ἐπιφανείαις vide dicta ad Cap. XII, 7.

Abrahami patris tui Deus] Cave credas hoc tantùm velle Deum, ſe ab Abrahamo dum viveret fuiſſe cultum; ſignificat potiſſimùm ſe eum eſſe Deum, qui Abrahamum ſempiternis beneficiis cumulaturus eſſet, ut cœperat, adeóque

perennis inveniſſent, 20. cum Iſaaci paſtoribus rixati ſunt paſtores Gerarenſes, & noſtra eſt, inquiunt, aqua; *qua de cauſa* nomen puteo Heſek impoſuit, quòd ſecum contendiſſent Philiſthæi. 21. Alterum puteum foderunt, déque eo etiam rixati ſunt, *quamobrem* nomen ei Sitna impoſuit. 22. Revulſo illinc *tentorio*, alium fodit puteum, de quo lis nulla mota eſt, & nomine eum Rechoboth appellavit; nunc enim, air, rem noſtram ampliavit Jehova, & in regione crevimus. 23. Adſcendit enim Beerſebam, 24. atque eâ nocte conſpectus illi eſt Jehova: &, ego, ait, Abrahami patris tui Deus ſum, ne metuas, tibi enim adero, & benedicam, ſobolémque tuam, propter Abrahamum ſervum meum, augebo. 25. Ædificavit illic altare *Iſaacus*, nomen Jehovæ invocavit, & cùm ibi tentorium ſtatuiſſet, ſervi puteum foderunt.

26. Dein-

eo ſanciti commonefierent. 19. Igitur initio à Gerarenſi valle facto, aquæ perennis puteum foderunt Iſaaci ſervi; 20. a quibus cùm jugem aquam inventam audiſſent Gerarenſes paſtores, puteum illico invaſerunt; qua de cauſa, *puteus Litigii* ab Iſaaco dictus eſt. 21. Idem altero foſſo puteo accidit; cui propterea *puteo Odii* nomen inditum, quòd odioſè importuni eſſent Philiſthæi. 22. Verùm ne perpetuæ ſuborirentur ſibi cum Gerarenſibus rixæ, refixo illinc Tentorio, Iſaacus in longinquiorem tractum profectus eſt; quo in loco, puteo foſſo *Amplitudinis puteo* nomen impoſuit; quòd ex anguſtiis in quas aquæ inopiâ adductus fuerat, ampliorem vivendi in iis locis facultatem, Deo favente, conſequutus eſſet, atque opes ſuas auxiſſet. 23. Poſtea illic deficiente pábulo, Beerſebam ivit, 24. eademque nocte quâ hìc tetendit, in ſomnis viſus eſt ſibi audire vocem Dei auxilium ſuum, & numeroſam ſtirpem, propter Abrahamum, à quo purè ac ſanctè per multos annos cultus fuerat, pollicentis. 25. Qua de cauſa, altare illic extruxit Iſaacus, & ſacra, accepto à patre ritu, Deo fecit. Ibidem locorum puteum ab Abrahamo foſſum, atque à Philiſthæis obturatum, purgavit.

26. Cùm

que Iſaacum ipſum Abrahami filium contra inimicos omnes defenſurus, & novis muneribus donaturus. De Emphaſi hujus loquutionis vide dicta ad Cap. XVII, 8.

Tibi adero] *Tecum ero.*

Sobolémque tuam, &c.] Hæc verba ſunt priorum ἐξηγητικὰ, nam *benedicere* perinde eſt ac ſobolem augere. Vide not. ad Cap. I, 28.

25. *Nomen Jehovæ invocavit*] Hoc eſt, in exſtructo altari ſacra fecit, & cum omni familia feſtum diem, invocato palam Deo, celebravit. Vide Geneſ. XII, 7, 8. XIII, 4, 18.

Et cùm illic tentorium ſtatuiſſet] *Et tetendit illic tentorium ſuum, & foderunt illic ſervi Iſaaci puteum.* Videtur hîc idem eſſe puteus, de quo infra verſ. 32. qui jam tempore Abrahami foſſus fuerat, ſed à Philiſthæis obturatus ab Iſaaci ſervis iterum effoſſus fuit. Poteſt tamen & alius eſſe, ſi ordine narrationis ſtandum ſit.

26. *Deinde Gerare*, &c.] *Et Abimelech ivit ad eum Gerare, & Achuzath*, &c.

Achuzathus] LXX. Intt. ſequuti ſumus, qui nomen proprium, ut & Vulg. eſſe exiſtimarunt. At Onkelos habet: סיעת מרחמוהי ſihath merahhamohi *comitatus ex amicis*; hoc eſt, amicorum turba, procerum, ſcilicet, Gerarenſium. Verùm nec vox uſquam eo ſenſu occurrit, nam אחזת ahhuza *poſſeſſionem* conſtanter ſonat; nec eam, ſi hoc ſignificaret, in *ſtatu conſtructo* eſſe oporteret.

Ex amicis] *Amicus ejus* מרעהו *merehebou*, LXX. Intt. ὁ νυμφαγωγὸς αὐτοῦ *pronubus ejus*, quaſi is ſignificaretur, qui duceret ad Abimelechum רעה reha *amicam*.

27. *Cùm me odio habeatis*] *Et me odiſtis.*

28. *Animadvertimus*] *Videndo vidimus.* Utitur nomine *Jehovæ* Abimelechus, in hac oratione, non quòd eam vocem protulerit, quæ tum ignota erat, ſed verborum ejus ſenſum ſuo ſtylo expreſſit Moſes; & quia nomine *Jehovæ* dictus poſtea eſt Iſaaci Deus, nullâ temporum ratione habitâ, ita loquentem induxit Abimelechum. Vide not. ad Cap. XXIV, verſ. 31.

Et diximus] Hoc eſt, & conſilium iniimus feriendi tecum fœderis, qua de cauſa nunc venimus. Vide not. ad Cap. XXI, 22.

Jusjurandum] Hoc eſt, fœdus jurejurando utrimque ſancitum, quemadmodum fuerat Abrahamo & Abimelecho, qui an pater hujus, an idem fuerit parum conſtat. Vide Cap. XXI, 22. & ſeqq.

Inter nos, & te] Quæ verba clariùs ſuperiora exponunt, nam *inter nos* poſſet eſſe inter nos Gerarenſes, ne te laceſſeremus injuriâ.

29. *Ne nobis mali quidquam facias*] *Si feceris nobiſcum malum*, hoc eſt, te non facturum nobis malum ullum. Vide not. ad Cap. XLII, 15.

Te non attigimus] Ut noceremus, vide ad verſ. 11. quod tamen rixæ de puteis uſque adeò verum non fuiſſe ſatis oſtendunt. Attamen non videntur ultra verba Gerarenſes paſtores quidquam inhumani in Iſaaci ſervos deſignaſſe.

Tu enim nunc à Jehova benedictus es] Benignè à ſe dimiſſum Iſaacum aiunt, quod jam tum Deum ei peculiariter adeſſe cognoviſſent; qua de cauſa etiam ad eum venerant ut fœdus cum eo facerent, ne aliquando copiis omnibus florens de bello Gerarenſibus inferendo fortè cogitaret, aut ſe eorum hoſtibus conjungeret.

31. *Dimiſſi ab Iſaaco in pace*] *Et dimiſit eos Iſaacus, & abierunt ab illo in pace*, hoc eſt, ut abire eos par erat ab eo quicum fœdus percuſſerant, ſine ulla noxa, ut verſ. 29. Pro לאחיו *leabbiv* eſt in Samaritico לרעהו *lerehebon*, hoc eſt, τῷ πλησίον, ut habent οἱ LXX. Sunt voces ἰσοδύναμοι.

32. *Servos Iſaaci*] *Et venerunt ſervi Iſaaci & nunciarunt*, &c.

33. *Siba*] שבעה *jusjurandum.* Hac alterâ vice, nomen à jurejurando huic puteo impoſitum Geneſ. XXI, 31. Vide verſ. 18. hujus Capitis. Rectè omnino verterunt LXX. Intt. ὅρκον,

 quam-

26. Deinde Gerare ad eum ſe contulerunt Abimelechus, Achuzathus ex amicis, & Phichol ejus exercitûs dux. 27. Iſaacus autem illis, cur ad me, inquit, venitis, cùm me odio habeatis, & me à vobis amandaveritis. 28. Jehovam, inquiunt illi, adeſſe tibi animadvertimus, & diximus, ſit nunc inter nos jusjurandum, inter nos & te, & fœdus tecum percutiamus; 29. ne nobis mali quidquam facias, quemadmodum te non adtigimus, nec tecum aliter, niſi bene, nos geſſimus, atque in pace te dimiſimus; tu *enim* nunc à Jehova benedictus es. 30. Eos convivio excepit *Iſaacus*, comederúntque & biberunt, 31. Tum mane ſurrexerunt, & invicem jusjurandum dederunt, dimiſsíque ab Iſaaco in pace abierunt. 32. Contigit autem eo ipſo die ſervos Iſaaci, de puteo quem foderant, nunciatum venire, eique dicere invenimus aquam. 33. Vocavit itaque eum Siba, qua de cauſa urbi ad hunc uſque diem nomen eſt eſt Beerſeba.

XXV. He-

26. Cùm eo in tractu aliquamdiu tetendiſſet, Abimelechus Gerarenſium Rex, cum Achuzatho purpuratorum acceptiſſimo, & Phichole exercitûs duce, fœderis cum Abrahamo olim facti renovandi causâ eum convenit; verebatur enim ne Iſaacus, malè à Gerarenſibus habitus, pœnas aliquando graviores ab iis repeteret. 27. Iſaacus verò, intellectâ itineris eorum causâ, mirari ſe ait Abimelechum inviſere quem odio haberet, neque Gerare habitare paſſus eſſet. 28. Verùm Abimelechus excuſavit factum neceſſitate, quâ eò adductus fuerat, dixitque ſe animadvertiſſe Iſaacum Numini mirum in modum gratum eſſe; ideóque ne Deo adverſaretur, ſe fœdus olim cum Abrahamo patre factum inſtauraturum cum filio veniſſe. 29. Paratum ſe eſſe in eaſdem leges, eamdémque formulam fœdus jurejurando ſancire. 30. Iſaacus autem, ne pertinaciâ bellum ſibi contraheret, Abimelechi orationi adſenſus, lauto parato convivio, eum & comites opiparè excepit. Cùm epulando quod diei reliquum erat conſumtum fuiſſet, in poſterum diem dilatæ ſunt fœderis cærimoniæ; 31. quo illuceſcente, uſitatis ritibus confirmatum eſt; &, re confectâ, Abimelechus cum comitibus domum reverſus. 32. Sed antequàm abiiſſent, commodùm evenit ſervos Iſaaci nunciare hero puteum, quem Abrahamus illic foderat, atque à Gerarenſium Rege redemerat, purgatum fuiſſe, & aquam jugem inventam. 33. Qua de ratione, nomen eſt priſtinum *puteo Jurisjurandi*, audiente Abimelecho, ab Iſaaco inditum eſt.

P A-

quamquam eos reprehendit *Hieronymus*, qui videtur שבעה legiſſe, quod *abundantiam* interpretatur, quæ eſt ſignificatio vocis שׂבע cum puncto in cornu ſiniſtro. Hæc ejus verba ſunt, digna quæ huc transferantur: *licèt ſuprà ex verbo juramenti, ſive ex ſeptenario ovium numero, quod ſabee dicitur, aſſeruimus* Beerſabee *appellatum; tamen nunc ex eo quod aqua inventa eſt, Iſaac ad nomen civitatis alludens, declinavit paullulum literam, & pro ſtridulo Hebræorum Sin* (hoc eſt שׁ) *à quo* ſabee *incipitur*, Græcum *ſigma, id eſt, Hebræum Samech poſuit*, quod nonnulli de שׂ interpretantur, quod haud aliter ac ס pronunciatur. At hinc ſaltem colligere eſt punctum illud διακριτικὸν literæ ש, tempore *Hieronymi*, nondum fuiſſe impoſitum; alioquin eodem modo ac nos legiſſet, neque ad alienam etymologiam hujus vocis confugiſſet. Attamen nequidem cùm *abundantiam* aut *ſaturitatem* ſonat, antiquis temporibus, videtur prima littera molliùs pronunciata; cùm etiamnum Arabes radicem ejus vocis & derivata à littera *Schin* inchoare ſoleant, ut jam omittam Syros, qui molliore ſono *Sin* carent. Sed videntur Rabbini, ut conjecit *Lud. Cappellus* Arcan. Punct. Lib. I. Cap. 15. puncta ea diacritica, in rudiorum gratiam, ad tollendam homonymiam, inveniſſe.

Urbi] Quæ poſtea ad eum puteum condita eſt, antea enim videtur deſerta regio fuiſſe. Vide Cap. XXI, 31.

COM-

XXV. Heſavi cum Chitthæis connubia. Iſaacus Jacobo, quem Heſavum putat, bene precatur. Heſavi querelæ & ira, quam Jacobus fugiens, in Meſopotamiam proficiſcitur.

34. HEsavus quadraginta annos natus Jehuditham Beeri Chitthæi filiam, & Bosmatham Elonis *item* Chitthæi, uxores duxit; 35. eæque *mulieres* Iſaaci & Rebekkæ animo amaræ fuerunt.

1. Cùm *tamen* conſenuiſſet Iſaacus, oculique ejus caligantes videre non poſſent, pri- Caput
mogenitum filium Heſavum vocavit, & fili mi, inquit. *Heſavus verò* ei, adſum, ait. XXVII.
2. Ecce, inquit *Iſaacus*, conſenui, neque mortis meæ diem novi. 3. Nunc ergo cape, quæſo, arma, pharetram & arcum, egredere in agrum, & ferinam mihi venare.
4. Tum condimenta mihi fac, qualia amo, mihique affer, & comedam; ut antequàm mo-

PARAPHRASIS.

34. INTEREA Heſavus Iſaaci filius natu major, qui multùm cum Chananæis verſabatur, annúmque quadrageſimum adtigerat, duas puellas Chitthæas, invitis parentibus, Jehuditham Beeri & Boſmatham Elonis filiam domum duxit. 35. Eæ morum diverſitate, Iſaaco Chaldæis parentibus prognato, Rebeccæque mulieri Chaldææ graves fuerunt; quâ re Rebeccæ animus ab Heſavo alienior quàm antea factus eſt, auctáque quâ Jacobum proſequebatur caritas.

1. Nec tamen Iſaacus minorem filium majori natu præferre ſuſtinebat, Heſavuſque preces ultimas, quas in gratiam primogenitorum fundere ante mortem patres ſolent, in ſui gratiam concipientem auditurus erat; niſi arte Rebeccæ, pro Heſavo, Jacobus Iſaaco objectus fuiſſet, quod hoc modo contigit. Iſaacus centum triginta ſex annos natus, & præ ſenectute & morbo amiſſo oculorum uſu, cùm decumberet, morti propiorem multò ſe exiſtimabat eſſe quàm erat. Itaque ne fortè diem ſuum obiret, antequàm ſollemnia vota in primogeniti gratiam conciperet, hunc ad ſe vocat; 2. & cùm ſenio videretur defectus, neſcire ſe ait quando futurus eſſet mortis ſuæ dies, ſed haud remotum ſuſpicari; ideóque velle ſe noviſſimas preces in ejus gratiam fundere, poſtquàm pranſus eſſet. 3. 4. Utque affectus, quo filium proſequebatur, paſtu ipſo renovaretur, venatum illico iret, & ferinam allatam, paratámque, prout norat palato ſuo gratiſſimam, ſibi adponeret, ut poſtea extrema parentis vota exciperet.

COMMENTARIUS

In Caput XXVII.

34. HEſavus, &c.] *Et fuit Heſavus filius quadraginta annorum & cepit uxores*, &c.

35. *Animo amaræ*] *Amaritudo ſpiritûs*, hoc eſt, ſummopere ſoceris diſplicebant, quod aliâ phraſi exprimitur infrà Cap. XXVII, 46. Apud Hebræos, & apud alias gentes, ut *dulce* gratum & jucundum: ita *amarum* ingratum & moleſtum ſonat. Vide Prov. XIV, 10. & XVII, 25. Si quæras quare hæ Chananææ diſplicerent tantopere Iſaaco & Rebeccæ? alii, ex LXX. Intt. & *Onkelo*, reſpondent *contendiſſe* eas cum ſoceris, habent enim LXX. ἦσαν ἐρίζουσαι, & Onkelos: *erant rebelles ac immorigeræ verbo Iſaaci & Rebeccæ.* Alii volunt eas Idololatriæ fuiſſe deditas, ut *Jonathan* & *Jeroſol.* Verùm ipſa Rebecca, etiam in Idolorum cultu, educata fuiſſe videtur. Morum diverſitas, quacumque tandem in re ſita fuerit, nurus Chananæas intolerandas fecit Iſaaco & Rebeccæ; nec ſe fortè invicem, omiſſis rebus ad Religionem pertinentibus, Chananæi & Transeuphratæi ferre poterant

In Caput XXVII.

1. *Cùm tamen conſenuiſſet*, &c.] *Et fuit cùm conſenuiſſet Iſ. & caligarent oculi ejus à videndo, & vocavit.* Quamquam nurus Chananææ Iſaaco diſplicebant, attamen Heſavum, ut antea, amabat, & fratri prælatum volebat.

Adſum] *Ecce me.* Sic vocantibus reſpondere ſolebant, ut paſſim videre eſt.

2. *Iſaacus*] Nomina perſonarum colloquentium ſæpe omittunt Hebræi, ut ex ſola voce ויאמר *vajjomer*, & ſenſu intelligamus alium loqui incipere, & quis ſit. Ejus rei exemplum eſt luculentum hoc comma & antecedens.

Neque mortis meæ diem, &c.] Attamen ultra quadraginta annos ab hoc tempore vixit Iſaacus, ut liquet ex Gen. XXXV, 28, 29. Credibile eſt Iſaaco cæcitatem & debilitatem, quæ hîc deſcribuntur, morbo potiùs quàm ſenectâ obveniſſe; ſed eum, præ eâ imbecillitate, morti ſe proximum perperam exiſtimaſſe.

3. *Cape arma*] *Vaſa tolle*, כלי *vas* haud rarò ὅπλον ſignificat. Vide Deut. I, 41. Jud. XVIII, 11. Pſalm. VII, 14.

Pharetram] Ita LXX. & Vulg. Ac ſanè rectè תלי *theli* dicitur pharetra, ἀπὸ τοῦ *thala* תלה, quia ab humeris *pendet*. Samariticus legit תליתך *thlithcha*, quod furcam *tridentem* ſignificare queat. Alii qui ſub *arcu*, cujus mentio ſequitur, pharetram intelligi cenſent, quæ arcui conjuncta eſt, *gladium* interpretantur qui à cingulo *pendet*. Sic Onkelos, qui habet סיפך *sajjephach*, & cujus interpretationem multis defendit *Nic. Fullerus* Miſcel. Lib. I. Cap. 17. Verùm licèt concedam non abſurdè gladium hîc poſſe intelligi: ejus tamen rationes ejuſmodi non ſunt, ut Vett. Intt. auctoritati æquiparari queant. Inter arma non vult pharetram cenſeri, quæ ar-

moriar, tibi benedicam. 5. Audiebat autem Rebekka, cùm Heſavum filium alloqueretur Iſaacus; & Heſavus quidem in agrum ivit, ut ferinam venaretur, *patrique* adponeret.

6. At Rebekka Jacobum filium alloquuta eſt, his verbis: audivi patrem tuum Heſavum tuum fratrem hoc modo alloquentem: 7. adfer mihi ferinam, & fac mihi condimenta, ac edam, & antequam moriar, tibi coram Jehova benedicam. 8. Nunc autem, fili, voci meæ, prout tibi *jam* præcipiam, obſequere. 9. Ito nunc ad capras, & mihi duos hædos pingues inde capito, patríque tuo ex iis, qualia amat, condimenta faciam. 10. Deinde ea patri tuo adpones, & comedet, ut antequàm moriatur tibi be-

ret. 5. Heſavus ſine mora ſe voluntati ejus obſequuturum reſpondet, captíſque armis venatum egreditur. At Rebecca, quæ Iſaaci verba audiverat, viam interea iniit, quâ omnem ejus laborem irritum fecit.

6. 7. Accerſivit illico filium Jacobum, quem, ut dixi, majore proſequebatur adfectu, rémque ei narravit. 8. Tum ſe effecturum ut ipſe vota patris exciperet, ſi ſibi è veſtigio parêret, ſignificavit, 9. 10. ſimulque quid fieri vellet oſtendit. 11. Jacobus verò, quamvis matris imperium exſequi paratus, timebat ne à patre agnoſceretur, matrémque monuit, in animum revocaret Heſavum fratrem villoſum eſſe, pellem verò ſuam ſine villis, 12. ideó

armorum potiùs theca eſt; ſed non intelligitur hîc, ut opinor, pharetra vacua, & ſagittæ inter arma ſine dubio cenſeri poſſunt. At *arcûs* nomine, ſagittas comprehendi putat, adeóque non opus eſſe eorum meminiſſe; paſſim tamen, apud omnis ævi Scriptores, *arcus* & *ſagittæ* unà ponuntur. Nota eſt Horatiana ſententia:

Integer vitæ, ſceleriſque purus
Non eget Mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida ſagittis,
Fuſce, pharetra.

Unà etiam conjunguntur in Scriptura, ut 2 Reg. XIII, 15. & ubi venatorum deſcribuntur arma Eſa. VII, 24. Addit *Fullerus* nomen uſitatius pharetræ eſſe אשפה *aſchphah*, nec veriſimile eſſe uſurum fuiſſe Iſaacum nomine inſolentiore; ſed quis de uſu Linguæ Sacræ, per omnia tempora, certum judicium poſſit ex tam paucis libris ferre? Deinde an eſt חלי, quod hoc tantùm loco exſtat, pro *gladio*, uſitatius? Sæpe accerſitis ratiocinationibus, ſuas fulcit conjecturas vir doctiſſimus, quibus nihil eſt in hoc rerum genere fallacius.

In agrum] Procul à tentoriis, unde hominum frequentia feras fugat. Vide not. ad Capp. IV; 8. XXIV, 36.

Ferinam mihi venare] צידה *tſedah*, *venare mihi venationem.* Maſſorethæ legunt ציד *tſajid*, volúntque ה ultimum abundare, nec ſanè in Samaritico comparet Codice. Sed utrovis modo legatur, ferinam ſignificari ſatis conſtat.

4. *Condimenta*] מטעמים *mathammim*, hoc eſt, ſapida edulia, qualia condimenta, quibus aromata induntur.

Ut tibi benedicam] *Benedicat anima mea, ego*, ut ex ſexcentis locis & verſ. 7. ſatis liquet. At non ita facile eſt dictu, quare Iſaacus grati ſaporis condimenta ſibi ab filio velit parari, *ut ei benedicat*; quid enim opus erat cibis, ut filio bene precaretur? aut ſaltem cibis ſapidioribus? Reſpondent viri docti refici cibo & vino voluiſſe Iſaacum, ut animum eo pacto recrearet, & divino ſpiritui excipiendo aptiorem redderet. Nam triſtitia, anxietas & ejuſmodi alii adfectus cùm animum perturbent, tum etiam cibo & præſertim vini potu leniri poſſunt (Prov. XXXI, 6.) adeóque his potuit uti Iſaacus, ut opinantur, fugandi omnis mœroris cauſâ, ut divinam inſpirationem, quæ in mœſtum hominem non cadit, excipere poſſet, & filio futura prænunciare. Verùm hoc videtur niti Judaïco axiomate, *Spiritum Prophetiæ in hominem triſtem non cadere*; quod ſi verum eſſet, paucos profectò habuiſſent Prophetas, cùm pleroſque Hebræi ſceleribus ſuis in ſummas anguſtias conjecerint. Vide de ea opinione *Joan. Smithum* de Prophetia. Cap. VIII. Deinde quamquam vota piorum parentum exitum ſortiri credebantur, ita volente Deo, qui ſe eorum ſoboli promiſerat benedicturum; ſemper prophetica fuiſſe, nuſquam nos docet Scriptura.

Hæc cùm ita ſint, non dicam hominem ſobrium aptiorem eſſe excipiendis divinis inſpirationibus, quàm bene pranſum; & qui contrarium cenſent, profanorum hominum cavillationibus Scripturam Sacram nec opinos exponere. Sed voculam UT בעבור *bahabour* hîc non ita ceperim, quaſi prandere ſe oportere dixerit Iſaacus, UT filio benedicere poſſet, quod à ſobrio fieri nequiret; veriſimilius eſt incitamento eam præfigi, ut cùm Iſaaco benedicendi filio dudum animus eſſet, quamvis nihil comediſſet, cuperétque is interea ferinâ veſci, filium ita compellarit, ut quàm primùm venatum iret, & optatum cibum ſibi pararet, quemadmodum Paraphraſi expreſſimus. Præterea cùm, ut obſervatum eſt ab ipſo Moſe Cap. XXV, 28. Iſaacus Heſavum præferret Jacobo, ea ipſa de cauſa quòd ferinam ſibi crebrò apponeret, renovari ſibi fortè voluit occaſionem filio bene volendi cibo jucundo, ut eò alacriori animo ei bene precaretur. Hinc ubi Iſaaci verba iterum repetuntur, non occurrit vocula UT, ſed conjunctio ET. Vide verſ. 7.

6. *His verbis*] *Dicendo, ecce audivi.*

7. *Coram Jehova*] Hoc omiſſum eſt in ſuperioribus verbis, quod tamen momenti alicujus videtur. Hæc enim verba ſignificant Iſaacum de ultimis illis votis, non iterandis, quæ moribundi parentes in gratiam liberorum effundebant, loquutum. *Coram Jehova* ea fieri dicuntur, quòd tunc temporis Deus loquentibus adeſſe, precéſque ratas facere exiſtimaretur. Alibi etiam in ejuſdem orationis repetitione, occurrunt circumſtantiæ antea omiſſæ. Vid. not. ad Cap. III, 3. XXIV, 40.

8. *Voci obſequere*] *Vocem audi.*

9. *Ito*

benedicat, 11. Jacobus verò Rebekkæ matri, en, inquit, Heſavus frater meus villo-
ſus eſt, ego verò lævis. 12. Fortaſſe autem me adtrectabit pater, eique inſtar decep-
toris ero, & mihi maledictionem, non benedictionem contraham. 13. At mater, ma-
ledictio, inquit, quam tibi contrahes mihi incumbat; obſequere modò voci meæ, i,
& *quod dixi* mihi cape. 14. Ivit ergo, cepitque & matri adtulit; ea verò condimenta
fecit, qualia amabat ejus pater. 15. Sumtis etiam Heſavi majoris natu filii, quas do-
mi habebat, veſtium pretioſiſſimis, iis Rebekka Jacobum filium natu minorem induit.
16. Pellibus verò hædorum manus ejus, & lævorem cervicis veſtiit. 17. Tum condi-
menta, & panem quem fecerat, in manum Jacobo tradidit.

18. Is

11. ideóque ſi à patre fortè contrectaretur, ſtatim agnitum iri; quod ſi fieret, ſe ab deluſo Iſaaco, pro votis, diras imprecationes relaturum. 13. At Rebecca, quidquid mali hinc poſſet timere, præſtituram ſe reſpondit, modò ſine mora ſibi parêret. 14. Igitur, citato gradu, ad caprarum gregem ſeſe ille confert, geminóſque hædos pingues ad matrem adfert, quæ illico eos ferinæ inſtar paravit, & pulpamenta, qualibus delectabatur Iſaacus, fecit. 15. Dein veſtes pretioſas Heſavi, quas ſervabat, ex arca depromſit, iiſque Jacobum induit. 16. Ne autem ex pelle glabra agnoſceretur, hædorum pellibus brachia & collum ejus ſedulò involvit. 17. Sic ornato cibum, quem paraverat, ad patrem ferendum dedit.

18. Is

9. *Ito nunc ad capras*] צאן *tſon*, quod cùm tam *capras*, quàm *oves* ſonet, hîc priore ſenſu intelligendum.

Hædos pingues] *Hædos caprarum bonos.* Videtur, cùm duos hædos capi juſſerit Rebecca, non unum ferculum Iſaaco adpoſitum, ſed eadem caro variis modis condita; unde factum ut *condimenta*, numero multitudinis, dicantur.

10. *Ut antequàm moriatur*] Hoc eſt, non ut cibus excipiendo Spiritui Sancto magis idoneum eum reddat; ſed ut obſequio, quod ſibi adeò celeriter præſtitum exiſtimabit, delectatus, tibi, antequàm frater redeat, benedicat.

11. *Villoſus eſt*] *Vir villoſus, ego verò vir glaber.* שעיר ſchahir *villoſum* ſonat, unde monti quem inſedit Heſavus nomen *Sebir*. Vide not. ad Cap. XXV, 25.

12. *Eique inſtar deceptoris*] *Et ero in ejus oculis, ut decipiens.* Hæc & ſequentia verba ſatis oſtendunt, ipſum Jacobum intellexiſſe dolo malo benedictionem paternam ad fratrem pertinentem derivari ad ſe. Nec eventus rectè eum feciſſe probat, ut oſtendimus ad Cap. XXVI, 34. Dignus quidem erat Heſavus, qui primogeniti jure, quod turpiter vendiderat, excideret; ſed Jacobo dignum non erat ei id dolo eripere.

Mihi contraham] *Faciam venire ſuper me.*

Maledictio quam contrahes] *Maledictio tua.* Vide not. ad Cap. XXI, 5.

Mihi incumbat] *Sit ſuper me*, hoc eſt, in me incidat; ſi quod eſt ea in re incommodum, id ego quidem luere volo. Similis eſt loquutio Matth. XXVII, 25. Significat Rebecca nihil eſſe quod timeret Jacobus, cùm enim dubitanti facturúſne ſit, quod rogatur, ne noxam contrahat, nos culpam præſtituros ſpondemus, eo ipſo nullam fore oſtendimus. Hinc colligere licet Iſaacum non modò oculorum uſu deſtitutum, ſed etiam parum cautum fuiſſe, qui tam facilè poterat falli.

15. *Sumtis etiam*] *Et ſumſit.*

Pretioſiſſimis] *Optatis*; quæ concupiſcuntur iis quæ concupiſcunt pretioſa ſunt.

17. *Jacobo*] Additur *filio*, quod aliquot antea verbis præceſſit.

18. *Adſum*] *Ecce me.* Vide ad verſ. 1.

19. *Surge, ſede*] In lecto, præ debilitate, Iſaacus decumbebat.

Ut mihi benedicas] *Benedicat anima tua.* Ut recreatus ſapido cibo, quem tibi paravi, excitatâ in te quâ me proſequeris amicitiâ, mihi bene preceris. Vide ad verſ. 4.

20. *Quàm citò inveniſti*] *Quam feſtinaſti ad inveniendum!* Vide Cap. XXIV, 18.

Fecit ut occurreret mihi] הקרה *hikra*, de quo vide not. ad Cap. XXIV, 12. Si quid inuſitatum eſſet, quamvis non magni momenti, id Deo aliquando tribuere ſolebant. Quanti enim intererat Iſaaco tam citò ferinam parari? Sic & antiquiſſimi Græci loquebantur. Ulyſſes apud *Homerum*, de ſuo in Siciliam adventu, cùm victibus deſtitutus eſſet, Odyſſ. I. verſ. 158.

— Αἶψα δ' ἔδωκε Θεὸς μενοεικέα θήρην.

Statim dedit Deus venationem ſufficientem.

21. *Accede, quæſo*] Aliquid ex voce, & nimis cito reditu ſuſpicabatur Iſaacus.

24. *Sum*] *Ego*, ſubintelligitur *ſum*, ut paſſim poſt pronomina. Hîc non modò ſimulatio fuit, ſed & mendacium.

25. *Benedicam*] *Benedicat animus meus.*

27. *Odorem veſtium*] Videntur ſplendidiores veſtes aromatum odore, aut odoratis unguentis fuiſſe perfuſæ; quales cùm ſciret ab Heſavo interdum geſtari Iſaacus, quin is ipſe eſſet non amplius dubitavit. Arabia vicina, jam ab iis temporibus, ſatis odorum ditioribus ſuppeditare potuit. Sed frequentior, creſcente luxu, eorum uſus fuit. Cantic. Cap. IV, 10. ita Sponſam alloquitur Sponſus: *odor unguentorum tuorum omnibus aromatibus præſtantior eſt, — odor veſtimentorum tuorum eſt ut odor Libani.* Vide & Prov. XXVII, 9.

Inſtar odoris agri] Similitudinibus durioribus, vel ex Cantico Canticorum, uſos eſſe Hebræos omnibus notum eſt, inter quas hæc numeratur; quæ tamen fortè non tam dura, quàm ambigua eſt, cùm dubium ſit an hîc florum, aut fructuum odor, an ipſius terræ intelligatur. Odorem ſuavem ex agro floribus conſito manare quis neſcit? Eſt tamen ea in re aliqua, pro diei tempore, varietas, quod docebit *Theophraſtus* de *Cauſis Plant.* Lib. VI. Cap. 25. Odor etiam ex fructibus naſcitur, nec ipſæ infrugiferæ arbores eo carent, ſub finem potiſſimùm veris, atque ineunte æſtate. Cùm hæc ubique reperiantur, Arabia aromatifera hoc habuit ſingu-

18. Is verò ivit ad patrem, & patct mi, inquit; adſum, ait *Iſaacus*, quis es fili mi, 19. Ego ſum, ait patri Jacobus, primogenitus tuus Heſavus; quemadmodum mihi dixiſti feci, ſurge nunc, ſede, atque ex ferina mea comede, ut mihi benedicas. 20. Iſaacus verò filio, quàm citò inveniſti, fili mi! ille autem, fecit, inquit, Jehova Deus tuus ut mihi occurreret *fera*. 21. Tum, Iſaacus Jacobo, accede quæſo, ut te, fili mi, adtrectem, & filiúſne Heſavus ſis, nécne *videam*. 22. Acceſſit Jacobus ad Iſaacum patrem, atque *hic* eum contrectavit, & vox eſt, ait, Jacobi vox, manus verò Heſavi ſunt manus. 23. Neque eum agnovit, quia manus ejus, inſtar manuum Heſavi fratris, villoſæ erant, eique bene precatus eſt. 24. *Iterum tamen*, éſne, inquit, filius meus Heſavus? Sum, *ait* ille. 25. Adpone ergo, inquit, mihi, & comedam ex venatione filii mei, ut tibi benedicam. 26. Adpoſuit illi, comedítque *Iſaacus*, & vinum adtulit, atque ille bibit. 26. Deinde ei Iſaacus pater, accede quæſo, inquit, & oſculare me, fili mi. 27. Acceſſit, eúmque oſculatus eſt.

Cùm

18. Is ad decumbentem cùm veniſſet, adeſſe ſe ſignificat, & qui ſit à patre viciſſim rogatus, 19. Heſavum ait ſe eſſe filiorum natu majorem; qui ejus juſſis perfectis, ferinam paratam adferret; ſurgeret ergo, eáque veſceretur, ut poſt prandium, prout pollicitus erat, in ſui gratiam preces funderet. Tum verò 20. Iſaacus mirari tam cito venatum inventum, ſed Jacobus non ſine Numine ut fera ſibi illico occurreret factum eſſe reſpondit; neque enim dubitare ſe quin Deus gratas haberet, quas pro ſe concepturus eſſet, preces. 21. Parata hæc reſponſio omnem doli ſuſpicionem, quæ patris animum dum vocem audit Heſavi voci diſſimilem ſubire cœperat, eximere non potuit. Itaque juſſi accedere, ut contrectaretur, 22. a patre manus tanguntur; quæ cùm villoſæ eſſent, deluſus eà arte ſenex, cui aliquid ex voce ſuboluerat, vocem quidem eſſe Jacobi, ſed manus Heſavi exclamavit; 23. neque fraudem ſenſit, propter villoſum involucrum, quo ſe texerat Jacobus. 24. Quæſivit tamen iterum Heſavúſne eſſet, & cùm ſe eſſe reſpondiſſet, 25. admoveri ſibi cibum juſſit, vota poſt paſtum in ejus gratiam

gulare, quòd ex plantis quibus erat conſita gratiſſimus ſpiraret odor. *Herodotus* Lib. III. Cap. 113. ἀπόζει τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης θεσπέσιον ὡς ἡδὺ, *redolet Arabia mirificè jucundo quodam odore.* Neſcio quis ſub *Tibulli* nomine Lib. IV. carm. 2. verſ. 17. de Sulpicia:

Poſſideátque metit quidquid BENE OLENTIBUS ARVIS
Cultor odoratæ dives Arabs ſegetis.

Atque eò potuit reſpicere Iſaacus, odoribus quibus veſtes Heſavi fragrabant monitus. Terra quoque ipſa gratiſſimum odorem emittit, cùm poſt longiorem æſtum cadit pluvia; quem etiam ſicciore tempore ſentiunt, qui nauſeantes in mari eo recreantur, ſtatim ac ad terram accedunt. Odoris poſt pluviam ex terra orti meminit idem, quem modò laudavimus, *Theophraſtus*; ſed pro ejus verbis, *Pliniana* huc transferemus, quamquam ab aliis laudata, quia quæ maximè huc faciunt omiſerunt. Non modò obſervat *Plinius*. Lib. XVII. Cap. 5. *terram, cùm à ſiccitate continua, immaduit imbre, tunc emittere illum ſuum halitum divinum ex ſole conceptum, cui comparari ſuavitas nulla poſſit*; ſed duo præterea animadvertit: ex quibus quid Iſaacus velit intelligemus (ſi modò terræ ipſius odorem in animo habuit) nam poſtquàm hoc de terra *quieſcente*, ſeu aratro non proſciſſa, adfirmavit, ſubjicit eſſe fertilis ſoli indicium, ſi cùm proſcinditur, odor ille oriatur: *Is eſſe odor*, inquit, *in commota debebit, repertúſque neminem fallet; ac de terra odor optimè judicabit. Talis ferè eſt in novalibus, cæſâ vetere ſilvâ, quæ conſenſu laudatur.* Fortè eo reſpexit Iſaacus, cùm odorem filii non cujuſvis agri odori, ſed ejus *cui benedixit Jehova*, hoc eſt, fertilis, confert. Præterea potuit optimè Iſaacus unguenti odorem, quo imbutæ erant Heſavi veſtes, odori terræ comparare, ut ex hiſce *Ciceronis* Lib. III. de Orat. Cap. 25. liquet: *unguentis minùs diu delectamur, ſumma & acerrima ſuavitate conditis, quàm his moderatis, & magis laudatur quòd* TERRAM, *quàm quod crocum olere videatur.* Alii quidem ex Vett. Codd. legunt *ceram*, ſed videtur eſſe emendatio librariorum, qui non intelligebant quid unguentis eſſet cum terra. Certè *terram* legit *Plinius* Lib. XIII. Cap. 3. ubi *Ciceronem* hanc in rem laudat, & loco antea laudato, ne quid ſuperſit dubii, ubi de odore terræ hæc addit: *Certè Cicero lux doctrinarum altera:* meliora, *inquit*, unguenta ſunt quæ terram, quàm quæ crocum ſapiunt, *hoc enim maluit dicere, quàm redolent. Ita eſt profectò, illa erit optima* (terra) *quæ unguenta ſapiat.* Inter gratiſſimos odores, eos quos terra & *Arabicæ meſſes* emittunt recenſet quoque *Martialis* Lib. III. Ep. 65.

Quod ſpirat teneræ malum mordente puellâ,
Quod de Corycio quæ venit aura croco,
Vinea quod primis floret cùm cana racemis,
Gramina quod redolent quæ modo carpſit ovis,
Quod myrtus, quod MESSOR ARABS, *quod ſuccina trita,*
Pallidus Eoo ture quod ignis olet,
GLEBA *quod, æſtivo leviter cùm ſpargitur imbre,*
Quod madidas nardo ſparſa corona comas, &c.

Conferet cum hoc *Martialis* loco Lector otioſus Cant. I, 12, 13. Poeta Vetus in *Catalectis*, ad puellam, quam ſummopere laudat:

Cedit odora tibi vernantis gloria ſilvæ,
Nec tibi quod riguus præferat hortus habet.
Nulla colorati ſpecies tibi proxima prati,
Nec cùm floruerit, par tibi campus erit.

Dignum eſt obſervatu, in Codice Samaritico, poſt vocem שדה ſchadeh *ager*, addi מלא male, *plenus*, quod legerunt LXX Intt. qui habent ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρους, nempe, odoratarum plantarum.

Cui

Cùm autem odorem veſtium ejus olfeciſſet, ei benedixit, atque, en odòr, inquit, filii mei inſtar odoris agri, cui benedixit Jehova. 28. E rore cœli, & pinguedine terræ det tibi Deus, frumentique & mulſi copiam! 29. Serviant tibi populi, inflexo te corpore venerentur gentes; ſis fratrum tuorum dominus, & filii matris tuæ te, vultu in terram converſo, ſalutent! Qui tibi mala imprecabuntur, maledicti; qui bona, benedicti ſint!

30. Cùm abſolviſſet Iſaacus Jacobo bene precari, & Jacobus è patris Iſaaci conſpectu vix exiiſſet; ex venatu rediit Heſavus frater. 31. Fecit etiam hic condimenta, atque ad patrem adtulit, cui dixit: ſurgat pater meus, & ferinam filii ſui comedat, ut mihi benedicas. 32. Iſaacus verò pater ei, quis es, inquit. Sum, ait filius tuus primogenitus Heſavus. 33. *Quo audito*, Iſaacus ſummopere commotus, quis ergo, inquit, & ubi ille eſt, qui ferinam venatus ad me adtulit; ex cujus omnibus, antequàm venires, *condimentis* comedi, & cui bene precatus ſum? Profectò benedictus erit.

tiam concepturus. Paruit Jacobus; & præter pulpamenta, vinum adlatum patri potandum dedit.

26. Poſtquàm pranſus erat Iſaacus, Jacobum ad ſe accedere jubet, ut eum amplectatur. 27. Tum propiorem factum amplexatur, atque exoſculatur, & cùm odorem veſtium ejus olfaceret, in hæc verba erupit: odor filii mei omni aromatum genere fragrantem agrum æquat. 28. Tempeſtivas pluvias, agros fertiles, frumentique & vini ingentem copiam Deus, ô Heſave, tibi largiatur! 29. Obnoxii tibi ſint vicini populi, atque humi proſtratæ te adorent finitimæ gentes! In conſanguineos imperium exerceas, eadémque fati proſapiâ tibi ſupplices procumbant! Quicumque tibi dira imprecabuntur, in eorùm capita recidant quæ fuerint precati; iiſque omnia ex voto eveniant, qui tibi fauſta optabunt!

30. Cùm hæc dixiſſet Iſaacus, Jacobo vix è Tentorio ejus pedem efferente, jam aderat è venatione rediens Heſavus. 31. Is autem confeſtim etiam parata pulpamenta ad patrem tulit, ſurgerétque oravit, ut ſibi pranſus, ſicut promiſerat, bene precaretur. 32. Quis verò eſſet, qui ſic loqueretur, rogante Iſaaco, Heſavum ſe profeſſus eſt. 33. Quo audito,

Cui benedixit Jehova] Ut *terra maledicta* eſt ſterilis, vel quæ inutiles tantùm, aut noxias herbas profert, nec niſi labore magno coli poteſt: ita *ager cui Deus benedixit*, eſt fertilis plantarum vitæ utilium, pinguis, & qui modico cultu indiget. Vide ſup. Cap. III, 17, 18. IV, 11, 12. Sic & Heb. VI, 7. μεταλαμβάνει εὐλογίας eſt *fertilem haberi*.

28. *E rore cœli*] In calidioribus regionibus, ubi non frequentes cadunt pluviæ, copioſiores ſunt rores, & veſpertini ac matutini cadentes pluviæ vice ſunt. Sed & ſub rore videtur contineri pluvia, quæ à rore, niſi aquæ copiâ, non differt. *Plinius* Lib. XVIII. Capit. 21. *In Bactris, Africa, Cyrene — ſiccitas coërcet herbas, fruges nocturno tactas rore nutriens.* Hinc in benedictionibus, rores & pluviæ conjungi, & promiſcuè ſumi ſolent. Vide benedictionem Moſis Deut. XXIII, 13, 28. & Zachar. VIII, 12. Contrà in imprecationibus & minis, roris & pluviæ ceſſatio legitur. Vide 2 Sam. I, 21. Haggæum I, 10. Optat ergo hîc Jacobo Iſaacus agrorum fertilitatem, quoad ex tempeſtivis pluviis & copioſis roribus pendet.

Pinguedine terræ] *Pinguedinibus*, hoc eſt, agros fertiliſſimos. Nam *pinguedo terræ* eſt tractus uberrimus. Si pluviæ & rores tempeſtivi in fertile incidant ſolum, nihil ad omnium rerum copiam, præter humanam induſtriam, accedat neceſſe eſt.

Muſti] תירש *thiroſch*; propriè γλεῦκος; ſeu vinum quod arte dulce per totum annum ſervatur. Vide Jud. IX, 13. & Eſaï. LXV, 8. Ex hoc aliiſque locis in deliciis fuiſſe, apud Orientales, ut apud Græcos & Romanos, colligere eſt. De ejus conficiendi & ſervandi ratione. vide *Columellam* Lib. XII. Cap. 29. & Scriptorem *Geoponicorum*, ſub finem Libri VI.

29. *Sis fratrum tuorum dominus*] Fratres hîc non Jacobi propriè ſpectantur, neque enim illis, qui ex ejus conſanguinitate erant, poſteris putà Abrahami ex Hagara & Ketura, neque etiam Heſavo imperavit. Hæc verba ad poſteros Jacobi pertinent, qui à temporibus Davidis vicinis gentibus aliquoties ſubactis imperitarunt; quod ex ſequentibus magis liquebit. Hoc autem inter primogenitorum jura fuit, ut fratres eis parerent, ut diximus ad Cap. XXVI, 31. ac proinde Iſraëlitas Idumæis neſcius prætulit Iſaacus.

Filii matris tuæ] Poſteri Rebeccæ ex Heſavo, hoc eſt, Idumæi, ſed poſt aliquot ætates.

Vultu in terram converſo] ישתחוו *jiſchthabbavon*, quod vertimus in antecedentibus verbis, vitandæ repetitionis causâ, *inflexo te corpore venerentur*.

Qui tibi mala imprecabuntur] *Maledicentes tibi, maledictus*, hoc eſt, quiſquis tibi mali quidquiam imprecabitur, is in id malum ipſe incidat.

30. *Vix exiſſet*] *Tantùm exeundo exierat.*

31. *Cui dixit*] *Et dixit patri.*

Surgat pater meus] Tertiâ perſonâ Hebræi, pro ſecunda, ita aliquando utuntur, & ſtatim poſtea ad ſecundam redeunt.

33. *Summopere commotus*] יחרד חרדה *jebberad bharadah*, hoc eſt, *contremuit tremore magno uſque valde*, aut *territus*, vel *perculſus fuit*, cùm, nempe, deprehenderet ſe deceptum fuiſſe, quamquam ſibi videbatur ſatis caviſſe. Studium & ſollicitudinem ſignificant hæ voces 2 Reg. IV, 13.

Certè benedictus erit] גם *gam*, quod plerumque *etiam* verti ſolet. Vide Job. XVIII, 5. Quare preces repetere, aut revocare, in Heſavi gratiam, noluerit Iſaacus, duæ potiſſimùm cauſæ fuiſſe videntur. Primùm, non modò credebant eo ævo non eſſe irritas patris morientis preces, ſed eas iterari non poſſe; quaſi Deus

erit. 34. Auditis patris verbis, in maximum & amariſſimum clamorem erupit Heſavus, & patri, mihi quoque, inquit, mi pater, bene precare. 35. *Iſaacus* verò fraudulenter, inquit, venit frater tuus, & benedictionem tuam abſtulit. 36. Annon *meritò*, ait Heſavus, ei nomen Jacobo inditum? Jam hac alterâ vice me ſupplantavit, mea primogeniti jura rapuerat, en verò nunc etiam benedictionem abſtulit meam. *Tum patri*, nullámne, inquit, benedictionem mihi ſervaſti? 37. Reſpondit Iſaacus Heſavo, &, en ego, inquit, dominum illum tuum conſtitui, omnéſque fratres ei ſervos dedi, frumento & muſto eum ſuffulſi; tibi verò, fili mi, quid nunc facerem? 38. Eſtne ergo, air patri Heſavus, tibi una benedictio? bene precare etiam mihi,

to, mirum in modum perturbari Iſaacus, & quis ergo homo ille eſſet, qui modò ad ſe ferinam adtulerat, quâ pranſus erat, quærere; ſe enim toto animo preces in ejus gratiam, non irritas futuras, concepiſſe. 34. Heſavus verò, prærepta ſibi patris vota ſentiens, clamore & lacrimis alia ſibi flagitare cœpit. 35. Sed Iſaacus ſemel à patre concipiendas preces in fratrem, à quo circumventus fuerat, effuſas à ſe revocari poſſe negavit. 36. Tum Heſavus haud immeritò fratrem *ſupplantatorem* vocatum fuiſſe ait, qui ſe nunc ſecundùm ſupplantaret; nam poſtquàm promogeniti jura à ſe fame laborante inſidioſè emerat, nunc ipſas intercepiſſe ſibi preces paternas; ſed mirari ſe ita eſſe conſumta patris vota, ut nulla in ſui gratiam concipere ampliùs poſſet. 37. Iſaacus verò ſe ea fratri largitum eſſe reſpondit, quæ alteri optare integrum non erat; imperium enim in omnes conſanguineos ei voviſſe, ac præterea lætas vineas, ſegetéſque fecundas, nec ſe ſcire quidquam reliquum eſſe factum, quod Heſavo poſſet impertiri.

patri poteſtatem feciſſet ſemel tantùm liberis precandi quod vellet, ſi preces ratas eſſe cuperet; atque iteratas, aut immutatas ſe exauditurum negaſſet. Unde hæc orta eſſet opinio, nuſquam nos Scriptores Sacri docent; ſed altas radices in hominum eam animis egiſſe, hæc oſtendit hiſtoria. Secundò, hac in re fraudi indignari noluit Iſaacus, his fortè de cauſis. Recordatus eſt fortaſſe oraculi, quod editum Rebeccæ fuerat, antequàm gemellos quos utero gerebat pareret; & cùm videret ſe quoque, quamquam invitum, id reſponſum votis ſuis confirmaſſe, rem quidem non probavit, nam dolus erat, ſed divinitus tamen eam contigiſſe intellexit. Nec erat, cur eum pœniteret Jacobo benedixiſſe, quaſi natu majori; cum Heſavus πρωτοτόκια ſua, adeóque ejus benedictionis jus turpiter vendidiſſet. Atque hujus quoque facti fortè in animum rediit memoria, unde ſe quod non ſine divina providentia contigerat, irritum facere non poſſe collegit. Alioqui, ſi nihil aliud fuiſſet hic, præter dolum, nulla videtur proferri poſſe ratio, ob quam Iſaacus dicta revocare nollet. Quid obſtitiſſet, quominus ſe deceptum queſtus, ſibi Heſavi benedicendi fuiſſe animum, ideóque compotem eum fore benedictionis; Jacobum verò, propter dolum, pœnas luiturum pronunciaret? Ac ſanè, quamvis conſilium, de Iſraelitis Heſavi poſteris præferendis, propterea non mutarit Deus; attamen, ſi ipſos fratres Heſavum & Jacobum ſpectemus, commodiorem vitam egit Heſavus quàm Jacobus, & primogeniti jura uſurpavit.

34. *Auditis*] In Samaritico eſt initio commatis ויהי *vajjebi* καὶ ἐγένετο: ut habent LXX Intt. Huic verbo aut exprimendo, aut ſubintellecto reſpondet, more Hebræo, ſequens ויצעק vajjitshak, *& clamavit.*

In maximum & amariſſimum, &c.] *Clamavit clamore magno & amaro, uſque valde*, hoc eſt, graviſſimè conqueſtus eſt.

36. *Annon meritò*, &c.] Hoc eſt, meritiſſimo, ſummo jure ſupplantator dictus eſt. Vide not. ad Cap. XXV, 26. Nam interrogatio, apud Hebræos, eſt ſæpe vehementior adfirmatio.

Mea primogeniti jura, &c.] Cùm pulte lentium ea emit. Cap. XXV, 31.

Benedictionem meam] Quæ ad me, pro jure primogeniti, pertinebat.

Nullámne benedictionem] Hoc eſt, an omnes quas concipere poteras preces, & quas à Deo ratas habitum iri ſperas, in fratris gratiam effudiſti? Itáne omnia ei precatus es, ut omnes alios excluſeris?

37. *Dominum illum tuum*] Hoc eſt, poſteritatem tuam Jacobi poſteris ſervituram dixi; aut Iſaacus ipſis filiis ſuis eventurum fruſtra credidit, quod eorum ſobolem poſt multas generationes ſpectabat. Atque hoc ita Jacobo optaverat, ut in ejus partem Heſavus venire non poſſet.

Frumento & muſto eum ſuffulſi] Hoc eſt, eum, præ ceteris omnibus conſanguineis, frumento & vino abundare precatus ſum, ideóque neminem ei nunc æquare poſſum. *Fulcire* dixit *ἀντὶ τοῦ donare*, quia, ut Pſaltes ait, Pſal. CIV, 15. *vinum exhilarat animum hominis, faciem ejus ſplendidiorem facit oleum, & panis cor ejus ſuſtentat.* Vide ſup. Cap. XVIII, verſ. 5. Hinc panis *ſcipio* haud rarò dicitur. Feciſſe autem dicit ſe Iſaacus quod precatus erat, quia preces ſuas non irritas fore norat. Sic & Prophetæ quæ prædicunt facere dicuntur, propter certum vaticiniorum eventum. Vide Jerem. I, 10. Neque enim Iſaacus frumentum & vinum Jacobo dare potuit, cùm nec vineta, nec agros haberet propria.

Tibi verò quid facerem?] Ita illi omnia erat precatus, præcipuo & eximio jure, ut particeps ex æquo eorum hic eſſe non poſſet.

34. *Simul in ejulatum*, &c.] *Et ſuſtulit Heſau vocem ſuam & flevit*, quod non de tacitis lacrimis, quæ ſine querelis effunduntur, ſed de ejulatu dicitur paſſim. Cùm hæc evenerunt, ſeptuageſimum annum ſuperarat Heſavus; ſed omnis Antiquitas ſacra & profana non pueris tantùm, mulieribúſque, aut vulgaribus hominibus, ſed optimis ac fortiſſimis viris lacrimas & ejulatum paſſim tribuit. Quæ res, modò ſervetur ea mediocritas, intra quam omnes coërceri debent adfectus, tantùm abeſt ut vitio verti queat;

mihi; mi pater; *ſimul* in ejulatum & lacrimas erupit. 39. Ei verò reſpondit Iſaacus pater, & à pinguedine quidem terræ, inquit, *remota erit* ſedes tua, neque rore cœli ex alto *fecundabitur*, 40. gladio tuo vives, fratrique tuo ſervies; ſed erit cùm imperabis, jugúmque ejus è cervice tua franges.

41. Exinde Jacobum, propter benedictionem quâ ei bene precatus erat pater, odio habuit Heſavus, atque apud ſe dicebat: adpropinquant luctûs patris mei dies, tum ego Jacobum fratrem interficiam. 42. Sed renunciata cùm eſſent verba Heſavi filii primogeniti Rebekkæ, miſit qui filium natu minorem Jacobum accerſerent, eique, ecce frater tuus Heſavus, inquit, hoc ſe ſolatur, fore ut te occidat. 43. Nunc ergo, fili,

tiri. 38. At ille plura poſſe patrem adprecari contendit, precéſque etiam ſibi ejulatu propoſcit. 39. Igitur Iſaacus, ſedes Heſavi fore quidem in regione parum fertili dixit; 40. ſed egregios bellatores, qui ferro opes ſibi quærerent, geniturum; & qui, quamvis Jacobi poſteris aliquamdiu ſervituri, attamen excuſſo eorum jugo ſui juris poſtea futuri eſſent.

41. Ab eo tempore, haud levi odio Jacobum proſequutus eſt Heſavus, quamvis patris causâ id diſſimularet; linguæ tamen omnino temperare non potuit, quin occultam ſimultatem patefaceret. Jactavit enim inter amicos, quos fidos ſibi putabat, poſt patris mortem, quæ non remota videbatur, fratrem ſibi ſanguine pœnas luiturum. 42. Hæc verba Rebeccæ matri delata ſunt, quæ minis ferocis viri territa ejus iram declinandam cenſuit. Itaque Jacobum ad ſe vocat, & quæ dixiſſet Heſavus memorat, 44. nec ſe videre ait viam ullam tutiorem vitandæ iræ fraternæ, quàm ſi Charras in Meſopotamiam,

queat; ut duram & parum humanam indolem eorum oporteat eſſe, qui omnia ſiccis oculis aut videre, aut ferre poſſunt. Hinc Chriſtus ipſe, unicum omnium virtutum, veræque adeò conſtantiæ exemplar abſolutiſſimum, plus ſemel illacrimatus eſſe legitur. Vide Luc. XIX, 41. Joan. XI, 35.

39. *Ex pinguedine quidem*] Subintelligi hîc cenſuimus תהיה thihjeh, *eris*, & מ in vocibus משמני & מטל *miſchmanne* & *mittal*, interpretati ita ſumus, quaſi *procul* ſignificet. Certè *ultra*, aut *extra*, quod eodem recidit, ſonat Levit. X, 7. Joſ. XIX, 47. Jud. VII, 3. 1 Sam. XIV, 1. XX, 22. Atque hanc interpretationem cùm ſuperiora Iſaaci verba, tum eventus confirmant. Quandoquidem negat antea Iſaacus, ſe Heſavo dare poſſe id quo Jacobum donaverat, fertilémque regionem huic promiſit, ſimilem Heſavo polliceri nequit. Nec ſanè Idumæa fecunda aut pingui ſolo, aut tempeſtivis pluviis rigata fuit. Atque hoc ipſum oſtendunt ſequentia Iſaaci verba, *gladio tuo vives*, quæ latrociniis opes quæſituros Idumæos ſignificabant, quod & poſtea fecerunt. Videntur hunc ſenſum ſequuti *οἱ* LXX. *ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἔσαι ἡ κατοίκησίς σου, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἄνωθεν.* Attamen *Hieronymus*, quem alii ſequuti ſunt, contrariam ſententiam hujus loci eſſe exiſtimavit, vertit enim: *in pinguedine terræ, & in rore cœli deſuper, erit benedictio tua.* Sed nec verbis Moſis, nec rei conſentanea eſt hæc interpretatio. Pro מעל *mebal*, ex alto, quæ eſt ultima commatis vox, legimus in Samaritico ממעל *mimmabal*, quod idem ſonat.

40. *Gladio tuo vives*] *Super gladio tuo.* Non te opima terra, aut commercia ditabunt, ſed vi & armis ex finitimis gentibus ſpolia & prædam coacervabis. Ea fuit indoles Idumææ gentis, ad ultima tempora, quam his verbis deſcribit *Joſephus* de Bello Judaïco Lib. IV. Cap. 15. in Græc. *Θορυβῶδες καὶ ἄτακτον ἔθνος, ἀεί τε μετέωρον πρὸς τὰ κινήματα, καὶ μεταβολαῖς χαῖρον, πρὸς ὀλίγην δὲ κολακείαν τῶν δεομένων, τὰ ὅπλα κινοῦν, καὶ καθάπερ εἰς ἑορτὴν εἰς τὰς παρατάξεις ἐπειγόμενον*, *turbarum avida & incondita gens, ſemperque ad motus ſuſpenſa, mutationibus gaudens, minimis petentium blanditiis arma movens, & in prælia feſtinans, quaſi ad feſtum.*

Erit cum imperabis] Quamvis enim à Davide fuerint ſubacti, quem eis Rex Judæ dederat, 1 Reg. XXII, 48. regem ſibi elegerunt; victíque à Joramo iterum rebellarunt, 2 Reg. VIII, 20. & ſeqq. & jugum Regum Judæ excuſſerunt. Per aliquot deinceps ſæcula, ſuæ gentis Regibus paruiſſe videntur, donec ab *Hyrcano* ſubacti Judaïcam Religionem ſuſceperint. Vide *Joſephum* Antiq. Jud. Lib. XIII. Cap. 17.

41. *Apud ſe*] *In corde ſuo*, hoc eſt, cogitabat; neque, cùm id animo agitaret, ſibi temperare potuit ne conſilium aperiret, ut ex ſequentibus colligere eſt.

42. *Miſit qui accerſerent*] *Miſit & vocavit*, fortè ad greges, quorum curam gerebat Jacobus.

43. *Voci meæ obſequere*] *Audi vocem meam.*

44. *Dum placatur*] *Donec avertatur*, ut in ſequentibus, ubi idem ſine neceſſitate, more Hebræo, repetitur.

46. *Mittam qui te illinc reducant*] *Mittam, & accipiam te illinc.* Quod tamen non fecit, cùm Jacobus viginti annos cum Labane vixerit; ſeu priùs mortua ſit, quàm poſſet hoc facere; ſeu Heſavi ira diuturnior fuerit, quàm ſperarat. Prius tamen potiùs crediderim, nam cùm rediit Jacobus, jam Sehirem montem occupaverat Heſavus. Vide Caput XXXII.

Quare vobis ambobus, &c.] Hæc interrogatio vehemens eſt negatio, quaſi diceret Rebecca, abſit ut vobis ambobus ſimul orba fiam! Vide ſup. XVIII, verſ. 14. Se autem ambobus filiis, ſi ab Heſavo Jacobus occideretur, orbam futuram ait Rebecca, non quòd pater Iſaacus Heſavum eſſet morte damnaturus, capitíſque ſupplicium de eo ſumturus, ſi id facinus admiſiſſet; quî enim cæcus & decumbens ſenex filium, cui integræ ſtabant vires, eúmque unicum aut potuiſſet, aut voluiſſet capite plectere? Sed vivo orbata fuiſſet Rebecca; quia ejus conſpectum ſuſtinere non potuiſſet, poſt id admiſſum parricidium. Oportuiſſet aut Rebeccam ab illo abſcedere, aut à Rebecca Heſavum. Sic

 Abſa-

li, voci meæ obſequere, ſurge, ad Labanem fratrem meum, Charanem fuge;
44. & unà cum eo, dum placatur fratris tui ira, aliquot diebus deges, 45. do-
nec averſa à te ſit fratris indignatio, & eorum quæ ei feciſti oblitus fuerit; tum
mittam qui te illinc reducant; quare vobis ambobus uno die orbarer? 46. Iſaaco etiam
dixit Rebekka: propter Chitthæas *haſce*, me vitæ tædet. Si Jacobus *etiam* uxorem ex
puellis Chitthæis hiſce duxerit, *aut* ex puellis regionis, quid eſt cur vivam? 1. Vo-
CAPUT XXVIII cavit quoque Iſaacus Jacobum, eíque bene precatus, in mandatis hæc dedit: ne ducas,
ait, uxorem ex Chananææ puellis. 2. Surge, ito in Meſopotamiam, domum Bethue-
lis matris tuæ patris, atque illinc ex filiabus Labanis avunculi tui, uxorem ducito.
3. Deus autem omnipotens tibi benedicat, te augeat ac multiplicet, ut in populorum
cœtum evadas. 4. Det tibi benedictionem Abrahami, tibi, ſobolíque tuæ, ut terram
in qua peregrinaris, & quâ Deus Abrahamum donavit, poſſideas.

XXVI. Ja-

miam, ad Labanem avunculum, fugeret; igitur eò, ſi ſibi crederet, iturum, 44. atque illic aliquantiſper, dum reſediſſet fratris ira, manſurum. 45. Neque enim diuturnam eam futuram, nec priùs placatum Heſavum, quàm ipſum accerſitum iri: Abſentiam quidem ejus gravem ſibi fore, multò tamen leviorem, quàm ſi utroque filio, altero quidem morte, altero verò exſilio, uno die; eâ quâ erat ætate orbaretur.

46. Adſenſus eſt matri Jacobus, ſed cùm neceſſe eſſet iter Iſaaco probari, priuſquàm id adgrederetur, ſenem Rebecca adit, diſſimulatáque potiſſimâ itineris causâ, Chitthæas Heſavi uxores perquàm moleſtas ſibi eſſe ait; nec eſſe cur longiorem vitam optaret, ſi ex eadem gente uxorem duceret Jacobus; hunc ergo, niſi aliter patri videretur, rectè facturum, ſi in Meſopotamiam ad Labanem, uxorem illinc petiturus, proficiſceretur.

1. Iſaacus, probato uxoris conſilio, Jacobum vocari jubet, & Chananæarum ſibi ſummopere diſplicere connubia ſignificat; 2. quamobrem auctorem ſe ei eſſe in Meſopotamiam, ad avi materni Bethuelis familiam eundi, atque ex filiabus Labanis avunculi uxoris petendæ. 3. Nec dubitare ſe, ſi modò ſibi parêret, numeroſam ſobolem ſibi futuram nepotum, Deumque ex iis validam olim gentem effecturum. 4. Atque eadem, inquit, beneficia, quibus Abrahamum cumulavit, in te conferat, téque & tuos hiſce in quibus peregrinamur agris, quos Abrahami ſtirpi pollicitus eſt, donet.

P A-

Abſalomus, occiſo fratre, aufugit. 2 Sam. XIII, 34. Vid. & not. ad Cap. IV, 12.

Me vitæ tædet] קצתי בחיי *kaſthi bebhajai*, hoc eſt, *anguſta facta ſum in vita mea*, inde per tranſlationem קץ *tædere* ſignificat. De cauſis, ob quas Chananæas non poterat ferre Rebecca, vide not. ad Cap. XXVI, 35. Hîc autem caſu, librarius Codicis, quo potiſſimùm uſi ſunt Maſſorethæ, ק minus ſcripſerat, quàm reliquas litteras; quod cùm emendare debuiſſent, non ſine myſtica cauſa, factum eſſe crediderunt. Prævidebat, inquiunt Rabbini, Rebecca Templum, quod centum cubitos altum futurum erat, qui numerus literâ *Koph* ſignatur, aliquando deſtructum iri. Quod retuliſſe confutaſſe eſt.

Quid eſt cur vivam?] *Quare mihi vita.* Cùm re verâ intolerabiles eſſent Rebeccæ Chananææ, ſubticebat hîc alteram cauſam, ob quam cupiebat Jacobum in Meſopotamiam ire, ne fortè nimiùm excandeſceret Iſaacus, aut nimius ei crearetur mœror.

In CAPUT XXVIII.

1. *Eique bene precatus*] Si hîc ordo narrationis accuratè ſervaretur, aut huic voci ſubjicienda eſſet benedictio quæ eſt verſ. 3. aut hæc vox ei commati præfigenda. Sed Rhetorum, in hiſce libris, ſpernuntur canones. Vide ad Cap. XXIV, 61.

2. *In Meſopotamiam*] פדנה ארם *Phadanem Arami.* Vide not. ad Cap. XXIV, 10.

3. *Omnipotens*] *Schaddai*, de quo vide not. ad Cap. XVII, 1.

Benedicat] Vocem hanc ſequentia exponunt, ut Cap. XXIV, 60.

Ut in populorum] *Et ſis in cœtum populorum.*

4. *Benedictionem Abrahami*] Hoc eſt, Abrahamo promiſſam. Hîc *in Abrahamo benedicit* Jacobo Iſaacus, hoc eſt, formula ex Abrahamo deſumta utitur. Vide not. ad Cap. XII, 3. Poſt vocem *Abraham*, eſt in Samaritico אביך abicha, *patris tui*, τ͂ πατρὸς σου, ut eſt in Verſione LXX. Intt. ſecundùm Codicem Alexandrinum, Vaticanus enim habet μου. *Patrem* pro *avo* dicunt Hebræi, quod fortè in animum non revocabant, qui omiſerunt vocem אביך, ſi modò datâ operâ omiſſa eſt. Vide not. ad Cap. XXXI, verſſ. 29, 42. In hoc eodem verſu pro לרשתך *lriſchthecha*, eſt לרשת *lreſcheth*, in Codice Samaritico.

COM-

XXVI. Jacobo in Meſopotamiam profecto, Heſavus Iſmaëlis filiam uxorem ducit. Somnium Jacobo à Deo immiſſum, ejúſque vota.

5. DImisit deinde Iſaacus Jacobum, atque hic in Meſopotamiam, ad Laba-
nem filium Bethuelis Syri, fratris Rebekkæ Jacobi & Heſavi matris, pro-
fectus eſt. 6. Viderat Heſavus Iſaacum bene precatum eſſe Jacobo, cúm-
que miſiſſe in Meſopotamiam, ut illinc uxorem duceret, dum ei bene precaretur, tum
etiam *hoc* illi in mandatis dediſſe, dicentem: uxorem ex Chananææ puellis ne duxeris.
7. Cùm ergo parentibus obſequutus eſſet Jacobus, atque in Meſopotamiam profectus;
8. viderétque Heſavus Iſaaci patris oculis diſplicere Chananæas, 9. ad Iſmahelem
ivit, & Machalatham Iſmahelis filii Abrahami filiam, Nebajothi ſororem, præter eas
quas habebat, uxorem duxit.

10. Beer-

PARAPHRASIS.

5. SIc ab Iſaaco Jacobus in Meſopotamiam, ad Labanem avunculum, proficiſci juſſus, ac dimiſſus eſt. 6. 7. Hæc cùm accepiſſet Heſavus, vidérétque fratrem in Meſopotamiam profectum, mandatis à patre, cùm ei valediceret, acceptis, ne de ducenda domum Chananæa umquam cogitaret, ut fecerat frater; ſibi odium parentum eâ re contraxiſſe intelligens, de alia ducenda uxore, quæ magis iis placeret, conſilium init. 9. Paullò poſt Iſmahelem inviſit, & filiam ejus Machalatham, Nebajothi filiorum natu maximi ſororem germanam, ſibi collocari petiit, tertiamque eam uxorem duxit.

10. Ja-

COMMENTARIUS

In Caput XXVIII.

9. D*Iſplicere*] *Malas in oculis.* Vide not. ad Cap. XXI, 11.

9. *Ad Iſmahelem*] Hæ voces in Samaritico omiſſæ ſunt, quòd fortè Samarita Criticus jam mortuum fuiſſe hoc tempore Iſmahelem crediderit.

10. *Egreſſus*] *Et egreſſus — & profectus eſt — & venit.*

11. *Ubi pernoctavit*] *Et ibi pernoctavit.* Is locus erat ubi poſtea fuit Bethel, quò unius circiter diei itinere homo expeditus Beerſebâ ire potuit. Mirum autem eſt inter Meſopotamiam, per tot ſolitudines, feris & latronibus infeſtas, ingreſſum eſſe ſolum Jacobum hominis ditiſſimi, & ſervis inſtructiſſimi filium, nec eum juvenem. *Joſephus* Ant. Jud. Lib. I. Cap. 16. ubi idem iter deſcribit ab ſervo Abrahami, qui Rebeccam adduxit, confectum: ὅλος, inquit, ἀπερχόμενος χρόνου, διὰ τὸ εἶναι χαλεπὴν ὁδεύεσθαι τὴν Μεσοποταμίαν χειμῶνι μὲν ὑπὸ πηλῶν βάθους, θέρους δ' ὑπ' ἀνυδρίας· ἔτι δὲ καὶ λῃστείαν ὄντων ἐν αὐτῇ ἃ διαφυγεῖν οὐκ ἔνιν μὴ προνοοῦσι τούτους τοῖς ὁδεύουσι, &c. *Hic diu iter faciens, quia difficiles viæ ſunt in Meſopotamia, hieme quidem, propter luti profunditatem, æſtate verò propter ſiccitatem; cùm etiam eſſent in ea latrocinia, quæ iter facientibus, niſi præviderint, vitari nequeunt*, &c. Neque dixeris Jacobum ſolum iter facientem, quòd nihil geſtaret, non timuiſſe latrones; nam in longum & moleſtum iter, aliquo ſaltem viatico opus habuit; nec eo deſtitutus fuit, cùm oleum ei eſſet, ut colligimus ex verſ. 18. Videtur ergo, ſi rem ex moribus cultiorum gentium æſtimemus, Iſaacus filio Camelum, aut Aſinum & ſervos ſaltem aliquot dare debuiſſe. Sed credibile eſt Jacobum, ut ſuus diſceſſus Heſavo lateret, maximè curaſſe, & omnes periculorum memoratorum caſus ſubire maluiſſe; quàm nimio itineris apparatu & quando, & quà iturus eſſet fratri indicare. Alioqui vix excuſari poſſent parentes, qui eum ſolum dimittebant.

Sumtis aliquot loci lapidibus] *Et ſumſit ex lapidibus loci, & poſuit ſibi cervicalia.* Non hoc ita intelligendum, quaſi in nudo lapide caput reclinarit; ſed lapidibus ſaccum aliquem, aut veſtem impoſuit, ſubjectis fortè herbis, aut foliis.

12. *Scala*] *Et ecce ſcala*, &c. Sed quia mox ſequitur *ecce*, eam particulam hîc omiſimus.

Angelis Dei] Quos inſtar hominum, ſed auguſtiore formâ videbat, quales plerumque cerni ſolebant. Adſcenſus & deſcenſus commeantium Angelorum videtur ſignificaſſe, Angelos à Deo ad eum tuendum è cœlo miſſum iri. Illa enim ultrò citróque concurſatio miniſteriorum ſat clara erat imago. Vide Joan. I, 51. & quæ eum in locum adnotavit *H. Grotius*.

13. *Supra eam ſtetit Jehova*] Idem vir ſummus *inſigniorem Angelum, qui Dei perſonam referebat*, interpretatur; quæ ſi vera eſt expoſitio, proprio & grammatico ſenſu intelligi poterit quod Joannes Evang. Cap. I, 18. *à nemine unquam conſpectum fuiſſe Deum ait.* Nam ubicumque Jehovam conſpectum in V. T. legemus, nihil obſtabit quominùs Angelos intelligamus. Ac ſanè difficile eſt intellectu, quid ſibi velit vox נצב nitſab *ſtetit*, qua utitur Moſes; ſi Deus, qui formâ nullâ humanâ veſtiebatur, ut Angeli, hîc Jacobo apparuit. Neque enim nubes, ignis, aut ſimile quiddam *ſtat* in ſcala. Vid. Deut. IV, 12. Verùm in tam brevi ſomnii hujus deſcriptione, facilius eſt quid deſideremus oſtendere, quàm quidquam definire. Optandum eſſet Moſem narraſſe quales eſſent ii Angeli, qui ultro, citróque commeabant, & quæ ſpecies *Jehovæ* nomine appelletur;

Digitized by Google

10. Beerſebâ egreſſus Jacobus & Charanem profectus, 11. venit in locum quemdam, ubi pernoctavit, quia ſol occiderat. Sumtis aliquot loci lapidibus, ſibi cervical fecit; atque eo in loco cubuit, 12. & ſomniavit. Scala in terra erecta *videbatur*, cujus faſtigium cœlum pertingebat; ecce verò, Angelis Dei per eam adſcen-

10. Jacobus interea, Beerſebæ tractu, in quo pater tendebat, clam fratre, ſolus & cum exiguo viatico egreſſus, rectà Charras in Meſopotamiam profectus eſt. 11. Dum iter facit, cùm eum nox in loco ſolo, à Beerſeba diei unius itinere remoto, oppreſſiſſet; in eo pernoctare coactus, cervical ſibi lapide, ſuperinjectâ veſte, fecit, atque obdormiit. 12. Somnium tum ei oblatum, quo ſe Deo curæ eſſe intelligens, ſummopere recreatus eſt. Viſus eſt enim ſibi videre ſcalam erectam, & cujus faſtigium

tur; uude fortè certi quiddam colligere liceret. Nunc præſtat tacere, quàm conjecturis uimiùm iudulgere.

Deus Abrahami, &c.] Vid. not. ad Cap. XVII, verſ. 8. *Pater* hîc dicitur pro *avo*, ut paſſim *filii* pro quibuſvis *poſteris*.

Tibi, ſobolique tuæ] Aliter Chananæam habuit Jacobus, aliter ejus poſteri; nam cùm inquilinus dumtaxat in ea fuerit, & volentibus incolis per eam vagaretur, poſt aliquot ætates, Iſraëlitæ, deletis veteribus ejus colonis, eam ſibi armis propriam fecerunt. Itaque, ſi propriè loquamur, hæc promiſſio temporibus demum Joſuæ impleta fuit, nec malè fortè hæc berba iuterpretaremur, *tibi, id eſt, ſoboli tuæ*. Vide ad Cap. XIII, 15.

14. *In occidentem, &c.*] Eo tempore, Iſaaco ſatis erat exigua meridiani tractûs pars; cùm ergo ſobolem ſuam in omnes cœli plagas erupturam audiit Jacobus, numeroſiſſimam nationem ex ſe prodituram intellexit.

In te, tuâque prole, &c.] Quicumque numeroſam ſobolem precari alii volet, hac aut ſimili utetur verborum formula; Deus tibi benedicat, ut benedixit Jacobo, ſitque tua proles Jacobi poſteris ſimilis. Vide not. ad Cap. XII, 3.

15. *Ego vero tibi adero*, &c.] Non incommodè hæc Virgiliano, quò Venus Æneam alloquitur, verſu expreſſeris:

Nuſquam abero, & tutum patrio te limine ſiſtam.

Quæ promiſſio, ad hominis periculoſiſſimum iter ſolius ingreſſi animum erigendum, tempeſtiva erat. Pænè etiam neceſſaria videbitur, ſi reputemus Jacobum hoc tempore pluſquàm ſeptuaginta annos natum fuiſſe; adeóque, quamquam viridis ſenectæ, non immeritò, ut umquam reverteretur, timere potuiſſe.

16. *Excitatus Jacobus*] *Et expergefactus eſt.*

Profectò, inquit,] Hoc eſt, ſecum, nam nemo erat quicum loqueretur.

Hic eſt Jehova] Mirum eſt Jacobum ita loqui, quaſi ignoraſſet ubique terrarum præſentem adeſſe Deum. Itaque docti viri præſentiam hanc de ἐπιφανείᾳ intelligunt, ut Jacobus miratus ſit apparere etiam Deum extra loca, in quibus tendebat pater Iſaacus. Verùm hoc ipſum miraculo eſt, neſciſſe Deum ubique præſentem, ubique apparere ſi velit. Deinde ſequentia oſtendunt Deum ſingulari quadam ratione, eo loco præſentem, fuiſſe creditum à Jacobo. Sed quamquam religioſi & pii, prout erant tempora, Theologiæ non uſque adeò periti erant Patriarchæ, ut nulla in re ceſpitarent. *Cyrillus* Alexandrinus Lib. IV. Pag. 115. Μικρὰς κομιδῆ τὰς δόξας περὶ Θεοῦ ἐν τοῖς ἀρχαιοτέροις εὑρήσομεν. ᾤοντο γὰρ ὅτι τὴν μὲν ἄλλην ἅπασαν χθὼν ἀφεὶς τὸ θεῖον, συνεσείλετο ὥσπερ εἰς μόνην ἐκείνην, εἰς ἣν καὶ κέκληνται παρ' αὐτοῦ τὰ οἴκοι μεθέντες, καὶ τῆς Χαλδαίων ἀπαίροντες. ἐπειδὰν γὰρ οἱ τῶν εἰδώλων προσκυνηταὶ τὴν πολύθεον νοσοῦντες πλάνησιν, ἑκάστῳ τῶν δαιμονίων ἰδικὴν ὥσπερ τινα νέμοντες χώραν, καὶ μονονουχὶ τυράννους ἱστάντες τοὺς κατὰ πόλιν προσκυνουμένους, οὐχὶ πάντας δύνασθαι πανταχοῦ καὶ τιμᾶσθαι δεῖν ὑπελάμβανον. τοιγαροῦν καὶ οἱ μακάριοι πατριάρχαι ἄρτι τῶν τῆς εἰδωλολατρείας ἠθῶν καὶ πολυθέου πλάνης ἀπηλλαγμένοι, καὶ Θεὸν τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ἀναπεπεισμένοι προσκυνεῖν, οὐκ ἐν πάσῃ γῇ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ παρεῖναί τε σφίσι, καὶ ἐπαμύνειν ᾤοντο, μικρὰ κομιδῆ φρονοῦντες ἔτι: *in antiquioribus, exiles admodum de Numine opiniones reperiemus. Credebant enim reliquam à Numine relinqui terram, & intra eam ſolam id veluti concludi in quam patriâ relictâ, ex Chaldæa profecti, ipſi vocati fuerant. Nam cùm Idolorum cultores, & qui errore multorum Deorum laborabant, unicuique Dæmoni propriam veluti tribuerent terram & tantùm non in ſingulis urbibus tyrannos, qui adorarentur, conſtituiſſent, non omnes poſſe ubique, aut oportere coli judicabant; beati quoque Patriarchæ, nuper moribus Idololatriæ & errore quo multi creduntur Dii relictis, & perſuaſi eum qui naturâ & verè Deus eſt colendum, non in omni terra & in omni loco ipſis adeſſe & auxiliari rebantur, parva admodum etiamnum ſentientes.*

17. *Et timore perfuſus*] *Et timuit, & dixit*, &c.

Domus Dei & porta cœli] Quia, nimirum, Angelorum alios è cœlo deſcendentes, & adſcendentes in cœlum alios viderat; quaſi is eſſet re ipsâ locus, quo in terras deſcenderent illi inconſpicui Dei miniſtri, atque in cœlum regrederentur, *portam cœli* eum vocat Jacobus; imò & *domum Dei*, ut ſi ea potiſſimùm in parte cœli commoraretur Deus, quòd Jehovam in ſumma ſcala ſtantem viderat; ad quem Angeli quaſi rationem miniſteriorum reddituri veniebant, & à quo, veluti acceptis mandatis, abibant. *Cœli* autem nomine non eſt intelligendum aëreum, aut ſtelliferum, ſed id quod ab Hebræis ſupra hoſce cœlos collocatur, & in quo Dei ſedes quærunt. Cùm ex nubibus ſæpe Angeli ſanctos homines eſſent alloquuti, eoque reverſi, perfectis iis quæ in terris agenda ſibi erant; inde collegerunt Hebræi, & ceteræ ferè omnes gentes, ad quas antiquiſſimorum temporum aliqua fama pervenit, Numen ſummum, ejúſque miniſtros ſupra nubes ſedes habere, imò & ſupra ipſas ſtellas. Angelis certè, ſi ſint corpore, vel tenui, veſtiti, certas oportuit attribui ſedes; & poſtquàm humana corpora in eadem loca tranſlata ſunt, dubium eſſe nequit, quin

in

ſcendentibus & deſcendentibus, 13. ſupra eam ſtetit Jehova; & ego ſum, inquit, Jehova Deus Abrahami patris tui, Deus etiam Iſaaci; terram, in qua cubas, tibi, ſobolique tuæ dabo; 14. inſtar pulveris terræ erunt poſteri tui, in occidentem, in orientem, in ſeptemtrionem & meridiem erumpes; atque in te, tuáque prole omnes

gium ad cœlum pertineret. Per eam Angeli è cœlo in terram, éque terra in cœlum ultrò, citróque videbantur commeare. 13. Paullò pòſt Deorum Deus, cujus Angeli, quos diximus, miniſtri ſunt, ſcalæ faſtigio inſiſtere viſus eſt, atque in hanc ſententiam loqui: Ego ſum ille Deus, qui me Abrahamo, Iſaaco, eorúmque poſteris fauturum pollicitus ſum, & promiſſa certo repræſentaturus hoc ſolo, in quo cubas, poſteros tuos donabo. 14. Pulverem numero æquabit tua ſoboles, agróſque finitimos,

in regione aliqua Mundi & Angeli & Homines beati verſentur. Ea autem à Paulo 2 Cor. XII, 2. tertium *cœlum* dicitur, more Hebræorum, de quo vide notata ad Cap. I, 1. Quæ eadem videtur eſſe, ac quæ *cœlum cœlorum* vocatur ab Salomone 1 Reg. VIII, verſ. 27. hoc eſt, altiſſimum omnium cœlorum, ſeu à noſtra tellure remotiſſimum. Cùm porrò neſciamus quæ ſit rerum Univerſitatis diſpoſitio, niſi conjecturâ, non eſt ſperandum philoſophicis inveſtigationibus eò nos perventuros, ut auſimus in Mundi Syſtemate, quale à nobis intelligitur, adſignare locum, in quo beatitudinis ſit ſedes. Itaque Scripturæ, hac in re, veſtigiis inhærentibus, ſatis erit ſcire *tertium* id *cœlum*, ubicumque tandem ſit, eum eſſe locum in quo ſingularia rerum omnium Creator præſentiæ ſuæ edit argumenta; ubi eſt illud φῶς ἀπρόσιτον, ad quod nemo mortalium accedere poteſt, ut docet Paulus 1 Tim. V, 2. & quo fit ut *nulla ſit ibi nox*, nec beati *indigeant luce ſolis, aut lucerna, quia Dominus Deus eos illuſtrat.* Apoc. XXII, 5. Ille eſt ὑπερουράνιος τόπος, ὃν οὐδέ τις ὕμνησε τῶν τῇδε ποιητὴς, οὔτε ποτ' ὑμνήσει κατ' ἀξίαν, *ſupercœleſtis locus, quem neque laudavit ullus Poëtarum qui ſunt hîc, neque umquam, pro merito, laudabit*, de quo in *Phædro Plato*, quem ex Hebræis hæc hauſiſſe vult *Origenes* in Celſ. Lib. IV. Allegoricas horum verborum interpretationes, & totius ſomnii varias excogitavit *Philo*, & in libro de *Somniis* litteris mandavit. Chriſtiani Intr. ſuis etiam non carent, & unicuique in id interpretationis genus aperta janua eſt; pendent enim hæc omnia ex Interpretis ingenio, ideóque iis memorandis ſuperſedemus.

18. *Cùm mane ſurrexiſſet*] *Et mane ſurrexit & cepit*, &c.

Lapidem quem, &c.] Lapidem in quo potiſſimùm caput reclinarat.

Eúmque erectum ſtatuit] *Poſuit eum* מצבה *matſebah*, hoc eſt, *rem ſtantem*, nam vox Hebraica quidquid ſtans & erectum ponitur ſignificat; ſeu ſit columna, ſeu ſimulacrum, ſeu cippus, aut aliud ejuſmodi. Maluimus *erectum* vertere, vitandæ omnis ambiguitatis causâ, nam *ſtatua*, ut alii vertunt, plerumque ſimulacrum ſonat, *columna* lapidem arte ſectum; hîc autem lapis nullâ arte politus, ſed tantùm oblongus ſignificatur. Hinc Vulg. Interpres interdum *ſtatuam*, ſæpiùs *titulum* vertit, quo nomine, poſteriore ævo, monumentum quodvis appellabatur; quia addi *titulus*, hoc eſt, inſcriptio monumentis ſolebat. Στήλην vertunt LXX. Intt. hoc eſt, *cippum*, aut *columnam.*

Antequàm Deus, per Moſem, quâ ratione coli ſe vellet, & qui ritus adhibendi eſſent, oſtendiſſet; licebat piis hominibus ritus quoſvis ſequi, ſi modò in iis ritibus animi religio, quæ ſola vera eſt, non violaretur. Quemadmodum enim verba ex uſu, qui certam iis vim adtribuit, pendent: ſic & externorum rituum ἀδιαφόρων ea eſt, quam volumus, ſignificatio. Sed cùm multæ gentes in eam eſſent Idololatriam delapſæ, ut cippos ipſos colerent, & multa circa hanc rem veræ Religioni contraria facerent; Deus cipporum, religionis causâ, uſu planè interdixit, Deut. XVI, 22. Quin autem ab Ethnicis, & quidem Syris, lapides rudes conſecrati fuerint, dubitare nos non ſinunt quæ de *Bætuliis* infrà referemus. In eadem Syria, fuit templum Emiſſæ Dei *Alagabali* (אלה גבל *Dei montis* ex Syriaſmo & Arabiſmo) cujus ſimulacrum deſcribit *Herodianus* in *Macrino*, ἄγαλμα, inquit, οὐδὲν ἕστηκε χειροποίητον θεοῦ φέρον εἰκόνα· *nullum ſtatutum eſt ſignum Dei imaginem referens*: λίθος δέ τις ἐστὶ μέγιστος, κάτωθεν περιφερὴς, λήγων εἰς ὀξύτητα, *lapis quidam eſt maximus, ab imo rotundus, in acumen deſinens.*

Oleum faſtigio adfudit] Vid. & Cap. XXXV, 14. Apud Orientales mos erat, antiquiſſimis temporibus, qui poſtea ad Græcos & Romanos tranſiit, conſecrandorum lapidum eorumdémque oleo inungendorum. *Uſous* antiquiſſimus Tyriæ oræ incola fertur ἀνιερῶσαι δύο στήλας πυρί τε καὶ πνεύματι, καὶ προσκυνῆσαι, αἷμά τε σπένδειν αὐταῖς ἐξ ὧν ἤγρευε θηρίων: *conſecraſſe duos cippos Igni & Vento, eóſque adoraſſe, & ſanguine ferarum quas ceperat iis libaſſe.* Verba ſunt *Sanchoniathonis*, apud *Euſebium* Lib. I. Cap. 10. *Dem. Evang.* qui paullò pòſt ſubdit poſteros etiam ſolitos eſſe τὰς στήλας προσκυνεῖν καὶ ταύταις ἑορτὰς ἄγειν κατ' ἔτος, *eas columnas adorare, iiſque quotannis dies feſtos celebrare.* Eos lapides Βαιτύλια vocabant, ut ad ſequentia verba oſtendemus. Similiter & Græci, ut iis exprobrat *Clemens Alexandrinus*, Strom. Lib. VII. pag. 713. πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυνοῦντες, *omnem lapidem pinguem, ut dicitur, adorabant.* Arnobius Lib. I. *Si quando conſpexeram lubricatum lapidem, & ex olivi unguine ſordidatum, tamquam ineſſet vis præſens, adulabar, adfabar.* Vide & *Minucium Felicem* Cap. III. Similia ex aliis Scriptoribus à viris doctis congeſta. Exiſtimant nonnulli imitatos hac in re Phœnicas Jacobum, unde & ad alias gentes hæc pervenit conſuetudo. Credibilius eſt Jacobum morem antea uſitatum ſequutum fuiſſe, & unum illum virum gentes ampliſſimas, inter quas verſabatur, imitatum; quàm eaſdem gentes ignoti penè hominis, & alia de divino cultu ſentientis, veſtigia preſſiſſe. Certè Moſes rem non ita narrat, quaſi eam inſtituerit Jacobus; ſed uti veteris moris obſervationem deſcribere potuiſſet. *Theodoretus* Quæſt. LXXXIV. Οἷς εἰ-

χε

nes benedicentur terrarum gentes. [15] Ego verò tibi adero, & quocumque iveris cuſtos ero, téque in hanc terram reducam; à te enim non abſcedam, donec quod tibi dixi perfecero.

[16] E ſomno ſuo excitatus Jacobus, profectò, inquit, quod ego ignorabam, hîc eſt Jehova; [17] & timore perfuſus, quàm terribilis, ait, hic locus eſt! non eſt hîc *aliud*, niſi domus Dei, & porta cœli. [18] Cùm ergo mane ſurrexiſſet Jacobus, cepit lapidem, quem ſibi cervical poſuerat, eúmque erectum ſtatuit, & oleum faſtigio

timos, ad omnes cœli plagas, latè occupabit. Ad hoc exemplum, vicinæ gentes eorum, quibus benè precabuntur, ſtirpem augeri optabunt. [15] Interea tibi adero, te quocumque iveris tuebor, hæc in loca ſalvum atque incolumem reducam; neque enim, niſi perfectis omnibus quæ polliceor, te deſeram.

[16] Excitatus Jacobus, ſomni divinitus miſſi memor & ſancto perfuſus horrore, hîc quoque; inquit, quod neſcivi, præſentem ſe Deus præbet; [17] quàm verendus ergo eſt hic locus, cui regia imminet cœli, & in quem Angeli, Dei mandata in terris exſequuturi, egrediuntur! [18] Tum ſummo mane, priuſquàm inſtitutum iter pergeret, lapidem, qui cervicalis loco ſibi fuerat, erectum ſtatuit, in ſomnii memoriam, oleóque, pro eorum

χε τὸ μεγαλόδωρον ἠμείψατο Κύριον. ὀρθώσας γὰρ τὸν λίθον, ὃν ὑπέθηκε τῇ κεφαλῇ, κατέχεεν αὐτοῦ ἔλαιον. τοῦτο δὲ καὶ νῦν ἔστιν εὑρεῖν παρὰ πολλῶν γυναικῶν τῶν τῷ Κυρίῳ πεπιστευκότων γινόμενον· εἰώθασι γὰρ ἐν τοῖς θείοις σηκοῖς ἐλαίῳ καταχέειν τὰς τῶν ἀνακτόρων κιγκλίδας, καὶ τὰς τῶν ἁγίων μαρτύρων τὰς θήκας. δηλοῖ δὲ τοῦτο τῆς ψυχῆς τὴν εὐθύτητα. δέχεται δὲ καὶ τὰ σμικρὰ ὁ φιλάνθρωπος Κύριος, ἀποδεχόμενος τὸν τῶν γινομένων σκοπόν: *iis quæ habuit munificum Dominum viciſſim donavit, erectum enim lapidem, quem capiti ſubjecerat, oleo perfudit. Hoc videmus adhuc fieri à multis mulieribus, quæ Domino crediderunt, ſolent enim divinis ſeptis oleo perfundere adytorum cancellos, & ſanctorum martyrum thecas. Quod animi rectam diſpoſitionem ſignificat. Parva etiam accipit hominum amans Dominus, probans actionis intentionem.*

19. *Vocavit locum Bethel*] Si qua urbs tum in vicinia erat, mirum eſt eam ingreſſum non fuiſſe Jacobum; ut ſaltem in platea pernoctaret, ubi tutior fuiſſet, quàm in patentibus agris, quamvis nemo ei hoſpitium obtuliſſet. Forte poſtea *Luza* condita eſt, quam Iſraëlitæ, cùm Chananæam invaſiſſent, *Bethelem*, prout cœperat Jacobus, in memoriam ſomnii memorati appellarunt. Notum eſt Bethelem fuiſſe, in tribu Benjamitis ad Jeroſolimæ ſeptemtrionem, ortum verſùs, haud procul à finibus Ephraimi. Propter lapidem à Jacobo ad hanc urbem unctum, credibile eſt Jeroboamum in ea alterum vitulorum aureorum conſecraſſe; ut Iſraëlitas à templo Jeroſolimitano averteret, alio non procul Jeroſolimâ, veluti ad imitationem Jacobi, cultu inſtituto. 1 Reg. XII, verſſ. 28, 29, 30.

Cum autem voci *Bethel* ſubjecta ſit *domûs Dei* ſignificatio, Phœnices lapides unctione Numini conſecratos Βαιτύλια vocabant; quòd eos à Numine inſideri crederent, à quo eos aliquando moveri dictitabant. *Sanchoniathon*, apud *Euſebium*, loco laudato: ἐπενόησε Θεὸς Οὐρανὸς Βαιτύλια, λίθους ἐμψύχους μηχανησάμενος, *invenit Deus Cœlus Bætulia, lapidibus animatis factis.* Ad poſtrema uſque tempora, circa Libanum montem, Bætulia fuerunt, ſi credimus *Damaſcio* in vita *Iſidori*, ubi nos docet *Photius* Cod. CCXLII. narraſſe eum κατὰ τὴν Ἡλιούπολιν Συρίας εἰς ὄρος τὸ τοῦ Λιβάνου τὸν Ἀσκληπιάδην ἀνελθεῖν, καὶ ἰδεῖν πολλὰ τῶν λεγομένων Βαιτυλίων ἢ Βαιτύλων, *ad Heliopolin Syriæ in montem Libani iviſſe Aſclepiadem, & vidiſſe multa eorum quæ Bætulia, aut Bætyli dicuntur.* Ea etiam à ſe ipſo conſpecta narrabat Damaſcius: εἶδον, inquit, τὸν Βαίτυλον διὰ τοῦ ἀέρος κινούμενον, *vidi Bætylum per aërem motum.* Bætulum ſæpe motum ſpontè refert, & oracula edidiſſe, quòd, nimirum, in eo habitare crederetur Numen.

Antea nomen urbis erat Luz] Heb. אולם oulam *Luz nomen urbis antea.* LXX Intt. urbi huic nomen imponunt Οὐλαμλούζ, conjunctis duabus prioribus vocibus; quam ob rem in eos acrem cenſuram agit *Hieronymus*, in Trad. Heb. *Ridiculè*, inquit, *quidam verbum Hebraicum* Ulam *nomen eſſe urbis putant*, *cùm* Ulam *interpretetur* priùs. *Ordo itaque iſte eſt lectionis*, & vocavit nomen loci iſtius Bethel, & priùs Luza vocabulum erat civitatis. *Antiquæ omnes Scripturæ verbo* Ulam, *ſive* Elem *plenæ ſunt*; *quod nihil aliud ſignat niſi* ante, *aut* priùs; *vel* veſtibulum, *ſive* ſuperliminare, *vel* poſtes. *Hieronymo* reponit *Iſ. Voſſius*, in libello de Tranſlatione LXX Intt. neminem eſſe qui ferre queat τὸ *ante* bis repeti in eodem commate: *appellavitque nomen urbis Bethel quæ antea Luza vocabatur.* Meritò ſanè; vera tamen eſt in ceteris *Hieronymi* cenſura, nam antea Luza hæc urbs vocabatur, non *Oulamluza*, ut liquet ex Cap. XXXV, 6. Cùm conſtet אולם conjunctionem eſſe, conjunctionibúſque Hebraïcis varios, pro locis in quibus leguntur, ſubeſſe ſignificatus; præſtitit ſenſum ſententiæ conſentaneum quærere, qualis eſt quem propoſuimus, quàm conjungere voces ſeparatas. Perperam prorſus vir doctiſſimus, quamcumque ſumamus interpretationem, intempeſtivam fore, ſenſúmque fœdaturam contendit, quod ex noſtræ Tranſlationis lectione, ut ſpero, ſatis apparet. Neque verò ratione, vel auctoritate, vel analogia deſtituti ſumus, ut ille putabat. De analogia diximus, & nobiſcum pugnat ipſorum LXX Intt. auctoritas, qui tet voculam אולם interpretati ſunt οὐ μὴν ἀλλὰ, *verùm tamen.* Job. II, 5. V, 8. XIII, 3. Quæ ſunt conjunctiones adverſativæ, qualis hîc eſt vocula *nam*; neque enim eſt αἰτιολογικὴ, cùm adponatur prius nomen poſteriori, non mutationis nominis ratio reddatur. Vulg. Int. vertit variè, *alioquin*, *quamobrem*, *ſed tamen*, prout ſenſum poſtulare judicavit. LXX. Intt. ejuſdem libri Cap. XIII, 4. omiſerunt vertere, Vulg. expoſuit, *priùs*, ubi *nam* videtur ſignificare. Ratio etiam ita eſſe vertendum, ut nos tranſtulimus, ſatis oſtendit. Objicit tamen vir eruditiſſi-

ſtigio adfudit. 19. Vocavit eum locum Bethel, nam antea nomen urbi erat Lu-
zæ; 20. votúmque nuncupavit, his verbis: Si mihi adfuerit Deus, me in hoc quod
ingreſſus ſum itinere cuſtodierit, mihi panem quo veſcar, & veſtem quâ ſim indu-
tus dederit, 21. incolumíſque paternam domum reverſus fuero; Jehova mihi Deus
erit, 22. lapis hic quem erectum ſtatui fiet Dei domus, & omnium quæ mihi de-
deris, decimam tibi, *ô Deus*, perſolvam.

XXVII. Ja-

rum temporum more, faſtigium ejus unxit. 19. Urbis ei loco vicinæ priſcum nomen erat Luza, verùm ab Iſraëlis poſteris, conditoris ſui exemplum ſequutis, Bethel, hoc eſt, *Domus Dei* poſtea vocitata eſt. 20. Vota quoque illic concepit Jacobus, & Deo, à quo ſomnium immiſſum ſibi fuerat, ſi ſibi in itinere adeſſet; ſi victum & cultum neceſſarium, dum peregrè abſuturus erat, ſuppeditaret; 21. ſi ſe denique reducem domum paternam incolumem faceret, ei ſoli ſacra facturum ſe pollicitus eſt. 22. Tum etiam lapidem, quem erexerat, ſacrum ſe habiturum, atque ad eum decimam omnium, quas in Meſopotamia comparaturus eſſet, facultatum Deo perſoluturum vovit.

P A-

ditiſſimus, quamvis in ſupra memoratis Geneſeως locis Luza & Bethel eadem fuiſſe dicatur, attamen diſtingui, apud Joſuam Cap. XVI, 2. ubi manifeſtò videre eſt aliquod fuiſſe intervallum inter Luzam & Bethelem. Deinde hæc loca, ex ſententia ſua, conciliat. Verùm aliam dudum conciliationem invenerat *Andr. Maſius*, quæ in ejus Comment. in Joſuam legi poterit, & nos hac de re ad Joſuam acturi etiam ſumus.

20. *Si mihi adfuerit*] *Si fuerit mecum.*

Panem quo veſcar, & veſtem] Quibus duobus continetur quidquid ad vitam neceſſarium eſt, ideóque à Philoſophis paſſim conjunguntur. *Seneca* Ep. IV. *Lex naturæ ſcis quos nobis terminos ſtatuit? non eſurire, non ſitire, non algere.* Vide eumdem Ep. VIII. & ad *Helviam* Cap. IX. Sic & *Juvenalis* Sat. XIV. verſ. 316.

— — menſura tamen quæ
Sufficiat cenſûs, ſi quis me conſulat, edam;
In quantum ſitis atque fames & frigora poſcunt;
Quantum, Epicure, tibi parvis ſuffecit in hortis,
Quantum Socratici ceperunt ante Penates.
Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit.

Si hiſce addideris *victum cultúmque corporis referri oportere ad valetudinem & ad vires, non ad voluptatem*, quæ verba ſunt *Ciceronis* de Offic. Lib. I. Cap. 30. quod voto complecti licet habebis, & quod voto Jacobi contineri videtur. Cujus preces eò ſunt laude digniores, quòd iis temporibus in votis nihil penè legamus præter divitias, aut alia id genus. Sed nos Chriſtiani *habentes alimenta & quibus tegamur iis contenti eſſe* jubemur à Paulo 1 Timoth. VI, 8. Quod ſaniores etiam Ethnicorum Philoſophi modum eſſe oportere votorum noſtrorum cenſuerunt. *Seneca ad Helviam* Cap. XI. *Cupiditati nihil ſatis eſt, naturæ ſatis eſt etiam parum. — Nullum tam inops exſilium eſt, quod non alendo homini abundè fertile ſit. An veſtem, an domum deſideraturus eſt exſul? ſi hæc quoque ad uſum tantùm deſiderabit, neque tectum ei deerit, neque velamen. Æquè enim exiguo tegitur corpus, quàm alitur; nihil homini natura, quod neceſſarium faciebat, fecit operoſum,* &c. Vide & alia, quæ hanc in rem viri docti ad Pauli verba adtulerunt. Ideóque non modò rata fecit Jacobi vota Deus, ſed & multò plura quàm petiit eſt largitus.

21. *Incolumiſque*] *In pace.* שלום *ſchalom* pro incolumitate paſſim occurrit. Vide Gen. XLIII. verſ. 26, 27.

Jehova mihi Deus erit] Hoc eſt, Deum eumdem ac pater meus colam. Si ergo, inquiet fortè quiſpiam, contraria omnia eveniſſent Jacobo, ſi mendicorum more vita ipſi fuiſſet trans Euphratem, ſine ſpe reditûs, agenda, an non Jehovam avi & patris Deum coluiſſet? An, niſi Deus nobis quæ cupimus ſuppeditet, cultus ejus abjiciendus eſt? Minimè verò, ſed & ea quæ debemus, additâ etiam conditione, vovemus; quæ, tametſi non impletur, faceremus. Præterea cùm Jehova Jacobo in ſomnis apparuiſſet, & omnia ſecunda eſſet pollicitus; non jure quidem ſuo, ſed pro Dei benignitate & fidelitate, poterat quod promittebatur veluti poſtulare. Nam certè, ſi Jacobo Jehovam ex animo colere pergenti, poſt eam viſionem, mala eveniſſent ex quibus emergere non potuiſſet, habenda erat ea viſio fallax; quod iis poſitis, quæ de ſomniorum divinorum diſcrimine diximus ad Cap. XII, 7. vix poterat fieri, quin ſimul omnis in Deum vacillaret fides, quæ ejuſmodi revelationibus nitebatur.

22. *Quem erectam ſtatui*] Ut ſup. verſ. 18.

Fiet Dei domus] Non templum quidem, quale fortè eo tempore nullum erat, ſed locus in quo Deus palam à Jacobo erat colendus, quod re ipsâ voti damnatus præſtitit, ut legimus infrà Capit. XXXV, 7. Obſervanda autem eſt ἀκυρολογία, *lapis hic fiet Dei domus*, ἀντὶ τῦ, locus in quo lapidem hunc ſtatuo, mihi ſacer erit, atque inſtar domûs, in qua Deum colam. Si quis hoc ἄκυρον concoquere non poſſit, ſatisfieri fortè ei queat, ſi ad *Bætuliorum* conſuetudinem reſpici dixerimus, ut hoc Jacobus velit: exiſtimabo huic lapidi, cui capite innixus mirifico ſomnio recreatus ſui, præſentem adeſſe Deum, quaſi in æde quam ſibi elegerit; atque ad eum rem divinam faciam. Sic & Veteres ſtatuas quaſdam, quas à Numinibus inſideri putabant, ὑπὸ τῶν Θεῶν ἐνοικιζόμενα dicebant. Vide *Suidam* in voce Ἡρωΐνης.

Decimam] Vide not. ad Cap. XIV, 20.

XXVII. Jacobus Charras pervenit, atque à Labane humanè excipitur. Quatuordecim annos ei operam ſuam addicit, filiáſque ejus quaſi mercedem accipit, & quatuor filios ex Lea tollit.

CAPUT XXIX.

1. PROFECTUS *illinc* Jacobus, in Orientalium regionem perrexit. 2. *Adveniens*
ecce puteum in agro animadvertit, tréſque ovium greges accubantes; ex eo
enim puteo greges adaquabant, erat autem lapis ingens putei ori impoſi-
tus. 3. Eò congregatis omnibus gregibus, ex ore putei lapidem devolvebant, ada-
quatiſque ovibus, ſaxum ſuper os putei in locum ſuum reponebant. 4. Tum Jaco-
bus iis *qui adſtabant*, unde eſtis, inquit, fratres? Charanenſes, inquiunt, ſumus.
5. Noſtiſne, ait, Labanem Nachoris filium? novimus, inquiunt. 6. Recténe habet?
inquit; illi verò, rectè, atque en *tibi*, ajunt, Rachelam filiam ejus, cum ovibus ve-
nientem. 7. At ille, multùm adhuc diei ſupereſt, ait, nondum eſt colligendi peco-
ris

PARAPHRASIS.

1. NUNCUPATIS votis, Jacobus profectus eſt, ac poſt aliquot dies in Meſopotamiam pervenit, & Charras ſe contulit. 2. Urbem ingreſſurus tres ovium, ac caprarum greges ad puteum, ingenti lapide occluſum, accubantes animadvertit. 3. Solebant omnes oppidi greges, in eum locum ſub veſperam colligi, ut à paſtoribus, lapide ſublato, adaquarentur; quo peracto, ne quis in privatos uſus aquam putei exhauriret, iterum obturabatur. 4. Neque hoc, neque urbis nomen norat Jacobus. Itaque nonnullos è paſtoribus qui aderant unde eſſent rogavit, & cùm Charrenſes ſe profiterentur, 5. notuſne eſſet iis Laban Nachoris nepos quæſivit, quem notiſſimum ſibi eſſe reſpondent; 6. & rurſus ſciſcitanti ſatiſne rectè haberet, adnuunt, ſimúlque Rachelam ejus filiam, cum ovibus commodùm advenientem, oſtendunt. 7. Miratus interea Jacobus tam citò è paſtu reduci greges, & præ imperitia fieri ratus, monuit rectiùs facturos, ſi eâ diei horâ pecudes adaquarent, atque in paſcua iterum agerent. 8. Illi verò lapidem ex ore putei devolvere ſe poſſe negarunt,

COMMENTARIUS

In CAPUT XXIX.

1. P*Rofectus illinc Jacobus*] *Et ſuſtulit Jacobus pedes ſuos & ivit*, &c.

In Orientalium regionem] *Filii orientis* hîc dicuntur Meſopotamiæ incolæ, quòd reverâ ad Orientem ſint Judææ, non minùs ac Arabes, qui aliàs eo nomine ſolent vocari. Vide Job. I, 3.

2. *Ovium*] צאן *tſon*, quod tam *capras* quàm *oves* ſonat. Vide not. ad Cap. XII, 16.

Accubantes] *Cubantes* עליה halcha, *ad eum*, dum congregatis gregibus tractûs illius, adaquarentur; quod videtur factum, ne quis aquam putei in ſuos uſus exhauriret. Cautio erat ſitiouloſæ regioni neceſſaria. Vide quæ de *Charris* diximus ad Cap. XI, verſ. 31.

4. *Unde eſtis*] Aut oportet Jacobum Chaldaicè ſciviſſe, quam Linguam à matre Chaldæâ, & patre è Chaldæâ itidem muliere nato diſcere potuerat; aut inter Chananæam & Meſopotamiæ Linguam illis temporibus majorem fuiſſe, quàm poſtea adfinitatem, cùm ſine interprete colloquerentur. Vide 2 Reg. XVIII, 26. Sed prius videtur veriſimilius, nam inter eas Linguas jam tum ingens fuiſſe diſcrimen liquet, ex eo quod habetur infrà Cap. XXXI, verſ. 47.

Fratres] Nomen eſt, quo utebantur etiam ignotos amicè compellantes, cùm blandiùs eos alloquebantur. Vide ſup. Cap. XIX, 7.

Charanenſes ſumus] *E Charane nos.*

6. *Recténe habet*] *An pax illi?* Vide inf. Cap. XXXVII, 14.

7. *Multum diei ſupereſt*] *Adhuc dies magnus eſt.*

8. *Non poſſumus*] Non videntur tam difficultatem amovendi lapidis, quàm legem exſpectandi paſtoribus poſitam ſpectare. Quem enim devolvere potuit LXX minimùm annos natus Jacobus, aliquot alii amovere quidem potuiſſe videntur. Ergo *poſſe* ſe negant facere quòd non *licebat*, quod haud infrequens eſt apud Scriptores Sacros, & alios omnes. Vide Matt. IX, 15.

Devolvatur lapis] *Devolvant lapidem*; nempe, paſtores. Sæpe verbum refertur ad nominativum ſubauditum, ut ſup. Cap. XIV, 20. Mutavimus phraſin, vitandæ ambiguitatis causâ. Si ſequeremur lectionem Samariticam, neceſſe non erat, nam pro gregibus eſt הרעים *harohim* paſtores, ut LXX habent τοὺς ποιμένας.

9. *Dum adhuc*] *Adhuc loquebatur*, — & *Rachel*, &c.

Ipſa paſcebat] רעה *roha*, & ſequitur הוא *hou*, quod Maſſorethæ *hi* legunt, quaſi pro *Vau* eſſet *Jod*. In Samaritico Codice eſt etiam היא, & LXX Intt. habent αὐτὴ γὰρ ἔβοσκε, & Vulg. *ipſa paſcebat*. Τὸ *Chetib* hîc τοῦ *Keri* præferri poſſet, ſi vox רעה efferretur *rohe*, ut eſſet maſculini generis. Intelligeremus Labanem pecuarium fuiſſe, ideóque filiæ oves aquandas tradidiſſe. Sed τὸ *Keri* ſequentibus non deeſt exemplum puellarum paternos greges paſcentium Exod. II, 15, 16, 21. quamquam non ſine periculo, præſertim ſi formoſæ eſſent, ut Rachela. Sed fortè Labanis paupertas eò illum adegit, ut filiarum uteretur hac in re miniſterio. Vide Cap. XXX, 30.

10. *Hujúſque oves*] Repetitur hîc *Labanis fra-*

ris tempus, adaquate oves, atque ite, *iterum* paſcite. 8. Non poſſumus, inquiunt, donec congregatis omnibus gregibus ex ore putei devolvatur lapis, ut adaquemus greges.

9. Dum adhuc loqueretur cum eis, advenit Rachela cum patris ovibus, nam ipſa paſcebat. 10. Cùm autem Rachelam filiam Labanis avunculi, hujúſque oves videret Jacobus, accedens devolvit ex ore putei lapidem, ovéſque Labanis avunculi adaquavit. 11. Tum Rachelam exoſculatus eſt, atque in ejulatum & lacrimas erupit? 12. Indicavit ſimul Rachelæ ſe patris ejus eſſe conſanguineum, & filium quidem Rebekkæ. Ea verò cucurrit *domum*, ut patri nunciaret. 13. Ut audiit Laban Jacobi filii ſororis ſuæ mentionem fieri, properè illi obviam ivit, amplexúſque, & oſculatus domum ſuam eum duxit; *ubi* Labani rem omnem narravit. 14. Tum illi Laban: profectò os meum & caro mea es, & per menſem cum eo manſit *Jacobus*.

15. Poſtea dixit Laban Jacobo, an quia conſanguineus meus es, gratis mihi ſervias? indica, quæſo, quæ tua *futura ſit* merces. 16. Erant autem Labani duæ filiæ, nomen majori

runt, niſi poſtquàm omnes cum gregibus paſtores adveniſſent.

9. Nondum hæc dixerant, cùm aderat Rachela cum paterno grege, quem ipſa paſcere ſolebat; 10. quâ conſpectâ, primum ei humanitatis ſuæ ſpecimen daturus Jacobus lapidem, quo clauſus erat puteus, devolvit, Labaniſque avunculi oves adaquavit. 11. 12. Deinde quis eſſet puellæ indicavit, & conſobrinam Rachelam oſculatus eſt, nec, præ adfectu, lacrimas continere potuit. Illico verò Rachela domum ivit, patríque adeſſe Rebeccæ amitæ filium nunciavit. 13. Quo audito, Laban humaniſſimè ei obviam egreſſus eſt, amplexuſque eum & oſculatus domo ſuâ excepit; ubi avunculo Jacobus, quo in loco eſſent res Iſaaci & Rebeccæ, & qua de cauſa in Meſopotamiam veniſſet narravit. 14. Laban verò, ut hominem tam arctâ conſanguinitate conjunctum par erat, lautè eum habuit; Jacobúſque interim, greges avunculi diligenter, per integrum menſem, curavit, priuſquàm de ulla mercede inter eos conveniret. 15. Cùm interea ejus induſtriam animadvertiſſet Laban, & quàm utilis ſibi poſſet eſſe ejus opera intellexiſſet, negavit ſe diutiùs ea uſurum, niſi conſtitutâ mercede; neque enim æquum eſſe gratis ſibi impendi, eò quòd avunculus ejus eſſet. 16. 17. Præter Rachelam, de qua diximus, Labani altera erat filia, & quidem major natu, cui nomen

fratris matris, quæ repetitiones, ubi neceſſariæ non ſunt, occurrunt frequentes; cùm neceſſariæ ad perſpicuitatem voces ſæpe deſint. Vide ad verſ. 8.

Accedens devolvit] *Et acceſſit & devolvit*, contra legem, de qua diximus, quod peregrino condonatum.

11. *In ejulatum & lacrimas*] *Vocem ſuſtulit & flevit.* Vide Cap. XXI, 16. Hæ lacrimæ gaudii, quòd tam feliciter in eos quos quærebat incidiſſet, & teneri in conſanguineam adfectûs indicium fuere. Vide inf. Gen. XLIII, 30. XLV, 2, 14, 15.

12. *Indicavit ſimul Rachelæ*] *Et indicavit Jacobus Rachelæ ſe fratrem patris ejus eſſe.* Fratres dicuntur paſſim quilibet conſanguinei. Vide ſup. Cap. XXVII, 29. Videtur autem hîc quoque eſſe in narratione hac trajectio, etenim Jacobum oſculatum eſſe Rachelam non crediderim, niſi poſtquàm ſe ejus conſanguineum eſſe aperuerat. Vide not. ad Cap. XXIV, 23.

13. *Mentionem fieri*] שמע ſchemah, *auditum*, hoc eſt, non modò rumorem, ſed nuncium. Vide Abd. verſ. 1. & quæ illic notavimus.

Properè illi obviam ivit] *Cucurrit illi obviam*, quantùm ſeni licuit, cùm enim Jacobus LXXVII annum ſuperaſſet, Laban ſine dubio aut centeſimum annum ſuperaverat, aut non multùm ab eo aberat.

Ubi Labani, &c.] *Et narravit Labani omnia illa verba*, hoc eſt, quæcumque antea de familia Iſaaci, poſtquàm Rebecca ad eum deducta fuerat, memorata ſunt; aut quæcumque ſibi, circa primogeniti jura, cum fratre accidiſſent.

14. *Os meum & caro mea es*] Agnovit ex ejus verbis verè eum eſſe Rebeccæ filium, adeóque conſanguineum ſuum. Vide de hac loquutione dicta ad Cap. II, 23.

Per Menſem] *Menſem dierum*, antequàm inter eos conveniret, quâ lege Jacobus eſſet apud Labanem manſurus. Interea Jacobus ejus greges haud aliter curabat, quàm ſi propterea mercede conductus fuiſſet; & cùm ſcienter omnia quæ ad eam rem pertinent faceret, Labani vehementer placuit, unde factum eſt ut mercedem ei offerret.

15. *Conſanguineus meus*, &c.] *Frater meus.*

Quæ tua futura ſit] Hoc eſt, quam ſperes à me, quam tibi à me dari æquum cenſeas.

16. *Majori — minori*] *Magnæ & parvæ*, Hebræi enim comparativis carent. Vide ſup. Cap. VIII, 24.

17. *Oculi erant lippi*] *Oculi erant teneri*, hoc eſt, lippi, ut vertit ante nos Vulg. Int. Οἱ LXX ſimiliter *ἀσθενεῖς infirmi.* At Onkelos יאין jaajan *pulcri.* Sed ſequentia deformitati Leæ, cujus non exigua pars eſt in oculis, opponi formam Rachelæ oſtendunt; quâ factum ut ſorori natu majori à Jocobo anteferretur.

18. *Amore captus*] *Et amavit Jacob Rachel, & dixit*, &c. Mirum viſum fuiſſet ſequentibus ſæculis, quibus

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor;

ſed eo ævo, quo vivaciores erant homines, ut ſeriùs liberis procreandis operam dare: ita & ſeriùs amare non indecenter poterant.

Pro filia tua —— ſeptem tibi annos, &c.] Apud eas Gentes non dotem Gener à Socero, ſed contra Socer à Genero accipere ſolebat, ut liquet ex Cap. XXXIV, 12. & 1 Sam. XVIII, 23, 25, 27. Pro dote, cùm aliud nihil ſuppeteret, ſeptem annorum miniſterium Labani obtulit. Quod tamen mirum eſt, cùm ex maximis patris

majori Leæ, minori Rachelæ fuit. 17. At Leæ quidem oculi erant lippi, Rachela verò formâ decora, & venuſta adſpectu erat. 18. Rachelæ ergo amore captus Jacobus, pro filia tua, inquit, minore Rachela ſeptem tibi annos ſerviam. 19. Laban verò, præſtat, inquit, me tibi eam quàm viro alieno collocare, mane mecum. 20. Septem itaque annos propter Rachelam ſerviit Jacobus, qui, præ amore quo eam proſequebatur, pauci dies ei viſi ſunt.

21. *Iis exactis*, da mihi, ait Labani Jacobus, uxorem meam, nam expleti ſunt dies mei, atque ad eam ingrediar. 22. Tum popularibus omnibus congregatis convivium fecit Laban, 23. & noctu Leam filiam adſumſit, atque ad eum intromiſit, ille verò cum ea congreſſus eſt. 24. Simul dedit Laban Zilpham ancillam ſuam Leæ, ut filiæ ancilla eſſet. 25. Matutino verò tempore, en erat Lea; *Jacobus* verò Labani, quid hoc rei eſt, quod mihi feciſti? propter Rachelam tibi ſervii, quare me decepiſti? 26. At non ſolet, ait Laban, ita fieri loco in *hoc* noſtro, ut minor natu ante majorem

men Leæ; verùm hæc erat lippa, formam verò ſororis eximiam nihil dehoneſtabat. 18. Itaque Jacobus, qui præterquàm quòd fratris iram fugiebat, eò quærendæ uxoris ex Labanis familia venerat, paratum ſe eſſe ait per ſeptennium avunculo ſervire, ſi ſibi minorem filiam Rachelam deſpondere vellet. 19. Laban verò, re penſitatâ, ſatius eſſe, ſi conſanguineo filiam quàm alieno viro collocaret; ratus eſt; ideóque Jacobum, promiſsâ quam petebat mercede, apud ſe manere juſſit. 20. Hic autem, qui Rachelæ amore captus quidvis, ut eam obtineret, ferre paratus erat, æquo animo per ſeptennium avunculo aſſiduam & fidelem operam navavit.

21. Exacto ſeptennio, cùm jam ſeptuageſimum ſeptimum ætatis annum ſuperaſſet Jacobus, à Labane deſponſatam ſibi uxorem petiit; cùm eo, quod pactus erat, tempore ei ſerviiſſet. 22. Nec negavit Laban, nuptiáſque, vocatis ad convivium popularibus, celebravit; 23. ſed noctu poſt convivium, pro Rachela, quam ambierat Jacobus, Leam ſubſtituit, cum qua Jacobus rei ignarus concubuit. 24. Simul Leæ filiæ Zilpham ancillam dotalem dedit. 25. Exortâ demum luce, Jacobus pro Rachela, Leam ſibi collocatam eſſe cognovit; qua de re graviter apud Socerum queſtus eſt. 26. Laban verò, conſuetudinem receptam non pati, ut minor filia ante majorem nuptui daretur, dixit; 27. qua ſola de cauſa, pro Rachela Leam ad eum miſerat, ut intellecturus erat, ſi vellet per alterum ſeptennium

tris opibus tertiam partem, miſſis προβοτονίοις, jure ſuo ſperare poſſet. Mittendi dumtaxat erant ad Iſaacum & Rebeccam nuncii, qui ab iis dotem accipere potuiſſent. Verùm, ex moribus noſtris, de ejus ætatis conſuetudinibus judicium ferre nolim. Interea obſervandum Jacobo alimenta à Labane, & veſtimenta neceſſaria ſuppeditata fuiſſe, quod aliquantulùm hujus avaritiam minuit.

20. *Propter Rachelam*] ברחל *brabbel* ב hîc eſt *propter*, ut ſæpe aliàs & Hoſ. XII, 13. ubi hac ipſa de re ſermo eſt.

Serviit] Hîc, ut in ſuperioribus, verbo δουλεύειν utuntur LXX Intt. quod propriè mancipii operam præſtare ſonat; cùm eſſet verbum θητεύειν, quod eſt mercedis causâ ſervire, huic negotio aptiſſimum. Sed ut עבד *habad* utrumque apud Hebræos exprimit, ſic & apud LXX. δουλεύειν quamvis ſervitutem ſignificat.

Pauci dies ei viſi ſunt] *Fuerunt in oculis ejus ut uni dies.* Exſpectanti & cupidi longa, ſine dubio, præſertim eâ ætate, mora viſa eſt; ſed uſque adeò Rachelam amabat, ut non cariùs æquo ejus nuptias, aſſiduâ ſeptem annorum operâ emere ſibi videretur; diuturniori etiam, ut res docuit, θητείας paratus, ſi ſeptennali eam redimere nequiret.

21. *Uxorem meam*] *Uxor* hic dicitur, quæ deſponſa erat, propter proximum, ut Jacobus ſperabat, matrimonium. Sic Maria Joſepho deſponſa γυνὴ αὐτοῦ dicitur Matt. I, 20. Vide *J. Priceum* ad verſ. 16. ejuſdem Capitis.

Expleti ſunt dies mei] Hoc eſt, ſeptem anni θητείας, quibus tibi ſerviturum eâ lege pactus ſum, ut minorem filiam mihi collocares.

Ingrediar] Hoc eſt, cum illa concumbam, ut alibi paſſim. Vide verſ. 23.

22. *Tum popularibus*, &c.] *Et congregavit Laban omnes viros loci & fecit*, &c. Aut oppidum parvum, aut ſplendidiſſimas nuptias, aut *omnes populares*, qui Labanis, nimirum, neceſſarii erant, invitatos fuiſſe oportet; quorum poſtremum, cùm neque ditiſſimus, neque liberali eſſet ingenio Laban, veriſimillimum eſt.

23. *Noctu*] בערב *bhereb*, quod hîc perinde eſt ac בלילה *blailah*, ut Cap. XIX, 6. Alioqui Jacobum fallere non potuiſſet Laban.

Intromiſit] Idem verbum alio ſenſu, in ſequentibus, ſumitur; nam *intromiſſa* eſt Lea in cubiculum, in quo erat Jacobus, hic verò cum ea *congreſſus* eſt. Utrobique eſt verbum בוא *bo*, quam conſuetudinem eſſe Sacris Scriptoribus obſervavimus ad Cap. III, 1. Additur in Cod. Samaritico יעקב *Jacob*, ut & in Verſione LXX. Intt. ad ambiguitatem vitandam.

24. *Simul dedit Zilpham*] Una ancillula exiguum erat donum; ſed hujus meminit Moſes, quia liberos Jacobo peperit.

25. *Tibi ſervii*] *Servii tecum*, hoc eſt, apud te, inter ſervos tuos.

26. *Non ſolet fieri*] *Non fiet.* Futurum, apud Hebræos, ſæpe conſuetudinem ſignificat, ut hoc in loco. Hinc LXX. Intt. οὐκ ἔστιν οὕτως *non ita eſt*, nempe, conſuetudo. Vulg. *non eſt in loco noſtro conſuetudinis.* Sic ſuprà XX, 9. & infrà Cap. XXXIV, 7.

Nuptui collocetur] *Detur.*

27. *Exple hebdomadem hujus*] Horum verborum duplex eſſe ſenſus poteſt, quo factum ut Interpretes in geminas abierint ſententias. Judæi plerique volunt intelligi *hebdomadem* nuptialis convivii, quod fecit Laban quando Leam

jorem nuptui collocetur. 27. Exple hebdomadem hujus, eámque tibi etiam, pro mi-
niſterio quod mihi per alterum præſtabis ſeptennium, collocabimus.
28. Ita fecit Jacobus, explevit ejus hebdomadem; & Rachelam filiam ſuam ei collo-
cavit *Laban*, 29. dedítque Rachelæ filiæ Bilham ancillam ſuam, ut ei eſſet ancilla.
30. Congreſſus eſt etiam cum Rachela, eam magis quàm Leam amavit, ſerviítque La-
bani ſeptem alios annos. 31. Cùm autem videret Jehova inviſam eſſe Leam, ejus ute-
rum aperuit, dum ſterilis *erat* Rachela. 32. Concepit ergo Lea, filium peperit,
noménque Rubeni ei impoſuit; dolorem enim meum, inquit, vidit Jehova, ideó-
que me nunc amabit vir meus. 33. Iterum concepit, peperitque filium, & quia
audivit, ait, Jehova inviſam me eſſe, hunc iterum mihi dedit; Simeonémque eum
appellavit. 34. Concepit *tertiùm*, filiúmque enixa eſt, & dixit: hac tan-
dem vice adhærebit mihi vir meus, cùm tres illi pepererim filios; idcóque vo-
cavit eum Levin. 35. Concepit *quartùm*, filiúmque peperit, & hac vice, ait,
Jehovam laudabo; quamobrem nomen ei Judæ indidit. *Poſt hunc* parere deſiit.

XXVIII. Bil-

hium greges ſuos ſervare; quòd ſi polliceretur, ſine dolo Rachelam quoque eſſet ei uxorem collocaturus.

28. Ita amore Rachelæ flagrabat Jacobus, ut Socero operam ſuam per ſeptennium iterum addiceret, quo promiſſo, paullò pòſt Rachelam duxit; 29. quæ, non ſecus ac ſoror, ancillam dotalem à patre accepit, cui Bilhæ nomen erat. 30. 31. Sic Jacobus Rachelam, poſt operæ Labanis gregibus navatæ per ſeptem annos, eâ lege ut ſimilem per ſeptem alios navaret, habuit; & cùm ſorore formoſior eſſet, majore quàm Leam amore proſequutus eſt. Attamen ne triſtiorem hæc à viro ſpreta vitam ageret, dum ſororem præferri ſibi videbat, non ſine divina Providentia factum eſt, ut ſterili manente Rachelâ, liberos viro ſuo pareret Lea. 32. Primogenito ſuo Rubeni nomen impoſuit, quod *Filium reſpectûs* ſonat; quia ex eo partu intelligebat Deum dolorem ſuum reſpexiſſe, atque ut à viro; æquè ac ſoror, amaretur effecturum. 33. Alterum poſtea filium peperit, eumque Simeonem, hoc eſt, *Auditum* vocavit; quod contemtum, quo ſe vir proſequebatur, ad aures Dei perveniſſe videret. 34. Tertius verò filius Levis vocatus eſt, hoc eſt, *Adhæſio*, quòd ſperaret virum, poſtquàm tres illi pepererat filios, ſibi in poſterum magis quàm ſorori adhæſurum. 35. Quin & quartum filium peperit, quem Jodam, quæ vox *Laudem* ſignificat, appellavit, quòd jam ob fecunditatem ſuam meritiſſimas Deo laudes deberet. Verùm hunc filium enixa, quaſi parere deſiiſſet, per aliquot annos gravida facta non eſt.

P A-

Leam Jacobo colliocavit; quam Hebdomadem præterlabi neceſſe erat, antequàm Rachelam ducere poſſet. Certum quidem eſt nuptialia convivia per ſeptiduum interdum fuiſſe celebrata, quod conſtat ex Jud. XIV, 12. Sed, ut alii obſervarunt, poteſt hæc hebdomas æquè commodè ſumi de annorum altera hebdomade, quam ſerviit ut Rachelam obtineret, atque ex ſequentibus verbis exponi. Atque hæc eſt ſine dubio potior interpretatio, primùm enim dicit Laban: *exple hebdomadem* זאת hujus, *& collocabimus tibi etiam* זאת hanc, ubi זאת *zoth* ad unam, eamdémque Rachelam refertur. Deinde ſequitur: *Ita fecit Jacobus, explevit ejus hebdomadem*, &c. hoc eſt, ſerviit ſeptem annos, propter eáque Rachelam accepit, nou multò pòſt, ut ex Chronologia conſtat. Vide Tabulas ad hoc ævum.

Et dabimus] Hîc unus loquitur numero plurali, qua de re vide notat. ad Cap. I, 27. At in Samaritico Codice eſt אתן etthen, *dabo*, & apud LXX. Intt. *δώσω*, quod verúſne lectio ſit, an emendatio, non dixerim.

28. *Explevit ejus hebdomadem*] Aut *ejus exactâ hebdomade*. Hebdomas annorum, ut diximus, intelligitur, qualium meminit Daniel Propheta. Hîc autem eſt inverſio ordinis, in Moſis narratione, dicere enim, ſi temporis rationem habuiſſet; eum oportuit: *Laban Rachelam Jacobo collocavit, quâ de cauſa hebdomadem etiam hujus implevit.* Non exſpectavit enim Jacobus hebdomadis finem, ut Rachelam duceret.

29. *Dedítque Rachelæ*] Hujus ancillæ meminit eadem de cauſa, ac Zilphæ antea verſ. 24.

30. *Congreſſus etiam*, &c.] Cùm jam octogeſimum quartum annum ſuperaſſet, quæ ſanè provecta erat ætas, ſi cum noſtris annis conferatur.

31. *Cùm videret Jehova inviſam eſſe Leam*] *Et vidit Jehova*, &c. *Inviſa* autem hîc dicitur quæ minùs amabatur, ut ex verſu antecedente colligere eſt. Sic apud Malach. I, 2, 3. *Amavi Jacobum, odio Eſavum ſum proſequutus*; quod in ſequentibus ita exponit Propheta, ut oſtendat ægerrimè Idumæorum vaſtatam regionem iterum incultum iri: cùm Iſraelitæ, in patriam reverſi, avita rura feliciter colere cœpiſſent. Pariter Luc. XIV, 26. *odiſſe* parentes, conſanguineos, & ſeipſum, jubente Deo, eſt omnia illa minùs amare quàm Deum. Vide ad eum locum *H. Grotium.*

Ejus uterum aperuit] Cùm antea ſterilis viſa fuiſſet, nullo per aliquod tempus edito partu, adſumtâ uxore aliâ, liberos ex Lea tollere cœpit Jacobus.

Dum ſterilis] *Et Rachel ſterilis.*

32. *Concepit ergo*] *Et concepit — & peperit — & vocavit.*

Dolorem meum vidit] Hinc ראובן Ruben *filius reſpectûs*, dictus eſt ejus primogenitus. Obſervatu dignum eſt nomina liberorum Jacobi eſſe Hebraica, non Chaldaïca; cùm tamen ejus uxores, non ſecus ac pater, Chaldaïca Lingua uterentur, in Meſopotamia natæ & educatæ; quo mihi veriſimile fit hæc nomina, quamquam ejus hoc in negotio non meminit Moſes, conſcio Jacobo impoſita à Lea & Rachela fuiſſe. Si quid mali eveniat extra conſpectum noſtrum, impedire id non poſſumus; ſed cùm videmus;

XXVIII. Bilhæ & Zilphæ Jacobi Concubinarum filii. Lea Iſſaſcharem, Zabulonem & Dinam; Rachela Joſephum parit. Jacobus reditum in Chananæam parans, novâ pactione factâ, per ſexennium apud Labanem manet.

CAPUT XXX.

1. RACHELA cùm ſe Jacobo nihil parere videret, ſorori invidit; & Jacobo, da mihi, inquit, liberos, ſin minùs perii. 2. Jacobus verò Rachelæ iratus, an ſum, inquit, loco Dei, qui te uteri fructu prohibet? 3. *At illa*, en *tibi*, ait, ſervam meam Bilham, cum ea congredere, pariétque ea ſuper genua mea, & liberos etiam

PARAPHRASIS.

1. AT Rachela, cùm Leam tot liberos parere videret, amore viri non contenta ſororis fecunditati invidere cœpit. Quin & à Jacobo prolem petiit, actum eſſe de ſe dictitans, niſi liberis augeretur. 2. Jacobus verò iratus à ſolo Deo rem poſſe fieri reſpondit, cujus voluntate ſterilis eſſet. 3. Verùm Rachela ſe ſcire quidem dixit donum eſſe Numinis fecunditatem, nec petere ſibi à viro dari quod penes ſolum Deum eſt; ſed eſſe ſibi dotalem ancillam Bilham, cum qua concumberet orabat, ut, ſi fortè gravida fieret, quod ex ea naſceretur adoptaret, & ſervæ ſuæ liberos pro ſuis educaret. 4. 5. Adſenſus eſt Jacobus, & cum Bilha concubuit, quæ gravida facta, expletis menſibus, filium Rachelæ enixa eſt. 6. Hæc verò exauditam tandem à Deo ſe eſſe dixit, & benignum de ſe à Numine latum

mus, ſi poſſumus, obſtamus. Ideò *videre* aliquid, ubi de Deo ſermo eſt, ſæpe perinde eſt ac miſeris opitulari. Vide Exod. III, 7. Sic & Latini loquebantur, unde *Virgilius* Æneid. I. verſ. 790. Anchiſem ita inducit orantem:

Jupiter omnipotens, precibus ſi flecteris ullis,
Adſpice nos.

Ubi *Servius*: *Quia intuentes Dii juvant. Nam de Jove in X libro ſic ait*: & Libyæ defixit lumina regnis. *Et contrà*: Diva ſolo fixos oculos averſa tenebat.

Ideóque] Hîc quoque eſt כִּי, ut in ſuperioribus verbis, ſed eodem modo verti non potuit. Vide Geneſ. XXII, 17.

33. *Audivit Jehova*] *Audivit* perinde eſt hîc ac *vidit*, quod habetur verſ. 31.

Simeonem appellavit] *Appellavit nomen ejus Simeon*, quæ phraſis in aliorum etiam nominum impoſitione perpetuò legitur. *Simeon* à שמע ſchamah *audivit*, *auditum*, vel *exauditionem* ſonat.

34. *Hac tandem vice*] עתה הפעם *hatthah happhaham*, hoc eſt, *nunc hac vice*, ſeu, nunc demum. Sic עתה vertendum 1 Sam. XXVII, 1.

Adhærebit mihi, &c.] Hoc eſt, malet eſſe mecum, quàm cum ſorore. לוי *lava* apud Arabas eſt *comitari*, quod huic loco non malè convenit; ſignificat enim Lea Jacobum perpetuum poſthac ſibi comitem futurum. Hinc dictus לוי *Levi*, quaſi *comes*.

35. *Jehovam laudabo*] אודה את י״י *ode eth Jehovah*. ידה *jadah* in conjugatione Hiphil eſſe *laudare*, *celebrare* innumeris exemplis conſtat. Vide vel infra Cap. XLIX, 8. Nec ſcio quare hoc verbum tam conſtanter LXX. Intt. ἐξομολογεῖν & Vulg. *confiteri* verterint, quæ voces obſcuræ ſunt & parum aptæ pleriſque locis, quibus occurrunt. יהודה *jhoudah* ergo *laudabilem* ſignificat, quò reſpicit etiam Jacobus, verſu laudato Cap. XLIX.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXX.

1. CUm ſe Jacobo nihil parere, &c.] *Et vidit* —— *& invidit*. Præter emolumenta, quæ ad ſe ex grandioribus liberis, ſi eos educarent, olim reditura ſperare poterant matres; viri pluris faciebant uxores fertiles, ut indicant ſatis verba Leæ, ultimis Cap. antecedentis commatibus; ut jam mittam voluptatem, quam matres in alendis infantibus experiuntur.

Liberos] בנים banim *filios*. Vide ſuprà Cap. III, 16.

Perii] *Ego mortua*, præ dolore, nimirum; neque enim ſibi manus allaturam minatam eſſe credile eſt.

2. *Jacobus verò*] *Et iratus eſt* —— *& dixit*.

An ſum loco Dei] Hoc eſt, an me inſtar Dei habes, ut à me liberos petas; nam Deus ſolus ſterilis fecunda ut evadat efficere poteſt, qui ita deſcribitur Pſ. CXIII, 9. *Qui reddit ſterilem in ædibus matrem filiorum*. Vide & Pſ. CXXVII, 3. Hinc liberos à Deo petunt Iſaacus ſuprà Cap. XXV, 21. & Hanna 1 Sam. I, 10. Itaque meritò Rachelæ indignatur Jacobus, quæ ſe ita convenerat, quaſi loco Dei haberet. Similis eſt infra loquutio Cap. L, 19. ubi vide not. Hinc LXX Intt. hîc habent *ἀντὶ Θεοῦ pro Deo*, ut Vulg. Onkelos, ſenſum potiùs quàm vim verborum ſequutus: *An à me petis? nonne à Deo petes*, aut *petere debes*?

Te uteri fructu] *A te prohibuit uteri fructum. Uteri fructus* dicuntur liberi, ut Pſ. CXXVIII, verſ. 3.

Pariet ſuper genua mea] Hæc videtur veluti adoptio fuiſſe, quando hera ancillam viro permittebat, & gremio ejus liberos excipiebat; quod indicant ſequentia verba.

Liberos ex ea conſequar] אבנה ibbane, *ædificabor etiam ego ex illa*. Vide not. ad Cap. XVI, verſ. 2.

4. *Simul dedit*, &c.] *Et dedit*.

In

Digitized by Google

ego ex illa conſequar. 4. Simul dedit ei Bilham ancillam in uxorem, & cum ea congreſſus eſt Jacobus. 5. Bilha concepit, eáque Jacobo filium enixâ, 6. judicavit, ait Rachela, me Deus, vocem quoque meam exaudivit, deditque mihi filium; qua de cauſa, nomen ei Dani impoſuit. 7. Iterum concepit, filiúmque alterum Jacobo peperit Bilha Rachelæ ancilla. 8. Tum Rachela, artibus Dei, inquit, cum ſorore certavi, & ſuperior fui; vocavitque eum nomine Nephthalim.

9. Lea verò cùm ſe parere deſiiſſe animadverteret, Zilpham ancillam ſuam ſumſit, & Jacobo in uxorem dedit. 10. Jacobo Zilpha Leæ ancilla filium enixa eſt; 11. tum Lea, venit, inquit, caterva; cúmque Gadum vocavit. 12. Peperit *eadem* Zilpha, Leæ ancilla, alterum Jacobo filium; 13. & Lea, ad felicitatem meam, ait, *natus eſt*, nam me felicem prædicabunt puellæ; cúmque Aſerem appellavit.

14. Egreſ-

tum eſſe judicium; quam ob rem Dani ei, quod vocabulum *Judicium* ſonat, nomen impoſuit. 7. 8. Alterum etiam, dum ſterilis eſſet hera, filium Jacobo peperit Bilha; quo factum ut Rachela ſe eximiâ arte ſuperaſſe ſororem jactaret, adeóque natum puerum Nephthalim, quo nomine *Ars* ſignificatur, appellaret.

9. Lea, cùm ſe non ampliùs gravidam fieri ſentiret, arte ſororis animadverſâ; ejus exemplo, Zilpham ancillam viro Concubinam dedit. 10. Hæc gravida facta filium, quem ſuorum loco habuit Lea, Jacobo peperit. 11. Hic Gad, hoc eſt, *Caterva* à Lea dictus eſt, poſtquam vidit non paucos liberos ex ſe & ancilla viro ſuo natos. 12. Sed Zilpha alterum etiam filium Jacobo enixa eſt, 13. qui tantopere Leam exhilaravit, ut jam ſe beatam omnium judicio futuram diceret, quæ tot liberis aucta eſſet; ideóque Aſerem, hoc eſt, *Felicem* nomine eum appellavit.

14. Con-

In uxorem] Hoc eſt, in Concubinam, cum qua concumbere, pro arbitrio, poterat. Vide de Concubinis notata ad Cap. XXII, 24.

5. *Eâ filium enixâ*] *Et peperit filium* —— *& dixit Rachel*, &c.

6. *Judicavit*] Qui juſtam ſuam eſſe cauſam putant, ii nihil aliud à Magiſtratibus, præter judicium, efflagitant, quo ſe ſuperiores certò futuros ſperant. Ideóque ad hos quod attinet, *judicari*, & *impetrare* quod optant perinde eſt. Hinc Rachela, quæ ſuas preces æquas eſſe putabat, *judicari* & *exaudiri*, quaſi ſynonyma, conjungit. Vide hanc in rem Apologum Chriſti Lucæ XVIII, 2 & ſeqq. ubi ἐκδικεῖν perinde eſt, ac cauſam ſecundum aliquem addicere. Adverſaria, ſeu ἀντίδικος Rachelæ, hoc in negotio, ſoror erat.

Dani] דן dan *judicans*; quò alludit Jacobus Gen. XLIX.

8. *Artibus Dei*] נפתלי אלהים *naphthoule elohim*. Hæ voces veteres & recentiores Intt. torſerunt. LXX habent συναντελάβετό μοι ὁ Θεὸς, καὶ συνανεστράφην τῇ ἀδελφῇ μου, *adjuvit me Deus & converſata ſum cum ſorore mea*. Vulg. *Comparavit me Deus cum ſorore mea*. Onkelos: *Suſcepit Deus precationem meam, cùm precata ſum in oratione mea, concupivi ut eſſet mihi filius ſicut ſorori meæ*. Quæ aut nullum ſenſum fundunt, aut verbis Hebraïcis non conveniunt. Non meliùs *Aquila*: συνανέστρεψέν με ὁ Θεὸς καὶ συνανεστράφην. Itaque recentiores plerique, miſſis Vett. conjecturis, conjiciunt vertendum *luctationibus Dei*, hoc eſt, vehementiſſimis, *luctatus ſum cum ſorore*; ajúntque נפתל *niphthal*, quod propriè eſt *torqueri*, hîc tralaticio ſenſu eſſe *luctari*, quia luctando torquentur membra. *Luctationes* autem haſce in eo ſitas docent, quòd fertilitati ſororis oppoſuerit ancillæ fertilitatem, quam ſibi vindicavit.

Quæ quidem interpretatio, quamquam ſenſum parit commodum, nobis tamen minùs placet, quia cùm ſine exemplo ſit quo confirmetur, tum etiam nullum habet in vicinis Hebrææ Linguis ſubſidium. Igitur נפתולים naphthoulim *artes*, & נפתל niphthal, ſequente præpoſitione עם him *cum*, *arte certare* vertimus. Certè נפתלים niphthalim *verſutos* ſignificat Job. V, 13. ubi de Deo Eliphazus ita loquitur. *Capit ſapientes in eorum aſtutia, & conſilium* נפתלים niphthalim *aſtutorum fit præceps*. LXX Intt. πολυπλόκων rectè hic vertunt, hoc eſt, multiplices fraudes (nam πλοκὴ *fraudem* aliquando ſonat) animo verſantium, πολυτρόπων. Similiter Prov. VIII, 8. *Juſta ſunt omnia dicta oris mei, nullum inter ea* נפתל niphthal *doloſum, aut obliquum*. LXX Intt. σκολιὸν & Vulg. *pravum*, quod eodem redit. Nihil obſtat quin ipſum verbum Pſ. XVIII, 27. eodem modo vertamus: *cum puro purus es, & cum doloſo* תתפתל thithphatthal *arte uteris*, quod multò etiam rectius eſt quàm *perverteris*; quippe quod non poteſt, niſi duriſſimè, de Deo dici. Huic etiam ſenſui notatio vocis favet, nam *artes*; ſeu in bonam, ſeu in ſequiorem partem ea vox intelligatur; ſunt σκολιαὶ *obliquæ & contortæ*, non rectæ & ſimplices. Favet & Lingua Arabica, in qua فتل פתל *phatala*, non modò *torquere*, ſed & *fraudem meditari* ſignificat.

Dei] *Artes Dei* dicuntur egregiæ, & quibus nihil melius fingi poterat. Veriſſimum enim axioma *Kimchii* in Jon. III, 3. כל דבר שרוצה להגדילו סומך אותו לאל *quidquid vult* Scriptura *amplificare, jungit id Deo*. Vide ſup. Cap. XXIII, 6. Pſalm. XXXVI, 7. LXXX, 1. Conſilium optimum dicitur *Dei conſilium* 2 Sam. XVI, 23.

Nephthali] Hoc eſt, *ars mea*. At in libro Nom. Heb. exponitur: *conſervavit me, dilatavit me, vel certè implicuit me*.

9. *Lea verò cùm animadverteret*] *Et vidit Lea — & ſumſit*.

Et Jacobo in uxorem dedit] Mirum eſt Jacobum, hominem ſenem, non modò duas legitimas uxores, ſed geminas Concubinas habere voluiſſe. Vigor non vulgaris in eo fuerit oportet, qui etiam promiſſo Dei de numeroſa prole implendo inſerviit.

11. *Ve-*

14. Egreſſus Ruben triticeæ meſſis diebus, in agro Dudæa invenit, eáque ad Leam matrem adtulit; cui Rachela, da mihi, quæſo, *aliquantum* ex filii tui Dudæis. 15. *Lea* verò, an parum eſt quòd virum meum abducis, niſi & filii mei Dudæa auferas? Itaque, ait Rachel, pro filii tui Dudæis, hac nocte tecum cubet *vir meus*. 16. Cùm autem veſperi ex agro rediret Jacobus, obviam illi ivit Lea, & mecum, ait, congredieris,

14. Contigit, circa hæc tempora, Rubenem Jacobi primogenitum, quâ tempeſtate in Meſopotamia triticum metere ſolent, rus egreſſum redire Charras Dudæis, qui fructus in pretio eſt, onuſtum, quæ ad matrem Leam detulit. Rachela autem, conſpectis iis fructibus, ſororem orare cœpit Dudæa aliquot ſibi daret. 15. Lea verò, quæ eam à viro ſibi præferri æquo animo non ferebat, ſe daturam negavit; ſatis enim ſorori eſſe debere, quòd viro pænè ſola frueretur, nec alienos fructus præterea concupiſcere eam æquum eſſe. At Rachela ſe gratis Dudæa non poſcere reſpondit; ſed, ſi ſibi darentur, conſenſuram ſe virum câ nocte cum ſorore concumbere, qui alioquin ad ſe venturus eſſet.

11. *Venit caterva*] In ipſo contextu ſcriptum eſt בגד *bagad*, non in Maſſorethico modò, ſed & in Samaritico exemplari. Sic legerunt LXX & Vulg. qui habent: ἐν τύχῃ *feliciter*. Conſentiunt cum illis recentiores Rabbini, qui גד *gad*, *bonam fortunam*, aut *benignum ſidus*, quale eſt Jovis, interpretantur, ex Arabiſmo, in quo جال גאר, aut, ſine Eliph, גד *fortunatum*, & *felicem fecit*. Huc etiam pertinere volunt verba Eſaiæ LXV, 11. *Vos relinquitis Jehovam, montis ſanctitatis meæ obliti, inſtruitis* לגד laggad *menſam*, & *impletis* למני lamni *libamen*; ubi LXX Int. ἑτοιμάζοντες τῷ Δαιμονίῳ τράπεζαν, καὶ πληροῦντες τῇ Τύχῃ κέρασμα. In Codd. antiquioribus, primo loco erat Τύχῃ, ſecundo Δαιμονίῳ, ut colligere eſt ex *Hieronymo* ad eum locum. Si de his Eſaïæ verbis ſententia dicenda eſſet, & rationibus, ut par eſſet, confirmanda, longâ hîc Lectorem digreſſione detineremus. Breviter indicabimus ſenſum, qui nobis optimus videtur; nempe, גד & מני ſynonyma ſunt, & Lunam, ſive Hecaten ſignificant. Ἀπὸ τοῦ גד venit *Hecate*, ἀπὸ τοῦ מני μήνη, ſeu Luna. Verùm hæc ſignificatio vix hîc locum habere poteſt, niſi *Fortunæ* præeſſe dicatur Luna, quod cenſuit *Macrobius*. Vide quæ fusè & eruditè hac de re habet P. D. *Huëtius* in Origenianis Obſervationibus, Pag. 108. & ſeqq. & quæ diximus ipſi ad verſ. 411. Theogoniæ *Heſiodi*. Igitur hoc Lea vellet, *feliciter*, & *favente fortuna* ſe ancillam viro tradidiſſe, quæ ſtatim gravida facta eſſet & peperiſſet. Verùm cùm, ut diximus, nomina hæc ſine Jacobi conſenſu impoſita non ſint; vix crediderim Jacobum, unius Jehovæ conſtantem cultorem, ex Lunæ aut Fortunæ nomine filio ſuo nomen fieri paſſurum fuiſſe. Certè ipſe Cap. XLIX, 19. ut mox videbimus, aliunde deducit.

Edm. Caſtellus, cùm non neget voce *Gad* aut *catervam*, aut *fortunam* alibi ſignificari; hoc tamen loco convenientiùs ex Æthiopica ſignificatione vocis גד *gada* exponi poſſe cenſet. Ea autem dictio, apud Æthiopas, *tributum* ſignificat, quod nomen Gadi Tribui optimè convenire ſic probat. Erat, ait, regio hujus Tribûs in ultimis Terræ Sanctæ finibus ſita; limitaneorum verò populorum hæc ferè conditio eſt, ut tributum duobus, aut pluribus etiam ſolvant. Ac ſanè Gaditæ aliquamdiu Hammonitarum vectigales fuere Jud. X, 7, 8. Jerem. XLIX, 1. Sed & ipſi etiam alios fecerunt ſibi vectigales. 1 Par. V, 18. & ſeqq. Gen. XLIX, 19. qui conferatur cum Joſ. IV, 12. XXII, 1, 2, 8. Nec malè etiam, eodem judice, aptetur hæc notio Eſai. Cap. LXV, 11. *Tributo* accipiendo *paratis menſam*, & *libamen numero*, hoc eſt, pecuniam numerantibus. Sed vir doctiſſimus, alioqui parum in conjecturis felix, Leæ vaticinandi facultatem temerè tribuit; & cùm nomina reliquorum liberorum Jacobi ex rebus præſentibus petita ſint, fruſtra ex futuro ignoto hujus notationem arceſſit. Quæ ſola confutatio, cùm plura in eum dici queant, ſatis nobis erit.

Simpliciùs multò גד idem ſignificare cenſetur ac גדוד gedoud *turba*, aut *caterva*. Lea veniſſe *catervam* dicit, quia hîc quintus erat filiorum, quibus Jacobum ditaverat. Eò reſpicit etiam Jacobus Gen. XLIX, 19. ubi, *Gadum*, ait, *confertæ cohortes invadent*, *ſed ipſe tandem confertim alios invadet*. Qua in interpretatione, τῷ *Chethib* prætferimus τὸ *Keri*, habent enim in margine Codicum noſtrorum Maſſorethæ בא גד ba gad *venit gad*. Ita etiam legit Onkelos, qui interpretatur אתא גד atha gad, *venit gad*. Pariter *Jonathan*: מזלא טבא (Jeroſol. גדא *gada*) אתא *venit fortuna bona*. Maſſorethica nota margini adpoſita quatuordecim eſſe voces, quæ conjunctim ſcriptæ in duas dividendæ ſunt, Lectores monet.

13. *Ad felicitatem meam*] באשרי beoſchri, *in felicitatem meam*. Sic Vulg. *pro beatitudine mea*, hoc eſt, ut beata fiam. Certè ב non rarò propter ſignificat, ut ſup. XVIII, 28. *an propter quinos* (בחמשה bahhamiſcha) *perdes totam urbem*? & Cap. XXIX, 20. Vide *Noldium* in 23. ſignif. At vir doctus in *Specim.* 3. *novarum in Sacro Cod. Interpretationum*, caſtigat hîc *vulgatæ ſcripturæ*, ut loquitur, *inconcinnitatem*, & facilè Linguæ Hebrææ gnaro corruptam eam eſſe perſuaſurum ſe ſperat. Emendat igitur בא אשרי ba oſchri *venit beatitudo mea*, quod factum à ſe vult ad exemplum Maſſoretharum, de quo modò dicebamus. Nec dubium eſt, quin meliùs fluat oratio, uti ab ipſo emendatur; ſed ſi ubicumque durior eſt ſtylus, manu medica opus eſt, novi pænè erunt recudendi Codices; quod ne Eſdras quidem, ſi reviviſcat, auſit.

Me felicem prædicabunt puellæ] Propter multitudinem liberorum, cùm ex me, tum ex ancilla mea, quam viro dedi, ſuſceptorum. Multò potiori jure, ſed eodem ſenſu, Virgo Maria, auditis Elizabethæ verbis, Luc. I, 48. μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί, *omnes generationes beatam me dicent*.

Aſerem] אשר aſcher, *beatam faciens*.

14. *Egreſſus Ruben*] *Et ivit* — & *reperit*.

Tri-

ris, nam te Dudæorum filii mei mercede conduxi; atque eâ nocte cum ea concubuit.
17. Exaudivit autem Deus Leam , concepit enim & Jacobo quintum filium peperit.
18. Tum verò, mercedem, inquit; Deus mihi tribuit, quia viro meo ancillam meam
dedi; eique nomen Iſſaſchari impoſuit.
19. Iterum concepit Lea, ſextumque Jacobo filium enixa eſt, 20. ac dixit: egregio

ſet. 16. Lea, hac mercede ſibi promiſſâ, Dudæa ſorori dedit, & Jacobo rure veſperi redeunti obviam ivit; quem ſtatim ac convenit, pactionem, quam cum ſorore fecerat, narravit; ideóque Jacobus ea nocte cum Lea concubuit. 17. Mulieri prolis cupidiſſimæ quintum dedit Deus filium; 18. cui nomen Iſſaſchari, quà voce *Merces* ſignificatur, à matre inditum eſt; quæ ſe hanc mercedem à Deo accepiſſe credebat, quia, poſtquàm ſe ampliùs parituram non ſperavit, ſobolis ſuſcipiendæ causâ, Zilpham ancillam viro Concubinam tradidit.
19. Sextum poſtea filium viro peperit, 20. & cùm ſe majore munere a Deo donari non potuiſſe diceret, virum enim ſuum, poſt ſex filios ex ſe ſuſceptos,

Triticeæ meſſis diebus] Erat meſſis hordei, quæ in calido Judææ climate circa medium Aprilem fiebat. Hinc grandine menſe Aprili delapſâ, *hordeum* in Ægypto calamitatem paſſum eſt, quia *ſpicatum* erat; ſine ulla, ad triticum quod adtinet, quia tenuis adhuc herba fuit, jactura. Exod. IX, 31, 32. At ſub finem Maii, triticeæ erat meſſis tempus, quod hîc ſignatur, ut Jud. XV, 1. Vide not. ad Exod. IX, 32. Joſ. III, 15.

Dudæa] Servavimus vocem Hebraïcam דודאים *doudaim*, quia quis ſit hic aut flos, aut fructus non conſtat. Duo dumtaxat de iis nota ſunt, unum tempore triticeæ meſſis eos aut flores, aut fructus maturos eſſe: alterum odorem haud ingratum eos emittere, quod diſcimus ex Cant. VII, 13. ubi Sponſa his verbis Sponſum ad rus eundum impellere nititur: *Mane ſurgamus, ut eamus ad vineas, videamúſque an floruerit vitis, & ſe aperuerit uva, an floreant mali punicæ. Illic dabo tibi amores meos. Dudæa dant odorem*, &c. LXX. Intt. verterunt μῆλα μανδραγορῶν, *Hieronymus* eos ſequutus, *mandragoras*. Pariter Onkelos יברוחין *jabrouhhin*, quod apud Arabas idem ſignificat. Certè *Dioſcorides* Lib. IV. Cap. 76. obſervat Mandragoras mala ferre εὐώδη μετὰ βάρους τινὸς, *grati odoris, cum aliqua tamen graveolentia*; & quamquam ſeriùs fructus proferunt, in Climatibus frigidis, nihil obſtat quominus in Meſopotamia citiùs matureſcerent. Eas deſcribit quoque *Plinius* Lib. XXV. Cap. 13. Favet etiam huic interpretationi, quòd Mandragoræ, auctore *Dioſcoride*, in Philtris adhiberi ſolerent, & propterea *Circææ* vocarentur, quia Circe iis hanc in rem uſa dicebatur. Κιρκαίαν καλοῦσιν ἐπειδὴ δοκεῖ ἡ ῥίζα φίλτρων εἶναι ποιητική: Lib. IV. *Mater. Med.* Cap. LXXVI. Nam & nomen דודאים rectè videtur à radice דוד doud, *amare*, derivari.

At alii eam virtutem ineſſe Mandragoræ negant, quippe quam frigidam eſſe Botanices periti docent. Verùm quamvis Philtris revera inepta fuiſſet, ſatis eſt eam opinionem vulgò ſparſam fuiſſe, ut ab amore nomen duceret; ne jam dicam quæ de calore, aut frigore plantarum jactantur, ſæpiſſimè vaniſſima eſſe comperta. Addunt etiam, qui Mandragoras hîc ſignari nolunt, earum ingratum fuiſſe odorem, auctore Plinio: *Odor*, ait, *gravis eſt, ſed radicis & mali gravior.* Verùm graveolentiam ingratam non fuiſſe *Dioſcorides* teſtatur, & præſtantiſſimi odores ſunt, ſi admoveantur nimiâ copiâ, graviſſimi. Itaque ſatis graves non ſunt eæ cauſæ, ut rejiciatur verſio LXX. Intt.

Quærunt etiam quare Mandragoras tantopere concupierit Rachela? cui ſanè quæſtioni nemo ſatisfecerit, ſed nec etiam opus eſt. Quis enim ejuſmodi cupiditatis certam rationem reddere neceſſe habet? Satis erat ſi modò in pretio haberentur Mandragoræ, quacumque tandem de cauſa id fieret. Variis certè & fructus & radicem uſibus adhibita *Dioſcorides*, loco laudato & Lib. V. Cap, 81. docet; nec neceſſe eſt quem uſum ſpectaverit Rachela indicare.

Attamen maluimus ipſam vocem Hebraïcam retinere, qua in re nullum eſt erroris periculum, cùm ea inſtar nominis proprii haberi queat. Poſſunt hac de re conſuli *Joan. Druſius* in Diſſertat. de *Mandragoris Rubenis*, *Nic. Fullerus* Miſcell. Lib. VI. Cap. 6. & *Job. Ludolfus* num. LXXII. ad Lib. I. *Hiſt. Æthiopicæ.* Hic de *Muſæ* fructu intelligit; alii *Jaſminum*, alii *Violas*, alii *Lilia* eſſe volunt, nullis ſatis firmis rationibus nixi. Æquè veriſimiliter quis *Amomum* ſignari conjiceret, quod eſt odoratum, & profert fructus *uvarum* inſtar; de quibus *Dioſcorides* Lib. I. Cap. 14. & *Plinius* Lib. XII. Cap. 13. Quæreretur ſimilitudo, nec ægrè inveniretur, inter ejus fructus & *lebetes*, aut *caniſtra*, quæ Hebræis non modò דודים *dodim* ſed etiam דודאים *doudaim* dicuntur, ut cognoſcere eſt ex Jerem. XXIV, 1. Fœminis eſſe utile idem docet, loco poſtremùm laudato, *Dioſcorides.* Sed conjecturarum plus ſatis eſt.

Cui Rachela] *Et dixit Rachel Leæ.*

15. *Virum meum abducis*] Heb. *ſumis*; *virum ſuum* vocat Lea, cui prima nupſerat, quamvis invito; unde factum erat ut Rachelam, quam priorem amarat, ei præferret; & propter formam, plerumque cum ea concumberet.

Niſi & filii mei Dudæa] Rem leviculam ſorori negat Lea, quòd dudum zelotypiâ in eam flagraret.

Tecum cubet vir meus] Deeſt hîc circumſtantia, ab attento Lectore facilè ſupplenda; nimirum, conſenſiſſe Leam, & Dudæa filii ſui, pro nocte viri, Rachelæ dediſſe.

16. *Cùm — rediret*] *Et venit Jacobus*, &c.

Mecum congredieris] *Ad me ingredieris.* In Samaritico Codice poſt תבא thabo, *congredieris*, eſt הלילה *hallailah*, hoc eſt, *hac nocte.* LXX verò Interpretes habent σήμερον *hodie*; unde, ut ex aliis multis locis, Samaritas ex Græca Verſione ſuos non emendaſſe Codices, ut quidam conjecerunt, manifeſtum eſt.

 17. *Exau-*

gio munere me donavit Deus, nunc tandem mecum manebit vir meus, cùm ei ſex filios pepererim; & nomen ei Zabuloni indidit. 21. Poſtea peperit filiam, eámque vocavit Dinam. 22. Sed & Rachelæ recordatus eſt Deus, eámque exaudivit, aperto ejus utero. 23. Concepit ergo, peperitque filium, & opprobrium, inquit, meum ſuſtulit Deus. 24. Vocavit eum Joſephum, cùm diceret, mihi præterea alterum filium dabit Jehova.

25. Poſt-

ſceptos, ſecum ſine dubio manſurum, filio nomen Zabuloni, hoc eſt, *Manſioni*, impoſuit. 21. Ultimam peperit filiam, cui Dinæ nomen inditum eſt. 22. Rachelæ quoque, quæ hactenus nihil pepererat, preces, quibus ſibi prolem petebat, exaudivit Deus. 23. Peperit ergo & illa filium, quo nato, gratias Deo egit, quòd ſterilitatis opprobrium à ſe amoviſſet; 24. infantémque Joſephum, quæ dictio *Additionem* ſignat, vocavi voluit; quia Deum additurum huic & alterum filium ſperabat.

25. Poſt natum Joſephum, de reditu in Chananæam cogitavit Jacobus, & Socerum ſe dimitteret ora-

17. *Exaudivit Deus*] In hac tota hiſtoria, Deo ἀμέσως tribuitur mulierum fertilitas. Vide ad verſ. 1. Nec, miſsâ revelatione, abſonum eſt Deum ſingulari ratione conceptioni & natalibus hominum præeſſe.

18. *Mercedem Deus mihi tribuit*] Hinc colligere eſt Leam ſibi egregium facinus viſam deſignaſſe, cùm ancillam viro tradiderat; quandoquidem propterea mercedem à Deo accipere ſe rebatur. Ac ſanè cùm videret Jacobum prolis eſſe adpetentem, & ſe aliquamdiu non peperiſſe, timerétque, ut plures haberet ex ſe liberos, ancillam ei tradere ſobolis ſuſcipiendæ causâ, animi erat nequaquam avari; quo vitio ſi laboraſſet, liberos præter ſuos Jacobo naſci noluiſſet. Fuit hoc quoque obſequii erga virum, ſui non amantem, non leve judicium; quamvis enim Moſes non narret Jacobum cupiiſſe plures, vel ex aliis uxoribus, habere liberos; nec Lea, nec Rachela uſque adeò prolis cupidæ fuiſſent, niſi fecunditatem ſuam viro jucundiſſimam futuram vidiſſent; quod non obſcurè etiam teſtatur Lea Cap. XXIX. verſ. 34. & in hoc verſ. 9. Non eſt fortè extra rem quod de nobiliſſima Romana matrona narratur à *Valerio Maximo* Lib. IV. Cap. VII. §. 1. *Ut uxoriam quoque fidem*, inquit, *attingamus, Tertia Æmilia Africani prioris uxor, mater Corneliæ Gracchorum, tantæ fuit comitatis & patientiæ; ut, cùm ſciret viro ſuo ancillulam ex ſuis gratam eſſe, diſſimulaverit, ne domitorem orbis Africani fœmina impudicitiæ reum ageret. Tantúmque à vindicta mens abfuit, ut poſt mortem Africani, manumiſſam ancillam in matrimonium liberto ſuo daret.*

Itaque non uſque adeò abſurdè, ut hæc leviter intuentibus videtur, ſibi mercedem à Deo traditæ viro ancillæ ſolvi dicebat Lea. Conſentit cum hac re *Dionis*, ex *Oeconomico*, ſententia, quam *Stobæus* habet Serm. LXXII. Εὐσέβεια γυναικεία ὁ πρὸς τὸν ἄνδρα ἔρως, *pietas muliebris eſt amor in virum.*

Iſſaſchari] יששכר quod deberet legi *Jiſſchaſchchar*, aut, ut nunc pronunciamus, *Jiſſaſchar*; ſed Maſſorethæ ſecundum ש nullo puncto affecerunt, ut legentes ſuperfluum eſſe intelligerent. Obſervat tamen *Joan. Mercerus* in MSS. ad marginem notari vocem hanc ab aliis legi per *Kamets* ſub priore ש, & *Scheva* ſub altero. Certè in Samaritico Codice utrimque *Schin* etiam comparet, unde colligere eſt antiquiſſimam eam eſſe ſcripturam. Sed fortè Maſſorethæ, ex pronunciatione ſui ævi, de punctatione hujus vocis ſententiam tulere. Poſſet etiam punctari hoc pacto, ut *Scheva* ſub priore *Schin* legeretur, *Kamets* ſub poſteriore, quaſi eſſet à verbo יש jeſch *eſt*, & שכר ſchachar *merces*; quæ vera videtur hujus voculæ etymologia, nam ſi eſſet à ſolo verbo שכר, ſcriptum dumtaxat eſſet ישכר jiſchchar, ut יצחק *jitshhak* & alia plura; ad formam 3. perſ. futuri *Kal*. Sic in libello *Nominum Heb.* ISSACHAR, *eſt merces.*

20. *Munere me donavit*] זבדני זבד *zbadani zebed*, quarum vocum ſonitus alludit ad Radicem, unde deductum eſt *Zabulonis* nomen, quæ non differunt niſi quòd ubi in hac eſt *Daleth*, in illa eſt *Lamed*. οἱ LXX δεδώρηταί μοι δῶρον, ex Arabiſmo, ubi זבד *zabada* eſt *aliquâ parte opum ſuarum impertiri*, & *zabadon*, munus. Alibi in Scriptura non exſtat, ſed optimè convenit huic loco hæc ſignificatio. *Hieronymus* tamen, ex doctoris ſui Hebræi ſententia, *dote dotavit*. At Onkelos: *dedit mihi partem bonam*. Similem ſenſum plerique alii ſequuti ſunt Interpretes.

Mecum manebit] יזבלני *jizbeleni*; hoc eſt, mecum potiùs quàm cum ſorore verſabitur, nec meum lectum deſeret. Quod antea faciebat Jacobus, ut ex verſ. 15. & ſeqq. apparet. Hinc οἱ LXX. αἱρετιεῖ με, *eliget me*, nimirum, potiùs quàm ſororem.

Zabuloni] In lib. de Nom. Hebraïcis, vertitur *habitaculum eorum*, ſed terminationem dumtaxat, non *affixum*, continere videtur ultima ſyllaba ON.

22. *Rachelæ recordatus eſt*] Quia iis, quorum obliti ſumus, nullam opem ferimus; quos non juvat Deus, eorum immemor eſſe dicitur, & vicè verſâ eorum meminiſſe, quorum preces exaudit, & quibus auxiliatur. Vide ſup. Cap. VIII, 1. Hinc Arabs hic habet رعي raha, *favit*. Vide 1 Sam. I, 11, 19.

Aperto ejus utero] *Et aperuit ejus uterum.* Vide not. ad Cap. XX, 17, 18.

23. *Opprobrium*] Cùm inter homines, qui paſtoritiam vitam agebant, nihil videretur liberorum numero utilius, quibus tutiùs quàm ſervis ad greges cuſtodiendos utebantur, mulieres fertiles multùm ſterilibus præferri ſolebant; quod & alii fecere populi, aliis de cauſis. Hinc factum, ut ſterilitas veluti probro haberetur. Fortè & quemadmodum ſingularis favoris divini fertilitas habebatur, Deúſque ipſe ἀμέσως liberos tribuere credebatur, ut diximus ad verſ. 2. ita ſterili-

25. Poſtquàm Joſephum enixa eſſet Rachela, tum demum Labani Jacobus, dimitte me, inquit, atque in locum meum, patriámque meam ibo. 26. Da mihi uxores, liberóſque meos, pro quibus tibi ſervii, & proficiſcar; noſti enim quodnam tibi miniſterium præſtiterim. 27. Laban verò ei: ſi qua mihi eſt, ait, apud te gratia, *me audi*; Jehovam mihi, propter te, benedixiſſe divinatione cognovi; 28. *quamobrem*, ſubjicit, indica mihi mercedem tuam, & dabo. 29. *At Jacobus*, quantum, inquit, inſer-

oravit. 26. Sat diuturnam enim pro uxoribus operam navaviſſe ei ſe ajebat, eamque fideliſſimam fuiſſe Socerum probè ſcire; itaque abeundi cum uxoribus & liberis faceret ſibi poteſtatem. 27. 28. Laban verò paratum quidem ſe eum dimittere ſignificavit, ſed quandoquidem, eo ſibi inſerviente, propter eum auctæ eſſent à Deo, ut certâ divinatione cognoverat, facultates ſuæ, non æquum eſſe ita de ſe meritum vacuum dimitti. Itaque ſi quâ Socer apud Generum gratiâ valeret, ſibi audacter indicaturum mercedem, quam illico daturus eſſet. 29. Tum verò Jacobus memorare cœpit, quantâ curâ

rilitas ſignum minoris apud Deum gratiæ, aut maledictionis etiam divinæ cenſebatur. His ergo, aut ſimilibus de cauſis, *opprobrium ſuum à Deo ſublatum* gravida lætabatur Rachela.

24. *Joſephum*] יוסף *joſeph*, hoc eſt, *addet*, ſeu *præterea dabit*.

25. *Tum demum*, &c.] *Et dixit Jacobus*, &c.

Dimitte me] Hoc eſt, cum bona tua venia, liceat mihi abire. Tacitè etiam mercedem aliquam laborum ſuorum expoſcit, neque enim eum vacuum dimittere poterat Laban; quod ab hoc probè intellectum eſſe, ſequens reſponſio oſtendit.

Patriam meam] *Terram meam*; nempe, Chananæam, in qua degebat Iſaacus, & ubi natus erat Jacobus, maximámque ætatis partem egerat.

26. *Pro quibus*] Heb. בהן bahen, *in quas*, quod non poteſt niſi ad uxores referri.

Miniſterium] *Servitutem meam*, *quam tibi ſervii*. Poſt tam longam θητείαν, quatuordecim nempe, minimùm annorum, tandem reditum ſpectare cœpit Jacobus, plus quàm nonaginta annos natus.

27. *Si qua mihi eſt apud te gratia*] *Si*, *quæſo*, vel *nunc inveni gratiam in oculis tuis*. Vide not. ad Cap. XVIII, 3.

Audi me] Hîc שמעני *ſchmabeni* ſubaudiri, aut ſimile quiddam neceſſe eſt, ne hiulca ſit oratio. Uſos autem hac voce, in ſimilibus orationibus, liquet ex Cap. XXIII, 6, 8, 11, 13. Intt. LXX. Vulgatus, aliíque, quibus in animum non venit hîc eſſe Ellipſin, aut vim verbis Moſaïcis intulerunt, aut Tranſlationes ſine ſenſu ediderunt. Haud rara tamen ſunt ejuſmodi Ellipſeως exempla. Vide ſup. Cap. III, 22. & *Sal. Glaſſium* Gram. Sacr. T. 2. Obſerv. 4.

Jehovam mihi propter te benedixiſſe divinatione cognovi] *Divinando cognovi*, & *benedixit*, &c. Heb. נחשתי *nibhaſchtbi*. Propriam vocis ſignificationem ſequuti ſumus, ut LXX. Intt. qui habent οἰωνισάμην ἂν *auguratus eſſem*. Cùm Laban videret creviſſe pecus ſuum, mirum in modum, nec ſatis ſciret caſúne, an Generi curâ hoc fieret; divinatione uſus eſt, ut ejus rei cauſam cognoſceret, comperítque Deum Jacobi (quem Jehovam appellat, more ævi ſui, qui verborum Labanis ſenſum expreſſit Moſes) ſibi propter Generum benedixiſſe. Mirum videri nequit divinatione uſum Labanem, qui *Theraphim* habuit, ut apparet ex Cap. XXXI, 19. Nec verum divinatione ab eo compertum, divinâ providentiâ rem in Jacobi gratiam dirigente, mirari quiſquam magis poteſt, quàm quòd Deus ſe ei homini in ſomnis aperuerit, quod legimus eodem Capite, ut Jacobum ejus ultioni eriperet. De verbo נחש, vide not. ad Cap. III, 1. & Deut. XVIII, 10.

28. *Quamobrem, ſubjicit.*] *Et dixit.*

Mihi] עלי *balai*, quod ſæpe perinde eſt ac לי *li*, mihi, ut Exod. VIII, 9. quemadmodum ad eum locum oſtendemus.

Mercedem tuam] Quam à me meritò poſtulare te poſſe cenſes, ut Cap. XXIX, 15. Videtur intellexiſſe Laban iniquum fuiſſe θητείας quatuordecim annorum nullam Jacobum referre mercedem, niſi geminarum ejus filiarum nuptias.

29. *Quemadmodum pecudes tuæ à me curatæ fuerint*] *Ut fuerit pecus tuum mecum.* Alii de copia pecoris interpretantur, ut LXX. qui habent ὅσα κτήνη σου, *quàm multa pecora tua.* Sic & Vulgatus.

30. *Poſtea in ingentem numerum excrevere*] *Et erupit in multitudinem.*

Aliquid parabo] *Faciam*, ſed עשה *baſcha* aliquando eſt adquirere. Vide ſuprà XII, 5. & XXXI, 1.

31. *Quid ergo, ait Laban*] Labanem hæc dicere, quamquam nomen ejus omittitur, res ipſa oſtendit. Eadem haud raro occurrit Ellipſis in hoc libro. Vide not. ad Cap. XIV, 20. XXIV, 32. XLVI, 2, 3. Rectè ad Lucam XIX, verſ. 26. ubi ſimilis eſt Ellipſis, vir ſummus: *Solent*, ait, *Græci quoque & Latini*, *ubi verba ultrò*, *citróque mutantur*, *perſonarum nomina interdum ſubticere*, *quæ ex ipſa pronunciatione ſatis intelligi poſſunt.* Addere poterat: *ex ipſa ré*, ut ex hoc Moſis, aliíſque ſimilibus locis colligere eſt.

Eáſque ſervabo] Eſt ſimpliciter אשמר *eſchmor*, pro eo quod phraſi ſolitâ diceretur ואשמר אותם veeſchmor otham, & *ſervabo eas.*

32. *Omnes oves tuas hodie luſtrabo*] *Tranſibo per omnes oves tuas.*

Amotæque — erunt merces mea] *Amovendo — & erit merces mea.*

Ovilli & caprini generis] Eſt tantum in Heb. Textu una vox שה *ſcheh*, ut pro *capris & ovibus* una צאן, quia utrumque genus voces illæ complectuntur, ut alibi obſervavimus. Hoc tantùm eſt inter eas voces diſcriminis, quòd poſterior de pluribus, prior de ſingulis pecudibus dicatur. Vide Ezek. XLV, 15. Nonnulli etiam volunt שה oviculam aut agnum, capel-

 lam

ſervierim tibi, & quemadmodum pecudes tuæ à me curatæ fuerint noſti, 30. paucáſque eas ante me fuiſſe. Poſtea in ingentem numerum exerevere, benedixitque tibi propter me Jehova. Nunc verò quando ego quoque domui meæ *aliquid* parabo? 31. Quid ergo, ait *Laban*, tibi dabo? Nihil quidquam mihi dabis, ait Jacobus; ſi hoc mihi feceris, revertar, paſcam oves tuas, *eáſque* ſervabo. 32. Omnes oves, capráſque tuas hodie luſtrabo, amotiſque illinc omnibus ovilli & caprini generis pecudibus, punctis & maculis reſperſis; omnes *poſthac* nigræ pecudes inter agnos, maculíſque & punctis reſperſæ inter capras, erunt merces mea. 33. Loquetur pro me innocentia

curâ rem pecuariam Soceri adminiſtraſſet, 30. & quantopere, ſe paſcente, ſingulari Dei munere, creviſſet. Sibi nunc eſſe familiam ſat numeroſam, cui nondum quidquam paraviſſet; itaque tempus eſſe in Chananæam redeundi, ut paternos greges, quorum pars ad ſe pertineret, in ſuum emolumentum, curaret; niſi ſi qua ſibi conquirendarum aliquarum facultatum, in Meſopotamia, via oſtenderetur. 31. Æquiſſimum eſſe quod diceret reſpondit Laban, ergo qua in re ab ſe juvari poſſet indicaret, ſe enim lubentiſſimo animo mercedem quam peteret daturum. At Jacobus, nihil quidem nunc petiturum ſe ab Socero dixit, ſéque iterum ejus greges, eadem fide, curaturum; hac tantùm lege, 32. ut quæ in poſterum naſcerentur planè nigræ aut variæ pecudes in ovillo genere, variegatæ verò

lam, vel capellum ſignificare, non grandiorem pecudem, quod confutatur Exod. XXXIV, 19. ubi de ove aut capra pecudem enixa uſurpatur. Sed vide hac de re *Sam. Bochartum*, *Hierozoic.* Part. I. Lib. II. Cap. 43.

Alibi unâ voce *ovis* vocem צאן *tſon* convertimus, ubi Metonymicè & capras ſignificare potuit, neque rem accuratiùs exprimi intererat. Sed hîc ubi de mercede ſermo eſt, vitandam omnem ambiguitatem duximus, ideóque pluribus utendum dictionibus. Non potuiſſemus *vim ſervare* verborum, hîc ubi neceſſe erat; *ſi verba nos adnumerare Lectori putaviſſemus oportere, non adpendere.*

Punctis — reſperſæ] נקד *nakod.* Rectè idem vir doctiſſimus obſervavit verbum נקד *nakad*, eſſe *στίζειν pungere*, *puncta adponere*, in Magiſtrorum ſcriptis; atque in ipſa Scriptura, נקדות *nkoudoth* eſſe *puncta* Cant. I, 11. quod optimè Græci Interpretes *στιγμῶν* reddunt. Addere potuiſſet, panes Gabahonitarum dici Joſ. IX, 5, 12. נקדים nikkoudim, *punctatos*, nempe, mucore, quo panis nimis diu ſervatus viridibus punctis hîc illic adſpergitur. Meliùs ergo, eodem judice, cujus ſententiæ & noſtram adſcribimur, uſi eſſent hîc LXX. Intt. vocibus *στικτὸς* & *κατάστικτος*, quàm *ῥαντὸς* aut *ποικίλος*, maximè cùm apud Græcos ſint uſitatiſſimæ, ut ille oſtendit. Itaque intelliguntur, hoc in loco, omnes pecudes albæ punctis nigris adſperſæ.

Maculis reſperſæ] טלוא *talou*. LXX. Intt. *διάλευκα* hîc habent, quâ voce, ut oſtendit *Sam. Bochartus*, *Hieroz.* Part. I. Lib. 2. Cap. XLV. ſignificantur pecudes quarum velleri rufo, aut nigro inerant maculæ albæ. Quæ ſi vera eſt interpretatio, hæc vox priori ſynonyma non erit, ſed alterum pecudum genus, illi oppoſitum, ſignificabit. Certè *verſicolores* videntur dici calcei triti, quorum priſtinus color maculis eſt corruptus Joſ. IX, 5. מטלאות mtullaoth. Sic & Ezek. XVI, 16. במות טלואות *bamoth tlouoth*, ſacella ſunt aulæis verſicoloribus ornata. Atque hinc fortè factum ut alii Intt. *majoribus maculis diſtinctas* pecudes hîc ſignari vellnt, ut antecedente voce minoribus.

Nigræ] Præter eas, quæ maculis albis, aut nigris reſperſæ erant, ſeu ovilli, ſeu caprini generis eſſent; videtur ſibi nigras prorſus ovilli generis ſtipulatus eſſe Jacobus; unde fit ut addat *ἀντιδιαπρεπικῶς maculiſque & punctis reſperſæ inter capras.* Nimia autem hæc merces Jacobi videri Labani non potuit, quòd pleræque ferè oves ejus prorſus albæ eſſent; ad quod etiam accedit minoris eſſe pretii lanam nigram, quàm albam, cùm hæc omnibus tingi coloribus poſſit, illa nullo, niſi nigro. Hinc paſſim *lana alba* dicitur, ut exemplis plurimis vir doctiſſimus probavit; atque hinc etiam fit ut inter pretioſas merces, quæ ex Syria Damaſcena Tyrum vehebantur, צמר צחר tſemer tſohhar, *lana candidiſſima* enumeretur Ezek. XXVII, 18. quò enim candidior, eò ad ſplendidos alios colores imbibendos aptior.

Capras verò nigras ſibi non petit Jacobus, quòd earum lana ejus coloris pluris fieret quàm ovilla nigra; quia inde cilicia, quibus Tentoria Arabes conficiebant, texebantur; quæ in eo uſu nequaquam ſpreta fuiſſe oſtendunt verba Sponſæ, apud Salomonem Cant. I, 5. *Nigra ſum, at elegans, ô puellæ Jeroſolimitanæ, inſtar tentoriorum Cedarenorum, aut cortinarum Salomonis.* Atque in hos, aut ſimiles uſus, neviſſe mulieres in Judæa pila caprarum liquet ex Exod. XXXV, 26. & aliis ejuſdem libri locis. Vide not. ad Cap. XIII, 5.

Inter agnos] בכשבים *bachcheſchabim*, quæ vox, ut oſtendit *Sam. Bochartus Hieroz.* Part. I. Lib. I. Cap. 43. ſignificat propriè agnos mediæ ætatis inter lactentes & trieunes. Verùm hîc omnes, ut videtur, ovilli generis pecudes complectitur.

Quia Hebræi omnia penè ſuâ conjunctione *Vau* connectunt, veteres Intt. torſit hic locus, qui ſic ad verbum habet: *amovendo illinc omne pecus punctatum & maculoſum, & omne pecus nigrum inter agnos, & maculoſum & punctatum inter capras, & erit merces mea.* Ubi vix liquet, niſi animum adtendas, quam mercedem hîc poſcat Jacobus. Itaque LXX. Intt. omiſſâ vocabulorum parte, ita convertunt: *διαχώρισον ἐκεῖθεν πᾶν πρόβατον φαιὸν ἐν τοῖς ἄρνασι, καὶ πᾶν διάλευκον καὶ ῥαντὸν ἐν ταῖς αἰξὶ, ἔςαι μοι μισθός*: *Separa inde omnem ovem fuſcam in agnis, & omnem pecudem albo diſtinctam, & variegatam in capris, erit mihi merces.* Quæ verba ſunt Hebraicis obſcuriora, & meritò *Hieronymus* in Trad. Heb. *Multùm*, inquit, *apud* LXX.

Digitized by Google

tia mea, poſteris diebus, cùm coram te venerit, circa mercedem meam; quidquid non erit punctis, maculiſque reſperſum in capris, & nigrum inter agnos, id apud me furto *tibi* ablatum *habeatur*. 34. Eſto, ait Laban, prout dicis; 35. atque illo ipſo die, ſecrevit hircos variegatos & maculis ſparſos; omnes capras punctis, maculiſque diſtinctas; omnes inter agnos, in quibus aliquid candoris fuit, aut qui nigri erant, eóſque in filiorum manus trididit. 36. ac tridui iter, inter ſe & Jacobum, poſuit. Jacobus verò reliquas oves Labanis paſcebat.

37. Vir-

verò in caprino ſuæ eſſent. Néve nigras oves, variegataſque capras, ut earum augeretur fœtura, potiùs quam aliarum, à ſe magis curatum iri ſuſpicaretur; quidquid erat ejus generis in Soceri gregibus ſeparaturum ſe, & ſolas candidas pecudes ſervaturum. 34. Quo facto, nullum fore periculum, ne, quaſi ſibi peculiares, Soceri pecudes ſeponeret; ſi quid enim in peculio ſuo inter oves candidum, ac inter capras ejuſdem coloris, aut planè nigrum teperiretur, pro furto id habitum iri. 34. 35. Conſenſit illico Laban, & illo ipſo die, omnes caprini generis pecudes variegatas, & in ovillo nigras aut varias, à ceteris unius coloris gregibus ſegregavit, filiiſque ſuis tradidit ſervandas. 36. Tum etiam, ne fortè coïrent, fraude aut negligentiâ paſtorum, greges, has amandavit in tractum ab eo, in quo albas ſuas pecudes paſcebat Jacobus, tridui itinere remotum.

37. Poſt-

LXX. *Intt. confuſus eſt ſenſus, & uſque in præſentem diem, neminem potui invenire noſtrorum, qui ad liquidum quid in hoc loco diceretur exponeret.* Verùm ex commate 35. ubi eæ pecudes ſegregantur, quibus quæ ſimiles, poſt pactionem factam, naſcituræ erant in Jacobi mercedem cedere debebant, intelligi quid ſibi Jacobus vellet poterat. Ars etiam, quâ Jacobus uſus eſt, ut ſuam augeret mercedem, & quæ narrat in ſequentibus Moſes, idem docere potuiſſent, ut ad ejus verba videbimus. Attamen hæc non intellexit ipſe *Hieronymus*, qui hac Paraphraſi Jacobi explicat verba: *Separa omnes diſcolores & varias, tam oves quàm capras, & trade in manum filiorum tuorum, rurſúmque ex utroque grege alba & nigra pecora, id eſt, unius coloris da mihi. Si quid igitur ex albis & nigris, quæ unius coloris ſunt, varium natum erit, meum erit; ſi quid verò unius coloris, tuum.* Sed Jacobus, præter variegatas oves & capras, ſibi nigras oves accedere poſtulat.

33. *Loquetur*] *Reſpondebit in me juſtitia mea*, hoc eſt, conteſtatata erit fides mea, ſolo gregum meorum inſpectu; in quibus ſi quid fuerit album pecus ovilli aut caprini generis, vel hujus etiam nigrum, furto tibi ſublatum dices; ſin verò nihil hujus generis inveneris, integritatem meam agnoſces, nam ipſa res loquetur, ענה hana *loqui*, *clamare* haud raro ſonat, ut Exod. XXXII, 18. Deut. XXVI, 5. Conjunctum item cum propoſitione ב, ut hîc, eſt 2 Sam. I, 16. *Os tuum* ענה בך hanah bcha *reſpondit in te*, vel *loquutum eſt in te*. Vide & Job. XV, 6. At in hiſce locis ב eſt *contrà*, hîc vero *pro*, ſecundùm præpoſitionis poteſtates varias.

Poſteris diebus] *In diem* מחר mahhar *craſtinum*. Sed eâ voce non tantùm qui propriè craſtinus dicitur dies, ſed & quivis *ſequens* ſignificatur. Vide Exod. XII, 14. Deut. VI, 20.

Cùm coram te venerit, circa mercedem meam] Sic ad verbum Heb. *quia veniet* (nempe, *juſtitia mea*) *ad mercedem meam, in conſpectum tuum*. Verti על שכרי hal ſchchari *circa mercedem meam*; hoc eſt, ad mercedem meam quod attinet. Sic על ſumitur Ruth. IV, 7. aliiſque in locis. *Juſtitia* autem Jacobi *in conſpectum* Labanis ventura dicitur, quia ex gregum conſpectu manifeſta erit. LXX. Intt. neglectis verbis & conſtructione: ὅτι ἐςὶν ὁ μισθός μου ἐνώπιόν *ου, quia eſt merces mea ante te. Hieronymus* magis etiam receſſit: *quando bene placiti tempus advenerit coram te.* Sic illi non raro in locis, ubi implicita videntur verba & obſcurior eſt ſenſus, non tam vertunt, quàm divinant; unde Grammaticas leges parum iis notas fuiſſe colligere eſt; quod multis, in *Hieronymianis* noſtris *Quæſtionibus*, oſtendimus. Exiſtimarunt שכר *ſchachar*, quod eſt *merces*, conjungi poſſe cum תבוא thabo *veneris*, cùm hoc verbum ſit fœmininum, nomen verò maſculini generis; & quidem nullâ neceſſitate cogente, niſi quòd ſenſum non ſatis adſequebantur. Sed non ſoli hîc impediti fuere, ut, inſpectis recentioribus Interpretibus, animadvertent Lectores.

Ceterùm hoc in loco *juſtitia* Jacobi *ventura in conſpectum* Labanis dicitur, eodem tropo quô Eſaias LVIII, 8. ita loquitur: *ibit ante faciem tuam juſtitia tua.* Vide & Pſ. LXXXV, 13. quamvis ſenſus non ſit idem.

Et nigrum inter agnos] Addendum è ſuperioribus, *punctis maculiſque diſtinctum*, nam præterea pecudes ovilli generis variegatas ſuas eſſe volebat.

34. *Eſto; ait Laban*] *Ecce utinam ſit* לו יהי *lou jehi*. Samariticus legit לא יהיה *lo jihjeh*, hoc eſt, non erit, planè contra ſenſum loci, ut ſequentia docent.

35. *Variegatos*] העקדים *hahakudim*. Radix עקד *hakad* eſt *vincire*, & quidem pecudem, Hebræis & Arabibus. Vide Gen. XXII, 9. 2 Reg. X, 12. Apud Arabas עקדה *hokdaton*, nodum ſignificat. Quod cùm ita ſit, cúmque hæc vox, ut ex ſuperioribus liquet, idem ſonet ac נקדים *nakoudim*, punctis notati; nihil veriſimilius videtur, quàm pecudes punctis nigris aut albis variegetas, quaſi *nodatas* dici, ut puncta *nodis*, propter ſimilitudinem, conferantur. Chaldæi Intt. *pedibus maculoſas* habent, quia, ut opinor, pedibus vinciri ſolent oves. Alii lineâ nigrâ, per dorſum, in albo vellere notatas ſignari putant. Alii faſcias nigras membra, vinculorum inſtar, circumdantes exponunt. Omnes ex conjectura, atque immemores hanc vocem oportere eſſe ἰσοδύναμον voci נקדים cujus hîc locum occupat, & quam aliter interpretantur.

In quibus aliquid candoris fuit] *Omnem in quo album fuit*, hoc eſt, in vellere nigro maculæ albæ.

Aut nigri erant] Non dicit hîc Moſes כל אשר

בו

37. Virgas autem virides è populo alba, amygdala & platano ſibi ſumſit Jacobus; & interſtitia alba, nudato virgarum alburno, in iis decorticavit. 38. Deinde virgas; quas decorticaverat, ponebat in canalibus & aquariis, quò pecudes potum ibant, ex earum regione. Eæ verò potum euntes incaleſcebant, 39. & ubi ad virgas incaluerant, pariebant pecudes varias, punctiſque & maculis diſtinctas. 40. Tum agnos ſeorſim ponebat Jacobus, ovéſque & capras Labanis ad varias & prorſus nigras convertebat.

37. Poſtquàm Jacobus ad greges Soceri ſervandos animum iterum adpulit, ſomnio eſt monitus bono animo eſſet, ex albis enim pecudibus ingentem variegatarum numerum naſciturum. Deinde hoc conſilium iniit, efficiendi ut variegata eſſet fœtura; virgas populi albæ, amygdalæ & platani partim decorticavit, adeò ut, alburno cortici ſuccedente per vices, teſſellatæ viderentur. 38. Has autem virgas eo tempore, quo pecudes incaleſcebant, in aquaria conjiciebat, ut fœmellarum oculos, cùm potum veniebant, percellerent. 39. Quo fiebat ut fœtus varios poſtea eniterentur, 40. quos ſeorſim paſcere curabat Jacobus. Pecudes vero Labanis ita convertebat, ut perpetuò ante ſe pecudes varias & ni-

בו חום chol aſcher hhoum bo, *omnem in quo nigrum fuit*, ut de albore dixit; quia Jacobus petierat, præter variegatas pecudes, ovilli generis nigras. Quod multos interpretes fefellit.

Eóſque in manus filiorum ſuorum] Quamquam horum filiorum ſubticentur nomina, fortè quòd ὁμομήτριοι uxoribus Jacobi non fuerint; attamen videntur heredes à Labane ſcripti, cùm filiæ ejus nullam in hereditate paterna partem habuerint. Alioqui ſi ſolæ fuiſſent, vix paternas facultates alienis relicturæ fuiſſe videntur. Vide & Capite XXXI, 1, 14, 15. Amovit autem variegetas pecudes, & ovilli generis nigras, ne eas ſibi vindicaret Jacobus, quaſi poſt pactionem natas, aut ne ſimiles plures in gregibus naſcerentur.

36. *Inter ſe*] Inter variegatarum greges, quos filiis paſcendos dederat, & albas pecudes, quas ſervabat Jacobus. Eſt in noſtro Codice בינו *beno* inter ſe, nimirum, Labanem; at in Samaritico בינם *benam*, inter eos, nempe, filios. Sic & LXX ἀνὰ μέσον αὐτῶν. Sed in Samaritico præterea, poſt hunc verſum, additur hiſtoria ſomnii, quæ exſtat Cap. XXXI, 11, 12, 23. niſi quòd hîc primâ perſonâ narretur, ibi tertiâ, & paucula immutentur; nam pro מולדתך *moladthecha*, cognationis tuæ, eſt אביך *patris tui*, & additur ואטיב עמך *& tibi benefaciam.* Additum videtur à Samaritis, ut alia alibi.

37. *E populo alba*] לבנה *libneh.* LXX Intt. hîc verterunt στύρακα, at Hoſ. IV, 13. ubi eadem vox occurrit, redditur λεύκη, hoc eſt, *populus alba*, & vertit etiam Vulg. utrobique *populum.* Credibilius eſt populum ſignificari, quia לבנה fuit arbor umbroſa, ſub qua ſacra Idololatræ faciebant, ut docemur Hoſeæ loco modò laudato; quod non convenit Styraci quæ non ita procera eſt, quippe quæ *Cotoneo malo ſimilis*, ut tradit *Plinius* Lib. XII. Cap. 25. ex *Dioſcoride* Lib. I. Cap. 29. Præterea pretioſior arbor Styrax, cujus lacrimæ multi fiebant, quàm ut ejus rami ita cæderentur; neque Styracis ex Meſopotamia uſquam, apud Veteres, mentio occurrit.

Amygdala] לוז *louz.* LXX Intt. habent καρύϊνον è nuce, ſed eſt in Scholio Vat. ἀμυγδάλινον; atque ita vocem לוז interpretatur *Hieronymus*, in Verſ. Vulgata, & in *Trad. Heb.* Huc accedit quòd, apud Arabas, hæc eadem vox *Amygdalam* ſonat.

Platano] ערמון *harmon*, quod ita vertimus LXX & Vulg. ſequuti. Alii *caſtaneam*, alii aliud, neſcio quare, interpretantur. Equidem an Platano, illis in oris, maculoſus ſit cortex non dixerim; ſed tamen non committam ut prætercam quod caſu mihi occurrit, ערמה *harmaton* apud Arabas, *albo & nigro diſtinctum* pecus ſonare, quod huc omnino facere videtur.

Interſtitia alba, nudato virgarum alburno, &c.] *Decorticavit in iis decorticationes albas, nudatione alboris qui ſupra virgas*; hoc eſt, per intervalla corticem detraxit, ut niger cortex exciperetur alburno ligni nudato, variæque eſſent virgæ.

38. *Pecudes*] צאן Capræ & oves, ut aliquoties diximus. Vide not. ad Cap. XII, 16.

Ex earum regione] *E regione pecudum.*

Incaleſcebant] Eo, nempe, tempore, quo incaleſcere ſolebant, cùm hirci & arietes adeſſent, qui fœmellas inirent. Dignum hîc eſt obſervatu verbum יחמנה *jebbamna*, cùm צאן fœminini generis ſit, ut antecedentia & ſequentia verba docent. Secundùm Grammaticam Analogiam, legendum eſſet תחמנה *thebbamnah*; ſed, ut in Codice noſtro, legimus etiam in Samaritico, & notant Maſſorethæ tres eſſe מלין אנדרוגינוס *millin androgynos*, hoc eſt, voces ἀνδρογύνους, ſeu utriuſque ſexûs, quæ habent י, quæ eſt littera quæ format maſculinas perſonas, & terminationem ac ſenſum fœmininum. Prima eſt hîc, altera 1 Sam. VI, 12. tertia Dan. VIII, verſ. 22. Potuiſſent & quartam addere, ut mox videbimus. Hanc proximè ſequens vocula בבאן *beboana*, legitur integra בבאנה in Samaritico Codice, cùm priorem etiam ſcripturam adnotarint Maſſorethæ, qui menda fortaſſe ſæpe conſecrarunt.

39. *Ubi ad virgas incaluerant*] ויחמו *vajjechemon*, iterum perſona maſculina, ubi fœminina poſtulatur. Samariticus verò hîc quoque יחמנה *jebbamna*, ut ſupra; quæ quarta vox eſt ἀνδρόγυνος. Ceterum *Vau*, hîc *quando*, aut ubi vertimus, ita poſtulante ſenſu, ut Nehem. II, 6. *& dimiſit me Rex* ואתנה *& dedi ei tempus*, hoc eſt, quando & quo tempore abfuturus eſſem indicavi. Alia reperientur apud *C. Noldium* ſign. 42. exempla. Vide inter alia Exod. XII, 44. & ſup. Cap. VII, 6.

Pariebant pecudes varias, &c.] Vide not. ad Cap. ſequens verſ. 10.

40. *Tum agnos*] כבש *chebeſch*, quod maſculum & fœminam ſignificat. Vide Levit. IV, 32. Hoc loco, ſi non propriâ vi vocis, non ovium modò

bat. Greges verò ſibi ſecernebat, neque eos juxta oves aut capras Labanis collocabat.
41. Quotieſcumque incaleſcerent vegetæ oves, aut capræ, præ oculis pecudum in canalibus virgas ponebat Jacobus, ut ad eas virgas incaleſcerent. 42. Cùm verò debiles
erant capræ, aut oves, non ponebat, omnéſque debiles Labanis, vegetæ verò Jacobi
erant. 43. Hic autem ſummopere locupletatus eſt, erántque ei multæ oves, capræ, ancillæ, ſervi, cameli & aſini.

XXIX. Ja-

nigras viderent; at cùm ſuas incaleſcere intelligebat, illico ab aliis amovebat, ne albas oves videntes, aut capras prorſus nigras, ſimiles parerent fœtus. 41. Nec tamen virgas partim decorticatas omni generi pecudum, cùm incaleſcerent, objiciebat, ne nimiùm minuerentur Labanis greges. Hanc curam dumtaxat erga vegetiores pecudes, quæ & majoris pretii, adhibebat; 42. debiliores verò negligebat, adeò ut debiles fœtus unius coloris plerumque parerent, Labaniſque greges ſupplerent, dum vegetarum fœtus Jacobo in peculium cedebant. 43. His artibus, præter ingentes caprini & ovilli generis greges, camelos, aſinos, & maximum ſervitiorum numerum ſibi comparavit.

P A-

modò catulos ſed & caprarum, ſaltem metonymicè, ſignificat. Non minùs enim hædi varii, quàm verſicolores agni, ad mercedem Jacobi pertinuerunt.

Seorſim ponebat] Ne confunderentur cum aliis, úrque oppoſiti cetero gregi maculoſa vellera fœtis oſtenderent.

Ovéſque Labanis ad varias & prorſus nigras convertebat.] *Et dedit faciem pecudum ad varium & omne nigrum, in pecudibus Labanis.* Si variæ oves eſſent concepturæ, curabat Jacobus ſeorſim id fieri inter pecudes variegatas; adeò ut prorſus albas tum non viderent, ne albas parerent. Sed oves Labanis incaleſcentes convertebat ad ovillum pecus variegatum, aut prorſus nigrum, ut ſimiles partus ederent. Quod tum demum fieri cœpit, cùm virgarum variarum ope jam aliquot varias pecudes comparaviſſet Jacobus; quo tempore virgis non ampliùs fuit opus. Malè in Samaritico, pro עקד אל legitur עקד איל, *κριὸν διάλευκον*, ut habent *οἱ* LXX.

Neque eos juxta oves Labanis] Ne oves ſimiles conciperent, eo tempore quo eas concipere poſſe norat.

41. *Vegetæ oves aut capræ*] המקשרות *hamkuſſcharoth*. Verbum quidem קשר *kaſchar* propriè *vincire*, *ligare* ſonat; ſed quia quidpiam vinciendo, firmius ac validius fit, ideò *vinctæ* pecudes hîc dicuntur vegetiores, auctore *D. Kimchio*, ad quem alii accedunt. Oſtendit etiam *Sam. Bochartus Hieroz.* Part. I. Lib. 2. Cap. XLVI. Arabas verba habere quæ *vincire* ſimul, & *firmare* ſignificant. Præterea hæ pecudes iis opponuntur, quæ voce Hebraicâ ſignantur, cui ſubjacet *debilitatis*, atque *infirmitatis* poteſtas, ut ad ſequens comma videbimus.

Plerique tamen alii Intt. eas intelligunt pecudes, quæ primæ eo anno; verno, nimirum, tempore, generabant. Sic Aquila קשרות interpretatus eſt *πρώιμα*, *Symmachus πρωτόγονα*, *Hieronymus*, *quæ primi temporis*, quos ſequuntur Chaldæi, Arabes, alii veteres & recentiores Intt. Atque eo nomine, oves *vernas* dictas volunt, quòd eſſent aliis robuſtiores. Verùm autumnalis fœtura vernæ præfertur, ut oſtendit vir doctiſſimus; ad quod etiam accedit, quòd non catuli tantùm dicuntur קשורים *keſchourim*, ſed & ipſæ matres המקשרות, quæ tamen ſi robuſtiores erant, non minùs autumno debebant parere, quàm vere.

LXX. Int. qui hanc vocem non intelligebant, habent *τὰ πρόβατα ἐν γαστρὶ λαμβάνοντα*. Suſpicari fortè non abſurdè quis poſſit קשר ſignificaſſe coïtum vehementiorem pecudum; ut apud Arabas כשר *chaſcharon* certum coëundi modum ſonat, nam ק & כ ob affinitatem mutantur. Atque intelligi fortè queant pecudes coïtus adpetentiores, quæ cùm magis incaleſcerent, magis etiam ſpecie rum oculis obſervante adficiebantur. Eadem etiam robuſtiores plerumque ſunt & כשרות *chaſcharoth* à LXX. Intt. & Vulg. *ἀνδρεία* & *fortitudo* vertitur Pſalm. LXVIII, 7.

Pro והיה *vehajah*, quæ eſt prima hujus commatis vox, & quinta ſequentis, eſt in Samaritico ויהי *vajjehi*, eodem ſenſu, ſed conſtructione paulò frequentiore.

42. *Cùm debiles erant*] Videntur in ovibus & capris Labanis duplicis generis pecudes fuiſſe, quarum aliæ debilioris & minoris, aliæ majoris & firmioris erant corporis. Atque ex poſterioribus potiſſimùm fœtus habere optabat Jacobus, ceterarum fœturam in gregibus ſuis augeri non curabat, cujus rei ratio non eſt obſcura. Nam præterquàm quòd non niſi egregias pecudes habebat, Labanis greges non tam citò minui videbantur; quod ſine dubio ejus iram moviſſet, aut ſuſpicionem fraudis alicujus injeciſſet. Vocem Hebraïcam בהעטיף *bebahatiph*, cum *Sam. Bocharto*, Part. I. Lib. 2. Cap. XLVI. *Hieroz.* *debiles cùm erant* vertimus, pro conſtantiſſima ejus notione, à qua cur diſcederemus nulla videbatur eſſe cauſa.

Attamen *Aquila* converterat עטפים *hataphim*, *ὄψιμα*, *Symmachus δευτερόγονα*, *Hieronymus*, *ea quæ ſunt ſerotina*, alii *autumnalia*; quæ ſi rectæ eſſent interpretationes, hîc oves ſignificarentur, quæ autumno conciperent. Sed, ut jam diximus, autumnalis fœtura vernæ præferebatur, nec duplicis illius conceptionis ovium uſquam in Scriptura mentio occurrit.

LXX Intt. hîc *ἡνίκα δ' ἂν ἔτικε τὰ πρόβατα*, *cùm oves peperiſſent*, ſine ſenſu, & contra vim Hebraïcæ vocis. Fortè ſignificantur quæ coïtûs minùs avidæ molliùs congrediebantur; adeóque non ita percellebantur variegatarum virgarum, aut pecudum conſpectu. Quæ cùm etiam infirmiores eſſent, non tanti à Jacobo fiebant. Apud Chaldæos & Arabas עטף *hetepb*, aut *hatapb* copulationem ſonant, fortè languidiorem. Ceterùm ט in hac voce majuſcula eſt; quod caſu in venerando quopiam Codice ita ſcriptum fuiſſet, quale diſcrimen in Samaritico nullum.

Debiles Labanis, vegetæ verò Jacobi] Priores העטפים *hahatouphim*, poſteriores הקשרים *hakkeſchou-*

XXIX. Jacobus, Dei juſſu, reditum in Chananæam parat, conſciis uxoribus. Diſcedit clam Labane, qui eum ſequitur, & adeptus, Dei minis compulſus, cum genero fœdus ferit.

CAPUT XXXI. 1. POSTHÆC audivit *Jacobus* verba filiorum Labanis dicentium; quidquid fuit patri noſtro abſtulit Jacobus, ex eo quod fuit patri noſtro omnes has opes paravit. 2. Tum etiam Labanis vultum obſervavit Jacobus, nec erat erga ſe, ut antea fuerat. 3. Dixit quoque Jacobo Jehova: revertere in terram patrum tuo-

PARAPHRASIS.

1. JACUBI opes, brevi tempore, mirum in modum auctæ filiorum Labanis invidiam moverunt; qui cœperunt queri ex patris ſui facultatibus, per malas artes, divitias illas fuiſſe confectas. 2. Ipſe etiam Laban ſubito triſtior erat, nec eodem vultu ac antea Jacobum excipiebat. Cùm autem hæ querelæ Jacobum non fugiſſent, nec frigoris, quod in Labane animadvertebat, cauſam ignoraret, 3. in ſomnis vocem Dei ſe in patriam redire jubentis, & auxilium pollicentis au-

keſebourim dicuntur, de quibus vocibus anteà diximus. Has primam fœturam, illas ſeriorem eſſe, ut vidimus, multi exiſtimarunt Intt. Cujus rei cauſa fuiſſe videtur opinio plurimorum, quam ex *Varrone* refert *Plinius* Lib. VIII, Cap. 47. *Coitus omnibus ad Arcturi occaſum, id eſt, a tertio Idus Majas ad Aquilæ occaſum, in X. Cal. Aug. Gerunt partum diebus centum quinquaginta; poſtea concepti invalidi.* Sed cùm hoc non ita certum ſit, maluimus vocum vim propriam exprimere. LXX Intt. hic planè extra rem, conjecturâ ex hiſtoria petitâ, non ex vi vocum: ἐγένετο τὰ μὲν ἄσημα τοῦ Λαβὰν τὰ δὲ ἐπίσημα τοῦ Ἰακώβ, quod verum quidem eſt, ſed non hîc dicitur.

43. *Hic autem ſummopere locupletatus eſt*] *Et erupit homo valde valde.*

COMMENTARIUS

In CAPUT XXXI.

1. F*iliorum Labanis*] *Filiorum Labanis* nulla fit in nuptiis ſororum mentio, contrà quàm fit, ubi de Rebeccæ, & Dinæ matrimoniis ſermo eſt, Capp. XXIV, 50. XXXIV, 5. & *ſeqq.* Fortè ex alia uxore fuerunt.

Quidquid fuit] Hoc eſt, maximam partem facultatum Labanis, quæ in gregibus potiſſimùm ſitæ erant.

Omnes has opes paravit] עשה את כל הכבוד הזה *fecit omnem gloriam hanc.* Sed vidimus verbum עשה interdum eſſe adquirere, ad Cap. antecedentis verſ. 30. & כבוד chabod, quod *gloriam* plerumque ſonat, propriè fortè olim *divitias* ſignificarat, ex quibus *gloria* naſcitur. Certè verbum כבד chabad *gravis fuit*, ſignificatu adfinius eſt opibus, quàm honori, unde כבד chabed *gravem* opibus ſignificat Gen. XIII, 2. Imò & כבוד *chabod* pro opibus ſumitur Eſai. LXI, 6. *Divitias gentium comedetis & opibus earum* (בכבודם bichbodam) *gloriabimini*, ubi & LXX. ἐν τῷ πλούτῳ αὐτῶν. Sic & δόξα ſumitur Matth. IV, 8. ubi Tentator dicitur Chriſto oſtendiſſe *omnia regna mundi & eorum δόξαν*, hoc eſt, ampliſſimos terrarum tractus Judææ & regnorum aliquot circa Judæam ſitorum. Propter conjunctionem, quæ plerumque eſt inter opes & honores, ſæpe utrorúmque ſimul mentio fit. Prov. III, 16. VIII, 18. Eccleſ. VI, 2.

2. *Obſervavit — nec erat*, &c.] *Et vidit — ecce non erat.* Vultu ipſo mœſtitiam, atque invidiam in Jacobum prodebat Laban; cùm antea libenter eum videret, dum ejus operâ ditiorem fieri ſe ſentiret. Pro אננו enennou, *non ille*, quod ad Labanem refertur, eſt in Samaritico אינם enam, *non illi*, relatâ voce ad פנים phanim *vultus*, quæ anteceſſit. Sic & verſ. 5.

Ut antea] *Ut heri & nudius tertius.*

3. *Tibi adero*] *Ero tecum.*

4. *Qui evocarent miſit*] *Miſit & vocavit*, hoc eſt, miſit vocatum ad ſe, μετέπεμψε.

5. *Sed adeſt mihi*] *Sed Deus patris mei eſt mecum*; quo fit ut nihil metuam. *Deum patris ſui* vocat Creatorem cœli & terræ, omniúmque hominum proinde Deum, more Ethnicorum (dum ſe uxoribus Idololatrâ patre natis fortè adtemperat) quibus erant Penates publici & privati, ſeu patrii & paterni Dii. Ut Laban ſuos *Theraphim* Deos patrios vocaſſet, quia eos à Bethuele acceperat: ſic *Deum* Jacobus *patris* appellat, cujus cultum à patre edoctus fuerat. Vide ad verſ. 53. Poſſet etiam hoc ita intelligi; Deus qui patri meo conſtanter favit, à me etiam omnia pericula propulſaturus, adeſt. Vide not. ad Cap. XVII, verſ. 8.

6. *Pro virili*] *Omnibus viribus meis.*

7. *Enim verò, mutatâ decies*, &c.] *Et pater veſter fefellit me, & mutavit*, &c. Pro החליף *hebhliph* eſt in Samaritico יחלף *jahhaleph.* Cùm poſtrema hæc Jacobi θητεία ſex tantùm annorum fuerit, quærunt Intt. quî, decies mutatâ mercede, falli à Socero potuerit; hac enim in re videtur fidem fefelliſſe Laban, ut modò coloris unius, modò verſicolores ſibi eligeret pecudes, poſtquàm Jacobi mercedem augeri viderat. Certè ſi ſemel in anno pariebant oves, ſex dumtaxat vicibus intra ſexennium mutare Generi mercedem potuit. Itaque, in eo Meſopotamiæ tractu, bis peperiſſe intra annum pecudes volunt; útque decem vicibus defraudatus dici poſſit Jacobus, ſic calculum ponunt. Primo anno à pacta mercede, ſemel tantùm pepererunt pecudes, quatuor ſequentibus annis bis, ultimo ſemel, cùm Jacobus abeundi conſilium iniit; quâ ratione decies à Socero decipi potuit. Verùm, ut rectè obſervavit *Sam. Bochartus*, *Hieroz.*

tuorum, ad cognationem tuam, ac tibi adero. 4. Tum Jacobus qui Rachelam & Leam, ad oves ſuas, rus evocarent miſit, 5. atque illis: Video, inquit, vultum patris veſtri erga me non eſſe, qualis antea fuit; ſed adeſt mihi patris mei Deus. 6. Noſtis me, pro virili, patri veſtro ſerviiſſe; 7. cum verò, mutatâ decies mercede meâ, me fefelliſſe, ſed Deum ut mihi malefaceret non permiſiſſe. 8. Si ita diceret: punctis diſtinctæ merces tua erunt; omnes oves & capræ punctis diſtinctas pariebant; ſi verò ita diceret: variæ merces tua erunt; omnes capræ & oves parie-

audire ſibi viſus eſt. 4. Itaque in Chananæam redeundi conſilium cepit, geminaſque uxores, ut eas ejus participes faceret, rus ad ſe accerſivit. 5. Cùm ad ipſum veniſſent, in hanc ſententiam eas alloquutus eſt: Ex vultu, inquit, patris veſtri, me non ampliùs acceptum illi eſſe facilè animadverto; ſed me rectè factorum ſolantur conſcientia, Deuſque qui mihi auxilium ſuum pollicitus eſt.

6. Probè noſtis me fidelem & aſſiduam operam gregibus patris veſtri, quamvis decies præmium mihi promiſſum mutarit, dediſſe; &, niſi Deus, innocentiæ & probitatis vindex, obſtitiſſet, graviſſimas jacturas paſſurum me fuiſſe. 8. Cùm enim ſuam certi generis fœturam fore diceret, alterius verò meam; omnes pecudes catulos, ex pactionis formula, meos futuros, non ſine divina Provi-

roz. Part. I. Lib. 2. Cap. XLVI. nihil opus eſt calculos tam accuratè ſubducere, cùm ſit fortè numerus finitus pro infinito, & ſæpiùs deluſum ſe queri poſſit Jacobus. Sic Numer. XIV, 22. *Tentaverunt me jam decem vicibus*, hoc eſt, multoties, & Job. XIX, 3. *En decies mihi pudorem incutis*, hoc eſt, ſæpiùs. Ita & illud intelligendum, *decies repetita placebunt.* Poteſt tamen fieri ut decies fuerit deceptus Jacobus, quamquam eas omnes fraudes enumerare nequimus.

Sed Deum ut mihi malefaceret] Quamvis mutaret mercedem, nihil hoc Jacobo nocuit, propter artem quâ utebatur, & quam ſe edoctum à Deo per quietem exiſtimabat.

8. *Variæ merces tua erunt*] עקדים de qua vôce vide dicta ad Cap. ſuperius verſ. 35. Mirum autem eſt ita rem hîc efferri à Jacobo, quaſi eo vocabulo aliquid diverſum ſignificaretur ab eo quod voce נקדים *nkoudim* deſignatur; cùm antea & infrà verſ. 10. eæ voces miſceri videantur. Præterea ut Laban primùm hoc pactum inierat, ut haberet unius coloris pecudes, exceptis ovibus nigris: mutatio in eo ſita fuiſſe videtur, ut poſtea id ipſum, quod Jacobo conceſſerat, ſibi in poſterum cedere vellet Laban, adeóque varias ſibi eligeret pecudes, cùm unicolores priùs habuiſſet; & vice verſâ, ubi plures unicolores naſci videret, has poſtea habere vellet. Hoc cùm reputarent LXX Intt. hîc עקדים *hakoudim* vertendum eſſe *alba* cenſuerunt: ἐὰν οὕτως εἴπῃ τὰ ποικίλα (נקדים) ἔσται σου μισθὸς, καὶ τέξεται πάντα τὰ πρόβατα ποικίλα. ἐὰν δὲ εἴπῃ τὰ λευκὰ (עקדים) ἔσται σου μισθὸς, καὶ τέξεται πάντα τὰ πρόβατα λευκά. Sic & Vulgatus: *ſi quando dixit, variæ erunt mercedes tuæ, pariebant omnes oves varios fœtus; quando verò è contrario ait, alba quæque accipies pro mercede, omnes greges alba pepererunt.* Res ipſa, ut videtur, clamat ita Jacobi intelligendam orationem; ſed hîc עקד contrarium ſignificare ejus, quod in ſuperioribus & ſequentibus ſignificat, vix credibile eſt. Néve putes mendum in Codicem noſtrum irrepſiſſe, Samaritieus Codex habet quoque עקדים, ubi ſenſus exigere videtur לבנים *lbanim*, hoc eſt, *alba* pecudes; nec ulla cauſa eſt quare hæc vox in illam mutata fuerit. Itaque ſi quid peccatum ſit à librariis, ab antiquiſſimis temporibus factum oportet.

Alii duabus his vocibus macularum quidem varietatem ſignari, ſed diverſam volunt; ut Laban non modò vicibus unicolores & verſicolores, ſed etiam nunc נקדים, hoc eſt, *corpore punctatas*, nunc עקדים, hoc eſt, *pedibus variegatas* elegerit. Sed ne quæ antea dixi repetam, ſi ita diviſa eſt fœtura, quid factum eſt prorſus albis, & prorſus nigris? Quo pacto etiam efficere, verſicoloribus virgis, potuit Jacobus, ut pedibus variæ, non aliis partibus corporis, naſcerentur pecudes, aut etiam certo quovis alio macularum genere ſparſæ eſſent? Certè multùm fuit, vel aliquâ ratione, varias facere. Quocumque te vertas, haud levis occurrit difficultas; atque hic locus eſt ex eorum numero, quorum quem eſſe oporteat, pro rei natura, ſenſum viderunt quidem Interpretes; ſed ex verbis numquam exſculpere potuerunt. Simile quiddam obſervavimus in not. ad Cap. XI, 4.

9. *Abſtulit ipſe Deus*] Eſt in Samarit. Cod. יהוה *Jehovah*, ut & apud *Onkelon*. LXX habent Θεὸς, & ſimiliter Vulgatus. Sic in novi Teſtamenti MSS. Codicibus, à Librariis voces Θεὸς & Κύριος paſſim confuſæ ſunt. Deum autem abſtuliſſe Labanis pecudes, ut iis ſe donaret, ait Jacobus, propter ſomnium, quod judicabat θεόπεμπτον; ex quo didicit artem, quâ uſus eſt, ad variegatos fœtus augendos. Cùm enim divinitus monitum ſe cenſeret, quâ arte poſſet fieri, eam admonitionem quaſi permiſſionem eâ utendi interpretatus eſt.

10. *In ſomnis circumſpiciens vidi*, &c.] *Et ſuſtuli oculis, & vidi in ſomnio.* Hoc ſomnium eam cogitationem Jacobi animo injecit, ſi incaleſcentibus fœmellis objecta variegata offerrentur, futurum ut variegatas pecudes parerent, quod eventus comprobavit. Fortè hoc quidem inaudiverat antea, ſed ejus memor non erat; vix enim ex ſomnio, quemadmodum hîc narratur, colligere hoc primùm potuiſſe videtur. Non erant ei hirci & arietes varii, quibus hanc in rem uteretur; neque ex eo quòd intelligas ejuſmodi maſculos ſui ſimiles pecudes generaturos, hinc ſtatim collegeris idem futurum, ſi virgas verſicolores pecudibus objicias. Crediderim ergo, ut dixi, rem Jacobo dudum notam in memoriam revocatam dumtaxat fuiſſe. Ac ſanè res fuit pervulgata, gravidas mulieres & pecudes objectis vehementiſſimè affici, ut ſæpe iis notentur fœtus. Teſtimonia plurima hanc in rem congeſſit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. I. Lib. 2. Cap. XLIX. Unum addam id-

riebant varias *pecudes*. 9. Abſtulit *ipſe* Deus patri veſtro pecus, eóque me donavit. 10. Quo enim tempore incaleſcunt oves & capræ, in ſomnis circumſpiciens vidi hircos conſcendentes pecudes, varios, punctiſque & maculis inſtar grandinis reſperſos. 11. Tum Angelus Dei in ſomnis mihi dixit, Jacobe; ego verò adſum, inquam. 12. Adſpice, ait *ille*, & vide omnes hircos conſcendentes pecudes, varios, punctiſque & maculis inſtar grandinis diſtinctos; nam vidi quidquid tibi fecit Laban. 13. Ego ſum Deus Bethelis, ubi erectum lapidem unxiſti, & votum mihi

videntia, pariebant. 9. Si minuti ſunt patris veſtri greges, id non mihi, ſed Deo ipſi acceptum referendum eſt. 10. Quo enim tempore incaleſcunt pecudes, fœminas, à maribus variegatis ineundas, in ſomnio ſpectabam; 11. cùm mihi viſus ſum audire vocem Angeli me nomine appellantis, 12. & jubentis adtentiùs conſiderare quod videbam, hinc enim me poſſe diſcere quî merces, quam pactus eram, ampliari poſſet. Addebat avaritiam & malam fidem Labanis ſe non præteriiſſe; 13. ſe autem eſſe Angelum ejus Dei, cui in Meſopotamiam veniens Bethele lapidem unctum erexiſſem, & vota nuncupaſſem. Idem me monuit, tempus eſſe de reditu in Chanahanitidem cogitandi. Hiſce omnibus

que inſigne, ab eo omiſſum, ex Ecloga II. *T. Calpurnii Siculi*, ubi ſic loquitur ovium paſtor, verſ. 35.

Me docet ipſa Pales cultum gregis, ut niger albæ
Terga maritus ovis naſcenti mutet in agna,
Quæ aeque diverſi ſpeciem ſervare parentis,
Poſſit, & ambiguo teſtetur utrumque colore.

Hieronymus, in *Quæſt. Heb.* ad hunc locum ita habet: *Nec mirum hanc in conceptu fœminarum eſſe naturam, ut quales perſpexerint, ſive mente conceperint, in extremo voluptatis æſtu, quo concipiunt, talem ſobolem procreent; cùm hoc ipſum etiam in equarum gregibus, apud Hiſpanos, dicatur fieri. Et* Quintilianus, *in ea controverſia, in qua accuſatur matrona, quòd Æthiopem peperiſſet, pro defenſione illius argumentatur hanc illius eſſe naturam, quam ſuprà diximus. Et ſcriptum reperitur in libris* Hippocratis, *quòd quædam, ſuſpicione adulterii, fuerat punienda, quòd pulcherrimum peperiſſet, utrique parenti, generique diſſimilem; niſi memoratus Medicus ſolviſſet quæſtionem, monens quærere, ne forte talis pictura eſſet in cubiculo; quâ inventâ, mulier à ſuſpicione liberata eſt.* Conjecerunt, ut hoc obiter adtingamus, acutiſſimi Phyſici magnam cerebro matris cum cerebro fœtûs intercedere conjunctionem; unde fiat ut, vehementer imagine quapiam commoto matris cerebro, percellatur etiam cerebrum fœtûs. Cùm autem cetera matris membra compactiora ſint & firmiora, quàm ut multùm eâ commotione adficiantur; tenera contrà fœtuum corpora, vehementer commoto cerebro, ſpiritibúſque animalibus illinc in artus defluentibus magnâ vi, facilè formam, quam iis imprimunt ſpiritus, ſuſcipiunt. Sed quamquam aut hoc, aut ſimile quiddam verum eſſe neceſſe eſt, varia hîc ſuperſunt ἄλυτα, in modo quo fit res alioquin indubitata; quæ nos quidem, à Phyſicis agitanda, prætermittemus.

Vidi hircos conſcendentes] Hircis ſunt Arietes jungendi.

Varios punctiſque & maculis reſperſos] Hæc nonnulli referunt ad vocem צאן *tſon*, ſed cum eâ fœminæ tantùm hîc ſignificentur, & voces ſint maſculinæ, rectiùs ab aliis referuntur ad עתודים hathudim *hircos*.

12. *Adſpice*] *Adtolle oculos*, hoc eſt, conjicito oculos in hircos. Aut jubetur Jacobus adtentiùs intueri, quod jam videbat, aut eſt narrationis inverſio; nam Angelus non juſſiſſet Jacobum adſpicere hircos, ſi jam eos contemplabatur, ut eſt verſ. 10. Vide not. ad Cap. XXIV, 23. XXIX, 12. Cùm hoc ſomnio moneri ſe exiſtimarit Jacobus, quid liceret ſibi facere ut greges compararet; Interpretes quæſtionem hîc movent, quam indictam omittere non poſſumus; nimirum, an licuerit Jacobo, arte memoratâ, avunculi greges mirum in modum, ut ſibi opes compararet, minuere; nam fortè ſomnii ſignificationem haud probè intellexit, aut quod optabat ſomniavit? Inter Jacobum & avunculum convenerat, varias pecudes Jacobo ceſſuras, quæ, nimirum, ſponte variæ naſcerentur; nulla adhibitâ arte, de qua ſi cogitaſſet Laban, conditionem à Jacobo oblatam ſine dubio non accepiſſet, aut omnem artem ſeponi oportere disertè ſtipulatus eſſet. Cùm ergo ea mens eſſet Labanis, & contractus intelligi ſoleant, inter probos, ex communi mente contrahentium, quæritur quo jure avunculum fallere potuerit Jacobus?

Alii reſpondent Jacobo, cum doloſo & iniquo homine agenti, neceſſe fuiſſe artem arte deludere. Laban, inquiunt, Rachelam, quam gratis, imò nec ſine dote, nuptui dare ſororis filio debuit, ſeptennali θητείᾳ vendidit. Præſtitutâ mercede emtam cùm tradere deberet, ſororem, quam non ambiverat Jacobus, nequiſſimè ſubſtituit; alterúmque ſeptennium Jacobo, ut Rachelam haberet, extorſit. Cùm non eſſent Judices, ad quos querelas deferre poſſet Gener; coactus eſt ſibi ipſe conſulere, & quacumque arte potuit, uxorum dotem ab iniquo Socero extorquere. Verùm quamvis iniquè egerit Laban in Jacobum, Generi non fuit eam fraudem ulciſci, præſertim cùm utramque Labanis filiam duxiſſet. Igitur alii contendunt Deum, qui humanarum omnium opum dominus eſt, partem earum quas Laban, Jacobi operâ, comparaverat, in hunc tranſtuliſſe: quo modo vaſa Ægyptiorum ab Iſraëlitis auferri voluit, in crudeliſſimæ ſervitutis mercedem, ingratis dominis, ſine ullo pretio, per multos annos exhibitæ. Itaque Deum in ſomnis Jacobo, prout ſomnium interpretabatur, auctorem fuiſſe utendi eâ arte, quam adhibuit, ut variarum pecudum augeret numerum.

Attamen ſi omnes ſomnii ſui circumſtantias hîc narrat Jacobus, digniſſimum eſt obſervatu oſtendi tantùm Jacobo mares varios fœmellas ineuntes, nec ullum monitum addi, niſi tempus

Digitized by Google

mihi nuncupaſti; ſurge nunc, egredere ex hac terra, atque in cognationis tuæ regionem redi. 14. Reſponderunt Rachela & Lea, & num ſupereſt, inquiunt, pars nobis, aut hereditas, domi patris? 15. Nonne alienæ ei habitæ ſumus, cùm nos vendidit, pretiúmque etiam noſtrum abſumſit? 16. Omnes facultates, quas patri noſtro abſtulit Deus, eæ nobis, liberiſque noſtris *ceſſerunt*; nunc ergo quidquid tibi dixerit Deus exſequitor.

17. Surrexit itaque Jacobus, filióſque ſuos & uxores in camelos ſuſtulit. 18. Omnes

bus maturè expenſis, vos huc accerſendas cenſui, ut paratæne ſitis mecum in Chananæam proficiſci, clam parente veſtro, ex vobis exquirerem. 14. Illæ ſine mora, nihil ampliùs ex paternis facultatibus exſpectare ſe, reſponderunt. 15. Se dudum ab illo quaſi peregrinas venditas fuiſſe, pretiúmque quo erant emtæ, & quod, ſi benignior pater fuiſſet, ad ſe redire par erat, ab illo fuiſſe abſumtum.

16. Tantùm autem abeſſe, ut imminutas opes paternas, in Jacobi emolumentum, ægrè ferrent, ut eas ad ſe, liberóſque ſuos perveniſſe lætæ intelligerent; ergo quidquid virum jubebat Deus facere, & quocumque eſſet iturus ſequi paratas ſciret.

17. 18. Auditâ uxorum reſponſione, camelos Jacobus paravit, in quos tollerentur unà cum liberis; gre-

pus eſſe cogitandi de reditu. Ex ipſo viſo quid ſibi agendum eſſet collegit, neque invito Deo facturum ſe quod collegerat cenſuit; quandoquidem, ſine eo ſomnio, fortè ne cogitaſſet quidem de ea arte quâ uſus eſt, ut varios fœtus eliceret. Atque hinc fortè non abſurdè conjecerimus, Deum quidem hîc ſuo illo, in creaturas omnes, jure uſum non eſſe; ſed neque impedire voluiſſe, quominus Jacobus in hominem iniquiſſimum, qui numquam, ut æquum erat, Jacobo quidquam mercedis ſponte erat daturus, arte aliqua uteretur. Ac ſanè ſi *in contrahenda venditione, ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt*, ex ſententia Juriſconſultorum, modò *res ſalva actori ſit*; hîc fuit venditio, in qua Jacobi improbo labore incerta emebatur pecudum fœtura, atque in quâ res Labani ſalva erat; neque enim oves albæ ac capræ nigræ, quas habuerat antea, & quæ poſt contractum naſcebantur, ei ereptæ ſunt. Quid ergo iniquum ea in re fuit, ſi jure ſuo contra iniquiſſimum hominem Jacobus uteretur? Certè ſi exſpectaſſet varias pari pecudes, nullâ arte adhibitâ, ſine miraculo, quod non erat pollicitus Deus; ne modicam quidam laboris ſui percipere potuiſſet mercedem. Igitur meritò Jacobus jure ſuo uſus à Deo datos ſibi ait greges, quos arte, de qua ex occaſione ſomnii in animum venerat, ſibi comparavit.

Vidi quidquid tibi fecit Laban] Videtur hæc eſſe Elliptica oratio, & deeſſe hic ſenſus: ideóque jure potes arte uti, & me tibi propitio, quâ mercedem, quam non eſſet alioqui daturus, ex avaro homine elicias. Certè ex ſuperioribus apparet, ita ſomnium interpretatum Jacobum. Ellipſis eſt integri membri 2 Sam. V, 8. *erit caput & dux*, quæ verba occurrunt in eadem hiſtoria 1 Par. XI, 6.

13. *Ego ſum Deus Bethelis*] Qui tibi Bethele apparui. Vide not. ad Cap. XXVIII. ubi hæc habetur hiſtoria. Sic Oukelos: *ego Deus* (דאתגליתי dithglethi) *qui tibi me patefeci Bethele.* LXX. Intt. ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι; hactenus rectè, ſed malè ſequentia: ἐν τόπῳ Θεοῦ, *in loco Dei*, nam manifeſtum eſt eſſe nomen proprium. Quod tamen *Philoni*, & aliis Hebraïcæ Linguæ ignaris miras extudit interpretationes.

Ubi erectum lapidem unxiſti.] Vide ad Cap. XXVIII, 18.

Votum nuncupaſti] *Votum voviſti*, more Hebræo.

Surge nunc, &c.] Hæc dixerat Deus, antequàm pactum iniret Jacobus cum Labane, & profecturus erat Jacobus, abſque eo pacto fuiſſet, ut legimus Cap. XXX, 26. Jam verò exacto, ut videtur ſexennio poſtremo θητείας, de reditu in patriam ſeriò cogitare cœpit.

14. *Num ſupereſt pars nobis*, &c.] Hæc indicant Labanem omnia filiabus dediſſe, quæ dare voluerat, hoc eſt, haud multò pluſquàm nihil; & facultates ſuas dilapidaſſe. Imò fortè dotem matris filiarum abſumſit, & quod ſuperfuit ad alterius thori liberos tranſtulit.

15. *Nonne alienæ*, &c.] Quaſi, nimirum, ſervas vendiderat, neque pretium quod ex ea venditione perceperat in filiarum emolumentum, ut oportuit ſi paullò liberalior fuiſſet, verterat, ſed ſibi totum adtribuerat. Si æquus fuiſſet, mercede, quam Jacobo ſervienti ſolvere eum oportuiſſet, filias ſuas ei collocatas dotaſſet; neque enim tantorum laborum merces fuere inopes uxores, quarum alteram etiam invitus duxerat.

Pretium etiam noſtrum abſumſit] *Comedit etiam comedendo argentum noſtrum.* Pro pretio *argentum* ſumitur ſuprà Cap. XXIII, 13. Idem videtur ſignificare hîc, ubi pretium filiarum Labanis fuit θητεία quatuordecim annorum; ſeu, quod idem eſt, merces quæ, pro temporis & loci more, paſtori mercenario ſuam operam locanti, per totidem annos ſoluta fuiſſet. Fortè & matris, ut diximus, dotem Labanis filiæ intelligunt, quam pater iis ſolvere jure tenebatur. Ab qua æquitate tantopere abfuit Laban, ut omnem illam pecuniam, quæcumque tandem ſit, dilapidaverit.

16. *Abſtulit Deus*] Vide ad verſ. 9.

Quidquid dixerit tibi Deus, &c.] Hoc eſt, ſi te jubet Deus abire, paratæ ſumus ſequi, quocumque nos duces. Non narratur quidem hîc Jacobus, novo Dei imperio, proficiſci juſſus; ſed cùm nihil eſſet, quod exſpectaret ampliùs à Labane, res ipſa monebat tempus eſſe Dei juſſa, ante ſexennium edita, exſequendi.

17. *In Camelos ſuſtulit*] Quibus per Orientem vehi ſolent, ubi longius conficiendum eſt iter; & quibus magnâ celeritate potuit Labanem fugere, ſi greges, quos ſecum trahebat, camelos æquare gradiendo potuiſſent. Vide Cap. XXIV.

18. *Omnes facultates*] Hîc eſt, מקנה *mikneh* quod ambiguum eſt, nam *pecus* & quaſvis

nes facultates, omnes quas ſibi paraverat opes, pecus quod in Meſopotamia adquiſierat egit ut in Chananæam, ad Iſaacum patrem, proficiſceretur. 19. Cùm autem Laban oves ſuas tonſum iviſſet, Rachela ſimulacra patris ſui furata eſt. 20. Jacobus etiam Labani Syro latuit, neque enim ſe fugere indicavit. 21. Se cum omnibus ſuis in fugam conjecit, ſurrexitque & trajecit fluvium, *quo transmiſſo*, ſe ad Galahaditicum montem convertit.

22. **Tertio demum die, Jacobus aufugiſſe Labani nunciatur. 23. Is fratribus ſecum**

greges omnes collegit, & quidquid in Meſopotamia adquiſierat convaſavit, ut primâ datâ occaſione, ad Iſaacum patrem rediret. 19. Commodùm evenit Labanem paullo poſt in tractum, triduo ab Jacobo remotum, pecudes tonſum ire; quo tempore ſibi, ſine cunctatione, proficiſcendum judicavit Jacobus, Rachelâque ſtatuas Deorum Penatium patris, eo abſente, ſurripuit. 20. 21. Sic callido homine deluſo, per quem ſine jactura numquam palam diſcedere licuiſſet, tacitus viam Chananææ ingreſſus eſt, cum omnibus ſuis; Euphratéque trajecto, rectà ad Galahaditicos montes, ut poſtea dicti ſunt, iter convertit.

22. Generum fugere non ante tertium diem audiit

vis *divitias*, ſignificat, ſed iternm repetitur.

Pecus quod in Meſopotamia adquiſierat] מקנה קנינו mikneh kinjano, *pecus poſſeſſionis ſuæ, quod adquiſierat in Phaddan Aram.* Poſt univerſi generis nomen, occurrit hîc ſpecies, ut Cap. XIV, 16. ſpecies præponitur generi. *Supervacuum* quidem Rhetores aiunt, *ſi genere poſito ſubjicitur ſpecies; ut, dicam de virtute, juſtitia, continentia; cùm juſtitia & continentia virtutis ſint ſpecies*; quæ verba ſunt *Quintiliani* Lib. I. Cap. 5. Sed Scriptores Hebræi eas regulas nihili faciunt, quas etiam antiquiſſimi Græcorum ſprevere. Vide *H. Grotium* ad Marc. XVI, 7.

19. *Cùm autem Laban*, &c.] *Et iverat Laban ad tondendum*; quo tempore, pecoris domini convivia agitare ſolebant, adeóque diutiùs ruri morari. Vide not. ad Cap. XXXVIII, 12.

Simulacra patris ſui] Hoc eſt, Deorum Penatium ſigna. Heb. תרפים *Thraphim.* Multi multa, de hac voce, quæ omnia colligere non adgrediemur. Quæ de ea conſtant priùs videbimus, deinde quæ poſſunt veriſimillimè de vocis origine conjici.

Cùm ſit pluralis numeri, ſignificationem tamen habet ſingularem, & ſtatuam virilem, aut ſimile quiddam ſignificat, 1 Sam. XIX, 13. Cùm eripere Davidem Saülis ſatellitibus vellet ejus uxor Michala, conſilium iniit fingendi eum eſſe ægrum, ut interea tempus fugiendi ei daret. Itaque cùm dixiſſet ægrum eſſe, ut dolus diuturnior eſſet, ſi quis cubiculum ejus vellet ingredi, *ſumſit Theraphim, lectóque compoſuit.* Non videntur fuiſſe in Davidis, hominis Deo Iſraëlis addictiſſimi, ædibus ulla Deorum ſigna; itaque hoc fuerit rude hominis, & infarcto fortaſſe paleâ ſacco confectum ſimulacrum. An hæc autem ſit propria ſignificatio vocis dubium eſt, quia ubicumque alibi occurrit in Vetere Teſtamento pro ſtatua ſacra, ſeu *Idolo*, ut poſt Helleniſtas loqui ſolemus, ſumitur. Vide Jud. XVII, 5. XVIII, 14, 16. 1 Sam. XV, 23. Ezek. XXI, verſ. 21. Hoſ. III, 4. Zachar. X, 2. Hoc quoque Geneſeos loco, manifeſtum eſt ex ſequentibus ſtatuas Deorum fuiſſe; aut ſtatuam, eámque non magnam. Ejuſmodi autem ſtatuæ ab earum cultoribus oracula edere cenſebantur, ſolebántque interrogari. Inter ſuperſtitiones Babyloniorum Regis, futurorum cognoſcendorum avidi, hæc memorant Ezek. XXI, verſ. 21. *Sciſcitatus eſt Theraphim.* Zacharias verò Cap. X, 2. *Theraphim*, inquit, *vana ſunt loquuti, harioli viderunt mendacium.*

Quibus rebus factum eſt, ut *Edm. Caſtellus*, aliique viri docti vocem deduxerint à Syriaco verbo תרף *thraph*, quod & *percunctari*, & *indicare* ſonat. Atque indidem videtur factum, ut Hoſ. III, 4. δήλων quaſi *declaratores*, & Zach. X, 2. ἀποφθεγγομένους verterint LXX. Intt. *Jonathan* etiam, dicto Hoſeæ loco, habet מחוי mehhavve *indicantes. Aquila*, teſte *Hieronymo*, φωτισμοὺς verterat, *illuminationes.*

Alii verò exiſtimant תרפים & שרפים *Theraphim*, & *Seraphim*, quod nomen eſt Angelorum Eſai. VI, 2, 6. idem eſſe. Dubium certè non eſt, quin ת & ש in Orientalibus Linguis permutentur, præſertim à Chaldæis & Syris. Volunt autem haſce imagines nomine Angelico appellatas, quia Angelos eas inſidere, atque ex iis reſponſa edere exiſtimabant. Qua de re, legendus vir doctiſſimus *Joan. Spencerus* in Diſſ. *de Urim & Thummim.* Cap. III. Sect. 7. & 8. ubi etiam innumera alia quæ huc pertinent.

An tamen jam à Labanis temporibus fierent צלמניא *tſilmenajo*, ut habet Onkelos, hoc eſt, imagines, unde oracula edi credebantur, non ſatis conſtat. Veteribus quidem Sabæis hanc ſuperſtitionem tribuit *R. Moſes Maimonis F. More Neb.* Lib. III. Cap. 26. quæ ſeriorum fuit etiam Arabum. Hinc exiſtimant nonnulli Rachelam furatam eſſe patris Deos, ne cùm profecta eſſet Jacobi familia, de ejus itinere eos interrogaret Laban, & quò abiiſſent reſciret. Si hæc vera eſt conjectura, ſuperſtitioſiorem fuiſſe oportet Rachelam; ſed poſſet etiam fieri ut pretioſior materia ſtatuarum, quæ argenteæ aut aureæ fortè erant, mulieris animum tentaſſet. Qui enim volunt eam, ut patrem ab Idololatria revocaret, furatam ejus Penates eſſe, nimis benignè de ea ſentire videntur; nam ſi ea ſola auferendorum Penatium cauſa fuiſſet, aliquò eos abjeciſſet, cùm non ſine periculo eos ſervare voluerit, & mendacio furtum texerit.

20. *Labani Syro latuit*] *Furatus eſt cor*; hoc eſt, furtim, eo non monito, in Chananæam profectus eſt. Vide infrà verſ. 27. Hinc LXX. ἔκρυψε, & *Onkelos* וכסי vechaſſe & *celavit.* Aliud ſignificat *furari cor*, 2 Sam. XV, 6. Haud multò aliter verbo κλέπτειν Græci utuntur, quod facilè oſtendere poſſemus, ſi neceſſe eſſet. Vulga-

cum adſumtis, eum itinere ſeptem dierum ſequutus eſt, atque in monte Galahaditico adſequutus. 24. In ſomnis autem ad Labanem Syrum noctu venit Deus, eique dixit: cave tibi ne cum Jacobo à bono ad malum loquaris. 25. Poſtea Jacobum adeptus eſt Laban, atque *ut* Jacobus in monte tentorium fixerat: *ita etiam* in *eodem* Galahaditico jugo Laban tetendit, unà cum fratribus ſuis. 26. Tum Laban Jacobo, quid feciſti? ait, me celaſti, filiáſque meas, quaſi captivas gladio partas, abduxiſti. 27. Quare clam fugam adornaſti, mihi latuiſti, neque *rem* indicaſti, qui hilarè,

diit Laban, 23. iráque correptus, expeditis hominibus adſumtis, eum ſequi magnis itineribus ſtatuit, & ſeptimo demum in Galahaditicis montibus familiâ, & pecore gravem adeptus eſt. 24. At non illico caſtra caſtris contulit, ſed non procul à Jacobo tetendit. Ei in eo loco cubanti in ſomnis vetare viſus eſt Deus, qui ſe Abrahami, Iſaaci & Jacobi Deum dicebat, ne Genero ullam injuriam inferret. 25. Ortâ luce, caſtra admovit, & propè Jacobum tentoria ſtatui juſſit. 26. Tum Jacobum convenit, queriturque filias captivarum inſtar, ſe inconſulto, eſſe abductas. 27. Malè feciſſe ait Jacobum, quòd clam ſe fugam adornaſſet, ſe enim, ſi ſciviſſet velle eum in Chananæam diſcedere, libenter dimiſſu-

gatæ verſionis auctor, aut interpolator, cùm non intelligeret quare hîc repetatur *neque ſe fugere indicavit*, nec quare *Syrus* dicatur hîc Laban, rem breviori circuitu ita extulit: *noluit Jacob confiteri Socero ſuo quòd fugeret*; quæ paraphraſis eſt, non tranſlatio. Sed non rarò in hiſce libris primùm adfirmatione, deinde contrarii negatione una, eademque ſententia effertur. Vide not. ad Cap. XI, 30. *Syrus* autem hîc dicitur Laban, aut more Hebræorum, qui circumſtantias non neceſſarias ſæpe orationi addunt, ut obſervavimus ad Cap. XII, 6. aut, quod malim, quia Syri aſtutiores & cautiores aliis jam tum exiſtimabantur, ut velit dicere Moſes Labanem, quamvis callidum, ut vulgò Syri eſſe ſolent, deluſum tamen ab Jacobo prudentiore fuiſſe. Ab antiquiſſimis certè temporibus, celebris erat Syrorum & Phœnicum aſtutia, ad quam cœlum, quod idem ſemper fuit, multùm conferre poterat; unde fit ut ſimilia hodiéque variis in gentibus cernantur, quæ à Veteribus in iis animadverſa ſunt. Hinc etiamnum calidiſſimi Arabes, ea loca colentes, habentur. Quæ ideò obſervamus, quia quamquam aſtutiæ Syrorum tam veſtutum exemplum, aut argumentum ex Codicibus ſacris non habemus; conſtat, apud Græcos, celebrem eorum aſtutiam uſque adeò fuiſſe, ut in proverbium abierit. *Suidas*: Σύροι πρὸς Φοίνικας, *Syri contra Phœnices*: ἑκάτερον τὰ ἔθνη διαβέβληται ὡς πανοῦργα, *utraque gens ut aſtuta differtur*. Phœnicas *Homerus* etiam ut fraudulentos homines traducit Odyſ. ξ verſ. 288. & ſeqq. *Herodianus* in *Severo*, de *Saturnino* Tribuno, quem ad Imperatorem cædem impellere conabatur *Plautianus*: ταῦτα ἀκούσας, inquit, ὁ χιλίαρχος, ἐξεπλάγη μὲν τὴν ψυχὴν, οὐκ ἐταράχθη δὲ τὴν γνώμην· ἀλλ' ὥστε ἀνὴρ οὐκ ἔξω φρενῶν καθεστώς: *hæc dicta adtonitum quidem ejus animum reddiderunt, ſed mentem minimè perturbarunt, verùm ut homo ſui compos*: καὶ γὰρ ἦν τῷ γένει Σύρος, ΔΡΙΜΥΤΕΡΟΙ δ' ὡς πρὸς τὰς ἐννοίας οἱ ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν ἄνθρωποι: *erat enim genere Syrus, ſunt autem qui degunt ſub oriente homines ad res mente agitandas* ACRIORES: οὐκ ἀντεῖπεν, *non contradixit*, &c. Ad ſervitutem etiam, & ad res novas moliendas, nati dicebantur Syri, quod ad hunc locum non pertinet.

Igitur hîc Laban *Aramæus*, ſeu *Syrus* dici videtur, non ut ſignetur dumtaxat ejus patria, ex ſuperioribus Lectori ſatis ſupérque nota; verùm ut viri mores notentur. Sic & Deut. XXVI, 5. contemtim Jacobus ipſe vocatur *Syrus perditus*.

21. *Surrexitque*] Ordo fuiſſet: *ſurrexit & fugit*, nam à ſurgendo fit fugæ initium. Hinc imperium frequens in hiſce libris: *ſurge, atque ito*, numquam, *i & ſurge*. Vide ſupra Capp. XIII, 47. XXVIII, 2. Mavult *Jac. Cappellus*, Lud. Fil. conjungere *ſurrexit* cum voce ſequente *trajecitque*.

Trajecit fluvium] *Euphratem*, ut alibi frequenter.

Se ad Galahaditicum montem convertit.] *Poſuit faciem ſuam montem Gilhadis*, hoc eſt, rectà ad montem Galahaditidis ivit. *Facies* peregrinantium ab Hebræis dicitur eſſe *ad ea loca*, ad quæ tendunt. Jerem. L, 5. de reducibus ex captivitate: *viam Sionis ſciſcitabuntur, facies eorum illuc erit*. Vide Luc. IX, 53. atque exempla ad eum locum ab *H. Grotio* congeſta.

Hîc autem eſt πρόληψις, nam poſteà ab Jacobo ipſo nomen hoc huic loco impoſitum apparebit. Similes ſunt ſuprà Capp. XII, 8. XIII, 10. De ſitu hujus montis, ita, in libro *de locis Hebraicis*, Hieronymus: GALAAD *mons, ad quem, ſeptimo die profectionis, è Charris Jacobus profugus venit. Eſt autem ad tergum Phœnices & Arabiæ, collibus Libani copulatus, extenditurque per deſertum ad eum locum, ubi trans Jordanem habitavit olim Rex Seon Amorrhæorum. Cecidit ſupradictus mons in ſortem filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ Tribûs Manaſſe. Sed & Hieremias loquitur*: Galaad tu mihi initium Libani (Cap. XXII, 6.) *A quo monte & civitas in eo condita ſortita eſt vocabulum, quum & cepit de Amorrhæorum manu Galaad filius Machir, filii Manaſſe.* Itaque Jacobo, in patrias ſedes redeunti, per montem illum tranſeundum erat, ut oſtendent Tabulæ quævis.

22. *Tertio demum die*, &c.] *Et nunciatum eſt tertio die*; ex quo, nempe, profectus erat Jacobus, cùm Laban ad tondendas pecudes, peculiares greges inviſiſſet.

23. *Is fratribus ſecum adſumtis*] *Et cepit fratres ſuos ſecum*, hoc eſt, adfines, & conſanguineos. Vide inf. verſ. 37.

24. *In ſomnis autem*] Vide notata ad Cap. XII, verſ. 7.

Ad Labanem Syrum] Quare *Syrus* in hac hiſto-

larè, adhibitis canticis, tympano & citharâ te dimiſiſſem? 28. Oſculari me filios meos, filiáſque meas non ſiviſti. Stultè nunc egiſti, 29. atque in manu mea eſt vos malè habere; ſed patris veſtri Deus heri mihi dixit: cave ne cum Jacobo à bono ad malum loquaris. 30. Nunc ergo, quia paternæ domûs tenebaris deſiderio, abieris; ſed quare Deos meos furatus es?

31. Reſpondit Jacobus, & Labani, quia timui, inquit, & dixi *cavendum* ne filias tuas mihi eriperes; 32. *ſed* is, apud quem Deos tuos inveneris, ne vivat coram fratribus noſtris. Agnoſce quid tuum apud me ſit, idque tibi vindica. Neſciebat autem Jacobus eos furatam fuiſſe Rachelam. 33. Ingreſſus eſt itaque Laban tabernaculum Jacobi,

miſſurum, & adhibitis Muſicis inſtrumentis, pro more, deducturum fuiſſe. 28. Indignis modis habitum patrem & avum, cui valedicere filiabus & nepotibus non licuerit. Præterea ſtultum facinus hoc fuiſſe, 29. cùm poſſet, ſi vellet, eam contumeliam graviter ulciſci. Non facturum tamen hoc ſe, cùm propter alias cauſas, tum quia à Deo Majorum Jacobi ultionem ullam ſumere, heſternâ nocte, vetitus erat. 30. Itaque clandeſtinum diſceſſum ſe miſſum facere, qui parentum deſiderio aliquo modo excuſari poterat; ſed intolerabilem eſſe ejus audaciam, qui Penates ſuos furatus eſſet.

31. Clam ſe Socero profectum eſſe reſpondit Jacobus, quòd timeret ne ſe invitum, uxoribus ſuo dimiſſis, in Meſopotamia detineret. 32. At Penates à ſe, aut ſuis ſublatos negavit (virum enim furti conſcium uon fecerat Rachela) eumque apud quem invenirentur illico, coram omnibus conſangui-

hiſtoria dicatur Laban verſ. 20. oſtendimus; uec quidquam eſt quod hîc addamus, niſi hîc fortè repeti, ut intelligeret Lector Denm, ot Jacobum tueretur, homioi iniquo atque avaro, quales erant *Syri*, ſe ſe pateſacere dedigoatum nou eſſe.

A bono ad malum] Hoc eſt, cave tibi ue verbum cum eo faxis; id eſt, ne acriùs Jacobo excandeſcas. Cùm euim nihil cuipiam dicimus, quæ propria eſt hujus phraſis ſignificatio, ei oon nimiùm indignamor. Vide notata ad Cap. III, 5. Hunc autem eſſe ſeoſum ſequentia ſatis oſteodunt, obi oon ab omoi ſermone cum Jacobo Labao abſtiuet; imò etiam eum objurgat, ſed leniùs. Atqoe hinc factum, ot LXX Iott. & Vulgatus, neglectis vocibus, ſenſum ita extulerint: μήποτε λαλήσῃς μετὰ Ἰακὼβ πονηρά, *ne quidquam aſperè loquaris contra Jacob.* *Joſephus*, in hac hiſtoria Lib. I. Cap. 19. Ὄναρ δὲ ὁ Θεὸς αὐτῷ ἐπιστὰς παρῄνει λαβόντι τὸν γαμβρὸν καὶ τὰς θυγατέρας ἠρεμεῖν, καὶ μηδὲν εἰς αὐτοὺς ὑπὸ θυμοῦ τολμᾶν: *in ſomnis Deus ei adſtans jubet generum & filias adſequutum quieſcere, nec quidquam in eos præ ira inclementius audere.*

25. *Poſtea Jacobum adeptus eſt*] Hîc aliquid ampliùs, ſigoificatur quàm verſ. 23. Videtur priùs Generum adſequutus dici, cum ejus taberoacula jam proſpiceret; poſteriùs verò, cùm juxta tetendit. *Joſephus* propter noctem, cùm Jacobum adſeqoutos eſſet Laban, ſtatuta eſſe ab hoc tentoria vult, & colloquium in ſequentem diem dilatum. Lib. I. Cap. 19. *Ant. Jud.* Καθ' ἑβδόμην ἡμέραν, luquit, ἐπί τινος λόφου λαμβάνει στρατοπεδευμένους· καὶ τότε μὲν, ἑσπέρα γὰρ ἦν, ἡσύχαζεν: *ſeptimo die, collem quendam priùs ab iis occupatum invenit, & tunc quidem, nam nox erat, quievit.*

Ut Jacobus in monte tentorium fixerat] *Et Jacobus fixerat tentorium ſuum in monte, & Laban fixit cum fratribus in monte Gilhad.*

26. *Me celaſti*] *Et furatus es cor meum.* Vide ad verſ. 20.

Captivas gladio partas] *Captivas gladio*; ut Græci dicont, δορυκτήτους ἢ δορυαλώτους, *haſtâ captas*; hoc eſt, jure belli captivas, quæ à victore pro arbitrio, invitis parentibus, abducuntur.

27. *Clam fugam adornaſti*] *Abſcondiſti te ad fugiendum.*

Mihi latuiſti] *Furatus me es*, ot ſuprà *furatus es cor meum.* Hîc ſuot qoatuor phraſes ſyoonymæ, ueque tamen prorſus otioſæ, adfectum enim Labanis præ oculis oobis ponunt; qui, in exprobranda furtiva fuga Jacobo, vix ſibi ſatiſfacit. Vide quæ de ejuſmodi repetitiooibus habet *A. Gellius* Lib. XIII. Cap. 24.

27. *Hilarè, adhibitis canticis*, &c.] *In lætitia, in canticis, in tympano, & in cithara.* Hîc ב *in* idem manifeſtò eſt ac *cum*, quod tamen, ſervatâ Hebraicæ veritatis perſpicuitate, à oobis adhiberi non potuit.

Canticis] Cantiouibus, quales decantari feſtis diebus ſolebant. Ejuſmodi eſt cantiooix diſtichon 1 Sam. XVIII, 7. *Percuſſit Saülus millia, & David decem millia.* Mentio etiam, eodem io loco, ſimilium ſit inſtrumentorom.

Tympano] תף *toph*, quæ ſyllaba ſonitum tympaoi manu pulſi exprimit. Ea tympana mioora eraot, atque ex altera tautùm parte, aut etiam otrâque claoſa, qualia ſunt quæ *tambours de Baſque* à Gallis vocantur. Iis ſaltando otebantur fœminæ, ut cooſtat ex laudato Samuelis loco, Exod. XV, 20. Jerem. XXXI, 4. Talia in veteribus cernontor ſculpturis, ut io Achate, quem frooti *Perſii* ſui præpoſuit *Iſ. Caſaubonus*, & de quo *Joſ. Scaliger* io Opuſculis pag. 575. Vide & *Jac. Sponium*, in Miſcell. Erud. Ant. Sect. I. Art. 7. Solebant Græci, iu Bacchi & Matris Deûm Orgiis, tympanis ejuſmodi uti, eorúmque ioventionem ad alterutrum Nomeo referebant; ac ſanè eorum cultus ex Oriente iu Græciam venerat, onde factum ut Orieotalibus uſitatiſſima tympana utriuſque ſacris adhiberentur. Romæ etiam ex Syria mofieres quæ hæc poſſareot petebantur, ut Syriacum fuiſſe inſtrumentum vel hiuc noris. *Juvenalis* Sat. III. verſſ. 62. & ſeqq.

Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes,
Et linguam & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non Gentilia tympana *ſecum*
Vexit.

Tibicines etiam indidem iu pretio habebantur, no-

cobi, tabernaculum Leæ, & tabernaculum duarum ancillarum, neque invenit. Egreſ-
ſus è tabernaculo Leæ, Rachelæ tabernaculum intravit. 34. Hæc, quæ ſimulacra ſur-
ripuerat, ea ſub ſtrato cameli poſuerat, iiſque inſidebat. Contrectavit itaque Laban
totum tentorium, nec ea invenit. 35. *Rachel* autem dixit patri, ne indignetur domi-
nus meus, quia tibi adſurgere non potui, eſt enim mihi conſuetudo mulierum. Scru-
tatus erga eſt *Laban*, nec *ſua* ſimulacra invenit.
36. Tum iratus Jacobus, in Labanem invectus eſt, eique his verbis reſpondit: quæ-
nam culpa mea eſt, quodnam peccatum, ut me eo cum ardore perſequereris? 37. Poſt-
quàm

guineis & amicis, morte adfici conſentire ſe dixit. Tum Labani omnia ſua perſcrutari permiſit, ut ſi quid ex bonis ſurreptum eſſet, ſibi vindicaret. 33. Laban ergo Jacobi, duarumque ancillarum primùm, deinde & Leæ Tabernacula diligenter rimatus eſt, nec uſquam Penates invenit. Tum Rachelæ Tabernaculum ingreſſus perſcrutari cœpit, 34. 35. ſed fruſtra etiam fuit; quia Rachela, ne furtum deprehenderetur verita, in Cameli ſui ſtratum eos recondiderat, eique ſtrato inſidebat; & quaſi menſtruis laborans movere ſe loco non poſſet, ingredienti patri id cauſſata, non adſurrexerat, nec Laban ſub ea quærere ſuſtinuerat.

36. Poſtquàm fruſtra quæſiſſet Laban, tum verò Jacobus ficti furti invidiam in ſe de induſtria collatam ratus, indignari, & queri Socerum innocentiſſimum ſe hominem, quaſi furem, ſummâ feſtinatione ſequutum. 37. Poſtquàm tamen omnia ſua rima-

nomine Syriaco *Ambubajæ* dicti, ut docet *Horatius* Serm. Lib. 1. Sat. 2. Alibi deſcribitur

Copa Syriſca caput, Grajâ redimita mitellâ,
Criſpum ſub crotalo docta movere latus.

Cithara] כנור *chinnor*, unde Græcum κινύρα, quod inſtrumentum ſic deſcribit *Joſephus* Ant. Jud. Lib. VII. Cap. 10. in Græc. 12. in Latinis: ἡ κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη τύπτεται πλήκτρῳ, *cinyra decem chordis aptata pulſatur plectro.* Frequentiſſimus etiamnum hodie eſt in Oriente Cithararum uſus, earúmque variorum generum, de quibus vide *P. Belonium Obſervat.* Lib. III. Cap. 48. & not. ad Cap. IV, 21.

28. *Filios meas*] Hoc eſt, nepotes ex duabus filiabus à Jacobo ſuſceptos; quibus avum oſculo valedicere par erat.

29. *In manu mea eſt*] לאל ידי *lel jadi*, quod idem eſt ac בידי bjadi, *in manu mea*, hoc eſt in poteſtate mea. Viros dumtaxat, eóſque expeditos & armatos ſecum habebat Laban, qui triduo priùs profectum Jacobum adſequutus eſt. Vide Cap. XVI, 6. & Deut. XXVIII, 32. Nehem. V, 4.

Patris veſtri Deus] Hoc eſt, patris tui, Soceri filiarum mearum, avi tuorum filiorum; omnium enim horum *pater*, Hebræorum more, dici potuit Iſaacus. Sic viciſſim nepotes *filii* dicuntur, ſuperiore commate. Hîc autem Laban ſermonem eorum, qui ſingulis familiis ſuos eſſe Lares domeſticos, ſeu Penates exiſtimabant, ſequitur. Hi enim non modò familiæ ſuæ proprios Deos eſſe opinabantur, ſed & aliquando eos Majorum ſuorum notant, qui primùm cœperant illos colere; unde fiebat ut Penates illos *eorum* Deos vocitarent. Sic in hoc Capite, Deus Cœli & Terræ Creator dicitur *Deus Abrahami, terror Iſaaci* verſ. 42. ubi vide notata, & verſ. 43. *Patris* autem nomine, Iſaacus hîc, ut diximus, intelligi poteſt, qui ab ineunte ætate Deum, cui circumciſione conſecratus fuerat, coluit; ac proinde *Deum ſuum* ſingulari jure appellare Jehovam poterat, quia nullum umquam alium agnoverat. Poſſet etiam Abrahamus *pater* Jacobi, ejúſque liberorum hîc minùs propriè vocari, qui ſi à puero Jehovam hominis Idololatræ filius non coluit, attamen princeps eam Religionem condidit; unde fit ut *Abrahami* dicatur *Deus*.

30. *Abieris*] *Eundo iviſti*; accipit, nimirum, eam excuſationem, quâ uti Jacobus poterat, quòd ipſum à fuga retrahere à Deo vetitus eſſet.

Deos] Potuiſſemus etiam vertere *Deum*, fortè enim, ut diximus, unica fuit ſtatua. Vocabant autem Idololatræ ſtatuas Deorum, nomine ipſo Deorum quibus erant ſacræ, non quòd ipſas ſtatuas Deos eſſe cenſerent; nemo enim tam inſanus fuit, ut Deum facere ſe poſſe homo crederet; ſed quia, ubi certis ritibus conſecratæ fuerant, Deorum Numen ſingulari quadam ratione iis adeſſe opinabantur. Vide quæ de *Betaliis* diximus ad Cap. XXVIII, 19, 22. *Arnobius* ita Ethnicos inducit reſpondentes Chriſtianis rerum ſenſu carentium cultum objicientibus, L. VI. adverſus Gentes. *Erras*, inquiebant, *& laberis, nam neque nos æra, neque auri, argentique materias, neque alias, quibus ſigna conſiunt, eas eſſe per ſe Deos, & religioſa decernimus Numina. Sed eos in his colimus, eóſque veneramur, quos dedicatio infert ſacra, & fabrilibus efficit inhabitare ſimulacris.* Ubi vide quæ collegit *Deſid. Heraldus*, qui rectè animadvertit, quamvis hac reſponſione uterentur Gentiles, attamen ſi ea ſigna ſibi eriperentur; ita eſſe queſtos, quaſi nulla ampliùs haberent Numina, ut ex *Cicerone* & *Livio* oſtendit. Similiter hîc Laban non ſigna dicit ſibi furto ſublata, ſed Deos; quemadmodum Ambracienſes apud *Livium* Lib. XXXVIII. querentes inducuntur non modò *Templa totâ urbe ſpoliata ornamentis*, aut *ſimulacra Deûm ablata*, ſed *Deos demum ipſos convulſos ex ſedibus ſuis ablatos eſſe; parietes, poſtéſque nudatas; quos adorent; ad quos precentur & ſupplicent, Ambracienſibus non supereſſe.* Igitur quomodocumque Idololatriam ſuam excuſare conarentur Gentiles; meritò à Scriptoribus Hebræis & Chriſtianis, quaſi corporum ſenſu carentium cultores, arguuntur.

31. *Quia timui & dixi*] Aut *quia* (כי chi) *dixi*; hoc eſt, cogitavi, ut alibi frequenter, ne filias tuas retineres, ut diſceſſum meum impedires; addidi *cavendum*, ne penderet oratio. Vide ad Gen. III, 22.

Ne vivat coram fratribus noſtris] Hoc eſt, mo-

quàm omnia ſupellectilia mea contrectaſti , quid inveniſti ex omnibus domûs tuæ ſupellectilibus? Profer *id* huc coram fratribus meis, & tuis, atque inter nos duos diſceptent. 38. Hiſce viginti annis tecum fui , oves & capræ tuæ abortum paſſæ non ſunt, arietes ovium tuarum non comedi. 39. Laceratam *pecudem* ad te non adtuli , culpæ meæ hoc imputabatur, atque è manu mea repoſcebas, *ut & quod* ſeu interdiu, ſeu noctu furto ablatum fuerat. 40. *Dum* fui *tecum*, æſtus me interdiu , noctu frigus abſumebat, fugiebátque ſomnus ab oculis meis. 41. Hi mihi domi tuæ viginti annis ſervitutis fuere , quatuordecim propter ambas tuas filias, ſex propter oves tuas, & decies mercedem meam mutaſti. 42. Quinimò niſi Deus patris mei, Abrahami Deus; Iſaaci terror,

rimatus eſſet, nihil quod furto ablatum dici poſſet inveniſſe. 38. Viginti ſe annis greges ejus ſervaſſe, neque umquam ſocordiæ & gulæ accuſatum, quaſi abortum ſuâ negligentiâ paſſæ eſſent pecudes , aut iis epulatus eſſet. 39. Si quid à feris laceraretur, aut à furibus raperetur, ejus ſibi reddendam rationem fuiſſe. 40. Se greges ſequentem æſtate acerrimos Meſopotamiæ æſtus interdiu, noctibus hibernis frigus maximum tuliſſe, nec paucas noctes traduxiſſe inſomnes. 41. Se per quatuordecim annos aſſiduam & fidelem Socero operam navaſſe, geminarum filiarum causâ; ſerviiſſe etiam per ſexennium, ut mercedem aliquam tam longi laboris referret , eámque ab illo ſibi decies illiberaliter fuiſſe mutatam. 42. Imò verò, niſi adſuiſſet ſibi Deus cœli & terræ Creator , qui avo & patri perpetuum favorem

moriatur, inſpectantibus utriuſque liberis, uxoribus & conſanguineis. Negatio per adfirmationem eſt exponenda, & interdum vice verſâ. Vide notata ad Cap. XII, 13.

33. *In Tabernaculum Jacobi*] In Samaritico eſt ויחבש באהל יעקב vajjihhbaſch beohel *& ſcrutatus eſt in tabernaculo Jacobi*. Verbum חבש *hhabaſch* exſtat quidem alibi , in Sacris Codicibus , ſed *ligandi* , aut *ſternendi* jumenti ſenſu. Hoc verò in loco , res ipſa docet *quærendi* ſignificatu intelligi oportere , & Interpres vertit Arabicâ voce פתש *phatbaſcha* , quæ diligenter quærere ſignificat. Mirum eſt hominem diligentiſſimum *Edm. Caſtellum* vocem חבש *hhabaſch* hoc ſignificatu omiſiſſe , cùm præſertim LXX. Intt. habeant ἐψηλάφησε *quæſivit* , quamquam Tabernaculorum ordinem turbarunt. Sic & verſu 35. ubi noſtri Codices habent יחפש *jehhappheſch*, eſt in Samaritico יחבש *jehhabbeſch*. Facilè, ut omnes norunt, ejuſdem *organi* litteræ permutantur.

Egreſſus è tabernaculo] *Et egreſſus eſt —&c.* Igitur ordo non eſt ſervatus , in ſuperiore commate , ubi Leæ proximè ſubjunguntur *duæ ancillæ* ; cùm ex Leæ tabernaculo in Rachelæ tentorium iverit Laban. Sed rarus non eſt ordinis , in ejuſmodi circumſtantiis , neglectus. Vide not. ad Capp. XXIV, 23. XXIX, 11.

34. *Hæc quæ ſimulacra ſurripuerat.*] ורחל לקחה *vrahhel lakheha*, hoc eſt, & *Rachel cepit*, aut *ceperat*.

Ea ſub ſtrato cameli poſuerat] כר *char*, quod *ſtratum* vertimus, apud Arabas, etiamnum hodie eam ſellæ cameli partem ſonat , quâ conjunguntur duæ ſarcinæ , hinc atque illinc pendentes. Quæ quacumque demum ratione facta eſſet , non poterat majuſculam ſtatuam , nedum plures majores , celare. Fortè unica fuit, eáque non magna, aut duæ parvæ quæ in cameli ſella , aut ſub ea abſconditæ fuere. Apud alios Idololatras, Penatium ſtatuæ magnæ non erant, ut conſtat ex fugientis Æneæ deſcriptione Virgiliana Lib. II. verſ. 716. ubi ſic parentem alloquitur Æneas , jubens Penates capere:

Tu , genitor , cape ſacra manu , patriósque Penates.

Deinde oneri ſuccedens , & patrem & Penates humeris ipſe bajulat.

35. *Ne indignetur dominus meus*] *Ne ſit ira in oculis domini mei*. Non mirum à filia patrem *dominum* appellari , cum uxor virum *dominum* vocet ſuprà Cap. XVIII, 12.

Tibi adſurgere] *Surgere à facie tua.*

Conſuetudo mulierum] Vide Cap. XVIII, 11.

Scrutatus eſt ergo Laban] *Et ſcrutatus eſt , neque invenit.* Eſt repetitio ejus quod verſ. 34. dictum eſt.

36. *Tum iratus*, &c.] *Et iratus eſt Jacob & objurgavit* , &c.

Eique his verbis reſpondit] *Et reſpondit Jacob & dixit Labani.* Reſpondit , nempe , iis quæ dixit Laban comm. 26. & ſeqq. Poſſet etiam verti *& dixit* , nam ענה *hanah* haud rarò eſt dicere ſimpliciter.

Ut me eo cum ardore perſequereris?] כי דלקת אחרי *chi dalaktha abharai*, quod vertunt LXX. κατεδίωξας ὀπίσω μου , & Vulg. *Sic exarſiſti poſt me*. Utramque conjunximus interpretationem , ut totam verbi דלק *dalak* poteſtatem exprimeremus.

37. *Poſtquàm omnia ſuppellectilia*] כי *chi* vertimus *poſtquàm* , quod potuiſſet etiam *quandoquidem* , aut *quoniam* reddi , quæ eſt frequentior particulæ ſignificatio. Vide ſuprà XXV, 8. XXVII, 1.

Quid inveniſti ex omnibus] Seu , an inter omnia mea ſupellectilia , tuum ullum agnoviſti ?

Diſceptent] יוכיחו *jochihhou* , hoc eſt , judices ſedentes eum qui peccavit *arguant* ; quæ propria eſt vocis יוכיח *jochiahh* ſignificatio. Quod *diſceptare* Latini dicunt.

38. *Abortum paſſæ non ſunt*] Hoc eſt , aut rarò , aut in tui detrimentum , quod ego præſtiti ; vix enim fieri potuit ut in magnis gregibus , per viginti annos , nulla abortiret pecus. Poterat autem paſtor aut negligens , aut furax, multa hac de re mentiri.

39. *Laceratam pecudem*] טרפה *trephah* , hoc eſt , *diſcerptum* , ſubaudiendo pecus. Intelliguntur pecudes ereptæ à feris , quæ eas partim diſcerpſerant; eáque vox , apud Thalmudicos, hoc ſenſu uſitatiſſima eſt.

Culpæ meæ hoc imputabatur] אחטנה ahhatennah , *illud peccaveram* ; hoc eſt , propterea mulctabar ; quod cùm ita ſit , peculium aliquod

ror, mihi adfuiſſet, vacuum nunc me dimiſiſſes ; *at* ærumnam meam, labotémque manuum mearum vidit Deus, & te præteritâ nocte increpuit.

43. Reſpondit Laban Jacobo, & dixit: hæ filiæ filiæ meæ, hi filii filii mei ſunt, hæ oves oves meæ, & quidquid vides id meum eſt. Ad filias meas quod adtinet, quid illis hodie, aut filiis quos pepererunt, facerem? 44. Nunc ergo veni, fœdus ego & tu percutiamus, & teſtimonio ſit inter me & te. 45. Tum ſumſit Jacobus lapidem, eúmque erectum ſtatuit, 46. & fratribus ſuis, colligite, inquit, lapides. Sumtis ergo lapidibus, acervum fecerunt, & ſuper eo tumulo convivati ſunt. 47. Vocavit eum Laban Jegar-ſahadutha, Jacobus verò Gal-hed. 48. Dixit etiam Laban: acervus hic inter

rem pollicitus erat, vacuum in Chananæam rediturum ſe fuiſſe; ſed Deum, præteritâ nocte, increpito Socero, ſui coram geſſiſſe.

43. Hæc falsò non jactari cùm probè ſciret Laban, nihil contradixit, & filiarum, nepotumque commiſeratione perculſus, ſe non veniſſe ut in ſua viſcera ſæviret repoſuit. 44. Sed velle ſe pactionem cum Genero facere, cujus monumentum aliquod eo monte, in quo erant, ſupereſſet. 45. Adſenſus eſt illico Jacobus, Labaniſque exemplo, grandiorem lapidem erectum ſtatuit, 46. & ſuos juſſit collectos per viciniam lapides circumquaque coacervare; in quo lapidum acervo convivatus eſt, cum Socero & itineris ſociis. 47. Chaldaïco nomine à Labane Jegar-ſahadutha, Hebraïco à Jacobo Galhed cumulus ille dictus eſt, quæ vocabula *Cumulum Teſtimonii* ſonant. 48. Laban enim hunc acervum pactionis à ſe cum Genero factæ monumentum fore

quod fuiſſe oportet Jacobo, de quo tamen Hiſtoria Sacra ſilet; unde enim ejuſmodi mulctas ſolviſſet?

E manu mea repoſcebas] Rationem gregis ſeverè à me exigebas, ut ſi quid periiſſet, id ego ſolverem, ut ſequentia oſtendunt. Vide not. ad Cap. IX, 5.

Seu interdiu, ſeu noctu furto ablatum fuerat.] *Furtum meum interdiu, furtum meum noctu*; hoc eſt, quidquid noctu aut interdiu abigebant fures, id quaſi furto à me ipſo ſublatum habebatur, meo ære rependendum hoc erat. Pro גנבתי *gnubthi*, eſt in Samaritico גנבת *gnubath*, furtum, omiſſo י, & *gnubothe* videntur extuliſſe LXX. qui habent κλέμματα. Hæ lectiones conſtructioni ſunt convenientiores, ſed idem ſenſus. Hæc tanta eſt iniquitas, ut intoleranda prorſus fuiſſet Jacobo, niſi greges ſervanti aliquid obveniſſet alicunde lucri. Poterat tamen fieri ut, ne paſtores negligerent ſibi commiſſas pecudes, aut furto, vel à feris ablatas mentirentur quas ipſi furati eſſent, duriores domini earum pretium à paſtoribus ſolvi ſibi vellent, ex eorum mercede. Sed quia omnem jacturam humana diligentia, quantacumque ſit, ſemper vitare nequit; Deus Exod. XXII, verſ. 10. paſtorem jurejurando purgare ſe, atque ejus jurejurando, non ære, Domino ſatisfieri voluit.

Frigus] קרח *kerahh*, quod LXX. Intt. τῷ παγετῷ, Vulg. *gelu* vertunt. Verùm quando æſtus interdiu incommodus erat, vix poterat eſſe nocte *gelu*; ſed notum eſt, etiam calidiſſimis regionibus, periculoſum eſſe nocturnum frigus, quod ante auroram oriri ſolet. Id ſentiunt qui ἀγραυλοῦσι, *ſub dio noctem agunt*, ut faciunt paſtores, quod in Cap. de Paſtoribus multis oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. I. Lib. II. Cap. XLIV. Similis mentio occurrit æſtûs diurni, & frigoris nocturni Jerem. XXXVI, 30. Itaque quamquam non nego hac voce gelu alibi ſignari, hîc tamen frigus illud, quod æſtivis etiam noctibus, ſub diei ortum, à pernoctantibus ſub dio ſentitur, intelligi oportere videtur. Hinc apud Arabas קרואח *kirvahhon*, opus ruſticum ſub dio facientem ſonat, ſine ullo tentorio. Alioqui ſi *gelu* dicere voluiſſet Jacobus, potiùs dixiſſet: *æſtate me calor, hieme gelu conficiebat.* Ne quid tamen oriretur dubii, in Paraphraſi æſtivos dies hibernis noctibus oppoſuimus.

Somnus] שנתי ſchnathi, *ſomnus meus*, præ frigore, præſertim homo ſenex, qualis erat Jacobus, qui hoc tempore à centeſimo ætatis anno non multùm aberat, dormire non poterat. Sæpe etiam à feris caulam obeuntibus, aut à latronibus excitari potuit.

41. *Servitutis fuere*] *Servii tibi.*

Decies mercedem meam mutaſti] Vide notata ad verſ. 6.

42. *Deus patris mei*, &c.] Vide not. ad verſ. 29. Cùm Abrahamus in ſua familia veri Dei inſtituiſſet cultum, quem Iſaacus ab eo edoctus ſervarat, Jacobus πατρῷον Θεὸν, hoc eſt, avi & patris, Creatorem Cœli & Terræ vocat. Sic, ut diximus, loquebantur falſorum Numinum cultores. Lar familiaris ita apud *Plautum*, in *Aulularia*, αὐτολογίζει:

Ego Lar ſum familiaris, ex hac familia
Unde exeuntem me adſpexiſtis, hanc domum
Jam multos annos eſt, cum poſſideo, & colo,
PATRIque AVOque *jam hujus; qui nunc hic*
habet.

Alioqui *patrii Dii* frequentiùs commenticii Dii erant, quàm veri, cùm tunc temporis perpaucorum patrius Deus verus eſſet.

Iſaaci terror] פחד יצחק *phahhad jitshhak*; hoc eſt, ut habet Chaldæus, *quem timet Iſaacus.* Sic Eſai. VIII, 12, 13. *Jehovam Deum exercituum ſanctificabitis, is timor veſter, is terror erit.* Falſi etiam Dei ſimulacrum, quod in luco erat 1 Reg. XV, verſ. 13. vocatur *terriculamentum* (מפלצת miphletſeth) *luci*, quòd Idololatræ lucum ſubeuntes id revererentur. Quærentibus autem quare Deus Iſaaci potiùs quàm Abrahami *terror* dicatur, nihil eſt, quod reponamus, niſi fortè Iſaacum ipſum ita loqui ſolitum; nam ad ejus mactationem paratam quod adtinet, ad quam hîc reſpici volunt Intt. Hebræi, mera eſt conjectura; nec multò minùs Abrahamum terreri neceſſe fuit, quàm Iſaacum.

inter me & te hodie teſtis erit; qua de cauſa, Gal-hed dictus eſt, 49. & Mitspha, quia dixit: ſpeculetur Jehova inter me & te, cùm alter alteri latebimus, 50. an filias meas malè ſis habiturus, ánve præter eas uxores alias ſis ducturus. Nemo eſt nobiſcum, en Deus inter me & te teſtis eſto. 51. Præterea Laban Jacobo: ecce acervum hunc, inquit, ecce erectum hunc lapidem, quem inter me & te jeci; 52. teſtis ſit hic acervus, teſtis hic lapis erectus, me non tranſiturum ad te trans hunc acervum, te item non

te dixit, conſenſitque Jacobus. 49. Dictus etiam eſt Mitspha, Hebraico ſermone, hoc eſt, *Specula*; quia hoc quoque, inter alia, dixit Laban, ex hoc jugo, in quo inter ſe paciſcebantur, veluti ex ſpecula, inter Meſopotamiam & Chananæam poſita, poſtquàm ipſi diſceſſiſſent, neque alterum ampliùs viſurus eſſet alter, Deum Abrahami, & Iſaaci obſervaturum, 50. num promiſſis ſtaret Jacobus. Se enim eum intactum dimittere, eâ lege ne umquam filias ſuas malè haberet, aut alias uxores præterea duceret. Cùm hæc Socero promiſiſſet Jacobus, teſtem eorum promiſſorum Deum, quandoquidem nemo alius eſſet pactionis arbiter, invocavit Laban. 51. Adjecit etiam erectum à ſe lapidem, & acervum circumjectum monumenta fore, 52. quibus conſpectis intelligeret in hoc monte

Mihi adfuiſſet] היה לי hajah-li *fuiſſet mihi*, i. frequentiori loquutione, עמי himmi *mecum*.

Manuum mearum] *Volarum mearum.*

Increpuit] יוכח *jokahh*, quod poteſt etiam verti *monuit*, ſubaudiendo, ne mihi noceres. *Increpari à Deo*, interdum eſt, ab eo peccati argui, ut Eſai. I, 18. *Venite & arguamur*, (hoc eſt, nos argui ſinamus, nam hæc verba ſunt Prophetæ) *dixit enim Dominus: ſi peccata veſtra fuerint inſtar coccini, nivis inſtar albeſcent.* Vide eumdem Prophetam Cap. III, 3, 4, 5. & confer Hoſeam Cap. VI, 1.

43. *Hæ oves, oves meæ*] צאן *tſon*, oves & capræ. Suas vocat Laban aut quæ ipſius fuerant, aut quæ ad filias pertinebant, quas proinde quaſi ſuas habebat; qui poſterior ſenſus magis arridet, quia hæc pacato animo à Labane proferri videntur.

Ad filias meas quod attinet] לבנותי *libnothai*, hæc conjungenda eſſe ſequentibus oſtendit verſûs finis. Nec rarò ל *quod adtinet ad* ſignificat. Vide 1 Sam. IX, 20. & apud *Ch. Noldium* ſign. 30.

44. *Fœdus ego & tu, &c.*] *Fœdus* hîc dicitur *pactio*, Gallicéque vertas: *faiſons un accord entre vous & moi.* Sic & alibi ברית *brith* ſumitur.

Teſtimonio ſit] Hoc eſt, cujus ritus teſtentur nos amicos diſceſſiſſe. Nam *teſtari*, apud Hebræos, paſſim eſt *oſtendere*, ut teſtimonium *documentum*, vel *argumentum*. Vide Pſ. L, 7. & Pſ. CXIX. ubi ſæpiùs *teſtimonia* Dei dicuntur ejus leges.

45. *Erectum ſtatuit*] ירימה מצבה *jerimeha matſeba*, de qua phraſi diximus ad Cap. XXVIII, verſ. 18. Inſtar columnæ lapidem erexit.

46. *Fratribus ſuis*] Hoc eſt, uxoribus, & filiis, quos ſolos ſecum habebat, ut verſ. 32. Adjungi tamen poſſunt ii, quos Laban ſecum adduxerat, qui adfines erant Jacobi.

Et fecerunt cumulum] Videntur & qui erant cum Labane, ſimul cum Jacobi familia, monumenti loco, lapidum tumulum feciſſe. Vide inf. verſ. 51.

47. *Jegar-Sahadutha*] Chaldaïcæ, aut Syriacæ ſunt hæ voces, unde intelligimus jam ab eo tempore in Meſopotamia alium fuiſſe ſermonem, quàm in Chananæa. Idem ſignificant ac *Gal-hed*, hoc eſt, tumulum *teſtimonii*, vel *teſtis*; quod nomen, in ſequenti commate, interpretatur Laban.

48. *Teſtis erit*] Ut lapides, aut columnæ in finibus agrorum poſitæ, ſigna ſunt, aut *teſtimonia*, quibus populorum & privatorum ſecernuntur agri, quando hac de re inter eos convenit: ſic hîc lapidum acervus, conſentientibus Labane & Jacobo, monumentum initi inter ipſos fœderis eſſe potuit, & veluti terminus, quem armatis transgredi non licuit. Sic & ſuprà Cap. XXI, 30. ſeptem agnæ ab Abrahamo dantur Abimelecho, *in teſtimonium* effoſſi à ſe putei.

Dictus eſt] קרא *Kara* paſſivè ſumitur, ut Cap. XI, verſ. 9.

49. *Mitspha*] מצפה, id eſt, *ſpecula*. Fuit urbs ejus nominis, in confinio tribuum Judæ & Benjaminis, de quâ hîc ſermo non eſt. Sed videtur in agro, qui poſtea Tribûs Gadi fuit, non procul ab eo loco, de quo hîc Moſes, urbs condita eſſe quæ *Mitspha* dicta eſt, ejúſque mentio occurrit Joſ. XI, verſſ. 3, 18. XIII, 26. Jud. XI, 11, 29. & alibi.

Speculetur Jehova inter me & te] Ut rerum latentium teſtis advocatur Deus, ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷ καὶ πάντ᾽ ἐπακούει: ſic & ſcelerum occultorum, & quorum nemo homo ultor eſt, vindex meritò cenſetur. Deſumta eſt porrò loquutio ex conſuetudine, quæ apud Orientales, alióſque populos olim fuit; ut in locis præaltis homines collocarentur; unde ſubjecta omnia ſpeculantes, adventum hoſtium prænunciarent, aut ſi quid ſubiti tumultûs in vicinis agris oriretur, quò in variis Scripturæ locis reſpicitur. Vid. Eſai. XXI, 6, 11. Hinc μεταφορικῶς, qui morum inſpectores veluti erant, Prophetæ צפים *tſophim* dicuntur, hoc eſt, *ſpeculatores* Eſai. LVI, 10. Ezek. III, 17. De Deo uſurpatur hoc verbum Pſ. LXVI, 7. & Prov. XV, 3. ubi dicuntur *oculi Dei in omni loco ſpeculari bonos & malos*, hoc eſt, obſervare quid agant, ut præmiis aut pœnis eos adficiat. Qui ſenſus quoque eſt, hoc in commate.

Non uſus eſt certè Laban voce *Jehova*, quæ ne Jacobo quidem nota erat, ſed, ut ſæpe obſervavimus, ſui ævi verba antiquis, ut plerique ſolent Hiſtorici, veluti commodat Moſes. Dixit Laban orare ſe Jacobi Deum, ut cultoris ſui perfidiæ ultor eſſet, quem ſenſum extulit more ſuo Moſes.

Cùm alter alteri latebimus] *Quia abſcondemur*

non tranſiturum ad me trans hunc acervum, húncve lapidem erectum, nocendi animo. 53. Deus Abrahami & Deus Nachoris judicent inter nos, *imò & eorum patris* Deus. Juravit Jacobus per Iſaaci patris terrorem, 54. victimámque in monte mactavit, & fratres ad comedendum panem invitavit. Comederunt ergo panem, atque in monte pernoctarunt. 55. Mane verò ſurrexit Laban, filióſque & filias oſculatus iis bene precatus eſt, profectúſque in ſuum locum rediit.

XXX. Ja-

te ſe juraſſe numquam ulteriùs tranſiturum, eo animo ut Genero noceret: Generumque pariter, illis viis, intellecturum hunc eſſe limitem, quem Socero nocendi animo tranſilire ſibi, ſine perfidia, non liceret. 53. Quibus dictis, juravit hæc ſe obſervaturum; & dictorum ſuorum Deos Nachoris avi ſui, item Abrahami magni patrui Deos, & quicumque ab eorum Majoribus culti fuiſſent, teſtes invocavit. Simili jurejurando; invocato Iſaaci patris Deo, obſtrinxit ſe Jacobus. 54. Numini poſtea patrio ritu ſacra fecit, Labanémque & qui cum eo erant ad convivium vocavit; quo per illum diem hilarè celebrato, pernoctarunt unà in illo monte. 55. Ortà luce, Laban Generum, filiaſque & nepotes complexus, iiſque bene precatus in Meſopotamiam cum ſuis rediit.

P A-

mur vir à ſocio ſuo. Sed כי chi *quando* meliùs verti hîc videtur, ut ſup. Cap. IV, 12. VI, 1. & alibi ſæpe. Poſſet tamen etiam ita concipi ſenſus: Quandoquidem alter alteri latebimus, multorum dierum itinere remoti, ingentibúſque fluviis ſejuncti, nec potero ipſe meas tueri filias, Deus eas protegat.

50. *Præter eas*] *Super filias meas.* Mirum eſt Labanem metuiſſe ne Jacobus, cui duæ uxores erant, totidémque concubinæ, ex quibus omnibus prolem ſuſceperat, & qui à centeſimo ætatis anno non multùm aberat, alias duceret uxores. Sed ex ingenio ſuo, de Genero fortè judicabat.

Nemo eſt nobiſcum] Hoc eſt, neminem hominem habemus qui obſervet quid agamus, & diſceptator jurgiorum inter nos ſit; verùm Deus horum omnium teſtis & vindex erit.

52. *Me non tranſiturum*] *Si ego non tranſibo* אם לא אעבר *im lo ebebor.* Eſt mixta hæc conſtructio *negativâ & conditionali*, ut Logici loquuntur, formâ; nam potuit dicere כי לא אעבר *quòd non tranſibo*, aut אם אעבר *ſi tranſibo*, & utriuſque idem fuiſſet ſenſus. Orta videtur ea loquutio ex Sacramentis, ubi אם & לא miſcentur. Vide not. ad Cap. XLII, 15. & Num. XV, verſ. 35.

Nocendi animo] *In malum.*

53. *Judicent inter nos*] Ultores ſint fidem fallentis. Vide not. ad cap. XVI, 5.

53. *Deus Abrahami & Deus Nachoris*] Erant enim diverſi, nam trans Euphratem Abrahami majores Diis alienis ſervierant, ut docet Deus, apud Joſuam Cap. XXIV, 2. Vide notata ad Cap. XIV, 13. Imò & *patris eorum Deus* tertium fuit Numen, pro ſuperſtitionis varietate. Abrahamus primus credebatur, poſt longum intervallum, unius Dei cultum inſtauraſſe, ut ad Cap. XIV. locum oſtendimus, quod *Philo* in Lib. de *Abrahamo* multis proſequitur.

53. *Eorum patris Deus*] Hoc eſt, Therachi. Poſt proprios invocatos Deos, communis parentis Numen, quaſi utrique reverendum, iis ſuperſtitioſus conjungit Laban. Hæc verba ſunt à LXX Int. omiſſa, quòd eorum ſenſum non adſequerentur. Samariticus Codex pro אביהם abihem *patris eorum*, habet אברהם *abraham.* Si Hebraica verba attentè legantur, facilè conſtabit ſubaudiendum aut וגם *vegam*, *imò &* (Vide Cap. XXXII, verſ. 24. aliáque apud *Ch. Noldium* loca) aut, *& jurarunt*, per Deos patris ſui, & Jacobus quidem juravit, &c. Sed prius magis placet.

54. *Victimámque*] *Et mactavit Jacob victimam.* Sacra Deo εὐχαριστικὰ, ob vitatum periculum, fecit, & ad partes victimæ quæ non adolebantur comedendas Labanem, & qui cum eo erant invitavit. Solebant amici ad ejuſmodi ſacrum invitari. Vid. 1 Sam. IX. Sic etiam Ethnici factitabant, quod pluribus exemplis oſtendi poſſet, ſi neceſſe eſſet. Vide *Mericum Caſaubonum* ad Diog. Laërtii Lib. II. §. 130. Hinc factum ut זבח *zebach*, non *victimam* tantùm, ſed & convivium ſignificaret, ut Proverb XVII, 1. *Melius fruſtum panis, & cum eo pax, quàm domus plena jurgioſis conviviis* זבחי ריב *zibbhe rib.*

Fratres] *Adfines*, nempe, Labanem & ſuos.

Ad comedendum panem] Modeſtior eſt convivii circumloquutio, frequens Hebræis. Vide Cap. XLIII, 24. & Dan. V, 1. Sed & לחם *lebhem* carnem victimarum cæſarum ſignificare poteſt, ut Levit. III, 11. & alibi.

55. *Oſculatus*] *Et oſculatus eſt — & benedixit — & abiit — & rediit:*

In ſuum locum] Charras, in patriam.

XXX. Jacobus ad Heſavum accedere veritus, viſione mirificâ recreatur; munera præmittit, ad ejus animum placandum; & cum Angelo luctatur, à quo ſuperato Iſraëlis nomen accipit.

CAPUT XXXII. 1. JACOBUS iter ſuum perrexit, occurrerúntque ei Angeli Dei, 2. quos cùm vidit Jacobus, hæc *ſunt*, ait, Dei caſtra, eíque loco Machanajim nomen impoſuit. 3. Poſtea miſit ante ſe ad fratrem Heſavum, in regionem Sehiris, in agrum Edomi, nuncios; 4. mandatíſque eos inſtruxit, & ſic, ait, domino

PARAPHRASIS.

1. JACOBUS, profecto Socero, iter ad Jordanem per Baſanitidem ingreſſus eſt, nec procul à ſe ingentem numerum Angelorum, à Deo ad ſui cuſtodiam miſſorum animadvertit; 2. quo factum eſt ut illic caſtra Dei eſſe diceret, iſque locus poſtea, ea de cauſa, ab Hebræis Machanajim, hoc eſt, *duplicia Caſtra* vocaretur; quòd præter caſtra Jacobi, Angelica, eodem tempore, illic eſſent conſpecta. 3. In Baſanitide cùm etiamnum verſaretur, ad Heſavum fratrem, quem Sehirem montem, expulſis veteribus colonis, occupaſſe audiverat, dum in Meſopotamia eſſet, nuncios mittendos cenſuit, qui ejus animum erga ſe explorarent; ne fortè in hominem vetere odio turgentem incideret, atque ab eo malè haberetur. 4. Itaque ſelectos aliquot ex ſervis parare ſe itineri juſſit, paratóſque hiſce mandatis inſtruxit, ut quam molliſſimis verbis Heſavum convenirent, dice-

COMMENTARIUS

In CAPUT XXXII.

1. I*Ter ſuum perrexit*] *Ivit viam ſuam.*

Occurrerunt ei Angeli Dei] An hæc in ſomnis facta ſint, an à vigilante conſpecta dubium eſt; poſterius tamen malim. Quemadmodum abeunti Deus oſtendit plures Angelos, per ſcalam adſcendentes, & deſcendentes, quaſi miniſtros ad eum tutandum paratos: ſic nunc redeunti & anxio iidem obviam procedunt, ut intelligat nihil eſſe cur timeat, nam Deum, qui perpetuò ſe ipſi adfuturum ſpoponderat, adeſſe reduci. Vide Cap. XXVIII, 15. Hos autem Angelos vult *Salomo Jarchi* intelligi Iſraëliticæ terræ præfectos, qui occurrerint Jacobo, ubi à Syriæ Angelis dimittebatur. Sed hæc eſt conjectura Rabbinica.

2. *Quos cùm vidit*] *Et dixit Jacob cùm vidit eos.* Hæc diurnam viſionem deſcribere videntur.

Caſtra Dei] Quòd multos ſimul videret Angelos, in unum locum congregatos, quaſi unà iter facerent, qualia erant ipſius Jacobi *caſtra*, de quibus in hoc Capite. Alii ad bellica caſtra reſpici volunt, quaſi *cæleſtes exercitus* ad dimicandum pro ſe paratos viderit Jacobus. Sic Pſ. XXXVI, 8. *caſtrametatur*, ait Pſaltes, *Angelus Jehovæ circa timentes eum, eóſque liberat.*

Machanajim] Hoc eſt, gemina caſtra, non quòd duplicia Angelorum fuerint caſtra, ſed quòd præter Angelica eſſent etiam Jacobi ipſius caſtra, hoc eſt, familia cum pecoribus. In hoc loco videtur poſtea urbs condita, eóque nomine appellata in Tribûs Gadi agro, quæ Levitis ceſſit Joſ. XXI, 38. Ejus etiam meminit *Hieronymus* in locis Heb. ubi malè *Manaim* pro *Maanaim* vocatur, culpâ librariorum, in Edit. *Gryphiana.*

3. *Poſtea miſit*] *Et miſit Jacob.* Ex Peræa, antequàm Jordanem trajeciſſet, ut ex Cap. ſequenti liquet.

In agrum Edomi] Ut loquebantur tempore Moſis, quamvis enim eum tractum, abſente Jacobo, invaſiſſet Heſavus, vix tam citò nomen videtur mutaſſe. Tam procul autem ad Heſavum miſiſſe nuncios videtur Jacobus, ut per eos ejus animum erga ſe exploraret, & conſilium inde ſibi ſalubre caperet.

4. *Sic, ait*] *Dicens, ſic dicetis.*

5. *Sunt mihi boves*] *Et fuit mihi bos, & aſinus, ovis, & ſervus & ſerva.* Hoc eſt, numeroſos greges comparavi, ſervitia, &c. שור *ſchor* dicuntur *armenta*, צאן *tſon*, minores pecudes, nimirum, capræ & oves. Vide Cap. XII, 16.

Oves] Eſt in Samaritico וצאן *vetſon*. καὶ πρόβατα, ut LXX. habent. Sed in noſtro Codice nullum huic voci præfigitur ו, ut deberet ex Linguæ Sacræ conſuetudine; quæ ubi plura enumerat, omnibus, excepto primo, conjunctionem addit.

Servi & ancillæ] Quamvis ſervitia ubique inter Veterum divitias recenſeantur, haud temerè videtur hîc eorum mentio injici. Sic & ſuprà Cap. XII, 5. inter opes Abrahami & Loti, ex Syria in Chananæam diſcedentium, memorantur diſertè *ſervi quos adquiſierant.* Cujus rei hæc eſt cauſa, quòd in iis oris ingens eſſet ſervorum copia, indéque emti per totum orbem à Tyriis & Sidoniis aveherentur. Hinc *Syrorum* frequens in Comœdiis ſervorum nomen. *Cicero* in Oratione de Provinciis Conſ. Cap. V. *Publicanos tradidit in ſervitutem Judæis & Syris, nationibus natis ſervituti. Livius* Lib. XXXV, 49. inducit T. Quint. Flamininum contra Antiochi oratorem exercitus Regis jactantem, hæc dicentem: *Syros omnes eſſe, haud paullò mancipiorum melius, propter ſervilia ingenia, quàm militum genus.* Iidem L. XXXVI, 17. *ſervituti nati* dicuntur.

Ut apud te gratiam, &c.] *Ad inveniendam gratiam in oculis tuis.* Videtur hoc dici ab Jacobo, ut intelligeret Heſavus ſe non eſſe opum egenum, neque redire in Chananæam eo animo ut, Primogeniti ſibi olim vendito jure, here-

no meo Heſavo dicetis: ſic dicit ſervus tuus Jacobus: apud Labanem peregrè fui, atque adhuc moratus. [5] Sunt mihi boves, aſini, oves, ſervi & ancillæ, miſique nunciatum domino meo, ut apud te gratiam mihi conciliarem. [6] Reverſi ſunt ad Jacobum nuncii, & ivimus, inquiunt, ad fratrem tuum Heſavum; obviam etiam tibi cum quadringentis viris venit. [7] *Quo audito*, timuit vehementer Jacobus, atque in *iis* anguſtiis populum qui ſecum erat, oves, boves & camelos in duo caſtra diviſit. [8] Dicebat enim: ſi venerit Heſavus ad altera caſtra, eáque ceciderit, caſtra quæ ſupererunt evaſerint.

[9] Tum Jacobus *Deo*, ô Deus, inquit, patris mei Abrahami, Deus patris mei Iſaa-

cerént que minorem natu fratrem Jacobum, qui per viginti annos apud avunculum Labanem peregrè fuerat, in Chananæam adventare, [4] omni divitiarum genere gravem; ſed noluiſſe eum Jordanem trajicere, antequàm majorem natu fratrem, quem in Sehire monte regnare acceperat, adventûs ſui certiorem faceret, ejuſque gratiam ſe internunciis ambiret. [6] Profecti nuncii mandata heri exſequuti ſunt, nec multò poſt ad eum reverſi quid egiſſent apud Heſavum expoſuerunt; eum autem reſpondiſſe ſe fratri obviam iturum, & cum agmine quadringentorum virorum expeditorum ſequi. [7] Hoc audito, Jacobus, ne ſibi nocendi animo frater, tanto agmine ſtipatus, obviam veniret vehementer ſuſpicatus eſt. Deinde dividendi agminis ſui in duo caſtra conſilium iniit, [8] alterutra tantùm ab Heſavo, ſi ſibi etiamnum iratus eſſet, invadi poſſe, & dum diripiendis alteris impediretur, altera ſalutem fugâ inventura eſſe ratus.

[9] Deinde ad preces converſus, & in genua procumbens: ô Deus, inquit, qui avo & patri eorum

reditatis paternæ beſſem ſibi vindicaret; quâ teſtificatione, ſine dubio, ei Heſavi conciliabatur animus. Alioqui divitiæ Jacobi illi Heſavum placare neutiquam poterant.

7. *Et in iis anguſtiis — diviſit*] *Et anguſtia fuit ei, & diviſit.* Vide not. ad Cap. XXVI, verſ. 22.

Populum] Familiam, nam עם *ham* de quavis multitudine dicitur.

8. *Dicebat enim*] *Et dicebat*, hoc eſt, animo reputabat, ut paſſim.

Evaſerint] *Erunt in evaſionem.* פליטה *pleta*, & *fugam* ſignificat, ſeu *liberationem*; & eos qui fugiunt, ſeu liberantur. Vide Habdiæ comma 17. Utrovis modo intelligatur hîc, perinde eſt; phraſis tamen poſteriorem videtur poſtulare ſignificationem. Vide & infra Cap. XLV, 7. Hæc autem videtur eſſe mens Jacobi, dum Heſavus alterutrum agmen cæderet ac diriperet, alterum fugâ ſalutem inventurum.

9. *Patris mei Abrahami*] Hoc eſt, *Avi*, ſed non habent Hebræi vocem, quâ *Avum* dicant. Hîc *Deus Abrahami* & *Iſaaci* non eſt tantùm Deus quem coluerunt illi, ſed Deus qui ſe eis fauturum pollicitus erat. Vide not. ad C. XVII, verſ. 8. Jacobus enim Deo veluti in memoriam promiſſa revocat.

10. *Dignus non eram omni illa benignitate*] *Minor eram omnibus illis benignitatibus.* Eſt Hebraiſmus, cujus, cùm verba non poſſemus omnia, ſenſum expreſſimus. Sic *Onkelos*: זעירן זכותי *minora ſunt merita mea omnibus benignitatibus.* Alii aut verba, de ſenſu ſecuri, tranſtulerunt, aut neſcio quid quod cum Hebraïcis verbis non conſentit habent, ut οἱ LXX. qui convertunt: ἱκανούσθω μοι ἀπὸ πάσης δικαιοσύνης, hoc eſt, *ſufficiat mihi omnis benignitas*, &c.

Omni fide quam mihi præſtitiſti ſervo tu] *Omni veritate quam feciſti cum ſervo tuo.* אמת *emeth* ſunt officia amicorum erga amicos, quæ pro ſua benignitate ac fide præſtari ab iis par eſt. Vide not. ad Cap. XXIV, 27.

Cum ſcipione meo trajeci] *In baculo meo*, hoc eſt, cùm nihil præter baculum poſſiderem, & exiguum viaticum. Eſt aliquid in hac phraſi παροιμιῶδες, unde Onkelos: *ſolus trajeci Jordanem.*

In duo caſtra evaſi] *Sum in duo caſtra*, ut alibi ſæpe. Vide not. ad Cap. II, 7.

11. *Matrem poſt liberos*] Aut, *ſuper filios.* Eſt παροιμιώδης loquutio, quâ & crudelitas ſumma, & occidio omnium eorum, de quibus ſermo eſt, ad internecionem uſque, ſignificatur. Exſtat etiam Hoſe. X, 14. *Orietur tumultus inter populos tuos, munimenta tua evertentur, ut evertit Salman Betharbelam, die belli, quo mater ſuper filiis alliſa eſt.* Deſumta eſt ea loquutio ex eo quod fit interdum in urbibus impreſſione captis, & occidioni damnatis; ubi crudelis miles non omnes modò, ſed ſæpe etiam parentes poſt liberos trucidat. Sic poſt occiſos ſeptem filios exquiſitiſſimis ſuppliciis, matre ſpectante, hanc quoque interemit *Antiochus*, ut docet nos Machabaïca Hiſtoria, & libro ſingulari *Joſephus.* Sic apud *Virgilium* Æneid. II. Priamus dira Pyrrho imprecatur, quòd

—— nati coram ſe cernere letum
Feciſſet:

& Æneas ejuſdem deſcribens ſævitiam:

Jámque aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus,
Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.

Nihil atrocius certè fieri queat, quàm parentes cogere liberorum cædis ſpectatores eſſe, & cùm eò deventum eſt crudelitatis, nihil ampliùs religioni eſſe poteſt. Hinc miſerabile certamen interdum conſpectum, inter parentes & liberos, utri priores occiderentur. Κόϊντος ὁ τοῦ Κικέρωνος ἀδελφὸς ἅμα τῷ παιδὶ καταληφθεὶς, ἐδεῖτο τῶν σφαγέων πρὸ τοῦ παιδὸς αὐτὸν ἀνελεῖν, τὰ δὲ ἐναντία καὶ τοῦ παιδὸς ἱκετεύοντος, οἱ σφαγεῖς ἔφασαν ἀμφοτέροις διαιτήσειν, καὶ διαλαβόντες ἑτέρου ἑτέρους κατὰ σύνθημα φονεῖς ἀνεῖλον ὁμοῦ: *Quintus Ciceronis frater comprehenſus unà cum filio, percuſſores orabat, ut ſe ante filium occiderent; ſed contraria petente filio, percuſſores dixerunt utrique ſatisfactum iri, atque alterum alteri comprehendentes, ſigno dato ſimul necaverunt.* Crudelior fuit Simon Idumæus, qui Jeroſolimâ obſeſſâ, Mat-

 thiam,

Iſaaci, Jehova qui mihi dixiſti, revertere in patriam, atque ad cognationem tuam, & tibi benefaciam; [10] dignus non eram omni illa benignitate, & omni fide quam *mihi* præſtitiſti ſervo tuo, hunc enim Jordanem cum ſcipione meo trajeci, nunc verò in duo caſtra evaſi [11] Eripe me, quæſo, è manu fratris mei, è manu Heſavi; vereor enim ne veniat, & matrem poſt liberos trucidet. [12] Tu *mihi* dixiſti, tibi benefaciam, ſobolemque tuam, inſtar arenæ maris, quæ præ multitudine numerari nequit, reddam.

[13] Al-

rum poſteris fauturum te pollicitus es; qui me etiam in natale ſolum, ad parentes redire juſſiſti, novâque in me promiſiſti te in Chananæa beneficia collaturum; [10] gratias tibi habeo & ago maximas, quod me tanta benignitate indigniſſimum tam conſtanter, omnibus temporibus meis, defenderis, & tot opibus cumularis. Cùm enim in Meſopotamiam veni, ſolus cum ſcipione Jordanem vicinum trajeci, nunc verò mecum geminum agmen pecoris multitudine & ſervitus grave traho, quæ tuæ debeo liberalitati. [11] Jam autem oro te me iræ Heſavi fratris, quacumque videbitur ratione, eripias; vereor enim ne, vetere irâ percitus, me cum tota familia internecione deleat. [12] Memor eſto promiſſionis tuæ, quâ numeroſiſſimâ ſobole me à te donatum iri pollicitus es; nec

thiam, à quo intromiſſus in urbem fuerat, *ἱκετεύουσαν δ' ἀναιρεθῆναι πρὸ τῶν τέκνων καὶ ταύτην αἰτουμένην τὴν χάριν, ἀνθ' ὧν ἀνοίξειεν αὐτῷ τὴν πόλιν, τελευταῖον ἀνελεῖν ἐκέλευσεν*: *ſupplicantem ut occideretur ante liberos ſuos, & hanc gratiam petentem quòd aperuiſſent ei urbem, poſtremum occidere juſſit.* Sic *Joſephus* Belli Jud. Lib. V. c. 32. in Græcis. Qui hæc animo reputabunt, quàm malè de Heſavo ſenſerit Jacobus, & quanto in metu verſaretur intelligent. Hujus autem ſævitiæ etiam in brutis ſpeciem vetuit Deus, Deut. XXII, 7. Simili phraſi ad internecionem ſignificandam utitur Jeremias Cap. XIII, 14. *Alios alios collidam, & patres & filios ſimul, ait Jehova, non parcam, non ignoſcam, non miſerebor.*

12. *Sobolem tuam — reddam*] *Ponam ſemen tuum*, Vide Cap. XXVIII, 14.

Numerari nequit] לא יספר *lo jiſſapher*, non numerabitur. Vulgatum ſequuti ſumus, atque hæc eſt manifeſtò vis Futuri, hoc in loco. Quod frequens eſt in Proverbiis & Sententiis, ut Prov. X, 2. *Non proderunt* (יעילו johilou) *theſauri impietatis, ſed juſtitia morti eripiet*; hoc eſt, prodeſſe non poterunt. Vide & Cap. XI, 4. XII, 3.

13. *Cepit — munus Heſavo*] Hoc eſt, ex facultatibus ſuis ſelegit munus, quo Heſavum donaret. Sic Pſalm. LXVII, 19. *Sumſiſti dona* באדם *in hominibus*, vertit Paulus Epheſ. IV, 8. *ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις*, *dedit dona hominibus*; quaſi eſſet לאדם *laadam*, ut hîc לעשו *lheſchau*. Vide & Exod. XXV, 2. 1 Reg. XVII, 10.

14. *Hircos viginti*] תישים *thejaſchim* eſſe *hircos* oſtendit *Sam. Bochartus*, Hieroz. Part. I. Lib. 2. Cap. 54. obſervátque hîc inter maſculos & fœmellas proportionem ſervari decuplam, quam *Varro* de RR. Lib. II. Cap. 3. ſuo commendat exemplo: *de maribus*, inquit, *& feminis idem ferè diſcrimen, ut alii ad denas capras ſingulos parent hircos, ut ego.*

Camelos lactantes] גמלים מיניקות *gmallim mnikoth*; nempe, גמלים quamquam terminatione maſculinâ, hîc fœmininum eſt, ut in vocibus communis generis ſæpe fit. Lactantes Camelos potiùs quàm alias, fratri dat Jacobus, quia, ut Veterum plurimi magno conſenſu docent, *Cameli lac habent, donec iterum graveſcant, ſuaviſſimúmque hoc exiſtimatur, ad unam menſuram tribus aquæ additis*, quæ verba ſunt *Plinii* Lib. XI. Cap. 41. ex *Ariſtotele* tranſlata, Hiſt. Animal. Lib. VI. Cap. 26. Alia congeſſit teſtimonia *Hierozoici* Part. I. Lib. 2. Capit. II. *Sam. Bochartus*. Idem ex *Hieronymi* contra Jovinian. Lib 2. Cap. 6. obſervavit *Arabas & Saracenos, & omnem Eremi barbariam Camelorum lacte & carnibus vivere.* Quod etiamnum hodie factitant, ut facile eſſet ex hodiernis Scriptoribus, qui loca adierunt, oſtendere. Ejus tamen eſum vetuit Judæis Moſes, qua de re ad Levit. XI, 4.

Vaccas quadraginta & tauros decem] Diſpar proportio ac verſu ſuperiore, licèt Taurorum ſalacitatem prædicet *Ariſtoteles* Hiſt. Animal. Lib. VI. Cap. 21. Hîc autem vertimus פרים *pharim* & פרות *pharoth*, *tauros* & *vaccas*; quæ ſolent *juvenci* & *juvencæ* reddi; quia non de vitulis ſermo eſt, ſed de ætatis majoris armentis. David Pſ. LXIX, 32. פרים *pharim* cornutos deſcribit, & פרה dicitur jam partu fecunda Job. XXI, 13. & lactans 1 Sam. VI, 7, 10. Non negarim quidem de junioribus etiam uſurpari, ſed in munere præſtat ætatis integræ jumenta intelligere, quàm vitulos, qui tanti non fuiſſent. Sic LXX. *ταύρους δέκα.* Vulg. quoque *tauros*, ſed ſine ratione *viginti*. *Maimonides* etiam פר *phar* taurum bimum interpretatur, & *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. 1. Lib. 2. Cap. XXVIII. vocem haud ineptè deducit ab Arabica radice فر *pharra*, id eſt, *detexit jumenti dentes, ut videat quot annos agat*, quæ & in quarta conjugatione exponitur, ubi de pecoribus ſermo eſt, *ceciderunt dentes ejus lactentes, & alii ſuborti ſunt.* Veriſimile igitur eſſe cenſet ſignificari voce פר *phar* juvencum qui emittit dentes primigenios, ut illis alii ſuccedant, quod bimis accidere docet *Ariſtoteles* Hiſt. Anim. Lib. VI. Cap. 21.

16. *Gregéſque ſeorſim*] *Gregem, gregem ſeorſim*, hoc eſt, ſingulorum generum gregem ſeorſim. Illa repetitio, apud Hebræos, ſæpe diſtributionem ſonat, ut ſuprà Cap. VII, 2. ubi vide notata.

Inter greges] *Inter gregem & inter gregem.*

17. *Mandata hæc dedit*] *Præcepit, dicendo*, &c.

Cujus hæc ſunt quæ te præcedunt] *Ante faciem tuam*, hoc eſt, pecudes, aut jumenta quæ ante te agis.

19. *Hiſce*

13. Atque in eo loco pernoctavit eâ nocte, & cepit ex iis quæ ad manum erant munus Heſavo fratri, 14. capras ducentas, & hircos viginti; oves ducentas, & arietes viginti; 15. camelos lactantes, pullóſque eorum triginta; vaccas quadraginta, & tauros decem; aſinas viginti & pullos decem. 16. Tradidit hæc in manum ſervorum ſuorum, gregéſque ſeorſim *collocavit*, & ſervis, ante me, inquit, tranſite, atque intervallum inter greges ponite. 17. Tum primo mandata hæc dedit: cùm occurrerit tibi, inquit, Heſavus frater meus, & interrogaverit te, hiſce verbis: cujus es & quò is? cujus

nec eam ab Heſavo fratre irritam fieri ſiveris.

13. Quo loco haſce preces concepit Jacobus, pernoctavit, & munus, quod ad Heſavum præmitteret, parare cœpit. 14. E gregibus caprini & ovilli generis ſelegit capras ducentas, & totidem oves, arietéſque & hircos vicenos. 15. E jumentis verò ſegregavit camelos lactantes triginta, unà cum pullis, vaccas quadraginta, tauros decem, aſinas viginti, & pullos decem. 16. Sequente die, ſervos huſce gregibus ſeorſim collocatis præfecit, juſſitque proficiſci, & ne greges miſcerentur cavere; ſed interſtitiis interpoſitis, longo agmine incedere. 17. Deinde primo in mandatis dedit, ut occurrenti ſibi Heſavo & ſciſcitanti quis eſſet, quò iret, & cujum

19. *Hiſce verbis, ait*] *Dicendo, juxta hoc verbum.*

20. *Poſt nos*] אחרינו *abbarenon.* In Samaritico, ante hanc vocem eſt בא *ba*, hoc eſt, παραγίνεται, ut habent LXX. Intt.

Ajebat enim] Hoc eſt, cogitabat, ut ſæpe. De induſtria autem greges, quos Heſavo dabat, inſtar longæ pompæ, interpoſitis intervallis, agi juſſerat; quia ſi quæ ira Heſavo ſuperfuiſſet, placari faciliùs poterat diſtinctis muneribus, quàm ſi omnia ſimul data eſſent. Nam præterquàm quòd major erat munerum ſpecies, tempus ipſum ad iram ſedandam multùm conducere poterat, atque iterata munera, quæ ejus ad fratrem iter morabantur, & erant veluti iteratæ Jacobi preces, quibus veniam ab eo petebat, & fraternæ caritatis admonebat. Itaque Jacobus fratris iram, multiplici ratione, placatum ivit. Munera obtulit, quæ quamquam per ſe fortè non ſpernenda, attamen gratiora erant, quia dantis animum oſtendebant. Obnoxii hæc certè animi, & culpam fatentis erant; quæ res vel recentem iram ſedare potuiſſet, nedum ut tempore mitigatam effervеſcere ſineret. Qui ſibi ſponte mulctam imponit, ut hîc Jacobus, quamvis nihil verborum, ad excuſandam culpam, addat, ferociſſimum etiam animum mollit. *Munus latens*, ait Salomo Prov. XXI, 14. *tegit excandeſcentiam, donúmque in ſinu iram vehementem*; ubi *munus latens* videtur id eſſe cujus diſſimulatur cauſa. Deinde etiam ne ſtatim in ſe incideret Heſavus, ſtudiosè caver, ut poſſet, dum dona contemplatur, in animum quæ modò diximus revocare. *Maximum eſt iræ remedium mora, nec ab illa pete initio ut ignoſcat, ſed ut judicet. Deſinet ſi exſpectat, nec univerſam illam tentaveris tollere, graves habet impetus primos; tota vincetur, dum partibus carpitur.* Quod *Senecæ* monitum eſt Lib. 2. de Ira, Cap. 28. Vide & Lib. 3. Cap. 12. Notum etiam eſt præceptum *Athenodori*: ὅταν ὀργισθῇς μηδὲν εἴπῃς μηδὲ ποιήσῃς πρότερον ἢ τὰ εἴκοσι καὶ τέτταρα γράμματα διελθεῖν πρὸς ἑαυτὸν, *cùm iratus fueris, nihil dixeris, neque feceris, priuſquàm apud te viginti quatuor literas recitaris. Plutarchus* in Apophthegmatibus.

Eum placabo] *Faciem ejus placabo.* Vide ad ſequens comma.

Vultum ejus videbo] Non priùs in ejus conſpectum veniam, quàm munus meum viderit, & apud ſe quid illud ſibi velit, & quo modo ſe erga me gerere deceat conſiderarit.

Me amicè excipiet] ישא פני *jiſcha phanai*, hoc eſt, *tollet*, aut *feret vultum meum*, quæ phraſis frequens apud Hebræos, ſi ad verbum vertatur, à Latinè tantùm ſcientibus in alienum ſenſum torqueretur; nam *ferre vultum* alicujus Latinè eſt, audere eum adſpicere. Hîc verò amicus congreſſus ſignificatur, nec erat quod vereretur Jacobus ut ſe Heſavus in ſe oculos adtollere auderet; hic ad ipſum pertinebat metus, qui fratris vultum, ob ſimultatem, ferre non ſuſtinebat, niſi præmiſſo munere. De phraſi hac egimus ad Cap. XIX, 21. ubi ſimili ferè ſenſu occurrit, nam *rationem alicujus habere*, atque *eum benignè excipere* adfinia ſunt. Sed ut ſimiliora exempla proferamus, 2 Reg. V, 1. *Nahamam dux exercitûs Regis Syriæ erat vir magnus coram Domino ſuo* נשוא פנים *ounſchou phanim*, *&* *acceptus facie*, hoc eſt, ex intimæ admiſſionis amicis. Sic & Eſaias III, 3. Jeroſolimitanorum recenſens primores, quorum vaticinatur captivitatem, ait amotum iri *ducem quinquagenorum, acceptum vultu, conſiliarium*, &c. ubi *acceptus vultu* idem ac quem Latini *gratia florentem* dicunt. In priori loco, LXX Intt. habent τεθαυμασμένος προσώπῳ, in altero θαυμαστὸς, quæ nec Hebraïca, nec Græca eſt loquutio. Vulgatus *honoratam & honorabilem vultu*, quod poteſtatem Hebraicæ phraſeωs nequaquam exprimit.

21. *Ante eum*] על פניו *hal phanau*, hoc eſt, priuſquàm ex eo loco, in quo erat, proficiſceretur, juſſit eos qui munus Heſavo agebant Jabbokum trajicere. Igitur hîc על פני *hal phne* eſt adverbium loci & temporis ſimul, quod non malè expreſſerunt LXX. Intt. his verbis: προεπορεύοντο τὰ δῶρα κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, & Vulg. *præceſſerunt munera ante eum.*

Ceterùm non prætermittendum eſt, in ſuperiore & hoc verſu, vocem פנים *phanim* quinque variis modis conſtructam, & quatuor diverſis ſignificatibus legi; unde colligere eſt Hebræos nec repetitiones earumdem vocum vitaſſe, & ambiguitate gaviſos. Verba Lectoris oculis ſubjiciemus, quia ea Latinæ Linguæ idioma in Tranſlatione exprimi paſſum non eſt: *Placabo faciem ejus* (פניו phanau) *munere, eunte ante faciem meam* (לפני lphanai) *&* *poſtea videbo faciem ejus* (פניו phanau) *fortaſſe accipiet faciem meam* (פני phanai) *&* *tranſivit munus*

cujus hæ ſunt quæ te præcedunt? 18. dices, ſervi tui Jacobi, munus eſt quod domino meo Heſavo mittit, atque eece ipſummet poſt nos. 19. Mandata etiam dedit ſecundo, & tertio, omnibúſque greges ſequentibus, atque, his verbis, ait, Heſavum, quando in eum incidetis, adloquemini, 20. dicetiſque: en etiam ſervum tuum Jaco-

cujum pecus ageret; [illegible] reſponderet ſervum ſe eſſe Jacobi fratris ejus natu minoris, eas pecudes munus ſe ei Jacobi juſſu agere, ipſúmque Jacobum eodem itinere adventare. 19. 20. Iiſdem mandatis quinque alios ſervos, ſingulis gregibus præfectos; inſtruxit. Sperabat ſe hoc munere, longo ordine in-

nus ante faciem (על פניו hal phanau) *ejus*. Primus ſignificatus eſt in phraſi *placare faciem*, quæ idem ſonat ac iram placare, quia ut in vultu maximè iræ indicia apparent: ſic & animi placati argumenta certa cernuntur. Unde ira interdum facies vocatur, ut Pſal. XXI, 10. *Pones eos ut clibanum ignis, tempore faciei tuæ*, hoc eſt, iræ. Vide & Thren. IV, 16. Secunda ſignificatio eſt in voce לפני *lphanai*, quæ idem ſonat ac *ante me*. Tertia in ſequente פניו *phanau*, quæ eſt vultus propriè dictus. Quarta in *acceptione faciei*, quam modò exponebamus. Quinto loco occurrit vox, eodem ſenſu ac ſecundo. Vide not. ad Cap. III, 7.

In caſtris pernoctavit] Cum uxoribus, liberis, & familia. Quod de tribus fortè noctis vigiliis intelligendum, nam quæ ſequuntur quartâ videntur geſta.

22. *Eadem ſurrexit*] *Et ſurrexit nocte illâ*, nimirum, ante auroram.

Et adſumtis, &c.] *Et ſumſit — & tranſivit*, hoc eſt, unà cum illis ante lucem tranſiit.

Jabbokus autem torrens fuit ſeptemtrionalis terminus regionis Hammonitarum, quem tranſgreſſi non ſunt Iſraëlitæ. Vide Deut. II, 37. & III, 16. *Hieronymus* in locis Hebraïcis: JABOCH, *fluvius quo tranſmiſſo, luctatus eſt Jacob adverſus eum qui ſibi adparuerat. Fluit autem inter Hammon, hoc eſt, Philadelphiam, & Geraſam, in quarto milliario ejus, & ultra procedens Jordani fluvio commiſcetur.* Cùm non procul ab hoc fluvio occurrerit Heſavus Jacobo, illum Jordanem trajeciſſe, ut fratri obviam iret, intelligimus; & quidem ex Idumæa profectum, hoc eſt, longum iter propterea feciſſe; quæ fortè cauſa erat cur tantopere timuerit Jacobus, cùm eum adventare audiit, quia non credebat amicitiæ causâ tam procul venturum.

23. *Eos adſumtos — tranſmiſit*] *Et cepit eos, & fecit eos tranſire torrentem, & tranſire fecit omne quod ſibi fuit.* Eſt quidem hîc repetitio, ſed videtur addita, ut Jacobi mora poſt alios, ei tranſitui opponatur.

24. *Jacobus verò ſolus manſit*] Videtur ſeorſim ab aliis manſiſſe, atque omnes ſuos ſequutus, aut ut ultimus in conſpectum fratris veniret, ſi fortè eâ nocte ei occurrendum eſſet; aut à ſtrepitu familiæ ſemotus intentiores preces funderet; quod utrumque ab eo factum, in ſuperioribus vidimus. Cùm autem lucta, cujus ſequitur hiſtoria, haud aliter narretur, quàm narrari poteſt res verè geſta; ſunt tamen qui velint ſomnium hîc duntaxat Jacobi referri, hiſce de rationibus. 1. Incredibile videtur noctu Jacobum cum homine ignoto luctaturum fuiſſe, quem gladio, aut ſagittis potiùs excepiſſet, quàm pugnis, aut lacertis: 2. Quî Jacobus ſenex ferè centum annos natus luctari potuit? & quidem ita ut vinceret: 3. Qui hujus luctæ uſus, de quo Moſes ne γρῦ quidem? 4. Difficilis eſt concoctu lucta viri mortalis cum Angelo, & quidem victo; cùm præſertim Angeli, ut Jacobum juvarent, non ut oppugnarent, miſſi fuiſſent. Si objicias narrationem rei quaſi geſtæ, ſimilis narrationis exemplum adferunt ex Hoſeæ I. ubi propheta meretricem ducere jubetur, & duxiſſe narratur, cùm res in ſomnis tantùm acta fuerit. Sed non conſtat an Hoſeæ Cap. I. ſomnium habeatur; deinde quarta & tertia ratio non minùs ſomnio, quàm hiſtoriæ objici poſſunt. Aliis, in ipſius Hiſtoriæ expoſitione, reſpondebimus.

Vir] איש *iſch*, hoc eſt, vir quidam quem non noverat. Ad Jacobum hîc videtur amicè acceſſiſſe, atque etiam inermis, alioqui latro haberi potuit, nec lacertis, ſed gladio, aut telis excipi. Quâ occaſione luctari cum Jacobo cœperit, tacente Moſe, nemo dixerit; ſed ea de re mox agemus. Cùm autem hic, qui ſub viri ſpecie Jacobum adgreſſus eſt, infrà verſſ. 28 & 30. dicatur אלהים elohim *Deus*, & Hoſ. XII, 4. מלאך *Angelus*; multa hîc movent Intt. quorum potiſſima obiter, ut in re obſcura, recenſebimus. Satis quidem conſtat Angelum hîc eſſe, non virum mortalem; ſed quæritur quis ſit Angelus, deinde qua de cauſâ cum Jacobo luctari cœperit? Ad prius quod adtinet, haud tolerabilis videtur eorum ſententia, qui malum Angelum fuiſſe volunt; neque enim ſibi Cacodæmonem bene precari tantopere optaſſet Jacobus. *R. Salomo Jarchi* qui ait שר על עשו *ſar hal Heſau* fuiſſe, hoc eſt, bonum Heſavi Genium, ſeu Angelum ejus cuſtodiæ à Deo præfectum, hariolum agit. Qui Michaëlem ex priſcis Rabbinis, teſte *D. Kimchio*, adfirmabant, haud certiora adſerebant. Sunt denique, qui dicant hîc intelligendum ipſum Creatorem omnium Deum, qui, humanâ ſpecie [illegible] adſumtâ, cum Jacobo luctatus ſit. Sed præterquàm quòd non conſtat an uſquam Deus ipſe *Angelus ſui* dicatur (nam obſcurus eſt locus Malach. III, 1.) parum profectò reverenter de Deo cogitant, qui tantillam ob rem, ut, ſcilicet, cum homine mortali veluti per ludum luctaretur, & ab eo vinci ſe ſimularet, eum humanam formam adſumſiſſe cenſent. Nec, ſi quidquam ejuſmodi credidiſſet Paulus, uſque adeò Filii Dei extuliſſet amorem in genus humanum, quo factum *ut ſemet ipſum exinanierit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo* (Philip. II, 7.) cùm ſæpe humani corporis phantaſma, ſi nonnullis credimus, ſine gravî ulla cauſa induiſſet. Et tantùm quidem abeſt ut lucta

Jacobum poſt nos. Ajebat enim, cum munere me antecedente placabo, poſtea vul-
tum ejus videbo, fortè me amicè excipiet.
21. Tranſiit ante eum munus, & ipſe eâ nocte in caſtris pernoctavit. 22. Eadem
ſurrexit, & adſumtis duabus uxoribus ſuis, duabúſque ancillis, cum undecim filiis,
Jab-

incedente, fratris ànimum ad mitiora conſilia, ſi ſibi infenſus veniret, paullatim fortè flexurum, & ſe, ut fratrem decebat, ab eo placato exceptum iri.

21. Profecti ergo ſunt ſervi cum muneribus, ipſe verò cum aliis in caſtris manſit, eâ nocte; ſed
22. 23. antequàm lux adpeteret, uxores cum filiis & omnia

luĉta hominis cum Creatore, imò hominis victoris cum triumphato Deo, concoqui poſſit, ut vix Angelum ab homine victum feramus. Profectò, niſi omnia hæc ita narrarentur, ut vigilanti Jacobo accidiſſe manifeſtò intelligantur, libenter ſomnium hoc fuiſſe, atque hæc in ſomnis acta crederemus. Objiciunt quidem verſ. 5. Cap. XII. Hoſeæ, ubi huc alludit Propheta, atque ubi idem Angelus יהוה vocari videtur. Sed haud ita perſpicuus eſt verborum Prophetæ nexus, iſque verſus æquè commodè ad ſequentia, atque ad antecedentia, referri poſſe videtur. Hæc ſunt ejus verba: 4. *Et ſuperior Angelo & victor fuit, flevit & rogavit eum. Bethele invenerunt eum, & ibi loquutus eſt nobiſcum. 5. Et Jehova Deus exercituum, Jehova memoriale ejus. 6. Et tu ad Deum tuum convertere*, &c.

Luctatus eſt] יאבק *jeabbek*, quæ vox oritur ἀπὸ τοῦ אבק abak, *pulvis*, non quòd luctantes pulverem pedibus exciterent, ſed quia in arena, & corpore arenâ ſparſo, luctari ſolebant, ut docet *Lucianus* initio Dialogi de *Gymnaſiis*: ψάμμον ταύτην βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι, παρέχουσί τε ἀλλήλοις, καὶ αὐτοὶ ἱέντες κατὰ τὴν κόνιν ἀλεκτρυόνων δίκην, ὡς ἀφυκτότεροι εἶεν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς, οἶμαι, &c. *profundam arenam in foſſa ſubjicientes alii alios conturbant, ipſique ultro gallorum inſtar pulverem adſpergunt; quominus, ut puto, in complexibus effugiant.* Vide, ſi opus ſit, *Hier. Mercurialem*, Lib. I. c. 8. & Lib. II. c. 2. cui adde *Pet. Fabrum* Agon. Lib. III. c. 22.

Quæri diximus ad ſuperiora verba, quâ de cauſa Angelus cum Jacobo luctatus fuerit. Videtur in Oriente, quemadmodum apud Græcos, qui pleraque Orientalibus, unde genus ducebant, debuerunt, lucta in uſu fuiſſe, atque exercendi corporis gratiâ, amici cum amicis ſæpe ſolis viribus certaſſe. Niſi hoc ita ſe haberet, eò non adluderetur infrà Cap. XLIII, 18. ubi vide not. Quod cùm ita ſit, credibile eſt Angelum, qui ſpecie humanâ cum Jacobo luctatus eſt, petiiſſe num luctari ſecum vellet, ὅπερ, verba ſunt Luciani, οὐκ ἀχρεῖον οὐδὲ γελοῖον, ἀλλὰ εἰς ἰσχὺν καὶ τόνον οὐκ ὀλίγα συντελεῖ, *non inutile eſt, neque ridiculum, ſed ad robur & firmitatem non parum confert.* Quod Anacharſidi olim ridiculum, quia apud Scythas ignotum, videbatur; haud paucis fortè, ex hodiernis moribus omnia æſtimantibus, non minùs abſonum videatur. Sed ex conſuetudine & opinionibus noſtris, de Veteribus judicare non licet. Hoc unum difficile occurrit, quî Jacobus ſenex ferè centum annos natus ad luctam provocari poſſet; quod tamen elevari poteſt, ſi cogitemus eo tempore, quo diutiùs vivebant, neceſſe etiam fuiſſe vires diutiùs conſtare; deinde cùm præter ordinem Angelus cum Jacobo luctaturus veniſſet, etiam præter ordinem Jacobo à Deo ſuppeditatas eſſe vires. His poſitis, Angelum cum Jacobo luctatum, ita ut vinceretur, exiſtimarim; ut hinc fiduciam colligeret, qui Heſavum uſque adeò timebat. Qui enim vires ſuppeditarat homini ſeni, ut prævalentem fortè juvenem, imò verò Angelum ſuperaret: idem ejus familiæ, ſi ad vim res ſpectare cœpiſſet, animos potuiſſet addere ut Edomum, quamquam fortem, ejúſque copias vinceret. Videtur ergo hæc lucta ſymbolica fuiſſe imago congreſſûs cum Heſavo, ſi vi certandum fuiſſet; imò etiam ejus quod contigit, Heſavo enim patiente, ad patrem rediit, cum timeret ne Heſavus, cui πρωτοτόκια eripuerat, facinus hoc ſuum graviter ulciſceretur; qua in re Heſavo, πρωτοτόκια eo pacto tacitè concedente, ſuperior certè fuit.

Fortè abiens Angelus, quamquam tacuit Moſes qui omnia non refert, hoc luctâ Jacobo portendi ſignificavit. *Joſephus* certè, qui rem ſimiliter interpretatur, ſupplendum hoc ſibi eſſe cenſuit. Hæc ſunt ejus verba Lib. I. Cap. 19. Φαντάσματι συντυχὼν διεπάλαιεν, ἐκείνου προκατάρξαντος τῆς μάχης, ἐκράτει δὲ φαντάσματος, ὃ δὴ καὶ φωνῇ χρῆται καὶ λόγοις πρὸς αὐτὸν, χαίρειν τε πρὸς τοῖς γεγενημένοις παραινοῦν, καὶ μὴ μικρῶν κρατεῖν ὑπολαμβάνειν, ἀλλὰ θεῖον ἄγγελον νενικηκέναι, καὶ σημεῖον ἡγεῖσθαι τοῦτο μεγάλων ἀγαθῶν ἐσόμενον, καὶ τοῦ μηδέποτε τὸ γένος ἐκλείψειν αὐτοῦ, μηδ᾽ ὑπέρτερόν τινα τῶν ἀνθρώπων τῆς ἰσχύος γενέσθαι τῆς ἐκείνου: *in phantaſma cùm incidiſſet, luctatus eſt, eo pugnam incipiente, vicit autem phantaſma; quod voce utitur & verbis ad eum, gaudere hoc facto jubens, neque credere parvis rebus ſuperiorem fuiſſe, viciſſe enim Angelum divinum, atque exiſtimare futurum hoc ſignum magnorum bonorum, nec umquam defuturum ejus ſtirpem, aut hominem ullum ſuperiorem ejus robore futurum.* Orientales ſolitos eſſe quod vellent, non modò verbis, ſed actionibus exprimere, ex pluribus Scriptorum Sacrorum locis conſtat. Sic Tſidkija 1 Reg. XXII, 11. ſibi cornua ferrea aptat, ut victoriam Achabo portendat. Sic. 2 Reg. XIII, 17. *& ſeqq.* Eliſæus Joaſum ſagittam emittere, & humum ſagittis percutere jubet, ut ſe de Syris triumphaturum intelligat. Simili ratione, *Annibal rebus, priuſquàm verbis, adhortandos milites ratus*, ut *Livius* loquitur Lib. XXI, 42. ſpectaculum præbet, non ad paſcendos modò oculos, ſed quod *quædam velut imago eorum conditionis eſſet.* Pari arte, ut dejectum Jacobi erigeret animum, uſus videtur hic Deus. *Theodoretus*, quamvis hæc in ſomnis acta eſſe exiſtimet, attamen eumdem in finem rem Jacobo objectam eſſe putat. Δεδιότι τὸν ἀδελφὸν ἐπιδείκνυσι διά τοι τοῦτο, καὶ τῆς νίκης αὐτῷ παραχωρεῖ, λέγων μονονουχὶ, ἐμὲ νενίκηκας, καὶ ἄνθρωπον δέδοικας; *timenti fratrem, hoc ei offert, & victoriam conceſſit, tantùm non dicens me viciſti, & hominem timebas?* Quæſt. XCII. Certè niſi hoc,

 aut

Jabbokki vadum trajecit. [23] Eos adſumtos & omnia ſua torrentem transmiſit.

[24] Jacobus verò ſolus manſit, & cum eo vir, donec oriretur aurora, luctatus eſt; [25] *qui* cùm eum à ſe non ſuperari videret, acetabulum femoris ejus feriit, idque inter luctandum luxatum eſt. [26] Tum *Jacobo*, dimitte me, ait, nam oritur aurora; non dimittam, inquit ille, niſi *priùs* mihi bene precatus fueris. [27] Quodnam eſt, ait *ille vir*, nomen tuum? Jacobus, inquit. [28] *Ille autem*, non erit ampliùs tibi nomen Jacobo, ſed Iſraëli; nam cum Deo & hominibus congreſſus, ſuperior fuiſti.

[29] Eum

omnia ſua torrentem Jabbokum transmiſit. [24] Quo facto, ſolus poſt alios remanſit, & dum ſolus eſſet ad eum ignotus venit, qui cum eo luctari cœpit, & ad auroram uſque exercitum eum habuit. [25] Sed cùm eſſet Jacobus ſuperior, tum ignotus ille, qui Angelus erat humanâ formâ indutus, vincique datâ operâ ſe patiebatur, femur ejus ad acetabulum ità manu percuſſit, ut luxaretur. [26] Deinde à Jacobo in clara luce conſpici nolens, cùm aurora oriretur abiturus erat, niſi Jacobus eum retinuiſſet; qui ubi ſenſit eſſe neſcio quid in eo viro non vulgare, ſibi bene precaretur oravit, nec priùs dimiſſurum quàm exoraſſet confirmavit. [27. 28] Ille vero, quæſito hominis nomine, non ampliùs Jacobo nomen ei futurum, ſed vocatum iri Iſraëlem, hoc eſt, *cum Deo certantem* dixit; quo ſignificavit nullam eſſe

aut ſimile quidpiam verum ſit, confugiendum erit cum Vett. ad allegorias, quæ an cuiquam nunc placeant haud ſcio.

Si quis tamen hinc ſimilitudinem ducere velit, & precum, quibus συναγωνιζόμεθα πρὸς τὸν Θεὸν, ut Paulus loquitur Rom. XV, 30. conſtantiam eo pacto illuſtrare adgrediatur, per nos quidem licet, modò ne propterea Grammaticum ſenſum deſerat.

25. *Eum à ſe non ſuperari videret.*] *Et vidit quod non ſuperabat eum.*

Acetabulum] בכף *bchaph*. LXX. Intt. ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ, *tetigit latitudinem femoris ejus*. Similiter *Onkelos*: בפתי *biphthe*, *in latitudinem*. Attamen vocis כף *chaph* hæc non eſt ſignificatio, quæ ubicumque occurrit, cavum quiddam ſonat. Pejùs Vulgatus, *nervum* vertit. Radix כפף chaphaph *curvum* eſſe, aut *curvare* conſtanter ſignificat; unde fit ut כף chaph, *plantam pedis*, aut *volam manûs*, quæ incurvæ ſunt, ſeu concavæ, paſſim denotet. Videtur ergo debere hîc quæri pars aliqua femoris concava, quâ luxatâ, claudicatio Jacobo creari potuit. Nulla autem pars meliùs hîc convenit, eâ quam Anatomici κοτύλην aut κοτυληδόνα vocant; quo nomine etiam & vola manus, & varia cavitatum genera appellantur, apud Græcos. Κοτύλη enim eſt, auctore *Ariſtotele*, Hiſt. Anim. Lib. I. Cap. 13. ἐν ᾗ στρέφεται ὁ μηρὸς *in quo vertitur coxa*, hoc eſt, ea cavitas quam os femoris ſubit, à qua ſi vel tantillùm amoveatur, ſequitur claudicatio. Hanc cavitatem *acetabulum* vocabant Latini, ut docet *Plinius* Hiſt. Nat. Lib. XXVIII. Cap. II.

Idque luxatum eſt] *Et luxatum eſt acetabulum femoris.* Hoc Angelus feciſſe meritò videtur, non tam ut intelligeret Jacobus eam luctam inane non fuiſſe ſomnium; quàm ut videret ſponte victum fuiſſe Angelum, qui, ſi voluiſſet, illico Jacobum adflixiſſet. Hinc poterat colligere Heſavum fratrem, quamvis potentiorem, & qui facilè ipſum & ſuos perdere poſſet, humanitate ab ſe ſuperatum iri. Quod vertimus *luxatum eſt* Hebraicè eſt תקע *thekah*, de qua voce, quia hoc ſenſu alibi non exſtat, certant Interpretes. LXX. habent ἐνάρκησε, Vulg. *emarcuit*, ex conjectura, quia *muſculi* aut *nervi* in femore *marcor* claudicationem creat. Qui verò de oſſe luxato ſuperiora exponunt, ut plerique Recentiores, quibus calculum noſtrum addidimus, vertunt *luxatum eſt*, re ipſâ ad veram vocis ſignificationem deducti. Sed, quod omiſerunt, hîc addemus; nimirum, ſi תקע ſit à radice יקע *jakah*, huic radici eamdem ſignificationem fuiſſe, ac Arabicæ قعقع קעקע *kahkaha*, quæ ſignificat *fragorem edidit*, qualem oſſa quæ luxantur ſolent, aut membrorum articuli celerius & vehementiùs flexi. Sed fortè etiam Hebræi olim aut קע, aut קעק hac eadem ſignificatione uſi ſunt. Videtur ea vox ad imitationem crepitantis oſſis ficta.

26. *Oritur aurora*] *Adſcendit aurora.* Hac ratione uſus videtur Angelus, quòd in clara luce à Jacobo, à quo vinci ſe paſſus fuerat, cerni nollet. Ubicumque ejuſmodi apparitiones narrantur, Angeli ſemper brevi tempore apparent, poſtquàm ſe Angelos confeſſi ſunt; quaſi humanæ curioſitati ſe ſubducerent. Vide *H. Grotium*.

Mihi bene precatus fueris] Videtur ex aliqua re agnoviſſe Jacobus hominem non eſſe, cum quo luctatus erat; benedictionem enim ab homine victo vix flagitaſſet, niſi fortè ejuſmodi certaminibus victos oporteret victoribus bene precari, quod nobis non conſtat.

28. *Non erit ampliùs tibi nomen*] *Non dicetur ampliùs nomen tuum.* Vide notata ad Cap. XVII, 5.

Cum Deo & hominibus] Cum Angelo & Heſavo, cum priore lacertis, cum poſteriore humanitate. Vulgatus παραφραστικῶς: *Si contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines prævalebis.*

Congreſſus] *Congreſſus fuiſti*, aut *contendiſti*. Sic enim שרית *ſcharitha*, interpretamur, ex Arabiſmo, ubi شرا *ſchara* שרא *contendere* ſignificat, quam ſignificationem ipſa res hîc poſcit, ut ante nos obſervarunt, qui *Joſephum* Oxonii edere cœperant. Præiverat *Joſephus*, qui Lib. I. Cap. 19. nomen Iſraël ait σημαίνειν, κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶτταν, τὸν ἀντιστάτην ἀγγέλῳ θείῳ, *ſignificare*, *linguâ Hebraicâ*, *Angelo divino reluctantem*. Duræ ſunt omnes aliæ Interpretationes. LXX. ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, *invaluiſti cum Deo*, aut, ut habet Vulgatus: *contra Deum fortis fuiſti.* Sed שרה nuſquam aut fortitudinem, aut victoriam ſonat. *Onkelos*: רב את קדם יי *princeps tu coram Jehova*, alii multi: *principem te geſſiſti cum Deo*, durè & barbarè.

29. *Indica nomen tuum*] Quod vult ſuum

anti-

29. Eum quoque ſciſcitatus eſt Jacobus, & indica, inquit, mihi nomen tuum. Qua
verò de cauſa, ait *alter*, nomen quæris? eíque eo in loco bene precatus eſt. 30. Eum
locum vocavit Jacobus Pheniel; nam Deum, inquit, facie ad faciem *ejus verſâ* vidi,
atque evaſi. 31. Jam ei ortus erat Sol, quando Phenuelem tranſiit, & femore claudi-
cabat. 32. Ideóque nervum coxendicis, qui eſt ſuper acetabulo femoris, ad hunc uſ-
que diem, comedere non ſolent Iſraëlitæ; quia acetabulum femoris Jacobi, ad nervum
coxendicis, feriit *Angelus*.

XXXI. Ja-

eſſe cauſam, cur Heſavum fratrem timeret, quan-
doquidem, volente Deo Opt. Max. qui eum tueba-
tur, Angelo ſuperior fuiſſet, nedum ut ab homine
opprimi poſſet. 29. Jacobus quoque eum nomen
ſuum ederet rogavit, ut homóne, an Angelus eſſet
cognoſceret; ſed Angelus ei dumtaxat bene preca-
tus eſt, ejuſque manibus elapſus evanuit. 30. Tum
demum Angelum eſſe Jacobus intellexit, eúmque
locum *Phenuelem* vocavit, hoc eſt, *Dei faciem*, quod
vultum Dei, ſeu Angeli illic ſine noxa, vidiſſet.
31. Orto demum ſole illinc profectus eſt, & ſe
claudicare ſenſit. 32. Poſtea in memoriam ejus
luctæ, nervum qui eſt ad coxendicis acetabulum,
comedere in ullo animali ſuos vetuit, quod etiam-
num ab ejus poſteris obſervatur.

P A-

ἀντίπαλον ſibi bene precari, ſuſpicionem injecit Interpretibus Patriarcham ſenſiſſe eum eſſe Angelum; ſed quod nomen petit ſuſpicionem minuit, quid enim ex nomine Angeli erat intellecturus? Nomina hominum, quibuſcum nobis res eſt, libenter ſcimus; quia, his cognitis, qui & quales ſint cognoſcere poſſumus, ſciſcitando eos quibus noti ſunt. Sed Angelos interrogare cùm non liceat, cognitis nonnullorum nominibus, eos magis quàm antea non novimus. Sic Manoachus Judic. XIII, 17. Angelum, quem Prophetam eſſe putabat, orat ſibi nomen ſuum edat, cujus rei cauſam addit: *quodnam eſt nomen tuum, nam impletis verbis tuis, honore te proſequemur*; hoc eſt, inſtar Prophetæ, omni obſervantiæ genere colemus. De Angelorum quidem nominibus multa, ſed ſequentibus ſæculis, apud Orientales & Judæos dicta ſunt, de quibus hîc non agemus. Vix credibile eſt, Jacobi ævo, hac de re inter homines ſermones fuiſſe; nec ullum ejus, ante Danielis tempora, eſt in Scriptura veſtigium.

Qua verò de cauſa, &c.] Hoc eſt, nulla tibi poteſt eſſe ratio, cur meum nomen cognoſcere velis, quo prolato tibi notior non eſſem. Hac reſponſione hominem ſe non eſſe ſignificabat Angelus. Sic & Jud. XIII, 18. Monoacho Angelus ſub ſpecie humana: *quare quæris meum nomen, cùm ſit occultum?* hoc eſt, de quo, ut me convenias, fruſtra homines ſciſciteris.

Bene precatus eſt] Si addita eſſent verba hujus benedictionis, fortè inde lux aliqua nobis major circa ſuperiora adfulgeret, intelligeremúſque dilucidiùs, quî cum Angelo luctatum ſe eſſe intellexerit Jacobus.

30. *Pheniel*] פניאל. At ſequente commate eſt פנואל *phenouel*, ut habent utrobique Samariticus Codex, & *Hieronymus*. οἱ LXX εἶδος Θεοῦ. Vocatur *Phenouel* etiam Jud. VIII, 8, 17. quod perſuadet hanc eſſe veram ſcripturam.

Facie ad faciem ejus verſâ vidi] Poſſumus quempiam variis modis videre, tranſeuntem, exempli causâ, à latere, à tergo, vel ex adverſo conſiſtentes, oculóſque in ejus vultum adtollentes; quod inter homines aut pares, aut familiariùs colloquentes ſolet fieri. Reges potiſſimùm vix ita adſpici poſſunt, in Oriente præſertim, ut oculos contrà tollere auſimus; quod ſi cui ſoleant permittere, non tralaticii favoris indicium eſt. Cum reliquis Aulicorum miniſterio agunt, admittere non dignati. Hinc *videre faciem* Regis dicuntur ſervi intimæ admiſſionis. *Beati ſervi tui*, ait Sabæorum Regina 1 Reg. X, 8. *qui ſtant coram facie tua ſemper, audientes ſapientiam tuam.* Hinc Chriſtus Matth. XVIII, 10. primores Angelorum deſcripturus, ait *eos ſemper videre faciem patris, qui eſt in cœlis.* Eodem fortè Eſaïas etiam reſpicit, qui Iſraëlitarum cuſtodem Angelum vocat Cap. LXIII, 9. *Angelum faciei.* Hoc cùm ita ſit, quando dicit Jacobus vidiſſe ſe Angelum *facie ad faciem*, vult ſe familiariter, & quaſi cum pari cum eo egiſſe, quippe qui cum eo luctatus erat, ac proinde eum complexus. Vix enim potuit vultum ejus videre, qui primùm illuceſcente aurorâ abiit. De eadem phraſi, ubi de Moſe uſurpatur, ſuo loco agemus. Vide Exod. XXXIII, 11.

Evaſi] *Evaſit anima mea.* Non mortuus ſum; credebant enim homines, poſt apertas ἐπιφανίας, non vivere. Vide not. ad Cap. XVI, 13.

32. *Nervum coxendicis*] גיד הנשה *gid hannaſcheh.* Satis conſtat גיד eſſe *nervum*, ſed quid נשה *naſcheh* ſit quæritur. נשה naſcha *oblivíſci*, & *fœnerari* eſt, quæ ſignificationes huc nihil faciunt; nam quod dicit *D. Kimchi* nervum eſſe שנשה ממקומו *qui oblitus eſt loci ſui*, inane eſt, quia hoc nomen eſt illius nervi, etiam dum ſuo loco manet; animalia enim, quorum is nervus ita vocatur, non omnia, opinor, claudicant. Eadem ratio verſionem LXX. Intt. ὃ ἐνάρκησε, *emarcuit*, ut habet etiam Vulg. jugulat. Alii alia æquè infeliciter conantur. Sed quid opus eſt verbis? Una eſt, eáque certiſſima hujus vocis interpretatio, quam *Edm. Caſtellus* primus obſervavit. נסא *naſan* apud Arabas, eſt *nervus*, ſive *tendo qui per femur & crus ad talos fertur.* Hinc verbum نسي *percuſſit, læsitve in femoris nervo qui* نسا *dicitur.* Hic ergo tendo, quà eſt acetabulo vicinus, intelligitur, qui apud veteres Hebræos נשה *naſche* vocabatur, & qui eſt circa coxendicem. Obſervandum eſt in Samaratico Codice planè, Arabico more, per א hanc vocem ſcribi.

Comedere non ſolent] *Non comedent* יאכלו *jochelou.* De hac ſignificatione Futuri, vide not. ad Cap. XX, verſ. 9. At Rabbini nolunt hoc ſumi על דרך ספור *more hiſtorico*; ſed quaſi hîc præciperet Moſes non eſſe comedendum hunc

ner-

XXXI. *Jacobi & Heſavi amicus congreſſus, & per Chananæam iter.*

CAPUT XXXIII

1. CUM proſpexiſſet Jacobus, ecce verò Heſavum venientem, quadringentóſque cum eo viros vidit. Tum Leæ, Rachelæ, duabúſque ancillis filios ſuos partitus eſt. 2. Ancillas, earúmque liberos præmiſit, poſt eas verò Leam, ejúſque liberos, extremam Rachelam cum Joſepho *ire juſſit*. 3. Ipſe ante eos tranſiit, & ſepties, donec ad fratrem accederet, in terram procubuit. 4. At Heſavus obviam ei cu-

PARAPHRASIS.

1. PAULLO pòſt Jacobus Heſavum, quadringentorum virorum agmine ſtipatum, & recta ad ſe venientem proſpexit. Confeſtim uxorem unamquamque Camelo deſcendere, filiíſque ſecum adſumtis, ſeorſim ſequi ſe juſſit; 2. & primùm quidem duas ancillas, dein Leam, ac denique Rachelam, ſingulas cum liberis, ſenſim progredi voluit. 3. Tum illas ipſe antecedere cœpit, & ſepties fratrem, antequam ad eum accederet, inflexo in terram corpore, ſalutavit, ut intelligeret ſe nequaquam de primogeniti jure cum eo certaturum in Chananæam redire. 4. Heſavus verò, ſtatim ac eum

nervum. Verùm additio *ad hunc diem* oſtendit de conſuetudine ab ævo Jacobi ad Moſis ætatem perdurante agi; neque uſquam alibi Deus vetat ne hunc nervum comedant Hebræi. Videtur is mos à Jacobo ipſo, in memoriam luctæ hujus, inſtitutus; nec rarum eſt, propter ſingularem eventum, conſuetudinem quamdam omnibus irrepſiſſe. Vide Hiſtoriam Jephthei Jud. XI, 39, 40.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXXIII.

1. *Cùm proſpexiſſet — vidit*] *Et ſuſtulit oculos & vidit, & ecce*, &c.

Quadringentos.] Securitatis causâ. Vide verſ. 4.

2. *Extremam Rachelam*] Si hoc fecit periculi vitandi causâ, oportet inter quatuor hæc agmina interſtitia fuiſſe; ut ſi fortè prima tria malè haberet Heſavus, ultimum poſſet ſibi fugâ conſulere. Sed in conſpectu fratris adventantis, vix ſatis ſpatii fuiſſe videtur. Crediderim potiùs longo illo uxorum & liberorum ordine miſericordiam Heſavi voluiſſe movere Jacobum, ſi qua fortè ei ſupereſſet ira. Sanè ſi occidiſſet Jacobum Heſavus, quæ futura erat Rachelæ ſors?

3. *Septies ad terram procubuit*] Honoris causâ, ut intelligeret Heſavus multùm abeſſe ut Jacobus ſibi primogeniti jura adriperet, qui tam ſubmiſſè ad ſe accederet. Vide ſuprà Capite XXVII, 29. David ter procumbens Jonathanem ſervatorem ſuum veneratur 1 Sam. XX, 41.

4. *In cervicem ejus ruens*] *Et complexus eſt, & cecidit in cervicem ejus*, hoc eſt, complectendo vultum ad ejus cervicem demiſit, ut ſæpè fit in arcto amicorum complexu. Vide infrà Cap. XLVI, 29.

Oſculatus eſt] Huic voci, in Codicibus noſtris, quatuor impoſita ſunt inuſitata puncta, qualia obſervavimus ad Cap. XIX, 33. Eorum rationem anxiè quærunt Rabbini, quorum inanes ſuſpiciones non proferemus. Si caſu hoc factum non eſt, quod neque negare, neque adfirmare velim; rem hîc obſervatu dignam narrari ſignificare videtur voluiſſe, qui ea puncta adpoſuit. Nimirum, videtur Heſavus Jacobo iratus fuiſſe, & inimico animo cum quadringentis armatis ei obviam veniſſe; ſed ſeu ejus animum Deus molliverit, ſeu munere, & ratione, quâ ad eum acceſſit Jacobus, placatus fuerit, omni depoſitâ irâ, fraterno animo fratrem complexus eſt.

Lacrimati ſunt] Præ adfectu, ut Cap. XXIX, verſ. 11.

5. *Deinde — conſpicatus*] *Et ſuſtulit oculos — & vidit.*

Qui ſunt iſti] *Qui ſunt iſti tibi* לך *lach*, quod abundat, ut verſu 8.

6. *Cum liberis*] *Ipſæ & liberi earum.*

7. *Honorem exhibuerunt*] Ter adhibetur hîc verbum שחה, quod ſynonymis vertimus, cùm ejuſmodi repetitionem vix ferant aures Latinæ.

Joſephus & Rachela] Si hîc ordo naturæ ſpectaretur, eſſet *Rachela & Joſephus*, ut eſt antea, *ancillæ & liberi earum*, *Lea & liberi ejus*. Sed ἀκρίβεια illa parvi, apud Hebræos, fiebat. Vide not. ad Cap. V, 32. XXIV, 50.

8. *Quæ eſt*] מי לך mi lcha, *quæ tibi*, ut verſ. 5.

Turba] המחנה *hammahhaneh*, quam vocem alibi vertimus *caſtra*, hoc eſt, unà tendentium multitudinem. Sed hîc ſignificat greges aliquot, & paſtores; de quibus antea dictum, qui ſatis commodè *caſtra* vocari poſſe non videntur.

Ad conciliandam Domini mei gratiam] *Ad inveniendam gratiam in oculis Domini mei*, hoc eſt, ut te quem iratum ſuſpicabar placarem. Vide not. ad Cap. VI, 8.

9. *Satis horum mihi eſt*] יש לי רב jeſch li rab, *eſt mihi multum.* Vide notata ad Cap. XLV, verſ. 28. Significat Heſavus ſatis ſibi fuiſſe pecoris, ut eo munere nequaquam indigeret; nec videtur jactatio inanis fuiſſe, cùm Sehirem montem jam inſediſſet, & multis viris imperitaret.

Quæ tua ſunt tibi maneant] *Quod tibi* eſt, *ſit tibi*, hoc eſt, quæ tua ſunt ſerva.

10. *Ne quæſo abnuas*] אל נא *al na*, aut, ſubauditur תמאן thmaen, *abnuas*, aut יהי לי *jhi li*, ne quæſo, *ſit mihi*, ut Jacobus reſpondeat directiùs Heſavi verbis. Utriuſque idem eſt ſenſus.

Si qua mihi eſt apud te gratia] *Si inveni gratiam in oculis tuis*, de qua phraſi vide notata ad Cap.

cucurrit, in cervicem ejus ruens complexus eum, oſculatúſque eſt, atque *ambo* lacrimati ſunt. 5. Deinde *Heſavus* uxores & liberos conſpicatus, qui ſunt iſti? inquit. Liberi, ait *Jacobus*, quos Deus ſervo tuo largitus eſt. 6. Inter hæc acceſſerunt ancillæ cum liberis, & inflexo corpore ſalutarunt; 7. acceſſit & Lea ejúſque liberi, qui *ſimiliter* honorem exhibuerunt; tandem acceſſit Joſephus & Rachela, *paritérque* ſalutarunt. 8. Quæ eſt, inquit *Heſavus*, omnis hæc quæ mihi occurrit turba? Eſt, ait *Jacobus*, ad conciliandam mihi domini mei gratiam. 9. At Heſavus, ſatis *horum* mihi eſt, inquit, frater; quæ tua ſunt tibi maneant. 10. Jacobus verò, ne quæſo *abnuas*, ſi

eum agnovit, in ejus amplexum cucurrit, lacrimiſque præ gaudio & caritate effuſis, felicem adventum fratri gratulatus eſt. 5. 6. 7. Tum uxores Jacobi ordine advenientes, flexóque pariter corpore ſalutantes animadvertit, una cum liberis; quas fratris uxores eſſe ut audiit, ipſe quoque comiter ſalutavit, & benignè excepit. 8. Quæſivit etiam à fratre, qua de causâ variarum aliquot pecudum greges, quibus occurrerat, præmiſiſſet; & cùm reſponderet Jacobus, munus eſſe, quo ſibi ejus gratiam conciliare voluerat; 9. negavit eas ſe accepturum, quippe qui pecoris ſatis dives eſſet, nec fratrem ſpoliaturus veniſſet. 10. At Jacobus obnixè oravit, ſi ſe amaret, munus à ſe caperet; nec ſe ajebat majori gaudio benignum in ſe Angeli vultum conſpecturum fuiſſe quàm fratris, qualem eum videbat

Cap. XIX, 3. Hoc eſt, ſi verè mecum in gratiam rediiſti.

Quaſi vultum Dei viderem] Hîc אלהים *elohim* poſſet eſſe Angelus. Vult Jacobus, ſe æquè exhilaratum fuiſſe, benigno & amico fratris vultu, ac ſi Angeli ſibi faventis vultum vidiſſet. LXX. Intt. non malè: ὡς ἄν τις ἴδοι πρόσωπον Θεοῦ. Apud Ethnicos Poëtas, *Homerum & Heſiodum* in primis, paſſim hominum facies Deorum vultui confertur. Paris Iliad. Γ. ſæpius θεοειδὴς dicitur, libri initio. *Euſtathius* ad eum locum: τὸ θεοειδὴς ὃ πεντάκις ἐν τοῖς ἄχρι ἐπιλέγει τῷ Ἀλεξάνδρῳ, ἔστι μὲν τ' αὐτὸν ὡς εἴπερ εἴποι, αὐτὸν θεοῖς ἐοικότα τὸ εἶδος, ἤτοι παγκαλὸν: θεοειδὴς, *quod quinquies hic Poëta Alexandro tribuit, eſt idem ac ſi eum diceret Diis formâ ſimilem, ſeu formoſiſſimum.* Verùm in Jacobi verbis non formæ ratio habetur, ſed benignitatis, quâ ab Heſavo exceptus fuerat. Sic *Heſiodus*, Theogoniæ verſ. 91. de Rege populis percaro:

Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ, θεὸν ὥς, ἱλάσκονται
Αἰδοῖ μειλιχίῃ.

Venientem in urbem, quaſi Deum, venerantur reverentiâ blandâ. Deus hîc, ut in Jacobi verbis, Deus placatus & favens intelligitur; alioqui Dei ἐπιφάνειαι homines terrere ſolent. Poſſet tamen, ne quid diſſimulem, hîc eſſe verborum Jacobi ſenſus: non minùs veritus ſum in conſpectum tuum venire, quàm vererer oculos in Angeli faciem attollere, trepidus ad te acceſſi, ſed te placatum mihi comperi. Huic interpretationi favent ſequentia verba.

11. *E copia mea*] את ברכתי eth birchathi *benedictionem meam*; ſed ut *benedicere* eſt paſſim *augere*, ſic *benedictio* eſt *copia* earum rerum de quibus ſermo eſt. Sic & 1 Sam. XXV, 27. ברכה *bracha* dicitur munus ex magnis opibus oblatum, ad placandum iratum Davidem. Ejuſdem Libri Cap. XXX, 26. *benedictio è ſpoliis hoſtium*, eſt munus ex copioſiſſimis ſpoliis ſelectum.

Sunt mihi omnia] Hoc eſt, ex omnibus generibus pecudum, quas ad te miſi, ſuperſunt mihi ſatis ſupérque; ut poſſis, ſine ullo meo incommodo, munus præmiſſum accipere. Senſus idem ferè eſt ac verborum Heſavi, quamvis verba diverſa. *Salomo Jarchius*, qui modeſtam Jacobi orationem eſſe ait, ſuperbam Heſavi, id quod nuſquam eſt videt.

12. *Ante te iter faciam*] לנגדך *lnegdecha*, hoc eſt, ante *oculos tuos*. Vide 2 Sam. XXII, 25. 2 Reg. I, 13. Neſcio quare hîc veteres ceſpitarint Interpretes. Οἱ LXX. ἐπ' εὐθεῖαν, *rectà* verterunt. Vulg. *ero ſocius itineris tui*. Optimè *Symmachus*: προοδοιπορῶμεν ἵνα συνοδεύσω σοι, nam qui in conſpectu alius incedit, cum eo iter facit.

13. *Boves fœtæ*] עלות haloth, *adſcendentes*. Non una eſt, hac de voce, Eruditorum ſententia. I. Exiſtimant nonnulli pecudes ſignificari *in ipſo partu*, vel *primò*, aut *nuper enixas*. Sententiæ huic favent LXX. Intt. qui habent λοχεύονται, ut & Pſalm. LXXVIII, 71. Quæ ſi recta eſt verſio, עלות *haloth*, erit pro חלות *hhaloth*, mutatis ע & ח, quod Orientalibus rarum non eſt, nam חול *hhoul* eſt parere. Vide Joël. III, 11. & 2 Reg. XX, 13. collat. cum Eſai. XXXIX, 2. II. Alibi LXX. Intt. tranſtulerunt ἐν γαστρὶ ἐχούσας prægnantes, nimirum, Eſai. XL, 11. Sic quoque *Aquila* & *Symmachus* verterunt Pſalm. LXXVIII. III. Iidem LXX. Intt. 1 Sam. VI, 10. habent πρωτοτοκούσας, *vaccas quæ primum partum ediderunt*. Quæ mira eſt variatio, ſi ab iiſdem Interpretibus omnes Scripturæ libri Græcè converſi ſunt. IV. Denique alii *lactantes* pecudes interpretantur. Ac ſanè עול *houl* עלל *holel* & עויל *hauil infantem lactentem* ſonant: ſic עלה *halah* matrem lactantem ſignificare poteſt, & ſine dubio ſignificat 1 Sam. Cap. V, 7, 10. ubi Philiſthæorum vates jubet *ſumi duas vaccas* עלות — *& catulos earum domum reduci, ne eas ſequantur*, quod Philiſthæi fecerunt. Rectè *Hieronymus*, in hoc Samuelis loco, *vaccas fœtas*, & *vaccas quæ lactabant vitulos* reddidit, quod unum idémque eſt, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. I. Lib. II. Cap. 30. ubi hac de re fuſiùs agit. Samariticus Codex ſcribit, עאלת *haloth*, fortè ut intelligamus vocem hanc ἀπὸ τοῦ עול *houl* venire, non à עלה hala.

Sunt mihi] עלי halai, *ſuper me*. Cujus præpoſitionis duplex eſſe poteſt ſignificatio, ſine mutatione ſenſûs. Aliquando enim idem eſt ac לי *mihi*, ut Cap. XXX, 28. ubi vide notata. Tum confunditur cum אלי *elai*, ut על & אל miſceri aliàs ſolent. Aliquando עלי denotat curam & officium, & poſſet etiam hoc velle Jacobus; fœtas pecudes habeo, quas curæ mihi eſſe oportet. Vide notat. ad Cap. XVI, 5.

ſi qua mihi eſt apud te gratia, è manu mea munus accipito ; nam vultum tuum vidi quaſi vultum Dei viderem, & mihi placatus fuiſti. 11. Cape, quæſo, è copia mea, quod ad te actum eſt, nam mihi *hæc copioſè* largitus eſt Deus, ſunt mihi omnia; atque *uſque adeò* urſit eum, ut acceperit. 12. Tum proficiſcamur, ait, & pergamus, ego ante

debat ſibi prorſus placatum. 13. Ne crederet ſe ex tenuibus gregibus, munus ægrè conficere potuiſſe; ſe enim, Dei munificentiâ, omnibus illarum pecudum generibus abundare. Itaque Heſavus, quoniam ita velle fratrem videbat, pecudes accipere ſe dixit. 14. Adjecit velle ſe, propter latrones, præſidio cum ſuis redeunti eſſe, ſéque in ejus conſpectu iter facturum. 15. Jacobus verò fratri gratias egit,

Si vel uno die eas celeriùs egero, morientur] *Et impellant eas uno die, & morientur.* Conjunctio ו ſæpe ſinificat *ſi.* Vide inſ. Cap. XLII, verſ. 38. XLIV, 26, 29. Pro tertia perſona, nominativo carente, primâ uſi ſumus, eodem planè ſenſu. Sic Vulg. *ſi plus in ambulando fecero laborare*, LXX. Intt. ἐὰν οὖν καταδιώξω, *ſi urſero.* Sed fortè, cum Samaritico, legerunt רפקתים *dphaktbim*, non רפקום *dphakoum*, ut eſt in noſtris Codicibus.

Verbum רפק bis præterea exſtat, in Sacris Codicibus, Jud. XIX, 22. Cant. V, 2. ubi pulſare oſtium manifeſtò ſignificat. Quæ fortè propria eſt notio, ex qua hæc facta eſt, quâ actio hominis *verberibus pecudes, ut celeriùs eant, agentis* deſignatur. Apud Arabas, etiamnum hodie, دفق *daphaka* eſt *celeriter inceſſit*, & *daphakon, generoſus curſu equus.*

Omnes oves] צאן, *oves & capræ.* Sed intelligendæ etiam majores pecudes, quas בקר *bakar* vocavit initio verſûs; alioquin ἀπόδοσις non reſponderet ἀνταπόδοσει, quod non eò dico quaſi ad Rhetorum Canonas Moſis ſtylum revocare velim, ſed quia ſenſus id poſtulat. Hinc LXX. Intt. habent πάντα τὰ κτήνη, & *Hieronymus, cuncti greges.*

14. *Pro greſſu*] לרגל lregel, *ad pedem.* Hoc eſt, non celeriùs iter faciam, quàm per pecus licebit, unáque cum eo ibo. Sic 1 Sam. XXV, 42. *quinque ancillæ* Abigaïlæ *eunt* לרגלה lraglah, *ad ejus pedem*, hoc eſt, ſimul cum ea.

Pecoris] המלאכה *hammelachah*, quæ vox propriè quidem *miniſterium* ſonat, hîc verò manifeſtò ſumitur pro rebus ipſis, circa quas miniſteria verſantur ; nimirum, pecoribus, quæ à Jacobi familia curanda erant. LXX. Intt. habent hîc κτ̓ σχολὴν τ̃ πορεύσεως, *juxta tarditatem itineris*; *Vulgatus* quod neſcivit vertere, verbum pro verbo, aliter expreſſit : *ſequar paullatim veſtigia ejus.*

Fortaſſe, ut quod ſuſpicor dicam, מלאכה eſt idem planè ac מקנה. Primùm, hîc א poteſt non eſſe *radicale*, ut hæc vox non ab inuſitata Radice לאך *laach* ſed à מלך *malach*, hoc eſt, *regnavit* deducatur. Neque א interpoſiti deſunt exempla apud Hebræos, & frequentiſſima apud Arabas ſunt. Vide *Lud. Cappelli* Arcan. Punctationis Lib. I. Capite XVIII. §. 12. Secundò, מלך quod propriè eſt *regnare*, metaphoricè *poſſidere* potuit, apud Hebræos, ſignificare, ut apud Samaritas. Vide Verſionem Samariticam Gen. IV, 1. Deut. XXXII, verſ. 6. Hinc ergo derivatum מלכה *mlachah* erit *poſſeſſio* aut *res poſſeſſa*, quod deinde ſignificabit *pecus*, quæ temporum illorum potiſſima fuit poſſeſſio, ut הקנה *mikneh*, quod idem propriè ſignificat, paſſim κατ᾽ ἐξοχὴν *pecuariam rem* notat. Certè מלאכת *mlecheth* Exod. XXII, 11. manifeſtò *poſſeſſionem* ſignificat.

Quod ante me ago] *Quod ante faciem meam*, nam ante ſe paſtores agunt pecudes.

Puerorum] Repetitur לרגל lregel, *ad pedem puerorum*, filiorum Jacobi de quibus verſ. 13.

Donec ad dominum meum] Videtur Heſavus invitaſſe Jacobum, ut in ditionis ſuæ agros veniret; nec negavit Jacobus, quamvis fortè numquam eò iverit. Nuſquam ſaltem ejus itineris meminit Moſes.

15. *Jubebo manere*] אצגה atſigah, *ſtare faciam.* Qui te, nimirum, in hoc itinere tueantur, contra latrones ; quod tamen ſuſpectum videtur habuiſſe Jacobus, ne fortè pro præſidio, cuſtodes qui ſe obſervarent, invitúmque deducerent, quò nollet ire, acciperet.

Gratiam apud Dominum meum, &c.] Hoc eſt, ſine te, quæſo, exorari etiam hac in re, ne invito præſidium des. Vide Cap. XXIV, 11. XLVII, verſ. 25. Formula eſt, quâ utebantur Hebræi, ſi quidpiam peterent, quod ſe impetraturos confidebant ; quam non ſunt aſſequuti LXX. Intt. qui habent ἱκανὸν ὅτι εὗρον χάριν ἐναντίον σου, κύριε, *ſatis eſt quod inveni gratiam coram te, domine.* Vulgatus ſimiliter : *hoc uno tantùm indigeo, ut inveniam gratiam in conſpectu tuo.*

17. *Succothas ivit*] Hoc eſt, in locum, qui סכות *Succhoth* dictus eſt propterea, à Jacobi poſteris. Nomen hoc interpretantur οἱ LXX. σκηνάς, tabernacula, nimirum, ramis & foliis arborum tecta, qualia in feſto *Scenopegiorum* ſolebant fieri. Vide Levit. XXIII.

Domum ædificavit] Tabulis, & trabibus, ut videtur, quod diutiùs illic manſurus eſſet.

Tentoria] סכת *Succhoth*, ſub quibus in calidioribus regionibus, non ſub tectis, greges ſervantur.

Appellavit] קרא *kara*, quod & *appellatus eſt* verti poteſt. Vide not. ad Cap. XI, 9.

18. *Incolumis urbem Sichemum*] Pro שלם *ſchalem* eſt in Samaritico שלום *ſchalom*, quod poteſt verti *incolumis*, ut ſit pro בשלם *bſchalom*, ut Cap. XXVIII, 28. Senſus eſſet : *venit incolumis ad urbem Sichem.* Sic & Onkelos : *venit Jacob* שלים ſchalim, *incolumis ad urbem Sichem.* Sed & שלם *ſchalem*, ut legimus in noſtro Codice, poteſt eſſe adjectivum, ut Cap. XXXIV, 21. Imò verò ſic intelligi oportere videtur, cùm hæc urbs dicatur Sichem Cap. XXXV, 4. XXXVII, 12. & Jud. Cap. IX. ſæpiùs. Attamen LXX. Intt. habent Σαλὴμ πόλιν Σικίμων & Vulg. *Salem urbem Sichimorum*, hoc eſt, urbem Salem, quæ & Sichima

Digitized by Google

te te iter faciam. 13. **Dominus** meus, ait ei *Jacobus*, pueros teneros eſſe novit; oves quoque & boves fœtæ *ſunt* mihi, ſi *vel* uno die eas *celeriùs* egero, morientur omnes oves. 14. Tranſeat, quæſo, dominus meus ante ſervum ſuum; ego verò paullatim progrediar, pro greſſu pecoris quod ante me *ago*, & puerorum, donec ad dominum meum

egit, nec poſſe hoc fieri quin eum diutiùs æquo moraretur reſpondit; ſibi enim ſenſim progrediendum eſſe, cùm propter impuberes liberos, qui vexationem celerioris itineris ferre non poterant, tum propter fœtas pecudes, quas ſi vel uno die paullò acriùs ageret, amiſſurus eſſet. 14. Fratrem ergo rectiùs facturum ſi, ſe non exſpectato, cum comitibus proficiſceretur; ſe verò, pro puerorum & peco-

ma dicitur. Alii volunt שכם *Sechem* nomen eſſe viri principis civitatis. Verùm nuſquam hæc urbs *Salem* vocatur, neque enim *Salem* Melchiſedechi regia hîc fuiſſe videtur. Adponemus tamen verba *Hieronymi*, in locis Hebraicis: SICHEM & SALEM, *quæ Latinè & Græcè Sichima vocata eſt, civitas Jacob nunc deſerta eſt. Oſtenditur autem locus in ſuburbanis Neapoleos, juxta ſepulcrum Joſeph, quam ſubvertit Abimelec & ſeminavit in ea ſalem, ſicut in libro Judicum ſcriptum eſt. Poſtea verò inſtaurata eſt à Jeroboam ut Regnorum narrat Hiſtoria, & ſita eſt in finibus Tribus Ephraim.* Ad vocem verò *Salem*, hæc habet: *Sed & alia villa oſtenditur, uſque in præſentem diem, juxta Æliam, contra occidentalem plagam, hoc nomine. In octavo quoque lapide à Scythopoli, in campo vicus Salumias appellatur. Joſephus verò Salem eſſe adfirmat* (nempe quæ Jeruſalem poſtea dicta eſt, non Scythopolitani agri vicum) *in qua regnavit Melchiſedek*, &c.

Sichemum] Hæc urbs, inter montes *Garizim* & *Hebal*, poſtea inſtaurata *Neapolis* dicta eſt; hodiéque ſedes eſt Samariticarum reliquiarum. Vide quæ de ea collegit vir eruditus *Chr. Cellarius*, in Collectaneis Hiſt. Samar. Cap. I. §. 10, *& ſeqq.*

18. *In Chananæorum regione*] Vide not. ad Cap. XII, 6.

Poſtquam venit ex Meſopotamia] בבאו מפדן ארם *beboo mippbadan Aram, cùm veniret*, aut *poſtquam venit*. Hæc circumſtantia, poſt ea quæ dicta ſunt, poterat quidem, ſine ulla ſenſûs jactura, prætermitti; & fortè hic ejus generis ſunt ſuperiora verba, in *Chananæorum regione*.

19. *Ex filii Chamoris*] *E manu filiorum.*

Patris Sichemi] Hunc ita deſignat, propter ſequentem hiſtoriam. Vide ſimilem obſervationem Cap. IX. verſ. 18.

Keſitis] קשיטה Pecuniæ ſignatæ, aut gravis genus fuiſſe pleriſque videtur, quale, ex nullo indicio hactenus haurire licuit. Ter tantùm in Scriptura exſtat, hîc, Joſuæ Cap. XXIV, 32. ubi eadem hæc Jacobi emtio narratur, & Job. XLII, 11. ubi ab ſingulis amicis Jobus קשיטה אחת *Keſitam unam* accipit. LXX. Intt. hîc ἀμνῶν *agnos*, duobus reliquis locis ἀμνάδας *agnas* verterunt; qua in re veteres omnes Interpretes, cùm nihil certius occurreret, eos ſequuti ſunt. Attamen, judice *Sam. Bocharto* Hierozoïci Part. I. Lib. 2. Cap. 43. quem *quadam admiratione commoti*, quod de *Platone* olim dixit *Cicero*, *ſæpiùs fortaſſe laudamus, quàm neceſſe eſt*; judice, inquam *Bocharto*, nummi eſt genus. Quæ ſententia nititur hiſce rationibus. 1. Cùm de ovium paſtu, proventu, mactatione, & ſacrificiis libri Prophetici locis pluſquàm centum agant, nuſquam hoc nomen occurrit; neque in vicinis Hebraicæ Linguis, ullum apparet vocis hujus, hac ſaltem ſignificatione, veſtigium. 2. *Thalmudici* nummi genus eſſe ajunt, habéntque omnes pænè Hebræos Interpretes, & Grammaticos ſibi adſentientes. 3. Si liceret per Maſſorethas punctum ש *Sin* è ſiniſtro cornu in dextrum transferre (Vide tamen not. ad Cap. XXVI, 33.) ipſa origo vocabuli decideret hanc litem; nam קשט *koſeth* Hebræis eſt *veritas*, unde קשיטה *keſitha* probæ monetæ qualitas duci poteſt, hoc eſt, *vera, ſincera*, ſive materiæ ratione, ſive ponderis. Hinc in Chaldæis Paraphraſtis קשוט *kſouth*, *veritas*, additur ponderibus Deut. XXV, 15. & Prov. XVI, 11. Itaque קשיטה, id eſt, vera, potuit dici moneta quæcumque habuit juſtum pondus, aut ſincera fuit, ut opponeretur levi & adulterinæ. Deinde generis nomen ad certam ſpeciem transferri potuit, quod exemplis probat vir doctiſſimus. 4. קשיטה non eſſe agnum docet fœminina terminatio, *agnam* verò ſi intelligas, ſequetur Jacobum, pro agri pretio agnas tantum dediſſe, & Jobum ab amicis nihil accepiſſe præter fœminas, ſine ullo mare, quod parum eſt veriſimile. 5. Jacobi ævo, & multò antea, jam deſierant permutationes, ante pecuniæ uſum, inter homines uſitatæ. Vide ſuprà Capp. XVII, 12, 13. XXIII, 16. & infrà XLII, 25. XLVII, 16. Denique ille ager dicitur emtus τιμῆς ἀργυρίου Act. VII, 16.

Sed quamvis קשיטה nummi ſpecies eſſe dicatur, ſupereſt tamen quærendum cur tanto conſenſu Veteres Intt. *agnum*, aut *ovem* converterint. Sunt qui reſpondeant Græcè aliis occaſionem ita reddendi fuiſſe mendum Tranſlat. τῶν LXX. ubi cùm primum eſſet ἑκατὸν μνῶν *centum minis*, facili lapſu Librarius parum adtentus ſcripſerit ἑκατὸν ἀμνῶν *centum agnis*. Alii nummos intellectos fuiſſe ab Interpretibus volunt *agnos* dictos, quòd agnorum imagine ſignati eſſent. Quomodo apud Athenienſes pecunia bove ſignabatur, qua de re *Heſychius*, in Paroemia Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ *bos in lingua*; quæ de iis dicebatur, qui pecuniam acceperant, ne quod ſentiebant dicerent. Hos imitatus *Servius rex* Romanorum *ovium boûmque effigie primus æs ſignavit*, ut docet Plinius Lib. XVIII. Cap. 3. Sic & alii populi. His conjecturis tertiam addit *Sam. Bochartus*, cui tamen fidere ſe negat. Si, quod multi ſuſpicantur, numeri olim non plenè ſcripti ſunt, ſed litteris numeralibus expreſſi, duas voces במאה קשיטה ſcriptas fuiſſe hoc modo ק' קשיטה, duobus Koph ſe mutuò ſubſequentibus; quorum altero ſuppreſſo, ut ſæpè fit in litteris ſimilibus, vox קשיטה mutata ſit in שיטה vel שיתא *Setha*, quomodo Chaldæi ovem appellant, & LXX. Intt. ק' שיתא verterint *centum ovibus*.

De-

meum in Sehirem veneto. [15] Jubebo ergo, ait Heſavus, tecum manere aliquot ex populo, qui mecum eſt. Cur verò iſtud? *ait Jacobus*, gratiam apud dominum meum nanciſcar.

[16] Eo ergo die viam ſuam, in Sehirem, regreſſus eſt Heſavus; [17] Jacobus verò Succhothas ivit, ſibi domum ædificavit, & pecori ſuo tuguria fecit, qua de cauſa locum Succhothas appellavit. [18] Pervenit poſtea Jacobus incolumis urbem Sichemum, quæ eſt in Chananæorum terra, poſtquàm venit ex Meſopotamia, atque ante urbem caſtra poſuit. [19] Emit etiam ex filiis Chamoris, patris Sichemi, centum Keſitis partem agri, in quo tabernaculum tetendit. [20] Statuit ibi altare, idque appellavit, *altare* Dei, Dei Iſraëlis.

XXXII. Di-

corum infirmitate, quàm celerrimè poſſet, ſequuturum, & in Sehirem illum inviſurum. [15] Conſenſit quidem Heſavus, ſed aliquot armatos ex ſuis, præſidii causâ, cum Jacobo relinquere volebat; niſi hic opus eſſe negaſſet, & ſe ſolum iter facere pateretur iterum, iterúmque rogaviſſet.

[16] Itaque illo ipſo die Heſavus Jacobo valedixit, & in Sehirem montem rediit; [17] Jacobus tamen eum, certis de cauſis, eò ſequutus non eſt, ſed in tractu Chananææ, qui poſtea Succhothæ dictus eſt, diu manſit. Eo enim in loco, domos ligneas, in quibus ipſe & uxores, filiíque habitarent ædificavit, gregibus verò tuguria ramis arborum, frondibúſque tecta conſtruxit; quæ cùm Hebræâ Linguâ *Succhoth* dicantur, id nominis ei loco hæſit. [18] Poſtea eo relicto tractu, ulteriùs in Meridiem perrexit, Sichemúmque, ad Garizimum montem ſitum oppidum, pervenit, & ante oppidum ipſum tetendit. [19] Néve ulla ſibi lis, de loco in quo tendebat, ab oppidanis moveretur; ex filiis Chamoris, patris Sichemi de quo dicemus, eum agrum centum Keſitis emit. [20] Hoc ipſo in loco, altare Deo Opt. Max. ſtruxit, quod *altare Dei Iſraëlis* poſtea dictum eſt.

P A-

Denique hac de voce quærunt Eruditi, ſi nummus eâ ſignatnr, quanti fuerit? Hebræi quidem, ſummo conſenſu מעה, hoc eſt, *obolum* exponunt; ſed meritò viro ſummo videtnr hoc ridiculum, cùm Hebræorum Obolus ſit $\frac{1}{12}$ pars ſicli, adeò nt Jacobns paullò pluris quàm qnatnor ſiclis hanc agri partem emerit. Amici qnoque Jnbi exiguam ſanè ſtipem illi contuliſſent, qui paullò plus quàm *ſtuverum* Hollandicum ei dediſſent. Fuit ergo, ſine dnbio, קשיטה majoris pretii, ſed qnanti non conſtat.

Hæc, aliáque plnra *Sam. Bochartus*, quem ita exſcripſimus, nt noſtra qnædam miſceremns. Firmatur ejus ſententia Syriſmo, & Arabiſmo, cùm Syri קסטרא *koſtro* vocent *nummularium*, & Arabes קסטאר *koſtaron*, apud quos etiam קסטר *kaſtara* eſt *nummos ſinceros, probatóſque reddidit*.

20. *Altare Dei, Dei Iſraëlis*] אל אלהי ישראל *el elohe jiſraël.* Alii exponunt אל *Deum fortem*, quia deducitur à radice איל *ejal*, qnæ *potentiam* ſignificat; & *Aquila* qnidem contentioſus Interpres, qui non ſolùm verba ſed etiam Etymologias verborum tranſtnlerat, perpetnò ὁ ἰσχυρὸς verterat, quem alii ſequuti ſunt. Verùm ut allatam Etymologiam negare nolim; ſic perpetuò eò reſpici non crediderim, ſed voce אל ſimpliciter *Deum*, quæ vox ſignificatu ordinario non potentiam magis, quàm alia Dei adtributa complectitur, ſignari. Hinc fit ut interdum hnic voci addatur epitheton גבור *gibbor*, quod potentem ſignificat, nt Eſai. X, 21. *Reliquiæ Jacobi revertentur ad* אל גבור *ad Deum potentem.* Qui vertunt *ad Deum fortem & potentem*, illi inani ταυτολογίᾳ tranſlationes ſuas impediunt.

Alibi etiam voci אל adjnngitur altera אלהים, ſed videtur eſſe in Genitivo, nt אל אלהים vertendum ſit *Deus Deorum*, Joſ. XXII, 22. & Pſ. L, 1. Hîc verò *Deus Iſraëlis* additnr, veluti ἐπεξηγήσεως ἕνεκα, nt cui Deo ſacrum eſſet altare ſignificaretur. De nominibus pluribus vocibns conſtantibus diximns ad Cap. XXII, 14.

Hoc in animum non revocarunt Interpretes qni, neglectâ phraſi, quæ, ex perpetuo Hebraïcæ Linguæ uſu, aliter ac fecimns verti non poteſt, alium hîc quærunt ſenſum, ut LXX. Intt. ἐπεκαλέσατο τὸν θεὸν Ἰσραήλ, & Vulg. qui habet: *invocavit ſuper illud* (ויקרא לו) *fortiſſimum Deum Iſraëlis.* Sic & Onkelos: *& ſacrificavit ſuper eo coram Deo, Deo Iſraëlis.* Verùm ויקרא לו *vajjikra lo*, perpetnò ſignificat *vocavit eum*, (& frequentiſſima ea eſt phraſis) nuſquam *invocavit ſuper eo*, quod inſpectæ Concordantiæ docebunt. Videtur loquutio Elliptica eſſe, & additione voculæ exponenda, hoc pacto: *Deus, Deus Iſraëlis*, hoc eſt, *altare Dei*, non cujuſvis, ſed *Dei Iſraëlis.* Sic Exod. XVII, 15. Moſes *ædificat altare, vocátque nomen ejus, Jebova vexillum meum*, hoc eſt, *altare Jebovæ, qui eſt vexillum meum.* Sic & inſtanratæ Jeroſolimæ dicitur nomen futnrum Ezek. XLVIII, 35. יהוה שמה *jebovab ſchammah*, hoc eſt, Deus illic; quod perinde eſt ac ſi diceret eam urbem vocatnm iri, *urbem in qua Deus eſt.* Vide Pſalm. XLVIII, 2, 3. Similiter hodiéque Templa Sanctorum memoriæ conſecrata eorum nominibus, brevitatis causâ, appellantur, ut *S. Petrus, S. Paulus*, &c.

C O M-

Digitized by Google

XXXII. Dina à Sichemo rapitur; Jacobi filii cum eo & Sichemenſibus fœdus feriunt, quod perfidè, occiſis per inſidias omnibus oppidi viris, eóque direpto, violant.

1. EGressa eſt, *in eo loco*, Leæ filia Dina, quam Jacobo pepererat, ut tractûs illius puellas viſeret. 2. Vidit autem eam Sichemus, filius Chamoris Chivvæi principis regionis, eámque rapuit, & cum ea concumbens, eam compreſſit. 3. Animus etiam ejus in Dina Jacobi filia hæſit, puellam deperiit, & quæ cordi erant ei dixit. 4. Dixit quoque Chamori patri Sichemus: hanc mihi puellam Caput XXXIV

PARAPHRASIS.

1. Cum ad Sichemum aliquamdiu tetendiſſet Jacobus, Dinam ejus filiam inviſendarum oppidi puellarum cupiditas cepit. Itaque matris tentorio egreſſa, paucis comitantibus, in urbem ivit. 2. Ea præſtanti formâ cùm eſſet, & primo ætatis flore, non priùs conſpecta eſt à Sichemo filio Chamoris, principis familiæ Chivvææ, quæ ea loca tum tenebat, quàm ille ejus amore ardere cœpit. Itaque è veſtigio rapiendæ conſilium iniit, quod, nemine puellæ peregrinæ opem ferente, facilè exſequutus eſt, eámque domum paternam abductam compreſſit. 3. Nec tamen, poſtquàm puellâ potitus erat, amor ejus elanguit, aut quidquam ille omiſit, quo Dinam ſummo dolore, propter illatum ſibi ſtuprum, confectam ſolaretur. 4. Quamquam, præ amoris impatientia, nuptias anteverterat, noluit diutiùs exſpectare, quin eam, more ſolito, à patre Jacobo uxorem ſibi collocari peteret. Itaque patrem ſuum Chamorem adit, orátque ad Jacobum eat; ut ſibi Dinam

COMMENTARIUS

In Caput XXXIV.

1. E*Greſſa eſt*] Ex matris tentorio, ut urbem Sichemum ingrederetur. Quo tempore hæc geſta ſint non eſt facile dictu, cùm Jacobus, poſt reditum ex Meſopotamia, triginta annis & quod excurrit in Chananæa fuerit. Sed adultis jam filiis contigiſſe neceſſe eſt, adoleſcentuli enim facinus, quale hîc narratur, numquam auſi eſſent adgredi.

2. *Sichem*] Ab hoc urbi nomen fortè, ut plerique conjiciunt Interpretes, factum eſt.

Chivvæi] Nomen unius ex decem Chananæorum familiis, quæ tamen, tempore Joſuæ, alia inſederat loca. Vide not. ad Cap. X, 17.

Principis] Hoc eſt, inter regionis primores inſignis.

3. *Animus ejus in Dina hæſit*] Quid hoc ſibi velit, ſequentia verba oſtendunt. Similis eſt deſcriptio arctiſſimæ amicitiæ 1 Sam. XVIII, 1. *Animus Jonathanis vinctus fuit animo Davidis; & amavit eum Jonathan inſtar ſui.* Sed poteſt etiam amoris conſtantia hac phraſi ſignificari, ut nos doceat Moſes Sichemum non ſolâ libidine percitum fuiſſe, ſed puellam hanc perpetuo & conjugali adfectu proſequutum. Contrario planè modo ſe geſſit Amnon, cujus hiſtoria narratur 2 Sam. Cap. XIII.

Quæ cordi erant] *Loquutus eſt ad cor puellæ*, ad quod loquendi genus quàm proximè potuimus acceſſimus. Propriè ſignificat *ſolari ea dicendo quæ iis, quos ſolari aggredimur, grata eſſe ſcimus.* Vide inf. Cap. L, verſ. 21. Eſai. XL, 2. Hoſ. II, 14. Amoris omnia ei præbuit indicia, pollicitúſque eſt eam ſe uxorem ducturum.

4. *Dixit*] *Dixit dicendo.*

Uxorem impetra.] *Sume in uxorem*, hoc eſt, à patre impetra, ut eam mihi collocet.

5. *In agris erant*] Procul ab eo loco, in quo tendebat, qui ab urbe Sichemo remotus non erat. Vide not. ad Cap. IV, 8.

Donec veniſſent, ſiluit] Cùm quia ſenex erat, tum quia ſororum cura ad fratres pertinebat, ut vidimus ad Cap. XXIV, 50.

6. *Ut Jacobum conveniret*] *Ad Jacobum, ut eum alloqueretur.*

7. *Re auditâ*] *Cùm audiſſent illi.*

Dolore & irâ perciti] *Et indoluerunt viri, & ira fuit illis.*

Contumeliam Iſraëli intuliſſet] נבלה עשה בישראל *nbalah haſcha biſchraël*, quæ phraſis non quidem rara eſt, ſed alio ſenſu occurrit, Deut. XXII, 21. ubi vide notata.

Ejus filia] *Filia Jacobi.*

Nec ſic fieri par eſſet] *Nec ſic fiet.* Vide not. ad Cap. X, 8.

8. *Animum ad filiam veſtram adplicuit*] *Adplicuit ſe anima ejus ad veſtram filiam.* Singularem amorem ea phraſis ſignificat Deut. VII, 7. X, 15. XXI, 11. Pſalm. XCI, 14. Idem ſibi vult quæ occurrit verſu 3. *Filiam veſtram* hîc dixit Chamor, alloquendo Jacobum & Leam, præſentibus filiis.

9. *Connubia nobiſcum miſcete*] Duabus vocibus התחתנו אותנו *hithhatthenou othanou*, quod imitati LXX. Int. ἐπιγαμβρεύσατε ἡμῖν, quæ vox apud Helleniſtas Judæos in uſu fuit.

10. *Tum nobiſcum habitabitis*] Hoc eſt, in unum populum nobiſcum coaleſcetis, & agri, quem latiùs poſſidemus quàm colimus, quantùm neceſſe erit, capietis.

Regio coram vobis erit] Hoc eſt, nondum cultorum agrorum quod videbitur incoletis. Vide not. ad Cap. XIII. 9.

Sedes capietis] שבו *ſchbou*, in Imperativo, ut duo ſequentia verba, qui Modus pro Futuro ſæpe occurrit, & hoc quidem in loco manifeſtò ita exponendus eſt, propter antecedentia Futura. Similis eſt prorſus loquutio infrà Cap. XLV, 18. & Deut. XXXII, 50. Nihil frequentius, quàm Futurum Imperativi loco, & eſt inter hæc magna adfinitas; quod

lam uxorem impetra. 5. Audivit & Jacobus vitiaſſe eum Dinam filiam; ſed filii ejus cum pecore in agris erant, & donec veniſſent ſiluit.

6. Egreſſus eſt *urbe* Chamor Sichemi pater, ut Jacobum conveniret; 7. ſimul filii Jacobi, re auditâ, ex agris venerunt dolore & ira perciti, quòd contumeliam Iſraëli intuliſſet, concumbendo cum ejus filia *Sichemus*, nec ſic fieri par eſſet. 8. Chamor verò eos alloquutus eſt his verbis: Sichemus filius meus animum ad filiam veſtram adplicuit, uxorem eam illi, quæſo, collocate. 9. Connubia nobiſcum miſcete, filias veſtras nobis collocate, noſtráſque filias vos ducite. 10. Tum nobiſcum habitabitis, regio coram vobis erit, ſedes capietis in ea, negotiabimini, & prædia habebitis. 11. Dixit præterea Sichemus patri & fratribus: impetrem hanc à vobis gratiam, & quidquid mihi dixeritis ſolvam. 12. Maximam à me petite dotem, & donum *nuptiale*, quemadmodum dixeritis, dabo; puellámque hanc mihi uxo-

nam uxorem ab eo fratribúſque impetret. 5. Interea Jacobus vitium filiæ oblatum audierat, nec tamen ad Chamorem querelas detulerat; quòd abeſſent filii, ad quos etiam pertinebat ſororis cura, procul ab eo loco in quo tendebat, greges ſuos paſcentes, eóſque exſpectandos putaret.

6. Paullo poſt Chamor urbe egreſſus eſt, ut Jacobum ea de re conveniret; 7. & jam aderant Jacobi filii, qui ut primùm rem audiverant, gregibus relictis, ad tabernacula viam capeſſiverant, irâ & dolore ardentes; quòd tanta eſſet, præter æquum & fas, patri & ſibi illata contumelia. 8. Eos ergo circa parentes congregatos alloquutus eſt Chamor, & filio ſuo Dinam amanti uxorem eam collocarent orare cœpit. 9. Viciſſim Chivvæas puellas, ſi quæ iis placerent, nec viderentur oppidani quibuſcum connubiis jungerentur indigni, iis offerebat. 10. Paratos Chivvæos ajebat, cum iis, ſi vellent, in unum populum coaleſcere, & agros quorum major, quam ſibi neceſſe erat, modus circa oppidum ſuppetebat, iis dividere, proprios in poſterum futuros. Tum eos, mercimoniorum causâ, liberè & ſecurè per totam illam oram, ſi ita videretur, vagaturos. 11. 12. Adjecit Sichemus ad connubium Dinæ quod adtinet, ſi paterentur ſe exorari, quamcumque poſcerent dotem paratum ſe dare, & nuptialia dona, quamvis magna, illico collaturum; ut intelligerent à ſe Dinam

enim imperatur, quaſi futurum ſemper ſpectatur.

Negotiabimini] סחרוה *shharouha*, quæ vox eodem ſenſu occurrit, in re ſimili, infrà Capite XLII, 34. Ultimum ה à Samaritico eſt eſt omiſſum. Utrobique LXX. Intt. ἐμπορεύεσθε. Ac ſanè סחר *sohher* eſt *mercator*, qui, emendi aut vendendi causâ, multa obit loca. Poſſet tamen verti *vagamini in ea*, & intelligi de paſcuis hac illac, Nomadum more, quærendis. Vide Jerem. XIV, 18. Sed Nomades, ſi non aliam, pecudum certè mercaturam faciebant, atque ad mercatus pecudes emtum, aut venumdatum ibant; quo ſenſu etiam erant סחרים. Sic Græcis ἔμποροι dicti *mercatores* οἱ διὰ παντὸς τοῦ βίου τὴν πορείαν ποιούμενοι, *qui iter*, negotiandi causâ, *per totam vitam faciebant*.

Et prædia habebitis] *Et teneamini in ea*, והאחזו *heahhazou*, unde אחזה *ahhuza* prædium.

11. *Impetrem hanc à vobis gratiam*] *Inveniam gratiam in oculis veſtris.* Vid. not. ad Cap. XXXIII, verſ. 14.

12. *Maximam à me petite dotem*] *Augete ſuper me*, aut *mihi valde dotem.* Illis temporibus, ut jam vidimus ad Cap. XXIX, 19. ut impetrarentur puellæ, munera à procis parentibus offerebantur; verùm hoc clariùs hiſce verbis liquet. Sic etiam Heroïcis temporibus, apud Græcos, fieri ſolebat, ubi Gener futurus ἕδνα patri puellæ ſolvebat, quod ex variis Homeri locis diſcimus, quæ collecta ſunt ab *Ever. Feithio* Ant. Homeric. Lib. II. Cap. XI. Sic Odyſſ. Θ. Marte & Venere in adulterio deprehenſis, & vinculis conſtrictis, Vulcanus ſe eos dimiſſuros negat 318,

Εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώσῃ ἔεδνα,
Ὅσσά οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος εἵνεκα κούρης,
Οὕνεκά οἱ καλὴ θυγάτηρ:

Donec omnem mihi pater reddat dotem, quantam dedi ei propter impudentem puellam, quia ei pulcra erat filia. Hinc *Ariſtoteles* Politic. Lib. II. Cap. 8. de antiquiſſimis Græcorum moribus: ἐσιδηροφοροῦντο οἱ Ἕλληνες, καὶ τὰς γυναῖκας ἐωνοῦντο παρ' ἀλλήλων, *ferrum geſtabant Græci, & uxores invicem emebant.* Hodiéque apud Turcas & Perſas, ſimilia fieri dicuntur. Vide *Iter Orientale Thevenotii* Lib. I. Cap. 41.

13. *Sichemo, Chamorique*] Hîc Sichem patri præponitur, cujus maximè res agebatur, ut Laban Bethueli Cap. XXIV, 50. ubi quare filii Jacobi hîc, tacente patre, loquantur oſtendimus.

Eò quod] *Et dixerunt eò quod* &c. *nempe, quæ ſequuntur.*

Vitiarat] טמא *timme.* Eſt in Samaritico טמאו, & LXX habent ἐμίαναν, quod crimen, ut intrà, iis tribuitur, qui non impedierant.

14. *Non poſſumus*] Nobis per inſtituta noſtra non licet. Vide not. ad Cap. XXIX, 8.

Dedecus hoc] חרפה היא hherphah hi. LXX. Intt. ἔστι γὰρ ὄνειδος ἡμῖν. Vox Hebræa rerum & verborum probra ſonat. Nimis ἐμφατικῶς Vulgatus: *illicitum & nefarium eſt.* Nulla hac de re tunc temporis à Deo Lex erat lata, quâ vetarentur filias ſuas incircumciſis collocare: aut incircumciſorum filias ducere, ut poſtea. Sed meditati dolum hunc fuerant.

15. *Hac lege*] בזאת bzoth, *in hoc.*

Obſequemur] Aut, *nobis conveniet vobiſcum*, נאות *neoth*, quod ſimili ſenſu exſtat 2 Reg. XII, 8. Hujus vocis duplex eſt apud LXX. Intt. tranſlatio, quarum altera ex Gloſſemate orta videtur, ὁμοιωθησόμεθα ὑμῖν *ſimiles fiemus vobis*, voluntate, nimirum, ut in unum populum coëamus; quo ſenſu Futurum eſt, à Radice אות aut און: καὶ κατοικήσομεν ἐν ὑμῖν, *& habitabimus inter vos*, quod ſignificaret vox נאות ſi à נוה *nava* deducere-

uxorem concedite. 13. Reſponderunt Jacobi filii Sichemo, Chamorique ejus patri doloſè, eò quòd ſororem eorum vitiaſſet *Sichemus*; 14. atque illis, hoc committere, inquiunt, non poſſumus, ut ſororem noſtram viro, cui præputium eſt, collocemus, nobis enim dedecus hoc habetur. 15. Sed hac lege vobis obſequemur, ſi fueritis ſicut nos; adeò ut vobis omnis maſculus circumcidatur. 16. Tum collocabimus vobis filias noſtras, & filias veſtras nobis ducemus; unà habitabimus, atque in unum populum evademus. 17. Sin verò nos non auditis, ut circumcidamini; receptâ filiâ noſtrâ, abibimus.

18. Placuit eorum oratio Chamori, Chamoriſque filio Sichemo; 19. neque adoleſcens rem exſequi cunctatus eſt, filiam enim Jacobi amabat, & omnium qui paternæ domi erant, honoratiſſimus fuit. 20. Ivere ergo Chamor, unáque filius Sichemus, ad oppidi ſui portam, & populares his verbis alloquuti ſunt: 21. Viri illi pacem nobiſcum

nam raptam eſſe, non ut vitiatam ejiceret, aut inſtar concubinæ aleret, ſed juſtæ uxoris loco haberet. 13. His auditis, præferocium quidem juvenum placata non eſt ira, ſed ut atrocem vindictam, quam meditati erant, faciliùs exſequi poſſent, ſe quæ ſibi à Chamore & Sichemo offerebantur nequaquam aſpernari finxerunt; 14. at, Ægyptiaco more, circumciſis nefas eſſe ſororem viro incircumciſo nuptui dare, ſubdolè reſponderunt. 15. Eadem de cauſa, non poſſe ſe in unam civitatem cum Chivvæis convenire, niſi hi circumciſionem ſuſcipere etiam vellent. 16. Quod ſi facerent, nullà ſe religione impeditum iri, quominùs connubia miſcerent, atque unum cum Chivvæis populum conficerent. 17. Sin verò, Dinam ſe, quamquam vitiatam, recepturos, & refixis tentoriis alia in loca abituros.

18. 19. Honeſta viſa eſt Chamori & Sichemo Jacobi filiorum oratio; nec adoleſcens, Dinæ amore flagrans, diutiùs rem differri paſſus eſt, & à patre, apud quem ſumma erat ejus gratia, facilè impetravit, ut quàm primùm convocato populo lex ea de re ferretur. 20. Itaque convocatis ad portam urbis oppidanis, eos in ſuam ſententiam pertrahere adgreſſi ſunt. 21. Demonſtrarunt Jacobum ejúſque filios pacem, quam cum illis haberent Sichemenſes, ſemper ſanctè coluiſſe; itaque auctores ſe eſſe, ne in alium abirent tractum, divi-

retur, quod non fieret hîc ſine Anomalia. Poſſet enim Infinitivus dumtaxat eſſe, cui locus in hiſce verbis non eſt. *Vulgatus* divinando: *valebimus fœderari.*

16. *In unum populum evademus*] *Erimus in unum populum.* Vide not. ad Cap. II, 24. Eſt in Samaritico כעם *chebam*, ut LXX. habent ὡς γένος.

17. *Receptâ filiâ noſtrâ*] *Capiemus filiam noſtram & abibimus.* Loquuntur filii Jacobi parentum nomine, ideóque *ſororem* vocant *filiam ſuam*. Vide verſ. 12.

18. *Placuit eorum oratio*] *Et bona fuerant eorum verba in oculis.* Hinc liquet non admodum malos fuiſſe hos Chananæos, qui pacis causâ incommodiſſimum ritum tam facilè ſuſcipiebant; aut eorum oppidum tenue fuiſſe, quod in unius familiæ gratiam, novum morem ſuſcipere non dedignatum ſit. Certè procaciores homines, aut potentiores facilè ſpreviſſent Jacobi filios, omnémque fœderis honorem & utilitatem ad eos, non ad ſe, pertinere dixiſſent. Sequentia etiam non magnum oppidum fuiſſe ſatis docent.

19. *Filiam Jacobi amabat*] חפץ בבת *hhaphats bebath*, quæ phraſis eſt frequentiſſima, & ſolet verti à LXX Intt. εὐδοκεῖν ἐν τινὶ, aut θέλειν, aut βούλεσθαι, aut ἐρᾷν, aut ἀγαπᾷν τι, quæ omnes ſignificationes aptiores erant huic loco, quàm ἐνέκειτο τῇ θυγατρὶ Ἰακώβ, ut hîc habent. Singularem benevolentiam ſignificat hæc phraſis 1 Sam. XIX, 1. Eſth. VI, 9. & alibi.

Omnium qui paternæ domi erant honoratiſſimus] *Honoratus præ omni domo paterna*; quem pater omnium liberorum maximi faciebat.

20. *Ad portam*] Ad quam ſolebant fieri populi conventus. Vide not. ad Cap. XIX, 1.

21. *Pacem nobiſcum colunt*] שלמים ſchalemim *pacifici ſunt illi nobiſcum*, εἰρηνικοί, ut habent LXX. Intt. Alii *integros*, hoc eſt, probos vertunt, poſt *Aquilam*, qui habuit κατηρτισμένους.

Duplo amplior, quàm iis opus eſt] *Ampla duobus ſpatiis*, vel *duabus vicibus ad faciem eorum.* Samariticus habet רחבות *rehhoboth*, hoc eſt, latifundia. Sic Pſalm. CIV, 25. mare dicitur רחב ידים *rhhab jadajim*, ſatis ſupérque amplum, ad magnos parvóſque piſces continendos. Vocem לפניהם *liphnehem* vertimus *quàm iis opus eſt*, quia & alibi לפני *pro* & *propter* ſignificat, ut 2 Sam. III, 31. 1 Par. XXI, 30. Plures agros poſſidebant, quàm colebant Chananæi, unde fiebat ut facilè Hebræorum Patriarchas per fines ſuos cum numeroſiſſimis gregibus vagantes ferrent. Vide not. ad Cap. XXI, 27.

23. *Pecus, opes, &c.*] Nimirum, miſtis connubiis, communes erunt opes.

Nonne noſtra ſunt?] Fient opes populi, & oppidi, quæ familiæ ſeparatæ erant. Interrogationes ſunt, ut notum eſt, paſſim adfirmationum, & quidem vehementiorum, loco.

24. *Omnes oppidi portâ egredientes*] Hoc eſt, omnes oppidani. Vid. ſup. Cap. XXIII, 10, 18. Non videntur magno numero, aut opulentiſſimi fuiſſe, qui propter unius familiæ opes, eò adducti fuerunt ut circumciſionem ſuſciperent. Sed ſi tunc temporis in uſu erat is ritus, apud Ægyptios, ut videtur, potuit magnæ Gentis exemplum apud Sichemenſes alicujus eſſe efficaciæ, quamquam hac de re hîc altum eſt ſilentium.

25. *Triduo autem poſt*] *Et fuit in die tertio, cùm eſſent dolentes, & acceperunt*, &c.

Duo filii] Cùm ne tota quidem Jacobi familia in hoc facinus conſpirarit, ſatis apparet exiguum fuiſſe oppidum. Attamen non eſt ita intelligendus Moſes, quaſi velit duos tantùm Ja-

cum colunt; habitent & negotientur in regione, ecce duplo amplior eſt, quàm iis opus eſt. Filias eorum uxores nobis ducemus, filiáſque noſtras eis collocabimus. 22. Sed hac lege nobiſcum illis conveniet, ut unà habitent, & in unum populum evadant, ſi quemadmodum ipſi ſunt circumciſi, nobis maſculus omnis circumcidatur. 23. Pecus, opes, jumentáque omnia eorum nonne noſtra ſunt? Adſentiamur modò eis, & nobiſcum habitabunt.

24. Chamori, filióque ejus Sichemo omnes oppidi portâ egredientes obſequuti ſunt, & omnis maſculus, ex iis qui eâ portâ egrediebantur, circumciſus eſt. 25. Triduo autem pòſt, cùm iis *vulnera* dolerent, duo filii Jacobi, Simeon & Levis fratres Dinæ, quiſque gladio accincti urbem ſecurè *agentem* ingreſſi maſculum omnem tru-

videndæ illis partis alicujus agri, quem multò ampliorem incultum poſſidebant, quàm Jacobi familiæ opus erat, & miſcendorum cum iis matrimoniorum, ut civitate omnes donarentur. 22. Nec diſſimulaturos ſe jam cum iis ea de re egiſſe; verùm homines negaſſe ſe poſſe in una mœnia, unámque civitatem convenire cum Sichemenſibus, dum hi erant incircumciſi; at ſi circumcidi vellent, ſe conditione uti paratos. 23. Qua in re, ſi adſentirentur illis Sichemenſes, ingens oppido rediturum ex illa ſocietate emolumentum; hominum enim pecudes & jumenta, quæ ingenti numero poſſidebant, matrimoniorum conjunctione, oppidanis communia futura. Nec ſe videre cur, propter rem tantillam, in maximorum bonorum communionem venire nollent Sichemenſes.

24. Hæc Chamor & Sichemus, gentis ſine dubio principes, cùm dixiſſent, à civibus ſuis quod cupiebant impetrarunt, & publicè ab omnibus circumciſio ſuſcepta eſt. 25. Cùm autem mares omnes, nondum curatis vulneribus, domi ſederent, triduò pòſt Simeon & Levis, Leæ filii, armatis fortiſſimis quibuſque ſervorum, in oppidum irruunt, ſecuroſque recenti fœdere Sichemenſes occidione, exceptis dumtaxat impuberibus, occidunt; 26. Chamorem potiſſimùm & Sichemum, à quibus contumelia

cobi filios Simeonem & Levin, ſine ullo ſervorum auxilio, hoc facinus adgreſſos & feliciter eaſequutos eſſe. Hos ſolos videtur nomine appellare, quia ſoli duces fuerunt hujus cœpti, nec alios fratres in re gerenda adhibuerunt, ſed tantùm ſervos quibus maximè fidebant; ne fortè Jacobus pater ſuum conſilium reſciſceret, & moraretur, aut prorſus impediret. Quid enim duo viri, vel in mediocri multitudine, efficere potuiſſent? Nam quamvis circumciſa virilia Sichemenſibus dolerent, an tanta hæc erant vulnera, ut in extremo periculo conſtituti arma ſaltem aliquot capere non poſſent, atque in fœdifragos impetum facere? Verùm ubi compendariò res narrantur, duces tantùm & auctores rerum geſtarum, omiſſis copiis, memorantur. Hinc videmus, in antiquiſſimis Græcorum Hiſtoriis, uni viro ſæpe tribui, quod non niſi ab exercitu fieri potuit. Multa ejuſmodi exempla ſuppeditat *Herculis* hiſtoria, in qua quidem plurima, ſed non omnia, falſa ſunt. *Diodorus Siculus* verè judicat eum *ςρατόπεδον συνήχθαι* *exercitum conſcripſiſſe*, ſed *ποιητὰς, διὰ τὴν συνήθη τερατολογίαν, μυθολογῆσαι μόνον τὸν Ἡρακλέα καὶ γυμνὸν ὅπλων τελέσαι τοὺς τεθρυλλημένους ἄθλους*, *poëtas pro more ſuo prodigiorum ſcribendorum, finxiſſe Herculem ſolum & armis nudum, certamina illa pervulgata confeciſſe.* Biblioth. Lib. IV. Abſit ut Moſem, aut ejus hiſtoriam cum hiſce conferamus! ſed in ſcribendi ratione interdum nonnulla ſimilia ſunt, ut ſæpe obſervavimus, quamquam res rebus ſummopere diſſident.

Securè] בטח *betbahh*. Quod alii ad ipſos Jacobi filios, qui audacter urbem ingreſſi ſunt, referunt, ut LXX. qui habent *ἀσφαλῶς*.

27. *Reliqui filii Jacobi*] In partem prædæ venerunt, audito felici facinoris eventu. Voci בני *bne* Samariticus *Vau* præfigit, & habent *οἱ* LXX. *οἱ δὲ υἱοὶ*, quod Hebraicæ Linguæ conſuetudini convenientius.

Quia ſororem ſuam vitiarant] Unus fecerat, ſed alii, qui hoſpitis filiæ opem ferre debuerant, ne vis ei inferretur non impedierant, adeóque factum probaſſe videbantur. Iniquiſſima tamen hæc fuit cædes, non modò quia per fidem decepti & trucidati fuerant Sichemenſes; ſed etiam quia multi Sichemi factum non viderant, nec fortè probarant, & omnes præterea, admiſſâ circumciſione, & in agros ſuos Jacobi familiâ, ſatis iis fecerant, contumeliámque Dinæ illatam eo modo luerant. Alioqui quando unius ſcelus nemo ulciſcitur, nec quidquam fit, quo læſo ſatisfiat; ſæpe toti populo culpa tribuitur, atque infligitur pœna. Vide Joſ. VII, 1. & ſeqq. XXII, 20.

28. *Oves, boves*, &c.] *Oves eorum, & boves eorum*, &c.

29. *Impuberes*] טפם *tappham*. Quam vocem *οἱ* LXX. ſolent vertere *παιδία*, aut *νήπια*, Vulg. *parvuli*. Ac ſanè collectionem ſignificat, ſed videtur omnes pueros etiam & puellas impuberes, non infantes modò complecti. Fortè, apud veteres Hebræos, radix טפף idem ſignificabat, quod Arabica طف, quæ inter alia hoc ſonat, *non prorſus implevit* vas aut locum, unde طفاء *tapphaton*, hoc eſt, *paucum*, *modicum*, & *quævis res imperfecta*. Hinc pueri potuere vocari טף *taph*, quia nondum ſtaturæ menſuram impleverunt, nondum ſunt homines *τέλειοι*. Hæc certè Etymologia multò veriſimilior eſt, quàm quæ profertur à *Nic. Fullero* Miſcellan. Lib. V. Cap. 15. qui id nomen petit à תפף thaphaph, *pulſare tympanum*, quia pueri à teneris unguiculis, motu crebro, & varia manuum præſertim ac brachiorum agitatione mirè geſtire ſolent. Sed fortè טף primigenia ipſa Radix eſt, cujus origo fruſtra quæritur.

29. *Poſtquam quidquid erat*] *Et deprædati ſunt & quidquid erat domi.* Hic ultimum ו poſtquàm vertimus, ſic poſtulante ſenſu. Vide exempla, apud *Ch. Noldium* Num. 42.

30. *Me turbaſtis*] עכרתם *hacharthem*, hoc eſt,

Digitized by Google

trucidarunt. 26. In Chamorem & Sichemum filium gladio *pariter* animadverterunt, & abductâ Sichemi domo Dinâ, egreſſi ſunt. 27. *Reliqui* Jacobi filii occiſis ſupervenerunt, urbémque, quia ſororem ſuam vitiarant, diripuerunt. 28. Oves, boves, aſinos, quidquid in urbe, quidquid in agris fuit abſtulerunt. 29. Omnes eorum copias, impuberéſque & mulieres captivas abduxerunt, poſtquàm quidquid erat in ædibus deprædati eſſent. 30. Tum Simeoni & Levi Jacobus, me inquit, turbaſtis, dum me apud regionis incolas, apud Chananæos & Pherizæos, infamaſtis. Cùm paucos mecum viros habeam, conjungent in me copias, méque cædent; atque ego & domus delebimur. 31. An ergo, inquiunt illi, ſoror noſtra quaſi meretrix habebitur?

XXXIII. Ja-

melia adfectos ſeſe putabant, obtruncant, Dinámque ſororem ex eorum ædibus raptam ad matris tabernaculum reducunt. 27. Occiſis omnibus viris, reliqui Jacobi filii urbem propugnatoribus nudatam ingreſſi ſunt; eámque, ut ſororem ulciſcerentur, diripuerunt. 28. 29. Omnem rem pecuariam Sichemenſium, in urbe & ruri, ſibi vindicarunt, omnes eorum alias opes, denique quidquid fuit mulierum & impuberum, nullo ſervorum & liberorum capitum diſcrimine habito, exhauſtâque penitus urbe, abduxerunt. 30. Fruſtra, facinore perpetrato, queſtus eſt Jacobus ſibi in alieno ſolo verſanti, perfidiâ illâ, ingens creari periculum, neque levi invidiâ inter vicinas Chananæorum familias flagraturum, cùm audituri eſſent deletum à ſuis ac direptum fuiſſe Chivvæorum oppidum. Quod ſi vellent horum conſanguinei conjungere copias, ſe exiguo quem habebat armatorum numero nequaquam parem eis futurum, & à multitudine facile ſuperatum ac deletum iri. 31. Quæ cùm graviſſimæ eſſent rationes, quibus ad meliorem mentem Jacobi filios revocari par erat, attamen feroces juvenes, nullâ paternorum monitorum reverentiâ ducti, ſe umquam ſororem meretricis inſtar haberi paſſuros negarunt.

P A-

eſt, omnes meas rationes conturbaſtis, nec ubi vitam agere inſtitueram, manere ampliùs tutò potero. Alioquin *incommodum creare* ſonat, Joſ. VII, 25. 1 Samuel. XIV, 29. LXX. *μισητόν με πεποιήκατε.*

Infamaſtis] להבאישני *lhabiſcheni*, hoc eſt, *faciendo ut fœteam*, ſeu infamis ſim hoc latrocinio, & veteribus terræ colonis inviſus. Vide Exod. V, 21. 1 Sam. XIII, 4.

Cùm paucos mecum viros habeam] *Et ego homines numeri* ואני מתי מספר *vaani mthe miſphar.* Qui pauci ſunt facilè numerantur, & viciſſim. Vide Deuter. IX, 27. Similis eſt phraſis Deut. XXVI, 5. מתי מעט *mthe meath*, hoc eſt, *homines paucitatis.* Vide & Eſai. X, 19. Hîc autem voce אני *familiam* ſuam ſignat Jacobus, in ſequentibus verbis ſe ſolum.

Conjungent in me copias] *Congregabuntur contra me.* Vide XIV, 3. Fortè unius aut alterius oppidi copiis par futurus erat Jacobus, ſed impar pluribus.

31. *Soror noſtra quaſi meretrix habebitur*] *An ut meretricem faciet Sororem noſtram*; Sichem, nimirum. Ne quidquam ſupplendum eſſet, paſſivè vertimus: quaſi יעשה *jaaſce* legendum eſſet *jehaſche* in futuro *Niphal*, ut verſ. 7.

In voce הכזונה hacchezonah, *an quaſi* meretrix, ז eſt majus in Codice Maſſorethico, quod volunt rem dignam obſervatu ſignare; nimirum, grande hoc fuiſſe piaculum, quod Sichemus contraxiſſet, vitiando tanti viri filiam. Verùm hæ argutiæ ſunt Rabbinicæ, qui potiùs debuiſſent ז eadem magnitudine, ac alias litteras, ſcribere.

XXXIII. Jacobus Dei juſſu Bethelem proficiſcitur, ubi Altare ſtatuit & ſacra facit, quòd Deus bis ſe ei hoc in loco revelaſſet. Moriuntur Rebeccæ nutrix Debora, & Rachela Jacobi uxor, Benjaminem enixa. Rubenis flagitium. Filii Jacobi & mors Iſaaci.

CAPUT XXXV. 1. DIXIT Deus Jacobo, ſurge, ito Bethelem, ibi habita, atque altare Deo,
qui tibi eſt conſpectus, cùm Heſavum fratrem fugeres, ibidem ſtatue. 2. Ja-
cobus itaque domui ſuæ, & omnibus qui ſecum erant: amovete, ait, Deos
peregrinos qui apud vos ſunt, mundamini, & veſtes veſtras mutate. 3. Tum ſurgemus, &
ibi-

PARAPHRASIS.

1. POSTEA anxium metu Jacobum Deus, per
quietem, juſſit Bethelem ire, atque altare il-
lic ſtatuere, ad quod votum, quod ſibi Heſavum
fugiens nuncuparat, ſolveret. 2. Poſtero die, ſom-
nium familiæ expoſuit Jacobus, ſéque mandata Dei
exſequi decreviſſe dixit; itaque paratos omnes eſſe
oportere celebrando, ut par erat, feſto, amoven-
da omnia alienorum Deorum ſimulacra, & ad eo-
rum cultum pertinentia inſtrumenta, ablutionéque
corpora mundanda, & nitidiores induendas veſtes.
3. Cùm deinde parata omnia eſſe audiret, ſignum
proficiſcendi ſe daturum, ut altari erecto vota &
grates rependeret Deo Opt. Max. qui ſibi in maxi-
mis periculis adfuerat, & ſe incolumem in patrium
ſolum reduxerat. 4. Tum univerſa Jacobi familia
ſigna omnia Deorum alienorum, & inaurium ſacra
iis

COMMENTARIUS

In CAPUT XXXV.

1. *Ito Bethelem*] *Adſcende in Bethel.* Sic & verſ. 7. Sed *adſcendere* & *deſcendere* perinde paſſim ſunt ac *ire*. Vide ad Cap. XXXV, verſ. 1. & Jud. XIV, 1. XV, 8, 13.

Deo qui tibi eſt conſpectus] Qui propterea dicitur *Deus Bethel* Cap. XXXI, 13.

2. *Deos peregrinos*] הנכר hannechar, *alieni.* Aut uxores, aut ſervi Jacobi ſtatuas alienorum Deorum inter ſe, eo connivente, habebant. Fortè Rachelæ etiamnum paterni Penates erant, quos abjeciſſe nuſquam legitur. Vide C. XXXI, verſ. 19. Deo patris & avi, adeóque etiam ſuo ſacra facturus, nolebat ullius Dei alieni cultum miſceri, ne Dei veri iram moveret. Hoc ipſum poſtea vetuit Deus Exod. XX, 3.

Mundamini] Hoc eſt, abluite vos aquâ, quod ſignificat verbum טהר Num. XXXI, 23. Similem *ſanctitatem*, ſeu *munditiem* (hæc enim ſæpe confunduntur) poſtulavit Deus à Jacobi poſteris, antequàm legem laturus in Sinam montem deſcenderet. Exod. XIX, 10. Cùm autem conſtet ſimilibus ablutionibus, antequàm ſacra facerent, uſos eſſe Idololatras, quæritur hîc à viris doctis, Hebræíne eum morem Idololatris debuerint, an Idololatræ Hebræis? Qua de re, copiosè egit vir eruditiſſimus *Joann. Spencerus* de Leg. Rit. Moſ. Lib. III. Diſſ. 3. Cap. III. Sect. 2. ubi plurima ex utriſque teſtimonia atque exempla profert. Nos quoque hac de re agemus ad Exod. XXX, 18, 19, 20. Interea nihil vetat nos hoc in loco obſervare, quod haud malè ab Ethnicis inſtitutum fuerat, id à Patriarchis exemplo ſuo potuiſſe confirmari. Ut autem quidpiam tractaturi quod in pretio habemus, aut aliquid ſollemniùs acturi, manus purgamus aquâ, ne qua fortè immundities nobis adhæſerit, veſtéſque mundiores induimus: ita ſacra facturis, illotis manibus, aut ſordidis veſtibus, ad altaria accedere religio erat; non quòd immundities per ſe Deo inviſa ſit, ſed quia neglectum quemdam eorum quæ aguntur præ ſe fert, & poteſt iis, qui ex ſpecie externa de rebus judicant, contemtum ſacrorum inducere. Quæ ratio cùm Patriarchis nota eſſet, mirúmne cuiquam videri poteſt probatam eis fuiſſe? Si quis contendat Patriarchas hujus, ſimiliúmque rituum inventores fuiſſe, is primùm Scripturæ auctoritate, quæ nuſquam hoc docet, deſtituetur. Deinde etiam oſtendat oportebit, quî à Gente Hebræorum, plerúmque ſpreta & ignota, nec ſplendore & antiquitate Ægyptiis, aut Babyloniis conferenda, per totum orbem Gentes florentiſſimæ, quæ de Hebræis ne audiverant quidem, hos ritus potuerint mutuari. Vide quæ in rem ſimilem obſervavimus ad Cap. XXVIII. verſ. 18.

Veſtes veſtras mutate] Alibi abluere veſtes jubentur Hebræi, religionis ergo. Vide Exod. XIX, 10, 14. Verùm hoc eodem redit, ut enim lavantur veſtes munditiei causâ: ſic & aliæ, quando earum ſuppetit copia, induuntur. Hac quoque in re, aut præeuntes, aut conſentientes habuit Jacobus Idololatras, qui puris veſtibus ſacra facturi utebantur. Neque uſum receptum hoc in negotio, ſi ante Jacobum receptus fuit, mutari ab eo neceſſe erat; hoſce enim ritus, ſi nihil in ſe abſonum habeant, non magis mutari par eſt, quàm veſtes iis quibus cordi eſt purior Religio. Si quis indumentorum, quàm corporis, majorem rationem & curam haberet, is brevi valetudinem corrumperet, dum intempeſtivæ munditiei ſtuderet, & meritò rideretur. Sed non eſt cur eum reprehendamus, qui, corpore diligenter curato, veſtium quoque, ne aliis derídiculo ſit, uſum inter ſuos receptum ſequitur. Similiter nos in Religionis negotio gerere par eſt, cujus veluti corpus eſt recta de Numine animi ſententia, ejúſque præceptorum ſedula obſervatio; veſtes verò ritus externi, quos ſi corpori ipſi non malè convenire cernimus, nulla cauſa eſt cur eos mutatos velimus; niſi quis putet contraria omnia, aliter de Religione
ſen-

ibimus Bethelem, atque illic altare ſtatuam Deo, qui me, cùm in anguſtiis verſarer, exaudivit, mihique in itinere quod feci adfuit. 4. Dederunt ergo Jacobo Deos omnes alienos, quos in manibus habebant, atque inaures quas auribus geſtabant, eáque ſub quercu ad Sichemum abſcondit. 5. Dein profecti ſunt, Deique terror urbes circumjacentes invaſit, nec Jacobi filios *bello* ſunt perſequutæ.

6. Cùm Luzam (ea *nunc dicitur* Bethel) quæ in terra Chananæi, perveniſſet Jacobus, omniſque, qui cum eo erat populus; 7. altare illic exſtruxit, & locum *domum* Dei Bethelis vocavit, quòd dum fratrem fugeret, ibi Deus ſeſe ei aperuiſſet. 8. Tum obiit Debora, Rebekkæ nutrix, atque ad Bethelem ſub quercu ſepulta eſt, quæ propterea dicta eſt Allon-bachuth. 9. Præterea Jacobo conſpectus erat Deus, cùm ex Meſo-

iis amuleta in manibus ejus repoſuit; quæ ſingula ille ſub quercu, ad Sichemum, in terram infodit. 5. Dein Sichemo diſceſſerunt, & cùm exſcidii ejus urbis, per vicina oppida, ſparſa eſſet fama; attamen Chananæi quievere, inaníque metu animis eorum injecto, à Jacobi filiis illatam gentilibus ſuis graviſſimam injuriam ulſciſci auſi non ſunt.
6. Cùm Luzam (quæ à Jacobo ejuſque poſteris Bethel dicta eſt) perveniſſent, altare exſtruxit Jacobus; vota, quorum dudum erat damnatus, perſolvit; eúmque locum *ſedem Dei Bethelis* meritò vocari poſſe dixit, cum eunti in Meſopotamiam, indidémque redeunti in eo tractu bis ſe ſe aperuiſſet Deus. 8. Cum ſacra ritè feciſſet, morte Deboræ, quæ nutrix Rebeccæ fuerat, & cum reliqua Iſaaci familia in Jacobi comitatu erat, pænè funeſtata ſunt. Ei anui matri cariſſimæ, juſta fecit, pro more temporis, eámque ſub quercu ad Bethelem ſepelit; qua de cauſa, id quercetum *luctuoſum* à poſteris dictum eſt. 9. In eodem illo tractu, quod an-

ſentientibus eſſe, vel in minimis rebus, facienda. Ritus eos Religioni ipſi æquiparare, id demum eſſet corpori veſtes æquare; ſed decenti eam velamento honeſtantem, ne ab imperitis ſpernatur, quis præter moroſum reprehenderit? Hæc obiter, nunc quod de Ethnicorum conſuetudine dicebamus aliquot teſtimoniis comprobabimus.

Feſtus: *Pura veſtimenta Sacerdotes ad Sacrificium habebant, id eſt, non obſlita, non fulgurita, non funeſta, non maculam habentia.* Servius ad verſ. 196. Æneidos XII. *puráque in veſte Sacerdos. Impolluta*, inquit, *& pura dicitur veſtis, quâ, feſtis diebus, uti conſueverant ſacra celebraturi. — Ideò Magiſtratus & ſacrificaturi togam prætextam habent, & manus ablutas detergere lineis mantilibus curant.* Telemachus apud *Homerum* Odyſ. P. verſ. 48. ita matrem alloquitur:

— ὑδρηναμένη καθαρὰ χροῒ εἵμαθ' ἑλοῦσα
Εὔχεο πᾶσι θεοῖσι.
Abluta, puris veſtibus ſumtis,
Vota fac omnibus Diis.

Alceſtis, apud *Euripidem*, ultimùm pro liberis ſacra factura:

— ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα
Ἐλούσατ'. ἐκ δ' ἑλοῦσα κεδρίνων δόμων
Ἐσθῆτα κόσμον τ', εὐπρεπῶς ἠσκήσατο.
— fluviali aquâ candidum corpus
Lavit, & accipiens ex cedrinis arcis
Veſtem & ornamenta decorè ſe ornavit.

Verſ. 157. & ſeqq. Julianus in *Miſopogone* Pag. 97. Ed. Petavianæ, queritur Antiochiæ, die Jovi Caſſio ſacro, non adfuiſſe ἐφήβους περὶ τὸ τέμενος θεοπρεπέστατα μὲν τὰς ψυχὰς κατεσκευασμένους, λαμπρᾷ δ' ἐσθῆτι καὶ μεγαλοπρεπεῖ κεκοσμημένους, *pueros circa templum animis, ut Deo dignum eſt, compoſitos, tum veſte candidâ elegantique ornatos.* Sacræ Iſidis pompæ ſpectatores ſic deſcribit *Apulejus* Metam. XI. *Influunt turbæ ſacris divinis initiatæ, viri fœminæque omnis dignitatis & omnis ætatis linteæ veſtis candore puro lumino ſi.* Ægyptii, præ ceteris, munditiei erant ſtudioſi, cùm omnes, tum Sacerdotes potiſſimùm. Herodotus Lib. II. Cap. 37. Οἱ δὲ ἱρέες ξυρῶνται, πᾶν τὸ σῶμα διὰ τρίτης ἡμέρης, ἵνα μήτε φθεὶρ, μήτε τι ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγίνηταί σφι θεραπεύουσι τοὺς θεούς. ἐσθῆτα δὲ φορέουσι οἱ ἱρέες λινέην μούνην, καὶ ὑποδήματα βύβλινα. ἄλλην δέ σφι ἐσθῆτα οὐκ ἔξεστι λαβεῖν, οὐδὲ ὑποδήματα ἄλλα. λοῦνται δὲ δὶς τῆς ἡμέρης ἑκάστης ὕδατι ψυχρῷ, καὶ δὶς ἑκάστης νυκτός. *Sacerdotes tertio quoque die totum corpus eradunt, ne quis pediculus Deos colentibus, aut alia ſordes adhæreat. Iidem veſtem tantùmmodò lineam, calceos papyraceos geſtant; nec aliam veſtem aliosque calceos induere iis licet.* (ſine dubio quòd lineæ veſtes, calceíque papyracei facillimè abluantur) *Lavantur quotidie frigidâ, interdiu bis, noctu bis.* Vide etiam *Chæremonem*, apud *Porphyrium* de Abſtinentia Lib. IV. §. 7.

3. *Cùm in anguſtiis verſarer*] *In die anguſtiæ meæ.*

4. *Omnes Deos alienos*] *Deos alieni.* Videntur plures fuiſſe, vix enim voce *omnis* uteretur Moſes, ad unam, aut alteram ſtatuam ſignificandam.

Inaures] הנזמים *hannezamim*, id eſt, *annuli*, de quibus vide dicta ad Cap. XXIV, 47. Duplex fuit inaurium genus, quorum alterum ornamenti causâ à mulieribus potiſſimùm geſtabatur, de quo hîc ſermo non eſt; alterum quod ſacrum habebatur, & amuleti inſtar, ad malum quodpiam averruncandum, etiam à viris ſolebat geri. Fortè *Taliſmanum* ritu, ſub certo ſidere figuris quibuſdam erant ſculptæ, quibus eam vim ineſſe Idololatræ exiſtimabant. Ideò Pœnorum aures, non ingenuorum modò, ſed etiam ſervorum erant annulis onuſtæ. *Plautus* in Pœnulo Act. V. S. 2. Verſ. 20. de ſervis Pœnis, Milphionem cum Agoraſtocle ita loquentem inducit:

Atque, ut opinor digitos in manibus non habeat
AG. *Quid jam?* MI. *Quia inceduat cum annulatis auribus.*

Neque hi annuli, inaurium inſtar, ex auris lobo pendebant, ſed ex ſumma aure, quod liquet ex *Auguſtino*, cujus ævo ea ſuperſtitio inter Chriſtianos quoſdam Afros durabat. Hæc ejus ſunt verba ex Ep. CCXLV. *Exſecranda autem ſuperſtitio ligaturarum, in quibus etiam inaures virorum in ſummis ex una parte auricu-lis*

ſopotamia veniret, eique benedixerat. 10. Dixerat quoque ei Deus : nomen tuum non ampliùs erit Jacobus , ſed Iſraël , eúmque Iſraëlis nomine appellarat. 11. Ego ſum, illi Deus ait, Deus omnipotens, creſce, & augetor; gens, & cœtus gentium ex te fiet, atque è lumbis tuis reges orientur. 12. Terrâ, quam Abrahamo & Iſaaco dedi, te & prolem poſt te tuam donabo. 13. Tum adſcendit Deus ab eo, in eo loco, in quo alloquutus eum fuerat. 14. Ibidem lapidem erexit Jacobus, ubi ſecum loquutus

antea dicere omiſimus, Deus Jacobo ex Meſopotamia redeunti, in ſomnis ſeſe conſpiciendum præbuerat, auxilium ſuum pollicitus erat; 10. & nomen Iſraëlis, trans Jordanem ei inditum, confirmarat. 11. Addidit etiam Deus, ne dubitaret an quæ polliceretur eventura eſſent, Deum ſe eſſe, cujus potentia non intra certum rerum genus concluſa eſſet, ſed quæ omnia prorſus facere valeret; effecturumque ſe ut nomeroſiſſimæ ex eo ortum ducerent Tribus, quæ unam olim Rempublicam conſtituerent, & Regibus ex ſuo genere eſſent parituræ. 12. Tum iteravit Chananææ terræ ei, poſteriſque ejus donum; 13. quibus dictis, oculos Jacobi fugit. 14. Eo in loco alterum lapidem erexit

lis ſuſpenſæ deputantur, non ad placendum hominibus, ſed ad ſerviendum dæmonibus adhibetur. Hos annulos, in *Quæſtionibus*, ad hunc locum, *Idolorum phylacteria* vocat. Annuli etiam ab Arabe accepti, cujus ope ſpectra non ampliùs metuebat, meminit *Eucrates*, in Philopſeude Luciani (*Philopatrin* hîc fruſtra laudat *H. Grotius*) his verbis: Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐξεταραττόμην πρὸς αὐτὰ (nempe φάσματα) νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ ἔθους οὐδὲν τι παράλογον ὁρᾶν μοι δοκῶ· καὶ νῦν μάλιστα, ἐξ οὗ μοι τὸ δακτύλιον ὁ Ἄραψ ἔδωκε, σιδήρου τοῦ ἐκ τῶν σταυρῶν πεποιημένον : *& primùm quidem ad ea turbabar, nunc autem, præ conſuetudine, nihil inuſitatum videre mihi videor, & nunc quidem potiſſimùm, ex quo annulum mihi dedit Arabs, ex ferro de cruce ſumto factum.* Similes annulos auribus geſtaſſe videntur Jacobi ſervi, quos amoveri, ut alienis Diis conſecratos, voluit. Hinc & Judæi talia ſervare illicitum putant, ut docet *Maimonides* in Libro de *Cultu peregrino* Cap. VII. §. 10. *Si inveniantur*, ait, *vaſa imagine Solis, Lunæ, vel Draconis ſignata, — aut inſculptæ ſint* על נזמים ועל טבעות *in fibulis, aut annulis, prohibita ſunt.*

Quæ cùm ita ſint, nulla eſt nobis cauſa quare ad ſuſpicionem *V. Schindleri* confugiamus, qui vult annulos illos paratos fuiſſe, ut inde idola fierent, & peculii loco habitos; ſicut ex monilibus vitulum fecit Aharon, Exod. XXXIII. & Ephodum Gedeon, Jud. VIII. ideóque Jacobum, ſimul cum Idolis hæc monilia abſcondiſſe.

Sub quercu] האלה *haela*, quod videtur idem eſſe ac אלון *elon*, vel *allon*, quod alibi *quercum*, aut *quercetum* vertimus. Vide XII, 6. XIII, 18. LXX. Intt. qui plerumque δρῦν & βάλανον vertunt, hîc habent τερέβινθος, aliiſque in locis. Quam varietatem imitatus etiam eſt Vulgatus. Nos *Aquilam*, *Symmachum & Theodotionem* hîc ſequimur, & quotieſcumque hæc occurret vox, ſequemur; quamvis fateamur, præter horum auctoritatem, quæ plurimis in locis LXXvirali Tranſlationi conſentanea eſt, nullam ita vertendi nobis ſuppetere rationem: uti nec ullam aliter transferendi alii cauſam habuerunt. Videtur autem Jacobus aurum & argentum Idolis conſecrata terræ hoc in loco infodiſſe, ut faciliùs inveniri poſſent; nam abeſt à Codicicibus Samariticis, æquè ac Judaïcis, quod additur hîc in Verſione LXX. Intt. καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.

Hunc eumdem locum nonnulli ſignari volunt Joſ. XXIV, 26. nec certè ab eo remotus eſſe potuit, cùm ad eamdem urbem fuerit. Verùm an eadem *quercus* intelligatur, illi demum poſſent dicere qui iis in locis ab Jacobi ævo ad Joſuam vixiſſent, aut Angeli Judææ præſides. Non moramur eorum impudentiam, qui peregrinis etiamnum hodie poſſe ſe oſtendere eas arbores in Judæa jactant.

Miretur fortè quiſpiam in familia Jacobi fuiſſe ſimulacra commenticiorum Deorum, atque annulos ritibus magicis conſecratos, aut ejuſmodi Idololatriæ inſtrumenta ab eo non fuiſſe abolita, cùm ea haberet; ſed Chaldææ mulieres, quas ſecum habebat, videntur adhuc idololatriâ fuiſſe infectæ, à quibus ut ei nuncium remitterent fortè impetrare non potuit. Ante legem multa ferebantur, quæ poſtea illicita fuerunt.

5. *Deique terror*, &c.] Periculoſum erat ne Chananæi Sichemenſibus vicini, auditâ eorum cæde, inſidias Jacobo ſtruerent, aut extremum ejus agmen carperent; quod tamen non fecerunt, propter *Dei terrorem*, qui eos invaſit. Hîc autem *Dei terror*, non ita intelligendus, quaſi illæ Gentes Deum timuerint; eſt *terror à Deo immiſſus*, ut Exod. XXIII, 27. Sunt qui velint vehementem ſignificari, propter rationem allatam ad Cap. XXIII, 6. XXX, 8. Alii ejuſmodi timorem, qui à Græcis πανικὸς dicitur, & qui, cùm nulla conſpicua ejus eſſet cauſa, à Numine immiſſus credebatur. Ac ſanè non erat cur Chananæi Jacobum timerent, ut ipſe Capite ſuperiore nos docet. Verùm huc accedere potuit peculiaris Providentia divina, quâ Jacobi familia plus ſemel ſervata eſt. Vid. 1. Sam. XIV, 15.

Urbes circumjacentes invaſit] *Fuit ſuper urbibus circuitnum eorum.*

6. *En nunc dicitur Bethel*] Vide not. ad Cap. XXVIII, 19.

Quæ in terra Chananæi] Vide not. in Cap. XII, verſ. 6.

7. *Altare illic exſtruxit*] *Et ivit & exſtruxit*, &c.

Domum Dei Bethelis] *Deum Bethelis.* Eſt Ellipſis. Vide not. ad Cap. XXXIII, 20.

Deus ſe ſe ei aperuiſſet] Eſt hîc verbum plurale נגלו אלהים niglou elohim, *revelarunt ſe Dii*, de qua phraſi vide not. ad Cap. XX, 13. Paraphraſtæ Chaldæi vocem אלהים de *Angelis* exponunt, quæ ſi vera eſt interpretatio, Deus Opt. Max. ſe ſe ἀμέσως Jacobo non revelarit, qua de re vide dicta ad Cap. XXVIII, 13. In Sa-

quutus erat Deus, & ſuper eum libamen, oleúmque fudit. 15. Locum, in quo cum
eo loquutus fuerat Deus, Bethelem vocavit.
16. Profecti cùm eſſent Bethele, & exiguum ſupereſſet terræ ſpatium, ut Ephratham
pervenirent, peperit Rachela, & difficilem partum habuit. 17. Cùm autem difficilem
partum habuiſſet, dixit ei obſtetrix: ne timeas, hic enim tibi eſt alter filius. 18. At
cùm animam efflaret *puerpera*, interiit enim, eum Benonim appellavit; pater verò
Ben-

erexit Jacobus, vinóque & oleo, in honorem Dei Opt. Max. eum tinxit. 15. Quâ de re, etiam Bethelis nomen toti tractui denuo impoſitum.

16. Cùm aliquamdiu Jacobus Bethele commoratus eſſet, iterum ad auſtrales Chananææ partes, in quibus pater & avus verſati potiſſimùm erant, iter convertit. Rachela autem, exactis menſibus, parturire cœpit, paullò antequàm Ephratham pervenire poſſent; & filium quidem, ſed difficili partu, enixa eſt. 17. Cùm verò deficere eam vires animadverteret obſtetrix, bono animo eſſe juſſit, alterum ei, ut ſperarat, à Deo datum eſſe filium. 18. Verùm moribunda Rachela ſe propterea diu lætaturam non eſſe repoſuit, & Benonim, hoc eſt, *filium doloris*, quo nato mater interiret, adpellandum eſſe dixit. At pater tam triſte nomen aver-

Samaritico Codice legimus נגלו *niglab* in ſingulari, & LXX. Intt. habent ἐφάνη, quæ emendationem ſapiunt; nam cùm nulla fuerit ratio ſingularis in pluralem mutandi, vereri potuerunt Samaritæ & LXX. Intt. ne πολυθεότης hinc colligi poſſe videretur.

Debora Rebeccæ nutrix] Hinc colligere eſt, quod tacuit Moſes, Jacobum priùs quàm hæc fierent, ad parentes veniſſe, eorúmque familiam ſuæ adjunxiſſe; niſi enim hoc eſſet, quî in familia Jacobi fuiſſet anus parum, ſine dubio, itineribus, quâ ætate eſſe eam tunc temporis oportuit, apta? Hæc autem circumſtantia videtur à Moſe obſervari, non quòd per ſe, iis quæ omiſſæ ſunt, quales adventus Jacobi ad parentes, mors Rebeccæ, &c. majoris ſit momenti, & dignior quæ litterarum monumentis ſervaretur; ſed quia originem nominis hujus querceti, quod ejus ævo perdurabat, indicare obiter voluit, quod & aliàs facere ſolet. Eſt certè pars ἀρχαιολογίας non ſpernenda, quæ circa nominum origines verſatur. Hinc indicata ratio nominis Babelis Cap. XI, 9. Tſoharis Cap. XIX, 22. Bethelis Cap. XXVIII, 9. aliáque id genus in hiſce libris.

Allon bachouth] *Quercetum fletûs*, propter luctum quo funus Deboræ celebrarunt. Vide & Cap. L, 11. Hoc in memoriam revocat initium Lib. VII. Æneidos, ubi ſimile quiddam legimus:

Tu quoque littoribus noſtris, Æneia nutrix,
Æternam moriens famam Cajeta dediſti.
Et nunc ſervat honos ſedem tuus, oſſáque nomen
Heſperia in magna (ſi qua eſt ea gloria) ſignat.

Sæpe nutrices & bajulæ honeſtiſſimum inter ſervos, alumnorum amore, locum tenebant. *Hieronymus* inter incommoda matrimonii, in lib. primo contra *Jovinianum* hæc recenſet: *vocanda eſt Domina* (nempe, uxor à viro, præſertim ſi ditior ſit) *celebrandus natalis ejus, jurandum per ſalutem ipſius, ut ſit ſuperſtes optandum, honoranda nutrix ejus & gerula*, &c. Hæc obiter, ut quare funus Deboræ ſollemniùs celebratum ſit intelligerent, qui hæc ad animum non revocantes mirarentur tantillæ rei à Moſe mentionem fieri.

9. *Præterea Jacobo conſpectus erat Deus*, &c.] Videtur hoc in ſuperiore narratione omiſſum, & Jacobus, cùm primùm ex Meſopotamia ad Iſaacum patrem venit, Bethele tranſiſſe; ubi ſe ſe ei aperuerit Deus, ſecundâ vice, & ubi alterum lapidem unctum ſtatuerit religioſus Patriarcha, & vota Cap. XXVIII. concepta ſolverit, quod tamen & poſtea fieri potuit.

10. *Sed Iſraël*] Additur, *erit nomen tuum*. De hujus nominis ſignificatione, vide dicta ad Cap. XXXII, 28.

11. *Deus omnipotens*] שדי *ſchaddai*. Vide ad Cap. XVII, 1.

Et te fiet] *Ex te erit*, hoc eſt, ex poſteritate tua orietur.

Cœtus gentium] Hoc eſt, כנשת שבטין *congregatio Tribuum*, ut rectè habet Interpres Chaldæus. Non modò totus Iſraël, ſed etiam unaquæque Tribus *Gens* haberi potuit. Obſervandum eo tempore גוים gojim *gentes* non fuiſſe numeroſas, ut poſtea fuerunt. Singulæ familiæ initio in colonias ſparſæ *Gentes* conficiebant, & cùm ex Jacobo orituræ eſſent duodecim familiæ, *Nationes* eæ, pro more ejus ævi, vocari potuerunt. Itaque, quod in omnibus adjectivis, quibus χύσις quæpiam ſignificatur, in qua varii diſtinguuntur gradus, obſervandum; multitudo hîc poſteritatis Jacobi intelligenda eſt, pro ratione ejus temporis, quo ſi una Gens regionem Chananææ æqualem occuparet, numeroſiſſima exiſtimabatur.

12. *Quam Abrahamo & Iſaaco dedi*] Hoc eſt, quam promiſi eum poſteris me daturum, ut illud

Imperium ſine fine dedi.

Fini verſûs additur *dabo hanc terram*, quod ſemel Latinè loquentibus ſufficiebat.

13. *Tum adſcendit Deus*] In ſuperiora ivit, vide not. ad Cap. XVII, 22.

14. *Ibidem lapidem erexit*, &c.] *Et ſtatuit Jacobus rem erectam — rem erectam lapidis.* Vide de voce מצבה *matſebah* not. ad Cap. XXVIII, verſ. 18.

Super eo libamen] *Et fudit ſuper eam libamen, & fudit ſuper eam oleum.* Eſt quidem ויסך נסך *vajjaſſek neſek*, ſed noluimus verte *libavit libamen*, quia libare eſt deguſtare, verbum verò Hebraïcum *fundere* ſonat. Videtur Jacobus vinum adfudiſſe lapidi, quem erexerat; ſaltem ſub Lege, cùm vota ſolvebant, vinum in altare effundebant. Num. XV, verſ. 5. & ſeqq. Jacobus autem damnatus voti erat. Vide Cap. XXVIII, 20.

15. *Bethelem vocavit*] Nomen priſtinum loco, ob alteram revelationem, confirmavit. Duplici de cauſa, haud rarò nomen locis impoſitum. Vide not. ad Cap. XXVI, 33.

Benjaminem. 19. Deceſſit Rachela, atque ad viam Ephrathæ (ea *nunc* Beth-lechem) ſepulta eſt. 20. Columnam erexit Jacobus ſupra ejus ſepulcrum, *atque* hæc etiamnum hodie eſt columna ſepulcri Rachelæ.

21. Cùm *illinc* diſceſſiſſet, ultra turrim Heder tabernaculum tetendit. 22. Eo in tractu cùm habitaret Iſraël, cum Bilha patris concubina cubitum ivit Ruben, quod ad aures Iſraëlis pervenit. Erant autem Jacobo duodecim filii. 23. Filii Leæ, primogenitus Jacobi Ruben, tum Simeon, Levis, Juda, Iſſaſchar, & Zabulon. 24. Filii Ra-

averſatus, quo ſibi cariſſimæ conjugis luctuoſa mors perpetuò in memoriam revocata fuiſſet, Benjaminem, id eſt, *filium dierum*, quòd ſibi ſeni natus eſſet, voluit vocari. 18. Tum Rachela animam efflavit; & ad viam Ephrathæ (quæ poſtea Bethlehemum dicta) ſepulta eſt, ejúſque ſepulcro cippum, qui etiamnum *Rachelæ cippus* dicitur, mœrens conjux impoſuit.

21. Illinc profectus ad Turrim, quæ *Gregis* dicebatur, tetendit, antequàm ulteriùs iret; 22. atque eo in loco Ruben, Jacobi primogenitus, inceſtâ captus libidine, cum Bilha patris concubina concubuit; quæ res Jacobum patrem non fefellit, qui eum propterea primogeniti jure ſpoliavit. Erant autem Jacobo cùm ex juſtis uxoribus, tum ex concubinis duodecim nati filii. 23. Filii Leæ fuere Ru-

16. *Profecti cùm eſſent*] *Et profecti ſunt*, ut à Septemtrione in Meridiem irent.

Exiguum terræ ſpatium] כברת הארץ *chibrath haarets*. Hæc eadem diſtantiæ ſignificatio exſtat infrà Cap. XLVIII, 7. & 2 Reg. V, 19. Sed ex iis locis, nihil de ejus ſenſu colligere poſſumus, niſi haud magnum ſpatium ſignificari. *Benjamin Tudelenſis*, qui ea loca inviſit, auctor eſt *Bethlehemo ad dimidium milliare* (כחצי מיל) *vicinum eſſe ſepulcri Rachelis cippum, in bivio, ex undecim lapidibus, pro numero filiorum Jacobi, & teſtudine quadam, quæ columnis quatuor nititur, tectum.* Attamen Veteres Interpretes non parum vox כברת torſit. οἱ LXX duobus prioribus locis habent Χαβραθὰ, in poſtremo mendosè Δεβραθὰ. Hieronymus *vernum tempus* bis, ſemel *electo tempore* vertit. Aquila tranſtulerat κατ᾽ ὁδὸν τῆς γῆς. *Onkelos* habet כרוב *chroub*, de cujus ſenſu quæritur, *Jonathan*, *multa fundamenta proventuum terræ*, hoc eſt, agri.

Ex Recentioribus alii cenſent כברת eſſe vocem ſimplicem, quæ *in ſtatu abſoluto* habeat כברה *chbarah*: alii compoſitam ex כ ſimilitudinis, & nomine ברה. Qui volunt eſſe ſimplicem, pars deducunt à כביר *chbir*, hoc eſt, *multus*, ajúntque multùm viæ ſignificari; pars à כברה *cribrum*, eſſe putant, unde conjiciunt tempus id ſignificari quo terra rimis hiat, propter calorem, aut eſt aratro proſciſſa; pars certam menſuram viæ eſſe contendunt, & nonnulli quidem *jugerum* ex verſione Onkeloſi, nam כרב chrab eſt *arare*, & כרוב *jugerum* verti ſolet; pars, eadem de cauſa, exiſtimant כברת per metatheſin dici, ἀντὶ τοῦ כרבת *chirbath*.

Qui כ conjecturæ, aut ſimilitudinis voci præfigi volunt, alii cenſent ſignificari intervallum, quale eſt inter matutinum tempus & prandium, aut quale prandendo abſumitur, quia ברה *bara* Chaldæis eſt *cibus*; alii quòd בר *bar* iiſdem *filium* ſonat, ברה putant eſſe *filiam*, & menſuram certam dici filiam terræ; alii agrum interpretantur ex Chaldaïca voce ברא *bara* quæ ita vertitur, & intelligi quidem ſuſpicantur, non agrum ſimpliciter, ſed tantam agri longitudinem, quantam ducendis ſulcis arator efficit, & eo quidem ſenſu ſumitur 1 Sam. XIV, verſ. 14.

Hæc omnia interpretamenta ſingillatim ad examen revocare, & confutare longæ eſſet operæ, & fortè parum neceſſariæ. Itaque, permiſſo Lectori eligendi arbitrio, noſtram ſymbolam adjiciemus, quam cum aliorum ſententiis conferet. Suſpicamur quoque כ eſſe conjecturalem, ut Græcum ὡς, & ברה olim certam terræ menſuram, eámque non magnam, ſignificaſſe; cujus rei in Linguis Syriaca & Arabica ſuperſunt clara veſtigia. Syri בוריא *baurjo*, *longinquitatem*, ſeu *diſtantiam*; & Arabes ברהה *baraton*, *ſpatium temporis* appellant. Quanta autem fuerit ea diſtantia, nemo ſatis certò dixerit, ſed ex collatione locorum, in quibus vox ברה occurrit, non magnam fuiſſe colligere poſſe videmur.

Difficilem partum habuit] *Induruit in pariendo*, ut & ſequente verſu.

18. *Cùm animam efflaret*] *Cùm egrederetur anima ejus*, בצאת *betſeth*; hoc eſt, paullò antequàm obiret, ut ſint hæc ultima Rachelæ verba.

Benonim] בן־אוני *filius doloris mei*. Vide ſimilem hiſtoriam 1 Sam. IV, 20. & ſeqq.

Benjaminem] בן־ימין, de cujus nominis ſignificatu tres ſunt ſententiæ. Alii volunt Jacobum tam triſte nomen abhorrentem, pro *filio doloris mei* vocaſſe eum *filium dextræ*, hoc eſt, roboris, quia in dextra præcipuum eſt robur; eúmque alluſiſſe ad alteram ſignificationem vocis און *on*, quæ non *dolorem* tantùm, ſed & *robur* ſignificat. Alii ימין *jamin* hîc Meridiem eſſe contendunt, & *filium Meridiei* dici ultimum Jacobi filium, quia natus eſt in Chananæa; quæ Chaldæâ, in qua reliqui erant nati, magis ad Meridiem vergit. Alii denique *filium dierum*, hoc eſt, ſenectutis vocatum cenſent, ut ימין *jamin* ſit plurale Chaldaicum, pro Hebræo ימים *jamim*; quod mirum videri nequit in homine, qui nuper ex Chaldæâ redierat. Sic infrà Cap. XLIV, verſ. 20. Benjamin *filius ſenectutis* vocatur. In hac ſententia ſunt Samaritæ, qui ſcribunt hîc בן־ימים ben-jamim *filium dierum*, cùm in ipſo textu, tum in verſione.

19. *Ea nunc Beth-lechem*] Quando poſterius hoc nomen huic oppido impoſitum ſit, nuſquam docet Scriptura. Novimus dumtaxat prius non planè exoleviſſe, ſed interdum poſteriori, diſtinctionis causâ, additum. Vide Ruth. IV, 11. Mich. V, 2. Vocatur etiam Beth-lechem Judæ, eadem de cauſa Jud. XVII, 7. XIX,

Rachelæ, Joſeph & Benjamin. 25. Filii Bilhæ ancillæ Rachelæ, Dan & Nephthali. 26. Filii Zilphæ ancillæ Leæ, Gad & Aſer. Hi filii fuere Jacobi, qui in Meſopotamia ei nati.

27. Venit Jacobus ad Iſaacum patrem, Mamren, *ſeu* Kirjath-arbam, quæ *&* Chebron, ubi Abrahamus & Iſaacus peregrinati ſunt. 28. Fuerunt autem dies Iſaaci centum octoginta anni. 29. Deficiens Iſaacus obiit, ad populos ſuos ſenex annorúmque ſatur adgregatus eſt, ſepelierúntque eum Heſavus & Jacobus filii.

XXXIV. He-

Ruben, omnium Jacobi filiorum natu maximus, Simeon, Levis, Juda, Iſſaſchar & Zabulon: 24. Rachelæ Joſephus & Benjamin, quo nato interiit: 25. Bilhæ hujus ancillæ Dan & Nephthalis: 26. Zilphæ verò Leæ ſervæ Gadus & Aſer. Qui filii, excepto Benjamine, nati ſunt, ut etiam filia Dina, in Meſopotamia, cùm Labanis greges paſceret Jacobus.

27. Cùm primùm ex Meſopotamia redierat Jacobus, rectà Mamram urbem, quæ & Kirjatharba & Chebron ſeriùs dicta eſt, iverat ad Iſaacum patrem, qui non ſecus ac Abrahamus, plurimùm iis in locis verſatus erat. Nec poſtea patrem Jacobus deſeruit, 28. 29. iſque centum octoginta annos natus, & vitæ pertæſus fato functus eſt, & à filiis Heſavo & Jacobo ſepultus.

P A-

XIX, 1. Ruth. I, 1. Fuit, nimirum, altera Bethlechem in Tribûs Zabulonis agris. Vide XIX, 15.

20. *Columnam erexit*] מצבה *matſeba*, de qua voce vide dicta ad Cap. XXVIII, 18. Sed hîc columnam arte ſectam ſignificari crediderim, quia Jacobus cum familia erat. Antiquiſſimi Græci, qui ſepeliebant etiam cadavera, ſepulcra inſignire στήλαις ſimiliter ſolebant. Iliad. Λ. verſ. 371. Paris ſagittam in Diomedem jaculatur:

Στήλῃ κεκλιμένος, ἀνδροκμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ
Ἴλου Δαρδανίδαο,

Columnæ innixus, in monumento mortui causâ facto, Ili Dardanidæ. Vide & Iliad. P. verſ. 434. Unicam videtur ſtatuiſſe columnam Jacobus, quamvis qui memoriæ causâ id monumentum inſtaurarunt, quatuor columnis ornarint, ut vidimus ex *Benjamine Tudelenſi.*

21. *Turrim Heder*] Hoc eſt, gregis. Fuit aut Jeroſolimæ, aut non procul ab ea urbe turris ejus nominis, ut docet nos Michæas Cap. IV, 8. *Hieronymus*, ex Incolarum ſui ævi traditione, non procul Bethlehemo hanc turrim collocat, *in Epitaphio Paulæ*, ubi eam celebria Judææ loca peragrantem inducit, poſtquàm Bethlehemum inviſiſſe eam dixit; *Haud procul inde*, inquit, *deſcendit ad Turrim Ader, id eſt, gregis, juxta quam Jacob pavit greges ſuos, & paſtores nocte vigilantes audire meruerunt: Gloria in excelſis Deo, & ſuper terram pax hominibus bonæ voluntatis.* Quod cùm verum eſſe poſſit, à traditione mendaciorum plena non magnum firmamentum trahit.

22. *Quod ad aures Iſraëlis pervenit*] *Et audivit Iſraël.* Maſſorethæ ad marginem eadem verba hic addunt, quæ prolata ſunt à nobis ad Cap. IV, 8. & eſt hîc orbiculus, quo aliquid deeſſe ſignificant. Attamen nihil ampliùs legimus in Codice Samaritico, quàm in noſtris. Verùm Maſſorethicam obſervationem confirmat LXX. Intt. tranſlatio, in qua hæc adduntur verba: καὶ πονηρὸν ἐφάνη ἐναντίον αὐτοῦ, quaſi legerint, aut legendum in Codicis ſui lacuna cenſuerint: ויהי רע, aut וירע בעיניו & *malum fuit in oculis ejus*, ut Cap. XXI, 11. Attamen neceſſaria omnino non videntur eſſe hæc verba, ideóque lacunæ notam non adpoſuimus.

26. *Qui nati ſunt ei*] אשר ילד לו *aſcher jullad lo, quod natum eſt ei*, hoc eſt, quidquid natum ei eſt liberorum. Sic ילד *jullad*, de multis occurrit ſuprà Cap. X, 21. & infrà XLVI, 22. Attamen Samariticus Codex habet ילדו *julledou*, & LXX. Intt. ἐγένοντο, quod videtur eſſe emendatio non neceſſaria.

Filiorum, qui Jacobo in Meſopotamia nati ſunt, numero eximendus *Benjamin*; qui cùm unus ſit, non obſtat quo minus poſſint *Jacobi filii in Meſopotamia nati* dici. Rectè *Auguſtinus* in Quæſt. CXVII. ad Geneſin, judicat *nullam eſſe faciliorem ſolutionem quæſtionis hujus, quàm ut per ſynecdochen dictum accipiatur. Ubi enim pars major eſt aut potior, ſolet ejus nomine etiam illud comprehendi quod ad ipſum nomen non pertinet. Sicut ad duodecim Apoſtolos jam non pertinebat Judas, qui etiam mortuus fuit, cùm Dominus reſurrexit à mortuis & tamen ipſius duodenarii numeri nomen Apoſtolus in Epiſtola ſua* (1 Cor. XV, 5.) *tenuit, ubi ait* eum apparuiſſe illis duodecim. *Cum articulo enim hoc Græci codices habent, ut non poſſint intelligi quicumque duodecim, ſed illi in illo numero inſignes.* Vid. Jud. IX, 5.

27. *Venit ad Iſaacum*] Ordo hîc non videtur ſervatus, antea enim vidimus quoſdam è familia Iſaaci cum Jacobo peregrinatos. Vide dicta ad verſ. 8.

Kirjath-arbam] Vid. not. ad C. XIII, 18. XXIII, 2.

Peregrinati ſunt] Diutiſſimè vagati ſunt. Vide not. ad Cap. XL, 15.

29. *Ad populos ſuos*] Samariticus legit עמו *bammo*, populum ſuum, & LXX. Intt. τὸ γένος αὐτοῦ ſingulari numero interpretantur. Vide not. ad Cap. XXV, 8.

XXXIV. *Heſavi matrimonia, liberi, & ſucceſſores, Choræorum, qui ante eum Idumæam tenuerant, Phylarchi.*

CAPUT XXXVI 1. HÆc autem fuit ptogenies Heſavi, qui & Edomus. 2. Heſavus uxores è
puellis Chananæis duxit, Hadam Elonis Chitthæi, & Oholibamam filiam
Hanæ, Tſibhonis Chivvæi filiæ; 3. & præterea Boſmatham Iſmaëlis filiam.
Nebajothi ſororem. 4. Peperit Hada Heſavo Eliphazum, Boſmatha verò Rehuelem,
5. Oholibama Jehuſum, Jahlamum, & Korachum enixa eſt. Atque hi ſunt Heſavi
filii, qui ei in Chananæa nati.
6. Ille verò adſumtis uxoribus, filiis, filiabus, & totâ familiâ, item pecore ſuo, jumentis, & omnibus facultatibus quas in Chananæa habebat, à Jacobo fratre in *aliud*
ſolum diſceſſit. 7. Nimiæ enim erant eorum opes, quàm ut unà habitarent; neque
terra in qua peregrinabantur ferre eos *ſimul* poterat, propter eorum pecus. 8. Inſedit
ergo Heſavus montem Sehirem, Heſavus autem idem qui Edomus.
9. Hæc fuit ptogenies Heſavi patris Idumæorum, in monte Sehire. 10. Hæc filiorum

PARAPHRASIS.

1. ANTEQUAM quæ poſtea Jacobo ejúſque filiis acciderint narrare pergamus, aliquid de Heſavi poſteris, qui & Edomus vocabatur, nobis eſt dicendum. 2. Tres duxit in Chananæa uxores, ex quibus ea in regione liberos ſuſtulit: *Boſmatham*, ſive *Hadam*, Elonis Chitthæi; *Jehudítham*, ſive *Obolibamam* Beeri etiam Chitthæi, & Hanæ Chivææ, Tſibonis filiæ; 3. denique *Machalatham*, quæ & *Boſmatha*, Iſmaëlis filiam, & quidem Nebajothi ſororem, ut antea diximus. 4. Ex *Hada* natus eſt Eliphazus; ex *Obolibama* Jehuſus, Jahlamus, & Korachus; ex *Boſmatha* vero Rehuel.

6. 7. 8. Antequàm verò ex Meſopotamia Jacobus rediret, Heſavus, propter multitudinem cùm ſuorum, tum parentis gregum, aliò migrandi conſilium iniit; cùm præſertim, accedente cum novis gre-

COMMENTARIUS

In CAPUT XXXVI.

2. HAdam] Ea dicitur *Boſmath*, nomine ab *aromatibas* בשמים (bſchamim) ducto, ſuprà Cap. XXVI, 34. oportétque eam binominem, inſtar viri, fuiſſe. Fortè *Hada* poſtea dicta eſt ab Iſaaco aut Rebecca, quod eſſet *ſuperba*, & *contumax*, uam hæc eſt vocis עדה ex Arabiſmo ſignificatio; quò fortè factum ut Soceris intoleranda eſſet, ut narrat Moſes loco laudato.

Obolibamam] Altera uxor Heſavi Cap. XXVI. *Jehudith* vocatur, & quidem *filia Beeri Chitthæi*, quem virum *Hanæ* fuiſſe oportet. Hîc Socrus Heſavi nominatur, nobilis fortaſſe matrona; illic Socer. Vide verſ. 39. Quæ *Jehudith*, hoc eſt, *laudabilis* dicebatur, ab *altitudine tentorii*, אהליבמה *obolibama* dicta eſt, quòd fortè ejuſmodi delectaretur tentorio. Alii *Hanam* hîc virum eſſe cenſent, & vertunt, *filiam Hanæ, filiam Tſibhonis Chivæi*. οἱ LXX. τοῦ υἱοῦ Σεβεγὼν, quaſi ſecundo loco legiſſent בן *ben* pro בת *bath*, ut eſt in Samaritico Codice. Sed noſtra lectio meliùs conciliatur cum Cap. XXVI. Infrà verſ. 24. mentio quidem fit *Tſibhonis*, ejúſque filii *Hanæ*, ſed alii fuiſſe videntur; nam hic Tſibhon avus uxoris Heſavi Chivvæus fuit, ille verò Choræus.

3. *Boſmatham.*] Ea *Machalatha* appellatur Cap. XXVIII, 9. ut hîc quoque in Samaritico Codice. Fortè prius nomen, ἀπὸ τ̃ חול *dolere* derivatum, quaſi infauſtum, cùm hæc Soceris magis placeret, in בשמת eſt mutatum, quòd *Aromatum* odor gratus ſit. Sic filiarum Jobi una קציעה *Caſia* dicta eſt, Job. XLII, 14.

4. *Boſmatha verò*] Repetitur bis *peperit*.

6. *Totâ familiâ*] *Omnibus animabus domûs ſuæ.*

A Jacobo] מפני יעקב *mippbene Jabacob*, quod nonnulli interpretantur ex hiſtoria, *ante adventum Jacobi*; qui quidem ſenſus verus eſt, ſed ad Paraphraſin potiùs quàm ad Verſionem pertinet. Cùm videret Heſavus, diviſâ inter ſe & fratrem hereditate paternâ, adjunctíſque quos jam habebant gregibus, non ſatis fore ſibi & illi paſcuorum; abiit ab iis locis in quibus Jacobum fore putabat (מפני) procul ab eo, ne ſibi invicem incommodo eſſent, quod factum eſt antequàm Jacobus rediret. Non ſunt tribuendæ hiſce particulis novæ ſignificationes, ſine neceſſitate.

In aliud ſolum diſceſſit] *Et ivit in terram à facie*, &c. Si hæc vera eſt lectio, manifeſtum eſt ſubaudiendum אחרת ahhera, *alteram*, quod expreſſit Vulgatus, & ſupplevit etiam Onkelos. Neſcio tamen an ſimilis Ellipſεως alibi ullum exſtet exemplum. In Samaritico Codice legimus: מארץ כנען, quod legerunt etiam LXX. Intt. qui habent καὶ ἐπορεύθη Ἡσαῦ ἐκ τῆς γῆς Χαναὰν, quæ lectio planum & facilem parit ſenſum. Sed an ſit emendatio ex ingenio, an ex vetuſtis exemplaribus, quærant acutiores. Alii אל *el* interpretantur non *ad*, ut fecimus, ſed *à*, cujus tamen ſignificationis nullum certum exemplum exſtat; quæ enim adferuntur, nihil ad rem faciunt. In illis אל *ad*, aut *apud* ſignificat, neque conſtruitur cum verbo eundi. Vide Gen. XLI, 57. Lev. XIII, 7, 19. 1 Reg. VIII, 30.

7. *Ferre eos ſimul*] Vide not. ad Cap. XIII. verſ. 6.

8. *Inſedit erga Heſavus*] Vide Deut. II. 12. ubi Choræos ab Heſavo expulſos docet Moſes.

Mon-

rum ejus nomina: Eliphazus uxoris Hadæ, Rehuel uxoris Boſmathæ filius. [11] Filii
Eliphazi fuere Theman, Omar, Tſepho, Gahtham & Kenaz. [12] Præterea Elipha-
zo Heſavi filio concubina fuit Thimna, quæ ei Hamalekum peperit. Atque hi ſunt
filii Hadæ uxoris Heſavi. [13] Hi verò filii Rehuelis, Nachath, Zerach, Samma,
Mizza; qui filii Boſmathæ Heſavi uxoris fuere. [14] Hi fuerunt filii Oholibamæ
filiæ Hanæ, filiæ Tſibhonis, uxoris Heſavi. Peperit ei Jehuſum, Jahlamum & Kora-
chum.

[15] Hi fuere principes filiorum Heſavi, filii Eliphazi ejus primogeniti, princeps
Theman, princeps Omar, princeps Tſepho, princeps Kenaz, [16] princeps Korach,
princeps Gahtham, princeps Hamalek. Hi principes ex Eliphazo *orti*, in terra Idu-
mæa, hi filii Hadæ. [17] Hi verò filii Rehuelis filii Heſavi, princeps Nachath, prin-
ceps Zerach, princeps Samma, princeps Mizza. Hi principes ex Rehuele *nati*, in
terra Idumæa, hi Boſmathæ uxoris Heſavi filii. [18] Oholibamæ verò uxoris Heſavi
hi filii fuere, princeps Jehus, princeps Jahlam, princeps Korach. Hi principes *ex*
Heſavi uxore Oholibama, filia Hanæ, *nati* ſunt. [19] Hi filii Heſavi, eorúmque
principes. Hinc Idumæi.

[20] Hi

gregibus fratre, ſatis paſcuorum Chananææ tractus quos incolebant, iis præbituri non eſſent. Itaque cum uxoribus, liberis, familia & gregibus ab Iſaaco patre diſceſſit, & Sehiris montanum tractum, cui poſtea Idumææ nomen inditum eſt, expulſis veteribus colonis, occupavit; neque inde, niſi ut fratri obviam iret, & patri juſta cum eo faceret, poſtea diſceſſit.

[9] *ad* [14] Heſavi ergo, Idumæorum conditoris, hi fuere poſteri. *Eliphazo* Hadæ filio, ex juſto matrimonio, nati ſunt Theman, Omar, Tſepho, Gahthamus, & Kenazus; ex Concubina *Thimna*, Hamalekus. [13] *Rehuelis* verò Boſmathæ filii, liberi fuere Nachathus, Zerachus, Samma, & Mizza. [14] Filiorum autem Oholibamæ, quos diximus, nulli memorantur liberi.

[15] *ad* [19] Inter eos, quorum nomina recenſuimus, diviſa eſt Idumæa, poſtquàm ab Heſavo occupata eſt; & ſingularum familiarum, quibus nunc conſtat gens Idumæa, capita fuere.

[20. 21.] An-

Montem Sehirem] Dictum à Sehire, de quo verſ. 20. aut, ut alii cenſent, ab ipſo Heſavo qui erat שעיר *ſchabir*, id eſt, villoſus. *Hieronymus* in locis Heb. Seir, *mons in terra Edom, in qua habitavit Eſau in regione Gabalena, quæ ex eo quod Eſau piloſus eſſet & hiſpidus, Seir, id eſt, piloſi nomen accepit. In quibus locis priùs habitavit Chorræus, quem interfecit Chodorlaomor.* Hinc in Samaritica Verſione, hîc & alibi, ut & in *Jonathanis* & *Jeroſol.* Paraphraſibus, גבלה *gubalah* occurrit loco vocis *Sehir*. Sic dicta eſt ea regio, quòd montoſa ſit, nam apud Arabas גבל *gabala* eſt *montuum petiit*.

Qui Edom] Hoc eſt, Idumæorum conditor.

9. *Progenies*] Hoc eſt, poſteri, ut verſ. 1. Vide not. ad Cap. V, 1.

Idumæorum] אדם *edom*, quod apud Hebræos eſt nomen conditoris, gentis, & regionis.

11. *Tſepho*] 1 Par. I, 36. eſt צפי *Tſephi*.

12. *Concubina fuit*] De Concubinis vide dicta ad Cap. XXII, 24.

Thimnah] Hoc nomen videtur eſſe filii Eliphazi 1 Par. I, 36. ſi modò nihil omiſſum, neque hinc ſupplendum, ut multi cenſent Intt.

Hamalekum] Alius fuit populus hoc nomine, de quo Cap. XIV, 7.

15. *Principes*] אלופי *alloupbe*. Rectè R. *Salomo Jarchi* videtur exponere ראשי משפחות *capita familiarum*, quod non adverſatur eorum ſententiæ qui *principem* interpretantur, tum enim familiarum capita principes gentis erant. Videntur Idumæi hac voce uſi hoc ſenſu, magis quàm Hebræi, apud quos tamen אלף *eleph* familiam ſignificat Jud. VI, 15. Mich. V, 2. Vide Jerem. XIII, 21. Zach. IX, verſ. 7.

18. *Princeps Jehus*, &c.] Horum poſteros nullos nominat Moſes; fortè quia tres tantùm familiæ, aut pagi, non in plures diviſi, ex illis oriundi ſunt; fortè quia nullos in libris Genealogicis Idumæorum inveniebat.

19. *Hinc Idumæi*] *Ille Edom.* Vide verſ. 8.

20. *Qui ante Idumæos terram inſederunt.*] ישבי הארץ *joſchebe erets*, hoc eſt, *incolarum terræ*, ſeu veterum colonorum, qui fortè primi omnium poſt Diluvium ea loca inſederant.

21. *In Idumæa*] *In terra Edom*, prout tempore Moſis vocabatur. Videtur hauſiſſe hæc nomina Moſes ex veteri Genealogia; neque enim revelata fuerint mera nomina familiarum ad Iſraëlem nihil pertinentium. Hæc tamen addit, quia ad veterem Idumææ Hiſtoriam pertinent, & utile erat oſtendere, in gratiam Iſaaci, numeroſam gentem eſſe ab Heſavo, Deo favente, ex munitiſſimis locis dejectam. Vide Deut. Cap. II.

22. *Hemam*] הימם Legitur 1 Par I, 37. הומם *homam*. Sequente verſu, pro שפו *ſchepho* legitur ibidem שפי ſchephi.

Thimna] Hæc fortè fuerit Concubina Eliphazi, de qua verſ. 12.

24. *In Jemæos incidit*] מצא את הימים *matſa eth hajjemim*, invenit *hajjemim*. LXX. Intt. *Theodotion*, *Aquila* & *Symmachus* vocem ipſam ιαμειν aut potiùs ιαμειμ retinuere, ut nomen proprium. Alii in diverſas ſententias iere, quarum potiſſimas verbis *Hieronymi*, ex Trad. Heb. referemus: *Alii putant* Ajamim *maria adpellata, iiſdem enim litteris ſcribuntur maria, quibus & nunc hic ſermo deſcriptus eſt. Et volunt illum, dum paſcit aſinos patris ſui in deſerto, aquarum congregationes reperiſſe, quæ, juxta idioma Linguæ Hebraicæ*, maria *nuncupentur; quòd ſcilicet ſtagnum repererit, cujus rei inventio in eremo difficilis eſt. Nonnulli putant aquas calidas, juxta Punicæ Linguæ viciniam, quæ Hebrææ* con-

20. Hi filii Sehiris Choræi, qui *ante Idumæos* terram inſederant, Lotan; Sobal; Tſibhon, Hana, 21. Diſon, Etſer & Diſan. Hi principes Choræorum, filii Sehiris, in Idumæa. 22. Filii Lotanis fuere Chori & Hemam, ſorórque Lotanis Thimnah. 23. Hi filii Sobalis, Halvan, Manachath, Hebal, Sepho & Onam. 24. Hi filii Tſibhonis, Aja & Hana; is Hana, cùm paſceret aſinos Tſibhonis patris in deſerto, in Jemæos incidit. 25. Hi fuere filii Hanæ, Diſon & Oholibama filia Hanæ. 26. Hi filii Diſonis, Chemdan, Esban, Jithran, & Cheran; 27. hi Etſeris Bilhan, Zahavan & Hakan; 28. hi Diſanis, Huts & Aran.

29. Hi fuere principes Choræorum: princeps Lotan, princeps Sobal, princeps Tſibhon, princeps Hana, 30. princeps Diſon, princeps Etſer, princeps Diſan; hi principes Choræorum, pro eorum familiis, in terra Sehiris.

31. Hi verò ſunt Reges, qui in Idumæa regnavere, antequàm apud Iſraëlitas regnaretur. 32. Regnavit in Idumæa Bela Behoris filius, noménque ejus patriæ Dinhaba. 33. Mortuo Bela, regnavit Jobabus Zerachi filius ejus loco, à Botsra. 34. Mortuo Jo-

20. 21. Anteà Choræorum familiæ, ex Sehire ortæ, unde Idumæis montibus nomen factum erat, ea loca tenuerant; & eorum quidem ſeptem fuerant Phylarchi *Sehiris* filii, Lotan, Sobal, Tſibon, Hana, Diſon, Etſer & Diſan. 22. *Lotan*, cujus *Thimna* ſoror, genuit Chorim & Hemamum; 23. *Sobal* Halvanem, Manachathum, Hebalem, Sephonem & Onamum; 24. *Tſibon* Ajam & Hanam, qui Jemæos, dum in deſerto patris aſinas paſceret, fudit; 25. *Hana*, Diſonem & Oholibamam Hanæ filiam; 26. *Diſon* Chemdanem, Esbanem, Jithranem, & Cheranem; 27. *Etſer* Bilhanem, Zahavanem, & Hakanem; 28. *Diſan* denique Hutſum & Aranem.

29. 30. Hi ſeptem Choræorum Phylarchi, atque hi eorum liberi fuere, à quorum Sehire parte Idumæi montes occupati primùm fuerant.

31. Heſavi verò poſteri, poſtquam illos expulerunt, & in gentem numeroſiorum creverunt, Reges ſibi impoſuerunt, ſub quorum imperio, dum Iſ-

contermina eſt, hoc vocabulo ſignari. Sunt qui arbitrentur onagros ab hoc admiſſos eſſe ad aſinas, & ipſum ejuſmodi reperiſſe concubitum, ut velociſſimi ex his aſini naſcerentur, qui vocantur Jamim. Plerique (ſic poſt *Jonathanem* plerique recentiores Rabbini) *putant quòd equarum greges ab aſinis in deſerto iſte fecerit primus adſcendi, ut mulorum inde nova, contra naturam, animalia naſcerentur.* I. Si qui *maria* vellent etiamnum exponere, oporteret legerent *jammim*, non *jemim*, cujus mutationis nulla videtur adferri poſſe ratio. Certè cum *maria* ab Hebræis dicantur magni lacus, mirum non eſſet inventum lacum ab Hana; deinde inveniendus eſſet lacus ille, vel potiùs oſtendendi plures *illi lacus*, quos invenerit in deſerto, vocantur enim hîc הימים *οἱ θάλασσαι*. Nullus eſt autem circa ea loca lacus, niſi Aſphaltites, qui poſtea videtur natus. II. Qui aquas calidas ex Punica lingua interpretabantur, videntur legiſſe, *Sam. Bocharto* judice Hieroz. Part. I. Lib. 2. Cap. XXI. חימים *hhemim*, & idem eſſe crediciſſe ac חמים *hhammim*, quod *thermas* ſignificat. Sed repugnant Codices omnes, & Interpretes. III. Qui *mulos* exponunt confutantur à viro ſummo, his rationibus; quia mulos eo nomine nemo umquam vocavit; quia מצא *matſa*, quo verbo hîc utitur Moſes, eſt *reperire* quod jam eſt, non excogitare quod nondum eſt; quia aſinos tantùm paſcebat Hana, non equos; quia mulorum in Scriptura nulla mentio, uſque ad tempora Davidis. Quas ille rationes copioſiùs diducit.

His probè expenſis, nomen proprium Gentis eſſe, cum *Sam. Bocharto*, contendimus, nixi auctoritate veterum Intt. Græcorum, ad quos accedit *Onkelos*, qui habet גבריא *gabrajo*, id eſt, *gigantes*, quo nomine intelligit *Emæos*, quia Emæi erant proceræ ſtaturæ ut Anacæi, & gigantes exiſtimabantur ut Anacæi, ut docet Moſes Deut. II, 10, 11. Quod mirum in modum confirmatur lectione Samaritici Codicis אימים *emim*, quo modo etiam videtur pronunciari debere vox הימים, quæ eſt in noſtris Codicibus; non *hajjemim*, ut Maſſorethetæ habent, quod inauditum nomen eſt. Certiſſimum eſt facillimè permutari litteras quieſcentes, ut omnes norunt qui Grammaticam Hebraïcam delibarunt; nec dubium eſt quin י antecedente ה æquè ac antecedente א, poſſit *quieſcere in Tſere*, ut loquuntur Grammatici. Sic æquè הך & אך *ech* dicunt Hebræi, & הימם *hemam* nomen proprium verſ. 22. & ſexcenta alia. Hoc malumus, quàm quod conjicit vir eruditiſſimus א primam radicalem hîc excidiſſe, aut ימים *jemim* idem eſſe ac אימים, quod tamen multis exemplis confirmat, quia hi populi conſtanter *Emæi* vocantur.

Inveniſſe autem Emæos dicitur Hana, phraſi Hebræâ, quâ ſignificatur in illos improviſò irruiſſe, & in deſerto eos viciſſe. Vide Jud. I. 5. 1 Sam. XXXI, 3. 1 Reg. XIII, 24. aliáque exempla quæ à *Bocharto* adferuntur. Quod eo eſt veriſimilius, quòd Choræi & Emæi vicini eſſent, cùm hi regionem quæ poſtea Moabitis, illi Idumæam tenerent. Vide ſup. Cap. XIV, 5, 6. & Deut. II, 9. *& ſeqq.* Hæc autem circumſtantia inſignis erat, propter Emæorum fortitudinem; ut eâ hic Hana ab altero cognomine diſtingueretur. Similem vide obſervationem verſ. 35.

25. *Oholibama filia Hanæ*] Hanc uxorem Heſavi fuiſſe volunt, ſed vide not. ad verſum 2. Hîc ſæpe eadem nomina occurrunt, variorum hominum.

27. *Hi Etſeris*, &c.] *Hi filii Etſeris*, quod etiam in verſ. ſequente.

30. *Pro eorum familiis* לאלפיהם quod poteſt æquè legi *lealphehem*, ab אלף *eleph*: quàm *leallaphehem*, ab אלוף *alloupb*, quamquam hoc quoque modo legant Samaritæ. Sic οἱ LXX.

Jobabo, regnavit ejus loco Chuſamus, ex auſtrali regione. 35. Mortuo Chuſamo,
regnavit ejus loco Hadadus Bedadi filius, qui Madianem, in agro Moabitico, con-
cidit, noménque ejus patriæ Havith. 36. Mortuo Hadado, regnavit ejus loco Sam-
la, à Masreka. 37. Mortuo Samla, regnavit ejus loco Saül, à Rechobothis fluvii.
38. Mortuo Saüle, regnavit ejus loco Bahalchanan, Hachboris filius. 39. Mortuo
Bahalchanane, Hachboris filio, regnavit ejus loco Hadar; nomen patriæ ejus Pha-
hou, & uxoris Mehetabel, filiæ Matredis, filiæ Mezahabi.

40. Hæc præterea nomina principum Heſavo *ortundorum*, pro familiis, locis, & ap-
pellationibus, princeps Thimnah, princeps Halva, princeps Jetheth, 41. princeps
Oholibama, princeps Ela, princeps Phinon, 42. princeps Kenaz, princeps The-
man, princeps Mibtſar, 43. princeps Magdiel, princeps Hiram. Hi principes fue-
re Idumæorum, pro ſuis ſedibus, in regione quam poſſidebant. Atque hic fuit Heſa-
vus Idumæorum pater.

XXXV. Jo-

Iſraëlis poſteri in Ægypto & in Arabia deſerta fuerunt, vivebant; diu antequàm regium nomen inter Iſraëlitas audiretur. 31. Eorum Regum hæc eſt ſeries, quorum poſteriores prioribus mortuis ordine ſucceſſerunt: *Bela*, Behoris Filius, Dinhabenſis; 33. *Jobabus*, Zerachi F. Botſrenſis; 34. *Chuzamus* Themanites; 35. *Hadadus* Bedadi F. Havithenſis, qui Madianitas in agro Moabitico vicit; 36. *Semla* Mareskenſis; 37. *Saulus* Rechobothenſis; 38. *Bahalchanan* Hachboris F. 39. *Hadar* Phaovenſis, cui uxor Mehethabela, filia Matredis filiæ Mezahabi.

40. *ad* 43. Præter Idumæorum Phylarchos, quorum nomina, antequàm de Choræis loqueremur, tradidimus, hi fuere variis in locis, familiiſque ſparſi: Thimna, Halva, Jethethus, Oholibama, Ela, Phinon, Kenazus, Theman, Mibtſar, Magdiel, & Hiramus. Horum & ſuperiorum poſteri, Heſavo, Jacobi fratre, oriundi Idumæam omnem, diu antequàm Jacobi poſteris perpetua ac certa ſedes eſſet, occuparunt.

P A-

LXX. ἡγεμόνες ἐν ταῖς ἡγεμονίαις. Sic Onkelos לרברבנהון lerabrebanehon, *ſecundùm principatus eorum*. Sed אלופים *allouphim* poſſent etiam dici *gentiles*, aut *tribules*, ut ſumitur אלוף Prov. XVI, 28. & Mich. VII, 5. Quod ſi ita eſt, לאלופיהם erit *ſecundùm tribules*, ſeu *tribus*, aut *familias*. Duriſſimum eſt reddere, *hi ſunt duces, ſecundùm duces eorum*, quo factum ut *Vulgatus* verterit: *hi ſunt duces qui imperaverunt*.

31. *Hi ſunt Reges*] Qui capitibus familiarum ſuperiores erant.

Antequàm apud Iſraëlitas regnaretur] *Antequàm regnaret Rex in Iſraële*. Hæc verba aliis Moſis non eſſe videntur, aliis contrà cenſentibus. Qui Moſis eſſe contendunt non unâ, eadémque ratione hæc interpretantur. Sunt qui velint hunc eſſe ſenſum, *ante Moſem qui fuit Rex Iſraëlis*, quia putant eum *Regem in Jeſchurun* vocari Deut. XXXIII, 5. Quod alii rejiciunt, qui opinantur Deum ipſum, non Moſem, in eo Deuteronomii loco *Regem* dici. Itaque malunt ſpiritu prophetico hæc dixiſſe Moſem, quippe qui norat olim in Iſraële futuros Reges, ut liquet ex Gen. XVII, 6. & Deut. XVII, verſ. 14. Verùm non defuerunt, quibus duriſſimum videretur hîc vaticinari Moſem; itaque hunc locum inter eos eſſe numerandum, qui ab ejus manu non ſunt, exiſtimarent, qua de re egimus in Diſſ. *de Auctore Pentateuchi*.

32. *Dinhaba*] דנהבה LXX. efferunt *Dennaba*, & ſic etiam Vulg. Dennaba, ait Hieronymus in L. H. *civitas Balab filii Behor, regis Edom — & eſt uſque hodie villa Dennaba in octavo milliario Areopoleos, pergentibus Arnonem, & altera Dennaba ſuper montem Phogor, in ſeptimo lapide Esbus*.

33. *Mortuo Bela*] *Et mortuus eſt Bela, & regnavit*, &c. Sic etiam in ſequentibus.

A Botsra] Sic vertimus מבצרה *mibbotsra*, hoc eſt, Botsrenſis, quæ phraſis, in ſtylo Eccleſiaſtico frequens eſt, nec veteribus Latinis ignota fuit. Botsra celeberrima fuit Idumææ urbs, ſic à munitionibus dicta, de qua vid. Eſai. XXXIV, verſ. 6. LXIII, 1.

34. *Ex auſtralis regione*] מארץ התימני *meerets hhatthemani*, è terra Meridiani, aut *Themanitæ*; quam quidam à *Themane* Eliphazi filio dictam volunt, potiuſquàm à ſitu. Vide verſ. 11. Hinc *Eliphazum Themanitam* Jobi amicum fuiſſe ſunt qui opinentur.

35. *Madianem, in agro Moabitico*] Prælium illis temporibus celebre, quæ circumſtantia eſt ſimilis ei quæ habetur verſ. 24.

Havith] עוית Eſt inverſis litteris 1 Paral. I, 46. עיות *hajoth*, ſed in margine notant Maſſorethæ eodem modo, quo hîc, legendum eſſe.

37. *Rechobothis fluvii*] De Rechobothis urbe diximus ad Gen. X, 11. ubi, ex *Sam. Bocharti* ſententia, eam ad Euphratis & Chaboræ confluentem ſitam fuiſſe monuimus. Sic & Onkelos in hoc loco דעל פרת dehal phrath, *quæ ad Euphratem*, qui ἀντονομαστικῶς *fluvius* paſſim dicitur. Sed poteſt etiam alius fluvius intelligi, & hoc addi, ut hæc urbs ab Aſſyriacis Rehobothis, aut alia urbe ejuſdem nominis diſtingueretur. *Hieronymus* de L. H. Rehoboth *civitas Aſſyriorum, quam ædificavit Aſſur, egrediens de terra Sennaar, & de hac in libris Hebr. Quæſt. plenius diximus. Rehoboth alia urbs, juxta fluvium, ubi erat Rex Edom, & uſque hodie eſt præſidium, in regione Gabalena, & vicus grandis qui hoc vocabulo nuncupatur*. Certè vix credibile eſt Idumæorum Regem ex Meſopotamia fuiſſe.

39. *Hadar*] Hic 1 Par. I, 50. dicitur הדד *Hadad*, & patria ejus פעי *Phahi*. In Samaritico, eſt etiam הדד.

Et uxoris Mehetabel] *Et nomen uxoris*, &c. Hæc celebris apud Idumæos fuerit Re-

gi-

XXXV. Joſephus, à patre fratribus prælatus, ſomniis invidiam fratrum ſibi creat, & ab iis venumdatur in Ægyptum abducendus, dum eum pater, quaſi à fera diſcerptum, luget.

CAPUT XXXVII. 1. JACOBUS verò Chanahanitidem terram, in qua pater ejus peregrinatus fuerat, incoluit. 2. Hæc autem Jacobi progenies *fuit*. Joſephus, ſeptemdecim annos natus, oves unà cum fratribus paſcebat; is adoleſcens cum filiis Bilhæ, filiiſque Zilphæ uxorum patris, *verſatus* ad patrem malos eorum ſermones detulerat.
3. Eum etiam, quòd ſibi ſeni natus eſſet, pluſquàm omnes *ceteros* filios amabat Iſraël,

PARAPHRASIS.

1. HESAVO in Sehirem montem profecto, ſatis paſcuorum Jacobi gregibus erat in eo tractu, per quem pater Iſaacus vagari ſolebat. Itaque iiſdem in locis vitam degere ſtatuit. 2. Antea filios ejus recenſuimus, ex quibus Joſephus, ex Rachela patri ſeni natus, decimum ſeptimum ætatis annum agebat, cùm à fratribus nefariè venditus eſt; quod ſummum mœrorem patri creavit, ſed tamen ei, totíque familiæ poſtea ſaluti fuit. Is cum fratribus paternos greges paſcebat, & cùm Bilhæ, Zilphæque liberis ut plurimùm adeſſet, improbos eorum ſermones, ſi qui ſererentur, ad patrem deferre ſolebat; qua de cauſa fratribus inviſus fieri cœperat. 3. Id odium incautus etiam auxerat pater, dum pluris quàm ceteros liberos, adoleſcentem ſibi ſeni, atque ex cariſſima conjuge, natum, faceret, veſtibuſque

gina, quoniam ejus nomen poſteris ſervatum eſt.

Filiæ Mezahabi] Patriſne *Mehazab*, an avi, aut patriæ nomen ſit dubitant Interpretes, & LXX. quidem hîc habent υἱοῦ, *filii*.

40. *Hæc præterea nomina*, &c.] Hæc videntur ex alio Catalogo petita, in quo ex qua Heſavi uxorum hi eſſent oriundi non habebatur.

Pro familiis, &c.] *Pro familiis eorum*; *pro locis eorum, in nominibus eorum.* Videtur initio vicatim inculta fuiſſe Idumæa, pro familiarum numero, quorum vicorum principes אלופים *allouphim* dicuntur. Poſtea illi vici, uni Regi parituri, in unam civitatem conveniſſe videntur; & fortè etiam Reges ſuos communibus ſuffragiis eligebant, nam filium patri non ſucceſſiſſe, ex ſuperiore Catalogo liquet. Sic Attica κατὰ δήμους, καὶ χώραν inculta, curâ Theſei in unam civitatem coaluit; qua de re vide *Plutarchum* in *Theſeo*.

43. *Sedibus*] Pro למשבותם *lmoſchebotham* eſt in Samaritico למשפחותם lmiſchphehhotham, *pro familiis eorum.*

In regione quam poſſidebant] *Terra poſſeſſionis eorum*; hoc eſt, quam propriam ac perpetuam habebant; non inſtar peregrinorum incolebant, ut Iſraëlis poſteri, per aliquot ætates.

COMMENTARIUS

In CAPUT XXXVII.

1. C*Hanahanitidem terram*, &c.] *Terram peregrinationum patris ſui, terram Chanahan.* Vide not. ad Cap. XV, 13. de ſignificatione vocum גור *gour* & גר *ger*, *peregrinari* & *peregrinus*.

Progenies] *Generationes.* Vide not. ad Cap. V, 1. Videntur hæc verba referri ad ea quæ ſunt de liberis Jacobi Cap. XXXV. dicta, inter quæ & hæc, per digreſſionem quamdam, quæ inſtar παρενθέσεως eſt, recenſentur Heſavi poſteri, Cap. XXXVI. Fateor, ex accuratè ſcribentium canonibus, hæc verba meliùs poſt comma 36 Cap. XXXV. collocari potuiſſe. Sed ejuſmodi narrationis inverſiones, in Hiſtoricis Sacris, frequentes occurrunt. Vide not. ad Cap. XI, 3. XII, 1. & alia loca. Non eſt vis inferenda perpetuæ ſignificationi vocis תולדה *tholedah*, ordinis ſolius causâ, ut facit *Aben Ezra*, aliique, qui *eventum*, ſeu *caſum* eâ ſignificari volunt, quia hîc Jacobi vitæ eventus quidam narrantur. Durum eſt & frigidum, in media narratione vitæ cujuſpiam, dicere: *hæc eſt ejus vita*, aut, *hi ſunt vitæ ejus eventus.* Fruſtra adferunt Proverb. XXVII, verſ. 1. *neſcis quid pariat dies* מה ילד יום *mah jalad jom*, quod ſignificat neminem ſcire quid diei ſpatio eventurum ſit, aut *quid ſerus veſper vehat*, ut Latini loquuntur. Nam etiamſi metaphoricè ילד *jalad* eſt *eventum parere*, non ſequitur derivatum תולדה *tholedah* eventum ſonare poſſe; non magis certè quàm ex eo quòd in vetere illo dicto, *neſcis quid ſerus veſper vehat*, *vehere* ſimile quidpiam ſignificat ac ילד in Salomonis loco, conſequens eſt, quod nemo dixerit, *vecturam* pro *eventu* uſurpari poſſe.

Septemdecim annos natus] *Filius ſeptemdecim annorum.* Vide ad comma 3.

Oves paſcebas] Heb. *Erat paſcens* בצאן *batſon*, quod *oves* & *capras* ſonat; ſed ſub nomine ovium capræ etiam intelliguntur.

Verſatus] Aut *verſari ſolitus*, alterutrum enim ſubauditur.

Malos eorum ſermones] את דבתם רעה *eth dibbatham raha.* ψόγον πονηρὸν LXX. Intt. *crimen peſſimum* vertit Vulg. At propter additamentum vocis רעה *raha*, maluimus *ſermones* vertere, qui ſunt boni & mali. Ac ſanè radix דבב dabab *loqui* ſignificat. Hinc דבה *dibbah* malos ſermones, & quod de quopiam malum fertur, aut dici poteſt ſignat.

Detulerat] Heb. *Et adtulit Joſeph eorum infamiam*, &c. Sed repetitione nominativi Latinè loquenti opus non fuit. Sic & in ſeqq. verbis *eum*, pro *Joſeph*, eadem de cauſa diximus.

3. *Quod ſibi ſeni natus eſſet*] Heb. *quia filius ſenectutis ille.* Liquet ex Gen. XLVII, 9. tertio famis, de qua eo in loco Moſes, anno, natum fuiſſe

raël, polymitáque tunicâ donaverat. 4. Cùm autem à patre, pluſquàm ſe omnes, eum diligi animadverterent fratres, odio habebant, nec pacato ſermone appellare poterant.

5. Cùm ſomnium ſomniaſſet Joſephus, fratribúſque narraſſet, majore etiam *quàm antea* odio eum proſequuti ſunt. 6. Illis enim, ſomnium hocce, inquit, quod ſomniavi, quæſo, audite. 7. Manipulos in medio agro faciebamus, cùm ecce manipulus meus ſe erexit, ac ſtetit; veſtri verò manipuli meum ambiebant, proníque venerabantur. 8. At ei fratres, túne ergo, inquiunt, in nos regnabis, túne nobis dominaberis? atque eum cùm propter ſua ſomnia, tum propter verba, magis oderunt. 9. Somniavit præterea alterum ſomnium, fratribúſque narravit. En, inquit, denuo ſom-

buſque pretioſioribus donaret; qualis erat polymita tunica, quam ſolus ex Jacobi liberis geſtabat. 4. Quæ cùm fratres animadverterent, tanta eum proſequebantur invidia, ut vix pacatum reſponſum ab iis, ſi quid ſciſcitaretur, referret.

5. Acceſſere etiam aliæ odii cauſæ, ut quòd Joſepho ſomniis imperium in fratres portendi videbatur. 6. 7. Narravit enim iis, ſibi per quietem viſos eos eſſe ſecum manipulos in agro facere, cùm ecce manipulus ipſius medius ſtetit; reliquis eum circumdantibus, & quaſi venerarentur, pronis ante eum procidentibus. 8. Fratres indignati, quòd ſibi majorem dignitatem polliceri videretur, negarunt ſe umquam paſſuros minorem natu ſibi imperare, majoríque eum odio proſequuti ſunt; 9. præſertim audito altero ejus ſomnio, quo idem ſignificari putabant. Narravit enim ſe in ſublimi loco poſitum vidiſſe in ſomnis Solem

fuiſſe Jacobum triginta & centum annos. Joſephus autem ſeptennio ante ſamem triginta annos natus erat; ut obſervavit Moſes Cap. XLI, 46. unde Joſephum nonageſimo primo anno ætatis patris natum eſſe colligere eſt. Verùm hiſce in rebus occurrunt nodi, quos nemo hactenus ſolvit, neque porrò, ut opinor, ſolvet.

Polymitáque donavit] Heb. *& fecit ei tunicam* פסים phaſſim, *polymitam* vertit Vulg. quem ſequuti ſumus, & LXX Intt. eodem ſenſu ποικίλον. Græci πολύμιτον vocant pannum, cui eſt ποικίλος μίτος *trama varia*, ſeu variorum colorum. Eæ veſtes, apud Orientales, in pretio habebantur, ut cùm ex hoc loco, tum ex 2 Sam. XIII, 18. colligimus, quibus poteſt adjungi Jud. V, 30. Oſtendemus in *Indice*, in voce ποικίλος, Græcos etiam, Aſiæ incolas, variegatas veſtes in deliciis habuiſſe. Hebræis dictæ ſunt פסים *phaſſim*, quòd propter colorum varietatem, plagulis variis conſutis conſtare viderentur; nam פס & פסה *phiſſa* apud Hebræos *fruſta*, aut *particulas* ſignificant. Vid. Pſ. LXXII, verſ. 27. Alii volunt פסים vocari, non areolas variorum colorum, ſed ea quæ Græci vocant πέζας & ἀντιπέζια, hoc eſt, limbos & inſtitas, quibus oræ veſtium ornarentur, & quæ hodiéque à Gallis *paſſements* dicuntur. Sunt denique qui exiſtiment *manicatam & talarem* tunicam intelligi, quia פס Chaldæis *volam manûs & plantam pedis* ſonat. Atque hinc videtur factum, ut LXX Intt. 2 Sam. XIII, 18. καρπωτὸν verterent, quod ſuffragio ſuo comprobarat *Aquila*; nam καρπωτὸς Græcis tunica eſt, quæ manicas habet *ad carpum uſque demiſſas*. Sic כתנת פסים eſſet tunica, cujus ora infima ad pedes uſque prolaberetur, & manicæ ad manus uſque promiſſæ eſſent. Quales in deliciis fuiſſe, apud Veteres, oſtendemus in *Indice*, ad vocem καρπωτός. Conſuli de hiſce poterit vir eruditus *Joan. Braunius* in Opere *de Veſtitu Sacerd. Hebr.* Lib. I. Cap. 17. ubi eam ſententiam, quam ſecundo loco poſuimus, tuetur.

Donaverat] Heb. *Et fecit*, vel *fecerat*. Sed ſatis liquet hominem, paſtoritiæ vitæ deditum, ipſum non feciſſe ejuſmodi veſtem; & hoc voluiſſe Moſem, quod voce *donaverat* expreſſimus. Vide Geneſ. III, 21. & quæ ad eum locum notavimus.

Pluſquàm ſe omnes] *Pluſquàm omnes fratres ejus* אחיו, pro quo habet Samaritieus בניו *banau*, hoc eſt, τῶν υἱῶν αὐτοῦ, ut verterunt οἱ LXX.

Pacato ſermone appellare] דברו לשלום dabbero lſchalom, *alloqui eum in pacem*. LXX. λαλεῖν αὐτῷ εἰρηνικὰ, *pacificè ei loqui*, Vulg. Alii exiſtimant ſenſum eſſe, ita iratos fuiſſe Joſepho fratres; ut ne ſalutare quidem eum more ſolito, שלום לך ſchalom lcha *pax tibi*, (Vid. 1 Sam. XXV, 6.) aut de ſalute percunctari השלום לך *eſtne pax tibi* (Vid. ſup. XXIX, 4. & 2 Reg. IV, 26. X, 13.) ſuſtinerent. Sed hæc etiam complectitur noſtra interpretatio.

Non poterant] Hoc eſt, tanto adfectu odii & invidiæ erant præpediti, ut eum ſine ira alloqui non ſolerent. *Non poſſamus* facere, quæ dudum facere noluimus, & quæ adfectui, aut rationibus noſtris contraria ſunt. Vide adnotationes *H. Grotii ad Marc.* VI, verſ. 5.

5. *Cùm ſomnium*] *Et ſomniavit*, &c. *& narravit*, &c. aut *indicavit*.

Majore etiam quàm antea odio] Heb. *perrexerunt ampliùs odiſſe eum.*

6. *Illis enim*] Heb. *& dixit iis*, &c. Sed quia ratio redditur odii fratrum, conjunctionem ו *vau*, enim vertimus. Alioqui inverſio eſt narrationis, de qua diximus ad verſ. 2.

7. *Manipulos*, &c.] *Et ecce nos manipulos faciebamus.* Hebraïcum *ecce* initium eſt narrationum rei conſpectæ, aut conſpiciendæ; cui particulæ ſimilem nullam habent Latini, niſi *ecce tibi*, aut *ecce verò*, aut *ecce autem*; quæ frequentia ſunt apud *Ciceronem*, ad ſignificandam rem ſubitaneam, aut parum exſpectatam; qui ſenſus non conveniret, niſi paucis locis, in quibus הנה *hinneh* habent Hebræi, ideóque ſæpe eam omiſimus, nec ſine ea minùs eſt abſoluta oratio. Vide *Aſconium Pedianum* in *Verrinam* I. n. 17.

Proni venerabantur] Heb. תשתחוינה *thiſchthabbavenah*, ut ſcribitur plenè in Samaritico. In

noſtro

ſomniavi, atque ecce Sol & Luna, undecímque Stellæ me prona venerabantur. [10] Hoc cùm patri ac fratribus narraſſet, pater quidem eum objurgavit, & quodnam, ait, hoc ſomnium eſt, quod ſomniaſti? an ego, matérque tua & fratres ibimus, ut proni in terram te veneremur? [11] At invidiâ in eum flagrabant fratres, dum pater rem animo mandaret.

[12] Poſthæc, cùm Sichemum, ad paſcendas patris oves, fratres iviſſent, [13] Iſraël Jo-

lem & Lunam, atque undecim Stellas ad pedes ſuos, veluti honoris causâ, deſcendere. [10] Jacobus qui id ſomnium narrantem audivit, eum quidem caſtigavit, qui inania ſomnia narraret, quibus id videbatur portendi, quod fieri non poſſet; neque enim poſſe ſe cum Rachela ejus matre, quæ diem ſuum obierat, cumque fratribus, pænultimum filiorum, corpore in terram prono venerari. [11] Iteratis tamen ſomnus animus ejus commovebatur, nec eorum obliviſci, nec filiorum invidiam coercere poterat.

[12, 13] Non multò pòſt, cùm in Sichemenſi agro patris greges illi paſcerent, is Joſephum ad ſe accerſivit, ut eum illuc mitteret, [14] viſurum fratres

noſtro deeſt ultimum ה. Vide quæ de voce *ſchabba* שבה notavimus ad Cap. XVIII, 2.

8. *Tunc ergo*, &c.] Heb. *An regnando regnabis ſuper nos, an dominando dominaberis in nos?* Eam repetitionem ejuſdem vocis Hebraicum idioma eſſe, ſine emphaſi, oſtendimus ad Cap. II, 17. Ideóque rectè Vulg. *numquid rex noſter eris, aut ſubjiciemur ditioni tuæ?*

9. *Me prona venerabantur*] משתחוים לי *miſchthabhavim li*, ut verſ. 7. Sed quomodo prona fierent ſidera difficilius eſt intellectu, ſi à Joſepho dormiente, qualia vigilantibus apparent, conſpecta ſunt. Fortè vidit ſidera, quæ ſupra ſe poſita erant, ad pedes ſuos deſcendentia.

Altera eſt difficultas circa *Lunam*, quæ, ut ex interpretatione Jacobi liquet, ejus uxorem ſignificare videtur; cùm tamen non Rachela modò, cujus mors diſertè narratur Cap. XXXV, 18. ſed nulla etiam aliarum Jacobi uxorum in Ægyptum unà deſcenderit, nec proinde Joſephum adorare potuerit. Vide Cap. XLVI, 26, 27 Sed quamvis una circumſtantia non fuerit impleta, ſomnii tamen reliquas partes ad amuſſim implementum ſortitas hiſtoria oſtendit, nec minùs propterea θεόπεμπτον fuit.

10. *Hoc cùm patri*, &c.] *Et narravit patri ſuo*, &c. *& objurgavit eum pater ipſius.*

Quodnam ait, hoc ſomnium eſt] Hoc eſt, inane eſt hoc ſomnium, neque enim Rachelam, quæ obierat, filium adorare poſſe intelligebat. Sed hæc circumſtantia tanti non erat, ut propterea vanum haberetur ſomnium; nec ſanè Jacobus id ſprevit, ut ſequentia docent, quamquam ita loquebatur placandorum aliorum filiorum causâ, & ne Joſephus propterea ſuperbiret.

An ibimus] *An veniendo veniemus.*

11. *Rem animo mandaret*] Heb. שמר הדבר ſchamar haddabar, *verbum ſervabat*, hoc eſt, diligenter hæc obſervabat, ac memoriæ mandabat. Hoc ſignificat verbum שמר Pſalm. CXXX, 3. *Si iniquitates* תשמר thiſchmor *obſervaris*, atque *animo mandes earum memor futurus, quis ſtabit?* Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, τίς ὑποστήσεται; ut habent LXX. Intt. Sed ſimillimæ ſunt huic phraſes, quæ exſtant Luc. II, verſſ. 19, 51. ubi miranda quæ filio accidebant, eodem modo ac Jacobus hoc in loco, obſervaſſe Maria narratur: πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, &c. ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, *omnia hæc verba ſervabat in corde ſuo.*

12. *Poſthæc cùm*, &c.] *Et iverunt fratres*, &c. & in ſeq. verſu: *Et dixit Iſraël*, &c.

Sichemum] Heb. שכם *ſchechem* de quo vide not. ad Cap. XXXIII, 18.

13. *Annon fratres tui*, &c.] Nihil frequentius apud Hebræos, ejuſmodi interrogationibus quæ ſunt ſimplicis adfirmationis loco. Vide Geneſ. XIII, 9. Exod. IV, 14.

Adſum] Heb. *ecce me*, hoc eſt, ut habet Vulg. *præſto ſum.* Vide Cap. XXII, 1, 7.

14. *Ito, ait*] Omiſſum eſt nomen perſonæ, nimirum, Jacobi, quod ex re ipſa facilè intelligitur.

Satiſne rectè ſit] Heb. *Vide pacem fratrum tuorum & pacem gregis*; hoc eſt, an ſatis rectè omnia apud eos ſe habeant. Ideóque οἱ LXX. ἴδε εἰ ὑγιαίνουσι, *vide an valeant*, quia valetudo continetur inter ea quæ ſignificantur voce שלום *ſchalom*, *pax*. Sed melius Vulg. *vide ſi cuncta proſpera ſint.* Vide not. ad Cap. XV, 15. XXVI, 31. XXVIII, 21. Volunt nonnulli anxium fuiſſe Jacobum, filiis in Sichemenſi agro paſcentibus; propter cædem quam in eo loco commiſerant, & quâ inviſi Chananæis facti erant, ut narravit Moſes. Cap. XXXIV.

E valle Chebronis] De *Chebrone*, aut *Hebrone*, vide not. ad Cap. XXIII, 2.

15. *In agris erranti*] Heb. *Et invenit eum vir, & ecce errabat in agro.*

Eúmque his verbis, &c.] Heb. *Et interrogavit eum vir ille dicens.*

17. *Eos enim audivi*] Eſt in noſtris Codicibus שמעתי *ſchamahthi*, ſed in Samaritico שמעתים *audivi* eos, & ut habent οἱ LXX. ἤκουσα αὐτῶν. Saltem ſubaudiri debet pronomen.

Dothanem] Locus fuit haud procul Sichemo. *Uſque hodie*, ait *Hieronymus* in L. H. *in duodecimo à Sebaſte milliario, contra Aquilonis plagam, oſtenditur.* Ut hîc ſcribitur דתינה *dothainah* cum ʼ inter duas ultimas, ita in fine verſûs Samariticus Codex habet דתין *dothain*, noménque eodem modo LXX. Intt. & Vulgatus efferunt. Sic quoque legunt 2 Reg. VI, verſ. 13. Hoc idem nomen ſcribitur Δωθαιμ Judith. IV, 5. VII, 3. Attamen in Hebraïco Codice poſtea, & loco Regum, ſcribitur דתן *dothan*, unde fieret דתנה *dothanah*, in motu ad locum, ut loquuntur Grammatici.

Sequutus] *Et ivit poſt fratres ſuos.*

18. *Hi cùm procul*, &c.] *Et viderent eum*, &c. *& conſilium inierunt*, &c.

Ejus interficiendi callidum conſilium inierunt] יתנכלו אתו להמיתו *jithnaccbelon otho lehamitho.* Verbum נכל *nachal* videtur propriè ſignificare cal-

Joſepho dixit: annon fratres tui Sichemi paſcunt? veni, ut te ad eos mittam. At ille, adſum, inquit; [14] *pater verò*, ito, ait, & vide ſatiſne rectè ſit fratribus tuis, & ovibus, rémque mihi renuncia. Miſit itaque eum è valle Chebronis Sichemum. [15] In agris erranti Joſepho vir occurrit, eúmque his verbis interrogavit: quid quæris? [16] Fratres meos, inquit, quæro; indica mihi, quæſo, ubi paſcant. [17] At vir ille, hinc, ait, profecti ſunt, *eos* enim audivi dicentes: eamus Do-

tres & greges, & ſatiſne rectè omnia ſe habérent ſibi renunciaturum. Jacobus tunc temporis in Chebronis valle tendebat, unde profectus Joſephus bidui itinere remotos fratres quæſiturus abiit. [15] Cùm autem illos in eo, quo putaverat, loco non reperiſſet; & per viciniam erraret, occurrit ei ignotus, qui quid quæreret ſciſcitatus, [16] ubi audiit fratres, Jacobi Hebræi filios, ab eo quæri, & optare eum ſcire ubi paſcerent; [17] Dothane eos eſſe indicavit, audiviſſe enim ſe eos eò diſcedendum inter ſe dictitantes. Nec vanus fuit index, Dothanem enim cùm adventaret Joſephus, fra-

callidum & doloſum conſilium inire, vel *fraude aliquem adgredi*. Vide Num. XXV, 18. Pſalm. CV, 25. Ac ſanè נכל *ncbal*, apud Syros *decipere* ſonat. LXX. Intt. habent ἐπονηρεύοντο τοῦ ἀποκτεῖναι αὐτόν.

19. *Alter alteri*] Heb. *quiſque fratri ſuo.*

Somniator] Heb. *dominus ſomniorum* בעל חלמות *bahal bhalamoth*, hoc eſt, phraſi Hebræis notâ, ἐνυπνιαστὴς *ſomniator*, ut habent LXX. & Vulg. Intt. Vide Exod. XXIV, 14.

20. *In unam ex ciſternis*] In regionibus calidioribus, qualis Judæa, & iis in tractibus in quibus neque amnes, neque fontes erant, ad quos potum ducerentur pecudes; cœleſtem aquam, quoad licebat, ciſternis excipiebant, è quibus donec aqua exhauſta eſſet bibebant greges. Hinc infra verſ. 23. ciſternæ *in qua non erat aqua*, mentio fit. Jerem. II, 13. *Duo mala*, ait Deus, *fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas fractas, quæ non continent aquam.* Ad quem locum Hieronymus: *Hoc adtendendum quod fons perpetuus eſt, & vitales habet aquas; ciſternæ autem & lacus vel de torrentibus, vel ex aquis turbidis, terrâ complentur, & pluviis.*

21. *Ruben autem*, &c.] Heb. *Et audivit Ruben & liberavit*, &c.

Liberavit] Heb. הציל *hitsfil*, eatenus ſaltem ne interficeretur; ejus enim hac in re conſilium ſequuti ſunt fratres. Ne defuit quidem voluntas prorſus liberandi, & patri reſtituendi Joſephi, ut liquet ex commatibus 22, & 29. Nec rarò Hebræi, ad conatum notandum, verbis utuntur quæ rem effectam ſignificant. Vide Exod. XII, 48. Pſalm. LVI, 2.

Ne vitam ei eripiamus] Heb. *ne percutiamus eum animâ*, נפש *anima* paſſim vitam ſignificat.

22. *Quæ in deſerto eſt*] Jacobi temporibus, *deſerta* dicebantur varia loca, in quibus ſequentibus ſæculis non videtur ullum deſertum fuiſſe; quòd ea loca nondum incolis frequentia, ætate primorum Patriarcharum, exculta poſtea fuerint. Certè, niſi Chanahanitis magna ex parte vacua fuiſſet, non licuiſſet iis pecudes huc illuc, pænè pro arbitrio, agere, ut factum videmus. Sed cùm deſerta loca, nec humano cultu propria cultorum facta primorum ſint occupantium, nihil obſtabat quominus Nomadum ritu per varia Chananææ loca errarent. In primis quæ vicina urbibus, aut pagis erant, ad eos pagos, eáſve urbes pertinuiſſe videntur; remotiora verò nullius fuiſſe. Ita Arabiæ ſolitudines peragrabant *Scenitæ & ipſi vagi, ſed à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metabantur ubi libebat.* Verba ſunt *Plinii* Lib. VI. Cap. 28.

Quæ dicebat] Pro his verbis, eſt initio verſûs ויאמר ראובן *& dixit Ruben.*

Liberatum ad patrem, &c.] Heb. *ut liberaret eum, ad reducendum eum.*

24. *Comprehenſúmque demiſerunt*] Heb. *Et comprehenderunt eum, & demiſerunt eum.*

25. *Dein conſederunt*] More, nimirum, Orientalium, qui etiam domi in ipſo pavimento ſtragulis tecto olim, ut hodie, ſedebant cibum ſumturi. Ruri aut in herba virente, aut fortè in pelle alicujus feræ, quâ tegeretur humus, ſedebant. Sediſſe etiam dicuntur Joſephi fratres infrà Cap. XLIII, 22. Vide & Jud. XIX, 6. 1 Sam. XX, 18, 24, 25. 1 Reg. XIII, 20. Apud veteres Perſas, etiam Reges, ſimile quid fuiſſe hinc liquet, quòd menſa, in qua epulabatur Darius, adeò humilis fuerit, ut Alexandro throno Cyri inſidenti ὑποπόδιον loco fuerit. *Curtius* Lib. V. Cap. 2. *Conſedit deinde, in regia ſella, multò excelſiore quàm pro habitu corporis. Itaque pedes cùm imum gradum non contingerent; unus ex regiis pueris menſam ſubdidit pedibus*, quæ poſtea dicitur menſa *in qua Darius veſci ſolitus*. Sedentes quoque Homerici Heroës, ſed in ſellis, convivantur. Vide *Ever. Feithii* Antiq. Homericas Lib. III. Cap. 5.

Sublatiſque oculis] Heb. *Et ſuſtulerunt oculos & viderunt*, hoc eſt, cùm in eam partem proſpicerent, viderunt Madianitas, aut Iſmahelitas. Vide ad Cap. XXXIX, 6.

Agmen Iſmahelitarum] Heb. ארחת *orhhath*; quod ab ארח *iter fecit.* Propriè eſt iter unà facientium agmen, qualia nunc *Caravanas* in Aſia vocant. Græcè vocavit Lucas συνοδίαν Cap. II, 44. Olim & hodie, propter Orientis ſolitudines, in quibus aut feræ aut latrones viatoribus inſidiantur, ſolent mercatores, aliíque qui iter aliquò faciunt; nonniſi magno comitatu proficiſci. De Iſmahelitarum ſedibus, vide dicta ad Cap. XXV, 18.

E Galahaditide veniens] Cùm eſſent Jacobi filii inter mare mediterraneum & Jordanem, Galahaditidem proſpicere potuiſſe non videntur; ſed fortè ita loquitur Moſes, quòd venirent hi mercatores eâ viâ, quæ Galahaditide venientibus calcari ſolebat; aut quòd Jacobi filii poſtea unde illi venirent cognoverint. De Galahaditide vide not. ad Cap. XXXI, 21.

Dothanem. Joſephus ergo fratres Dothanem ſequutus , eos eo in loco invenit.
18. Hi cùm procul eum viderent , antequàm propiùs accederet , ejus interficiendi
callidum conſilium inierunt. 19. Dicebat alter alteri, ecce *tibi* ſomniatorum iſtum
adventantem. 20. Nunc venite, occidamus eum, & projiciemus in unam ex ciſter-
nis, ac dicemus: mala fera eum voravit; tum videbimus quid ejus ſomniis futurum
ſit. 21. Ruben autem , cùm *hæc* audiſſet , eum ex illorum manu liberavit , dixit
enim: ne vitam ei eripiamus, 22. ne ſanguinem effundatis, eum *dumtaxat* in hanc
ciſternam , quæ in deſerto eſt , conjicite. *Quæ* dicebat, ut eum ex eorum manu
libe-

fratres & greges proſpexit. 18. 19. At illi ad ſe venientem conſpicati, ſomniatorem, (ludibrii causâ ſic fratrem vocantes) adventare inter ſe dicebant , nec eſſe amittendam jam opportunam , in loco à patre remoto, ejus perdendi occaſionem. 20. Occidendum protinus , & cadaver in vicinam ciſternam eſſe projiciendum ; tum patri eum requirenti ſatisfactum iri, ſi diceretur in longiquiori itinere à fera diſcerptus. Tum demum , quam inania fuiſſent ejus ſomnia, omnes intellecturos. 21. Ruben vero , Jacobi filiorum natu maximus , cùm audiret de interficiendo Joſepho conſilium agitari, intelligeretque ſe præ ceteris pœnas patri jam infenſo daturum, ſi occiſum ſe conſentiente acciperet , cœpit fratres à tam crudeli conſilio revocare. Sed cùm videret miſericordia flecti homines non poſſe , arte eos adgreſſus eſt; dixitque ſatis fore, ſi fratrem vivum in ciſternam vicini deſerti di-

Styracem] Heb. נכאת *nechoth*. *Thymiamata* habent LXX. Intt. à quibus non abit diverſus Vulg. nam ex *aromatibus* , quâ voce Hebraïcam interpretatur , fiunt thymiamata. Sed hoc nimis generale eſt , cùm Cap. XLIII, 11. inter aromatum ſingulares ſpecies recenſeatur. Itaque maluimus ſequi *Aquilam*, qui στύρακα gummi odoratum in Syria Judææ proxima , ſupra Phœnicen, naſcens , verterat , quem ipſe Cap. XLIII. ſequutus eſt *Hieronymus*, ut & in libro *Nominum* ; quod multis comprobat *Sam. Bochartus* Lib. IV. Cap. 12. Part. II. *Hierozoici* ſui, ubi oſtendit Styracis feracem fuiſſe Syriam, unde Iſmahelitæ veniebant , atque inde ab Arabibus aliò vehi ſolitum. Vide *Plinium* Lib. XII. Cap. 25.

Reſinam] Heb. צרי *tſeri*. *Reſinam* vertunt LXX. & Vulg. quam interpretationem tuetur idem vir ſummus *Hieroz.* Part. I. Lib. 2. Cap. LI. Objicit 1. *Ed. Caſtellus* צרי haberi inter res pretioſiſſimas , quod reſinæ non convenit. At non quævis *reſina* intelligitur , ſed ea demum quæ Galahaditide advehebatur , & quæ *Syriaca* à Græcis & Latinis dicitur. *Plinius* Lib. XIV. Cap. 20. *Arabica reſina alba eſt , acri odore , difficilis coquenti ; Judæa calloſior , & terebinthina quoque odoratior* ; SYRIACA *Attici mellis ſimilitudinem habet.* Vide & Lib. XXIV. Cap. 6. 2. Doctiſſimos Hebræorum & Syrorum adfirmare medicamentum ex pluribus conſtans hac voce ſignificari ; ſed conjecturæ ſunt meræ. 3. Uſum qui τῷ צרי adſcribitur non ineſſe reſinæ ; quod falſum, nam *reſina* ad vulnera adbibetur non minùs ac צרי, Jerem. VIII, 22. XLVI, 11. Imò balſamum reſinâ adulterabatur , auctore Plinio Lib. XII. Cap. 25. Ipſe *Caſtellus* , poſt Rabbinos , aliósque , *Theriacam* interpretatur ; at ii quos ſequitur , ſimilitudine tantùm vocis nixi , certi nihil proferunt. *Theriaca* vox Græca eſt θηριακὴ , & adverſus θηρίων morſus venenatos inventum medicamentum ſignificat ; nec compoſitio illa ex LXXII. rebus ad tantam antiquitatem adſurgere videtur ; aut commodius in Galahaditide , quàm alibi , fieri potuit. *D. Kimchius* , & Recentiores plurimi, *opobalſamum* eſſe cenſent , ſed eos meritò confutat *Bochartus* , vel eo quòd ex omnibus hiſtoriis *balſamum* cis Jordanem , haud procul Jerichunte , non trans Jordanem in terra Galahaditide natum conſtet.

Ladanum] Heb. לט *lat Stacten* reddunt LXX. & Vulg. Inter omnes conſtat στακτὴν myrrham dici ἀπὸ τοῦ στάζειν *ſtillare*, ſeu ſponte , aut ex inciſa arbore fluxerit , quod *Plinius* & plerique Recentiores tradunt ; ſeu ex myrrha tuſa liquaretur , ut cenſuit *Theophraſtus* , aliíque quorum ſententiam tuetur *Cl. Salmaſius* ad *Solini* Polyhiſtora Pag. 367. Edit. Ultraject. Vide *Plinium* Lib. XII. Cap. 15.

Alii vocem לט interpretantur *Ladanum* , quod Copticè ΛΟΥΤΟΝ dicitur , Chaldaicè לטום *ltoam*, Arabicè לדאן *ladanon*. Nec ſanè procul ab hiſce locis naſcebatur. *Plinius* Lib. XII. Cap. 17. auctor eſt plures tradidiſſe *capras maleficum aliàs frondibus animal , odoratorum verò fruticum adpetentius — germinum caules prædulci liquore turgentes , deſtillantémque ab his (caſûs miſturâ) ſuccum improbo barbarum villo abſtergere , hunc glomerari pulvere , incoqui ſole , & ideo in ladano caprarum pilos eſſe ; ſed hoc non alibi fieri quàm in Nabathæis , qui ſunt ex Arabia contermini Syriæ.* Vide & *Herodotum* Lib. III. Cap. 112. & *Dioſcoridem* Mat. Med. Lib. I. Cap. 128. Nos propter haſce rationes , poſteriorem hanc ſententiam priori prætulimus.

26. *Cædem*] Heb. *Sanguinem ejus.*

27. *Ne manus noſtra in eum ſit*] Eſt cædis circumloquutio. Vide Cap. XXII, 12.

Caro noſtra] Vide not. ad Cap. II, 24 Hoc eſt , ex eodem ſanguine cretus.

28. *Mercatores*] Heb. סחרים *ſohharim* , à radice סחר ſahhar , *circuivit*. Id genus mercatores intelliguntur , qui emendi , vendendíque causâ peregrè ire ſolebant, & vicinas omnes regiones , circumire. Vide ad Cap. XXXIV, 10.

Madianitæ] Iſmahelitas antea dixit , hîc Madianitas vocat hoſce ἐμπόρους , quia ejuſmodi συνοδίαι conſtabant olim , ut nunc , variorum gentium hominibus. Sed & alibi , ubi de συνοδίᾳ ſermo non eſt , Iſmahelitæ & Madianitæ iidem promiſcuè dicuntur. Vide Jud. VIII, 22, 24, 26. Quod propter viciniam eorum populorum fieri potuit. *Joſephus* Ant. Lib. II. Cap. 3. pro *Madianitis* habet Ἄραβας τῶν Ἰσμαηλιτῶν γένους. *Arabas* pro Iſmaëlitis poſuit *Onkelos* , eadem , ut puto , de cauſa.

28. *Ar-*

liberatum ad patrem reduceret. 23. Cùm ergo veniſſet ad fratres Joſephus, exue-
runt eum tunicâ ſuâ, tunicâ polymitâ quâ indutus erat; 24. comprehenſúmque
in ciſternam illam, ciſternam vacuam, in qua non erat aqua, demiſerunt. 25. Dein,
conſederunt ad panem comedendum, ſublatiſque oculis, ecce agmen Iſmaëlitarum
è Galahaditide veniens viderunt; cameli autem eorum ſtyracem, reſinam & lada-
num portabant, atque ut deferrent in Ægyptum ibant. 26. Tum Juda fratribus:
Quid, inquit, *nobis* emolumenti, cùm fratrem noſtrum occiderimus, cædémque ejus
celaverimus? 27. Venite, Iſmahelitis eum vendamus, nec manus noſtra in eum
ſit,

dimitterent, in qua fame interiturus eſſet, nec ſe
effuſi fraterni ſanguinis reos futuros. Statuerat au-
tem, clam aliis, eum ex ciſterna eductum ad pa-
trem quamprimùm reducem facere. 23. 24. Cùm
placuiſſet Rubenis conſilium, Joſephum, qui in-
terea acceſſerat, inimico animo comprehendunt,
exuunt tunicâ polymitâ, atque in ciſternam ſic-
cam, unde, ſine auxilio extrinſecus admoto, exi-
re non poterat, demittunt. 25. Tum ad greges
reverſi, cùm tempus prandendi eſſet; cibi capien-
di causâ conſederant, cùm ecce mercatores Iſma-
helitas ad ſe venientes proſpexerunt. Ii è Gala-
haditide in Ægyptum ibant, camelis ſtyracem, re-
ſinam, & ladanum eo vehentes. 26. His conſpectis,
Judas novum fratribus conſilium ſuggeſſit, oſten-
ditque ex fratris fame in ciſterna perituri morte,
nullam ad ſe redituram utilitatem. 27. Itaque præ-
ſtare eum Iſmahelitis vendere; ſic enim, quod cupie-
bant,

28. *Argenteis viginti*] LXX Intt. habent *εἴκοσι χρυσῶν*, nec quare aureos pro argenteis poſuerint ſatis liquet, niſi fortè vilis nimis pretium exiſtimarint. Si à bove cornupeta occiſus eſſet ſervus, bovis dominus pro occiſo ſervo triginta ſiclos, ſive argenteos, ſolvere lege jubebatur Exod. XXI, 32. Redimebantur etiam mares, à quinto ad vigeſimum ætatis annum, viginti ſiclis, Levit. XXVII, 5. Attamen non licuit Interpretibus argenteos in aureos commutare; quin potiùs intra pretium ordinarium venditum fuiſſe Joſephum, ut illico emeretur, colligere hinc eos oportuit. Similiter peccavit *Joſephus*, qui Ant. Jud. Lib. II. Cap. 3. *viginti minas* habet. Cùm pleriſque Intt. *Siclum* hîc dici כסף *cheſeph*, argenteum ſimpliciter ſtatuimus, ut ſup. XX, 16. & *ἀργύρια* Matth. Cap. XXVII, 3, 5. Sicli autem pondus fuit ſemunciæ Romanæ. Vid. *Ed. Bernard.* de *Menſuris & Pond.* Lib. II. §. 34. Argentei ergo viginti ſunt unciæ decem argenti puri.

29. *Reverſo poſtea Rubene*] Heb. *Et reverſus eſt Ruben*, &c. *& ecce.*

Laceravit itaque veſtes] Quaſi mortuum eſſe certò reſciviſſet, nam in luctu ſolebant lacerari veſtes. Vid. infra verſ. 34. & Cap. XLIV, 13. Num. XIV, 16.

30. *Nullus eſt*] Heb. איננו *enennou*; hoc eſt, mortuus eſt; credebat fortè, ſe abſente, à fratribus adoleſcentem interſectum, à quo conſilio eos deterritos à ſe exiſtimaverat. Vide Pſal. XXXIX, 14. & quæ obſervavit *H. Grotius* ad Matth. II, 18.

Quo ibo?] Hoc eſt, cùm mihi pater, quippe natu maximo, fratrum curam commiſerit, quâ fronte audebo eum, Joſepho crudeliter occiſo, adire? Aut, quò confugiam, ne iratum patris vultum videam. Verba ſunt hominis territi. Vide Pſalm. CXXXIX, 7.

31. *Sumtâ tunicâ*] Heb. *Et ſumſerunt tunicam, & jugularunt*, &c.

32. *Eáque oblatâ*] Heb. *& obtulerunt*, aut *detulerunt ad patrem.*

33. *Diſcerptus eſt*] Heb. *diſcerpendo diſcerptus eſt.*

34. *Laceravit veſtes*] Vide dicta ad verſ. 29.

Saccúmque lumbis impoſuit] Hoc quoque luctûs indicium. 2 Sam. III, 31. 1 Reg. XXI, 27. Nehem. IX, 1. Eſt. IV, 1. *& ſeqq.* Quæ forma lugubris hujus veſtis, quæ שק *ſchak* dicitur, eſſet, ut pleraque id genus omnia, nos fugit.

Multis diebus] Non contentus luxiſſe filium, per tempus quo ſolebant lugeri mortui, de quo vid. not. ad Cap. XXIV, 67. diutiſſimè eum luxit, hoc eſt, ut puto, donec eum vivere reſcivit.

35. *Omneſque filiæ*] Habuit unicam filiam Dinam Jacobus, ideóque aut intelliguntur nurus, vel neptes, aut eſt *ἀνθρωπολογία* quædam Linguæ Hebraicæ, quæ utitur vocibus *filii* & *filiæ*, ubi de unico filio, unicáve filia ſermo eſt. Vide not. ad Cap. XLVI, 23.

35. *At conſolationem reſpuit*] Heb. *recuſavit* להתנחם *lbitnahbem*, hoc eſt, *παρακληθῆναι*, neque enim Latinè paſſivo ſenſu *conſolari* dicimus. Hæc vox cùm duo apud Hebræos ſignificet, primum, dolorum lenimentum animo admittere, ut omnes norunt; alterum, lugubres veſtes aliáque luctûs externa indicia, ſi quæ ſunt, deponere, ut oſtendimus ad Cap. XXIV, 67. videtur utroque ſenſu hîc debere intelligi, ut neque triſtitiam animo, neque ſaccum humeris depoſuerit Jacobus; quod ſequentia verba, *deſcendam lugens ad filium in inferos*, ſatis indicant.

Ad filium in inferos] Heb. שאלה *ſcholah*, *εἰς ᾅδου*, ut habent *οἱ* LXX. *in infernum*, ut Vulg. Alii *in ſepulcrum*. Hæc vox, veteréſque ejus tranſlationes, non parum Veteris & Novi Teſtamenti Intt. exercitos habuerunt. Nos paucis ejus indubitatas ſignificationes referemus, deinde quo ſenſu hîc videatur intelligenda indicabimus.

Primo ſignificatu, videtur locum infra terræ ſuperficiem, ſeu foſſa ſit humano labore cavata, ſeu cavum quidpiam ſubterraneum ſuapte naturâ, notare. Sic Deut. XXXII, 22. ad deſcribendam ingentem ſiccitatem: *ignis*, ait Deus, *accenſus eſt in furore meo, ardebit uſque ad* שאול ſchol *infernum, abſumet terram & proventum ejus, inflammabit fundamenta montium. Schol* hoc in loco adponitur *ἐν θεμελίοις fundamentis montium*, & hoc omnino velle videtur Deus: fore tantam in Republica Populi Hebræi cladem, ut propemodum æquet ſubverſionem Sodo-

ſit, quia frater noſter, caro noſtra eſt. Dicto audientes fuere fratres, 28. cúmque tranſirent mercatores Madianitæ, extraxerunt Joſephum, eduxerúntque è ciſterna, & argenteis viginti Iſmahelitis vendiderunt, *qui* eum abduxerunt in Ægyptum.

29. Reverſo poſtea Rubene ad ciſternam, ecce in ea Joſephus non erat. Laceravit itaque veſtes, 30. atque ad fratres redux: nullus eſt, inquit, adoleſcens, ego verò quò ibo? 31. At ſumtâ Joſephi tunicâ, jugularunt hircum, & ſanguine tunicam tinxerunt. 32. Miſerunt deinde ad patrem tunicam polymitam, eáque obla-

bant, amotum à familia iri, nec ſe, occiſo fratre, piaculum contracturos. Conſilio probato, 28. Joſephum ex ciſterna illico educunt, & Madianitis mercatoribus, ex Synodia quam viderant, viginti ſiclis vendunt, Joſephuſque ab illis in Ægyptum abducitur.

29. Dum hæc gererentur, Ruben abfuerat, nec ſciebat è ciſterna eductum Joſephum, cùm ad eam ivit ut quod cogitarat exſequeretur. Itaque eo non invento, occiſum ratus veſtes laceravit, 30. fratréſque conventos graviter increpuit; nec quid, occiſo Joſepho, ſe, cui pater alia de cauſa iratus eſſet, futurum erat ſcire dictitabat. 31. Illi vero, irriſo Rubene, jugularunt hircum, ejúſque ſanguine tunicam polymitam Joſephi tinxerunt, ut ſuſpicionem patri injicerent laceratum à fera, dum Sichemum

domæ, viciuarúmque urbium, quorum ſolum ad radices montium ſubverſum eſt & deflagravit. Videtur etiam eadem notione intelligenda vox שאול, quotieſcumque cœlo, quaſi depreſſum quidpiam, opponitur, ut Eſai. XIV, 11. ubi tamen metaphoricè, pro humilitate ſortis, uſurpatur. Jonas etiam ideò piſcis ventrem, in quo fuerat, vocat *ventrem* שאול *ſchol.* Cap. II, verſ. 2. Vide & Job. XXVI, 6.

Secundo loco, pro ſepulcro ea vox ſumitur, Eſai. XIV, 15. ubi Rex Babyloniorum dicitur deſcenſurus אל שאול *el ſchol*, ad *latera foſſæ*, quæ quaſi Synonyma ponuntur. Vide & Pſ. CXLI, 7.

Tertio loco, videtur non tam ſepulcrum, quod בור *bor*, קבר *keber* & קבורה *kebourah* ſæpiùs dicitur, quàm ſtatum mortuorum, aut locum in quo quieſcere & colloqui poëticè finguntur, ſignare. Sic Eſaiæ XIV. Rex Babyloniorum, qui diſertè verſ. 19. & 20. negatur ſepulcrum in quo maneat habiturus, verſ. 9. & ſeqq. fingitur ire שאולה, unde mortui ei obviam veniunt: *Inferi* (שאול) *propter te commoti ſunt, obviam qui advenienti tibi irent, excitarunt mortuos; omnes principes terræ, omnes reges gentium de ſoliis ſuis adſurgere curarunt. Omnes dixerunt*, &c. Vid. & Ezek. Cap. XXXII. Atque eâ voce deſcribuntur non beatorum quædam ſedes, quæ *campi Elyſii*, aut *fortunatæ inſulæ* à Græcis dictæ ſunt; ſed omnium mortuorum, cujuſcumque eſſent generis, ut liquet ex locis laudatis & Job III, 17. X, verſ. 21. aliiſque plurimis V. T. quæ Lexica & Concordantiæ ſuppeditabunt.

De primo ſignificatu, quo שאול *ſchol* locum profundiorem ſonat, hîc ſermonem non eſſe ſatis conſtat. Sed quæritur ſepulcrúmne, an locus, vel ſtatus mortuorum à Jacobo intelligatur. Qui *ſepulcrum* intelligunt, volunt verti *propter filium meum, deſcendam in ſepulcrum*; quia Jacobus non potuit dicere *deſcendam ad filium in ſepulcrum*, quem ſepultum non fuiſſe, ſed à fera diſcerptum exiſtimabat. Nec dubium eſt quin אל el *propter* interdum ſonet, ut 2 Sam. XXI, 1. Samaritanus Codex legit על *hal*, quod etiam haud rarò propter ſignificat. Verùm non tam ſpectandum quid vocula אל aliis in locis, aut ſeorſim poſſit, quàm quid ſoleat, in negotio quod nobis eſt præ manibus, ſignificare. Loquentem inducit Moſes ſenem, dicentémque *ſe deſcenſurum* ſcheolah el bno שאולה אל בנו. Hoc in loco *el* אל idem omnino eſt, atque in hac phraſi, quâ idem ſignificatur: *congregatus eſt* אל עמיו *el hammau*, ad populos ſuos Gen. XXV, 8, 17. Tyrum ita alloquitur Deus Ezek. XXVI, 20. *Te demittam cum deſcendentibus in foſſam* אל el *ad populum ſempiternum, & collocabo te in terra inferorum.* Itaque præſtat particulam אל *ad* interpretari, atque hæc verba de loco, vel ſtatu mortuorum intelligere, cum LXX. Intt. qui habent *καταβήσομαι πρὸς τὸν υἱόν μου πενθῶν εἰς ᾅδου*, & Vulg. *deſcendam ad filium meum lugens in infernum.*

Quid autem de eo aut ſtatu, aut loco mortuorum crederet Jacobus, nulla ex hiſtoriæ circumſtantia ſatis certò excudere; neque, ex eo quo ea de re ſentimus, de ejus ſententia tutò judicare poſſumus.

36. *Madianitæ*] Eſt in Heb. Codice hoc in loco המדנים *hammedanim*, cum verſ. 28. legatur מדינים *midjanim* quæ vera eſt lectio; Samaritico etiam Codice, ad quem Onkelos & Vulg. Intt. accedunt, in verſ. 36. ſuffulta.

36. *In Ægypto*] Heb. אל מצרים *el mitsrajim*; plerumque particula אל *motum ad locum*, ut loquuntur Grammatici, ſignificat, ſed hîc idem videtur ſonare ac ב *in*; hi enim mercatores in Ægyptum deſcenderant. Sic ſumitur ſupra Cap. XXV, 9. & ſæpè in aliis V. T. libris. Vide *Noldium* in ſignif. 13. Codex Samaritanus malè videtur hîc habere מצרימה *mitsraimah.*

Pharahonis] *Pharahonis* nomen ſummi imperii eſſe vocabulum, non proprium, oſtendimus ad Gen. Cap. XII, 15. Quo autem proprio nomine hic Ægypti Rex vocaretur, non facile eſt dictu, in tanta Ægyptiacarum rerum veterum caligine. Jam diximus non unam fuiſſe in Ægypto Dynaſtiam; nec alia hîc, ut oſtendemus ad Cap. XLV, 10. intelligi præter Taniticam poteſt. In Tanitarum autem Regum calculo, occurrit hoc tempore, qui à *Syncello* vocatur *Rameſſe Tubaëte*, qua de re legendus vir doctiſſimus *J. Marſhamus* ad Sæcul. VII. rerum Ægyptiacarum. Vide etiam ad Cap. XLVII, 11.

Au-

oblatâ, hoc invenimus, inquiunt, dignoſce an ſit ea tunica filii tui, nécne. 33. Eam agnovit, atque hæc, ait, tunica eſt filii mei, mala fera eum voravit, diſcerptus eſt Joſephus. 34. Deinde laceravit veſtes, ſaccúmque lumbis impoſuit, & filium multis diebus luxit. 35. Conſurrexerunt omnes filii ejus, omnéſque filiæ, ad eum conſolandum; at conſolationem reſpuit, & deſcendam, inquit, lugens ad filium in inferos. Dum eum defleret pater, 36. vendiderunt Madianitæ in Ægypto Potiphari, Pharahonis aulico, militum Præfecto *Joſephum.*

XXXVI. Con-

mum veniret. 32. Dein tunicam ſanguinolentam ad eum mittunt, quaſi à ſe in agris fortè inventam, rogantque annon ea eſſet, qua indutus fuerat Joſephus? 33. Eâ illico agnitâ, quin filius à fera, dum it Sichemum, diſcerptus fuiſſet, non dubitavit Jacobus. 34. Tum laceratis veſtibus, abjectíſque, & ſacco earum loco induto, filium lugere cœpit. 35. Fruſtra adloquiis ſuis ſolari eum conati ſunt reliqui liberi, conſolationem omnem reſpuit, negavítque ſe lugubres veſtes umquam depoſiturum; velle enim ſe lugentem eò ire, quò filium, qui acerbo fato præceſſerat, ſequi par fuerat. Lugente verò Jacobo, Joſephus à Madianitis in Ægyptum abductus, Potiphari Pharaonis purpurato, & ſatellitum Præfecto venditus eſt.

P A-

Aulico] Heb. סריס *ſaris*, quam vocem *σπάδοντα* & *Eunuchum* vertunt *οἱ* LXX. & Vulg. Nec dubium quin caſtratum aliquando ſignificet, ut liquet ex Eſai. LVI, 3, 4, 5. Notum etiam eſt, apud Orientis reges, frequentes fuiſſe Eunuchos; quos primùm Gynæceis præfecerunt, deinde etiam omnis generis honoribus ornarunt. Hinc puto factum, ut ea vox, tralaticio ſignificatu, *aulicum & præfectum regium*, quamquam minimè exſectum, ſignificaret. Putiphar certè, qui uxorem habuit, vir fuiſſe videtur. Hinc Onkelos סריס interpretatur רבא *rabba*, quæ vox *ſummatem* ſignificat, eique plerique adſentiuntur Intt.

Militum præfecto] Heb. שר טבחים *ſchar tababbim.* Duplex eſt de hoc titulo Intt. ſententia. LXX. Intt. ἀρχιμάγειρον verterunt, quia טבח *tababb* occidere pecudes paſtûs causâ ſignificat. Vide Cap. XLIII, 15. Sed quamvis propria fortè ſit hæc vocis ſignificatio, attamen potuit qui hoc titulo decoratus in aula Pharahonis erat, non culinæ ſed aliis etiam rebus præeſſe; cùm In aulis Regum tituli ſint interdum muneribus ipſis inferiores, neque ex primigenia eorum notione ſemper intelligendi, ut vel exemplo vocis סריס ſatis conſtat. Maluimus tamen טבחים *milites* vertere, poſt *Hieronymum* & *Onkelon* qui habet קטוליא *katolajò*, hoc eſt, milites, quia טבח *occidere* ſimpliciter, non culinæ causâ ſignificat Pſalm. XXXVII, 14. Thren. II, 21. Hinc ipſi LXX. Cap. CL, 3. ſi Alexandrinum exemplar ſequimur, pro ἀρχιμαγείρῳ, habent ἀρχιδεσμοφυλακίᾳ, & verſ. 4. ſecundùm alias editiones, ἀρχιδεσμώτην *commentarienſem.* Fuit quoque is titulus in aula Babylonica, *Nabuzardan* enim Babylonici exercitûs Dux 2 Regum XXV, 8. & apud Jeremiam multoties רב טבחים dicitur; *Arjoch* etiam apud Danielem Cap. II, 14. רב טבחיא *rab tababbajo* juſſus eſt occidere Magos, qui ſomnium Nabuchodonoſoris divinare non potuerant. Quæ conjecturam eorum confirmant qui טבחים milites interpretantur, ut vix in dubium revocari queat; ſed an hoc ipſum fuerit vocabulum, quo uſi ſint Ægyptii & Babylonii, an verò Hebraïca Ægyptiacæ & Chaldaïcæ vocis tranſlatio non liquet. Vide *Davidis Clerici Quæſtionum Sacr.* IV.

Apud Ægyptios, ex ſeptem claſſibus in quas diviſi erant, poſt Sacerdotum claſſem nobiliſſima fuit τῶν μαχίμων, quorum numerus quadraginta myriadas aliquando æquabat, ut auctor eſt *Herodotus* Lib. II. Cap. 165. *& ſeqq.* His οὐκ ἐξῆν τέχνην ἐπασκῆσαι οὐδεμίαν, ἀλλὰ τὰ ἐς πόλεμον ἐπάσκεον μοῦνα, *non licebat artem ullam exercere, ſed quæ ad bellum pertinebant ſola exercebant.* Agris etiam, unde alerentur, propterea iis adtribuerant Ægyptiorum Reges, ut idem prodidit Hiſtoricus. In *Calaſirias* & *Hermotybios* erant diviſi, atque ex utriſque milleni per vices, anno quique ſuo, ſatellitum fungebantur munere. Præfectus harum duarum Chiliadum videtur hic שר טבחים στρατηγός, aut σωματοφυλάκων χιλίαρχος dici. Fortè & omnibus militiam profeſſis præerat.

C O M-

XXXVI. *Connubia Judæ & ejus filiorum. Horum mors, & Judæ inſcii cum nuru concubitus, ex quo gemellos parit.*

CAPUT XXXVIII. 1. EO tempore Juda, fratribus relictis, apud virum Hadullamitam divertit, cui
nomen Chiræ erat; 2. & cùm vidiſſet ibi filiam hominis Chananæi, cui no-
men Suhæ fuit, eam duxit, & cum ea congreſſus eſt. 3. Ea verò concepit ac
peperit filium, cui Her nomen impoſitum. 4. Iterum concepit, & peperit filium, vo-
cavitque eum nomine Onan. 5. Præterea peperit filium, cúmque nomine Sela appel-
lavit; cùm eum pareret, Chzibi erat.

6. Col-

PARAPHRASIS.

1. MULTIS annis, antequàm quod de Joſepho narravimus eveniret, contigit Judam, cùm apud Chiram Hadullamitam diverteret, 2. videre illic filiam Chananæi, cui Suhæ nomen fuit. Hujus amore captus, nuptias ambit, atque à patre impetratam domum duxit. 3, 4, 5. Ex hac tres filios ſuſtulit, Herum, Onanem, & Selam, qui Chzibi natus eſt.

6. Cùm adoleviſſet Her, ducere eum uxorem voluit Juda pater; & Thamaram quidem, Chananæam puellam, ei collocavit. 7. Verùm cùm improbis moribus eſſet Judæ filius natu maximus, non

COMMENTARIUS

In CAPUT XXXVIII.

1. EO *tempore Juda*] Heb. *& fuit eo tempore & deſcendit*. Egregiam obſervationem *Henrici Ainsworthi*, qui non ſpernendas Aduotationes Anglicè in Pentateuchum edidit, huc integram, quia & aliis locis aptari poteſt, transferemus. Horum quæ ad Judam pertinent, ab eo tempore quo Jacobus primùm in Chanahanitidem ex Meſopotamia cum liberis & ſamilia rediit, diu antequàm venderetur Joſephus, initium factum eſſe neceſſe eſt. Judam etiam, ejúſque liberos, admodum adoleſcentes uxores duxiſſe oportet; alioqui tempora non convenirent. Joſephus enim ſex annos natus erat, priuſquàm Jacobus à Labane diſcederet, Gen. XXX, verſ. 25. XXXI, 41. ſeptemdecim cùm venderetur, Gen. XXXVII, 2, 25. triginta cùm Pharahonis ſomnium interpretatus eſt, Gen. XLI, verſ. 46. Novem verò pòſt annis, cùm per ſeptennium copioſa fuiſſet annona, per biennium fames, Jacobus cum ſuis omnibus in Ægyptum deſcendit Geneſ. XLI, 53, 54. XLV, 6, 11. Cùm autem Ægyptum ingrederetur Phereſus Judæ filius, duos filios habebat Chetsronem & Chamulem Gen. XLVI, 8, 12. Ab eo igitur tempore quo Joſephus venditus eſt, ad id quo in Ægyptum deſcendit Jacobus, cùm non intercedant plures viginti tribus annis; quî uxorem eo intervallo ducere Judas, tres filios ex ea ſuſcipere; & Sela eorum natu minimus eam ætatem adtingere, quâ uxorem habere poterat, illo tempore quo Phereſus, Judæ ex Thamara filius, natus eſt Gen. XXXVIII, 14, 24. ac denique Phereſus intra idem intervallum adoleviſſe, uxorem duxiſſe, & duos progenuiſſe filios potuiſſet? Hinc colligere eſt verba *illo tempore*, non referri ad proximè præcedentis hiſtoriæ tempus, ſed ad id quod adventum Jacobi in Chananæam proximè ſequutum eſt. Hæc *Ainsworthus*. Addere potuit frequens hoc eſſe ſacris litteris, ut voces, *tunc*, *in illis diebus*, *illo tempore*, ad temporis aliquo antea intervallo præterlapſi, aut poſt futuri ſignificationem. Vide Matth. II, verſ. 7. III, 13. IV, 11. XV, 12. XVII, 19. XIX, 13, 27. XXIV, 9. 14, 30. XVI, 3. Hoc ex narrationis ſerie ducta argumenta non uſque adeò firma eſſe, ut quidam cenſent, nos docet. Sed & hoc poſito, non facile eſt intellectu quî intra 33. annorum ſpatium (tot enim ab reditu Jacobi in Chananæam effluxerunt ad ejus in Ægyptum iter) Juda tres filios, eâ ætate ut uxorem ducere potuerint, habuerit; deinde ipſe ex Thamara duorum majorum natu uxore, quæ aliquamdiu adultum natu minimum collocari ſibi exſpectarat, filium genuerit; qui & ipſe cum duobus filiis in Ægyptum deſcendit, niſi circa decimum quartum ætatis annum liberis procreandis operam dederint Judæ filii.

Fratribus relictis] Heb. *deſcendit à fratribus*. Quia non longa in Judæa fieri poterant itinera, quin deſcenderent & adſcenderent, propter montes, & colles, quibus ubique ferè diſtincta eſt, iter facientes; ideò paſſim *adſcendere* & *deſcendere*, nullâ ratione ſitûs locorum habitâ, *venire*, *abire*, *ire* ſimpliciter ſonant. Hîc *deſcendere* eſt *abire*, *diſcedere*. *Ire* verò ſonat Joſ. XV, 8. 2 Sam. V, 17. Jerem. XXII, 1. ubi itinerum, quæ iis in locis memorantur, termini erant loca edita.

Hadullamitam] Heb. עדלמי. Civis erat urbis, quæ poſtea Judæ Tribui adtributa eſt, ut docemur Joſ. XV, 1, 35. Hanc *Odollam* LXX. & Vulg. Intt. vocant. In montanis Judææ ſitam fuiſſe oportet, cùm in ejus ſpeluncam confugerit David. 1 Sam. XXII, 1. 2 Sam. XXIII, 13. 1 Par. XI, 15. Poſtea etiam ejus ſitum munimentis juvit Robohamus 2 Par. XI, 7.

Divertit] ויט *vajjat*, hoc eſt, negotiis ſuis relictis, ubi nihil erat quod ageret, eò divertit, atque aliquamdiu amici hoſpitio uſus eſt. Vide Cap. XIX, 3. Jud. IV, 18.

2. *Cùm vidiſſet*] *Et vidit*, &c. *& cepit eam*, & cætera.

Cum ea congreſſus eſt] Heb. *Ad eam ingreſſus eſt*, quæ eſt honeſta coitûs circumloquutio. Vide Cap. XXIX, 21, 23.

3. *Cui Her nomen impoſitum*] יקרא *jikra* cùm maſcu-

6. Collocavit autem uxorem Juda Hero primogenito ſuo, nomine Thamar. 7. Is
Her, primogenitus Judæ, malus coram Jehova fuit, atque ab eo interemtus eſt.
8. Tum Juda Onani, congredere, inquit, cum uxore fratris tui, eam propinqui-
tatis jure ducito, & prolem fratri tuo procrea. 9. Cùm verò intelligeret Onan
non ſuam futuram ſobolem, *quæ naſcitura eſſet*, cum fratris uxore congreſſurus, cor-
rumpebat *ſemen* in terram, ne prolem fratri ſuo procrearet. 10. Quod faciebat ma-
lum Jehovæ viſum eſt, atque hunc quoque morte adfecit. 11. Dixit ergo Juda
Thamaræ nurui ſuæ: donec adoleverit filius meus Sela, mane vidua domi patris
tui; dicebat enim: ne hic etiam, ut fratres, moriatur *cavendum eſt*. Abiit ergo
Thamara, & in ædibus paternis vixit.

12. Poſt

non ſine Numinis ira, præmaturâ morte interiit.
8. Tum Juda Onanem, qui cum proximè ætate ſe-
quebatur, juſſit, adfinitatis jure, fratris viduam
ducere, & ſine liberis defuncto prolem, quæ in
ejus nomen ſuccederet, procreare. 9. At Onan in-
vidiâ erga fratrem uſque adeò laborabat, ut nollet
ſobolem à ſe generari, quæ mortui nomen ab in-
teritu vindicaret; ideoque quotieſcumque cum
Thamara cubitum iret, genitalia priùs, ne ex ſe
gravida fieret, turpiſſimè exhauriebat. 10. Quæ res
cum ſummopere Deo diſplicuiſſet, hic quoque præ-
maturâ morte eſt abſumtus. 11. Juda verò imma-
turum eſſe tertium filium Selam cauſatus, Thama-
ram juſſit ad patrem redire, & apud eum viduam
vivere, donec adoleviſſet Sela; quem ei etiam aje-
bat ſeſe collocaturum, ſed morte fratrum offenſus,
negare apud ſe ſtatuerat. Paruit Thamara, & vi-
duæ inſtar, apud patrem vivebat.

12. In-

maſculinum ſit, non poteſt ad pueri matrem, de qua proximè antecedentia verba, referri. Paſſivè hic ſumitur, aut ſubauditur קורא kore *vocans*, ut ſuprà Cap. XI, 9. ubi vide not. Obſervandum tamen in Samaritico Codice legi hîc ותקרא *vatthikra*, ut in duobus ſequentibus commatibus, fœminino genere. Sanè promiſcuè, contrà quàm putant nonnulli Intt. uterque parens liberis apud Hebræos nomen imponebat, ut liquet ex Capp. XXIX, XXX, XXXV. ubi de nominibus filiorum Jacobi. Vide *Th. Bezæ* & *Hug. Grotii* adnotata ad Matth. I, 23.

4. *Vocavit*] Hic & in ſeq. commate ותקרא futuro fœminini generis. Vide ad comma antecedens.

5. *Chzibi*] Heb. כזיב. Videtur omnino eſſe nomen loci, in quo fuerit Juda, cùm uxor ejus peperit hunc filium; quamvis neſciamus, cur, tot majoris momenti rebus & circumſtantiis omiſſis, hæc fuerit ad poſteros tranſmiſſa. LXX. Intt. habent ἐν τῷ χαζβί. Samariticus Codex בכזבה: *bchasbah*. At noſtri Codicis lectio melior erit, ſi hoc oppidum idem ſit cum eo quod אכזיב *achzib* alibi dicitur, & in finibus Tribûs Judæ erat Joſ. XV, 44. XIX, 29. Nec omitti, aut addi ab initio litteram א Orientalibus inuſitatum eſt. Thalmudici certè ea nomina unius urbis exiſtimant, ut oſtendit *J. Lightfootus*, in *Chorogr. Matthæo præmiſſis* Cap. 65. Exiſtimat à Syris poſtea dictam *Ecdippam*, ſed ſitus obſtat, nam hæc in Galilæa fuit.

Quia tamen hæc vox oritur à radice כזב *chazab*, quæ eſt mentiri, quò παρονομαστικῶς alludit Michæas I, 14. exiſtimarunt Rabbini, atque inter eos is qui *Hieronymum* diſcipulum habuit, nomen hîc eſſe appellativum; fortè quia non capiebant, qua de cauſa, *Chzibi* meminiſſet hîc Moſes. Hinc vertit Hieronymus: *parere ultrà ceſſavit*, quod eſt contrarium ſtructuræ vocabulorum, nam *erat* non refertur ad uxorem Judæ. ſed ad ipſum Judam, eſt enim maſculinum היה *hajah*; deinde alienum planè ab Hebraïca phraſi. *Aquila* tamen etiam verterat: *Et factum eſt ut mentiretur in partu*, quod minùs durum non eſt. Vide *Hieron. tradit. Heb.* At in *Locis Heb.* ex Euſebio hæc habet: Chazbi, *ubi geminos Judæ filios Thamar edidit. Oſtenditur autem locus nunc deſertus juxta Odollam, in finibus Eleutheropoleos.*

7. *Coram*] Heb. *in oculis.*

Ab eo interemtus] Heb. *& interemit eum Jehova*; morbo, nimirum, quo immaturâ morte exſtinctus eſt, aut alio quopiam modo. Cùm longævitas præmium haberetur pietatis, mors acerba pœna exiſtimabatur, & à Deo quidem immiſſa; quòd, ut Ethnici loquuntur, præter fatum eſſet. Hinc mortem uſque adeò horrebant Hebræi, niſi ad ſummam ſenectutem perveniſſent. Vide Eſai. C. XXXVIII. Ethnici verò Philoſophi, qui vitam propter ſe optandam negabant, immaturam mortem planè aliter interpretabantur; qua de re legendus *Plutarchus*, in *Conſolatione ad Apollonium*, & *Cicero* Tuscul. I. Cap. 47.

8. *Propinquitatis jure ducito*] Unâ voce יבם *jabam*, hoc exprimunt Hebræi; Græci Intt. habent ἐπιγαμβρεύειν. Hoc cùm poſtea præceptum lege ſit Deut. XXV, 5. ex priſco more deſumtum hinc apparet; nec ſanè omnia, quæ Lege præſcripta ſunt, nova erant, ut paſſim ad ſeqq. libros oſtendemus. Vide & quæ ad Deuteronomii indicatum locum ſcripſimus.

Et prolem fratri tuo procrea] Heb. *excita ſemen fratri tuo.* Primogenitus, nimirum, ex fratria & leviro natus, prioris viri filius habebatur; atque in bona ejus, ut in nomen, ſuccedebat, ut docemur lege quæ in Deuteronomio exſtat, & quâ vetus confirmata eſt conſuetudo. Orta videtur ex prolis cupiditate, & alicujus qui in nomen demortui ſuccederet, quâ, inter alios populos, Orientales potiſſimùm flagraſſe videntur. Neque enim emolumenti quidpiam ex ejuſmodi lege ad Remp. rediiſſe videtur; niſi fortè curam viduæ, quæ ſic defuncti conſanguineis commendabatur, reſpexerit Legiſlator; quod tamen ex Lege non liquet. Mos idem apud Ægyptios, ab antiquiſſimis temporibus, ſed aliis de cauſis, ſi *Juſtiniano* qui eum refert credimus, obtinebat. Cod. Lib. V. Tit. V. l. 8. *Ægyptii*, inquit, *idcirco mortuorum fratrum ſibi conjuges matrimonio copularunt, quod poſt illorum mortem manſiſſe virgines dicebantur; ar-*

[12] Poſt plures dies, obiit filia Suhæ, uxor Judæ. Hic, ſoluto luctu, cum Chira Hadullamita amico, ad tonſores pecudum ſuarum Thimnam adſcendit. [13] Nunciatum *hoc* cùm eſſet Thamaræ, his verbis: ecce ſocer tuus Thimnam adſcendit, ad tondendas oves; [14] viduitatis ſuæ veſtes amovit, velo ſe texit, atque ita obnupta ſedit ad portam Henajimorum, qui juxta Thimnæ viam. Animadvertebat enim Selam adoleviſſe, neque tamen ſe ei collocari. [15] Conſpectâ eâ, Juda meretricem exiſtimavit, quia vultum obnupſerat, [16] ad eam ad viam deflexit, & patere, inquit, me tecum con-

[12] Interea filia Suhæ, Judæ uxor, fato ſuo functa eſt, quam conjux tempore ſolito luxit. Inde lugubribus veſtibus depoſitis, Thimnam, ad ovium ſuarum tonſores, convivii celebrandi causâ, cum Chira Hadullamita amico, eum ire [13] nunciatum cùm eſſet Thamaræ nurui, quæ dudum animadverterat Selam adultum eſſe, nec ſe ei collocari, callidum ea conſilium prolis ex Socero aut Leviro ſuſcipiendæ iniit. [14] Amovit veſtes, quas more viduarum gerebat, ex quibus à Socero agnoſci poſſet, velóque ſe, ut meretrices ſolebant, texit; & ſic ornata ad Henajimorum portam ſe ſe contulit, qua ut Thimnam venirent, tranſeundum iis erat; ut patrem, aut filium, qui illac tranſituri eſſent, ad coëundum ſecum proliceret; neque enim, poſtquàm Selam adoleviſſe viderat, æquo animo ampliùs poterat ferre viduitatem. [15] Haud multò pòſt in eum locum Juda venit, qui ſtatim ac velo tectam

birati, ſcilicet, quod certis Legum conditoribus placuit, cùm corpora non convenirent, nuptias non videri eſſe contractas.

9. *Cùm verò intelligeret*] *Et cognovit Onan non ſibi futurum ſemen*; hoc eſt, ſuo nomine appellatum non iri, ſed *filium* aut *filiam Heri*. Vide Deuteronom. XXV, 5.

Congreſſurus] *Et erat ſi ingrederetur ad uxorem*, hoc eſt, antequàm congrederetur.

Corrumpebat ſemen] Poſteriorem vocem, quaſi per Ellipſin ſubandiretur, addidimus, ſenſum ſequuti τῶν LXX. & Vulg. ἐξέχεεν ἐπὶ τὴν γῆν, *ſemen fundebat in terram*. Poſſet etiam ἐπὶ γῆς, repeti vox זרע *ſemen*, ſine ulla Ellipſi, ex præcedentibus.

Ne prolem fratri ſuo procrearet] *Ne daret ſemen fratri ſuo*, quod fuit maligni animi, cùm primogenitus tantùm de nomine fratris vocandus eſſet; aut avari ut ipſe, non filius, in fraternorum bonorum partem ſuccederet.

10. *Malum Jehovæ viſum eſt*] *Malum fuit in oculis Jehovæ*; hoc eſt, Deo diſplicuit.

11. *Donec adoleverit*] Aut hæc fallendi animo dicit, ut dilatum matrimonium aliquâ poſtea arte prorſus eluderet; aut quòd, cùm animadvertiſſet duos filios qui obierant, admodum adoleſcentes uxorem duxiſſe, timerétque ne fortè hæc eorum mortis prææmaturæ cauſa fuiſſet, eidem periculo minimum natu, qui ſupererat, exponere nollet. Ex ſequentibus videmur colligere poſſe prius eſſe verius, quamvis poſterius etiam negare noluerim; præſertim ſi temporis, quo hæc Juda dixit, & quo ſine dubio vix puber erat Sela, ratio habeatur.

Mane vidua domi, &c.] Hoc quoque poſtea in uſu frequenti apud Judæos fuit, ut vidua quæ liberis careret domum paternam rediret; niſi quis eſſet, qui eam jure adfinitatis duceret. Quamquam enim Levit. XXII, 13. de Sacerdotis filia ſola hoc habetur, cùm id ex occaſione alius rei dicatur, ad omnes etiam viduas pertinuiſſe cenſendum eſt.

Cavendum eſt] Hoc ſupplevimus, ut Gen. III, verſ. 22. ubi vide notata.

Vixit] *Manſit.*

12. *Poſt plures dies*] Heb. *& multiplicati ſunt dies, & obiit*, &c. Hæc loquutio, ut ceteræ omnes ejuſmodi, pro intervallis temporum, quæ inter res quæ narrantur fluxere, longius aut brevius interſtitium ſignificat. Quod enim in re quapiam longum & diuturnum dicitur, in alia breve eſt. In hiſtoria Imperii, quod per plura ſæcula ſtetit, quæ viginti, exempli causâ, aut triginta annis poſt alia contigere, ea haud multò pòſt eveniſſe dicuntur; at idem in humana vita ſpatium, cùm longum habeatur, quæ ejuſmodi intervallo diſtarent, remotiſſima fuiſſe judicarentur. Sic *multi dies*, qui alibi multos fortè annos ſignificarent, hic haud ita longum tempus ſignant, ut colligere eſt ex iis quæ ad Cap. hujus verſ. 1. notavimus. Homerus Odyſſ. K. poſtquàm annuum ſpatium ita deſcripſit, verſ. 469.

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην περὶ δ' ἔτραπον ὧραι
Μηνῶν φθινόντων,

cùm annus fuiſſet, & circumactæ eſſent tempeſtates, menſibus exactis, addit

—— περὶ δ' ἤματα μακρὰ τελέσθη,

& longi dies præteriiſſent, quod de multis annis diei etiam poſſet.

Soluto luctu] Heb. ינחם jinnahhem *conſolatus eſt ſe Juda*. Vide not. ad Cap. XXXVII, 35.

Amico] Heb. רעהו *rehehou*, quod οἱ LXX. legerunt רעיהו *rohehou*, cùm verterint ὁ ποιμὴν αὐτοῦ, & Vulg. *opilio gregis*. Sed Judas ipſe paſcebat oves ſuas, ut pater Jacobus, antequàm filios adultos haberet, gregem ſuum ipſe paverat. Deinde ex Cap. initio liquet Hadullamitam hunc non ſervum, ſed hoſpitem Judæ fuiſſe. Itaque veriſimilius eſt Hhiram à Juda invitatum fuiſſe, ut tempore tonſuræ pecudum unà eſſent, tum enim convivari amici ac conſanguinei in Oriente ſolebant. Ita Abſalomus, cùm greges tonderet, fratres vocavit. 2 Samuel. XIII, 23.

13. *Ad tonſores ovium*] צאן *tſon*, oves & capras complectitur (vide verſ. 17.) atque utraſque tondebant; ut nunc, ita & olim panni non ovium modò lanâ, ſed & caprinâ conficiebant. Vide Exod. XXVI, 7. XXXV, 26. & *Sam. Bocharti Hieroz.* Part. I. Lib. Capp. XLII, XLIII. & LI. *Oves* autem vertimus, quia cùm non ſit eis & capris, apud Romanos, nomen commune, apud Hebræos צאן plerumque oves ſignificat, & aliquando capris opponitur, ut 1 Sam. XXV, 2. Hinc autem colligere eſt filiis Jacobi, præter patrios greges, quos paſcebant, ut ex ſuperiore Capite liquet, fuiſſe peculiarem rem

congredi (neque enim nurum agnovit) *illa verò*, quid dabis mihi, ait, propterea quòd mecum congreſſus fueris? 17. Ego, inquit, ille, hædum è grege mittam. *Patiar*, ait illa, ſi arrhabonem, donec mittas, mihi dederis. 18. At ille: quodnam pignus tibi dabo? Sigillum tuum, inquit Thamar, faſciam tuam, & ſcipionem, qui eſt in manu tua. His datis, congreſſus eſt cum illa, & Thamar ei concepit.

19. Surrexit ea & abiit, amotóque velamine, veſtes viduitatis induit. 20. Miſit poſtea Juda, per amicum Hadullamitam, hædum, ut è manu mulieris pignus reciperet, at

tectam mulierem vidit, meretricem eſſe ratus eſt. 16. Tum ſibi malè temperans ad eam divertit, & pateretur ſe cum illa concumbere rogare cœpit, neque enim eam propiùs adſtans agnoſcere potuit. Illa verò, meretricio more, mercedem popoſcit, 17. Miſſurum ſe hædum Judas pollicitus eſt, ſtatim ac ad gregem, ad quem tondendum Thimnam ibat, perveniſſet. At illa diffidentiam ſimulans, niſi arrhabonem priùs daret, ſui illi copiam facturam negavit. 18. Ecquem arrabonem dari ſibi vellet illico quæſivit Juda; Thamara vero ſigillum, faſciam & ſcipionem ſibi popoſcit, quibus ille confeſtim datis, cum ea congreſſus eſt, quo ex congreſſu eſt gravida facta. 19. Profecto Thimnam Judâ, propere domum paternam redit Thamara, & depoſito meretricio velo, veſtes quas vidua geſſerat iterum induit. 20. Interea Judas, qui ad greges venerat, hædum ſelegit, quem ad mulierem perferendum Chiræ

rem pecuariam. Sic ipſe Jacobus, & Heſavus, vivo Iſaaco, greges, qui patrii non erant, habuerunt. Vide Cap. XXXIII.

Thimnam adſcendit] Hoc eſt, ivit. Vide dicta ad verſ. 1. Intt. LXX. & Vulg. Θαμνὰ efferunt. Urbs fuit tribûs Judæ Joſ. XV, 57. nec procul à mari, cùm Philiſthæorum eſſet, ut colligimus ex Jud. XIV, 1.

13. *Nunciatum*, &c.] *Et nunciatum eſt Thamaræ, dicendo*, &c.

14. *Viduitatis ſuæ veſtes*] Hoc eſt, veſtes quas viduæ gerere ſolebant, & ex quibus dignoſci poterat, depoſuit, ne eam eſſe ſuſpicaretur Juda.

Velo ſe texit] LXX. & Vulg. habent θέριστρον. Vide ad Cap. XXIV, 65.

Ad portam Henajimorum] Alii vocem *Henajim* appellativum, alii nomen proprium eſſe cenſent. Et illorum quidem nonnulli interpretantur locum in quo eſſent עינים hoc eſt, *gemini fontes*. Oukelos habet: בפרשות עינין *bpharaſchouth bainin*, in diviſione fontium. Alii vertunt ad verbum *apertionem oculorum*, & bivium aut compitum ita hariolantur dici, quòd viator oculos in eo aperiat oportet, ut videat quâ viâ ſit perrecturus. Ita *Hieronymus*, *in bivio itineris*, *ubi*, verba ejus ſunt in Trad. Heb. *diligentiùs debet viator adſpicere quod iter gradiendi capiat*. Similia habet *Jonathan*. At cùm meræ ſint hariolationes, præſtat ſimpliciùs & uſui Linguæ convenientiùs *de porta* oppiduli alicujus, quod dictum עינים *Henajim*, fortè propter geminos fontes qui in eo erant, intelligere; unde ſimpliciter is locus Henajim dicitur verſ. 21. Ita LXX. Intt. ἐν ταῖς πύλαις Αἰνάν. Et fortè eadem eſt urbs quæ Joſ. XV, 34. vocatur עינם *Henam*, & Tribûs Judæ, ut memorata loca, fuit. *Hieronymus* in locis Heb. Enaim *in Tribu Juda*, *hodiéque villa eſt Bethenim circa Therebinthum*, de quo vide ad Cap. XXXV, 4.

Animadvertebat enim] Hinc facile non eſt colligere, quo animo ſit illuc profecta Thamara. Si conjecturæ detur locus, credibile eſt eam illuc iſſe, ut aut Judam ad ſtuprum alliceret, aut Selam potiùs ad concumbendum ſecum, aliquâ arte, adduceret. Sed occaſione uſa, ut in Judæ familiam revocaretur, ei copiam ſui fecit.

15. *Conſpectâ eâ*, &c.] *Et vidit eam Juda, & exiſtimavit eam.*

Quia vultum obnupſerat] Oportet hunc morem fuiſſe meretricum, ut obnuptæ ad compita proſtarent; nam ad velamentum debet locus accedere, quod docemur Jerem. III, 2. & Ezek. XVI, 25.

16. *Patere*] Heb. הבה־נא haba na, *da quæſo*, ἔασόν με LXX. Intt.

Congredi] *Ingredi ad te.* Vide not. ad verſ. 2.

Neque enim nurum ſuam agnovit] *Non novit quòd nurus ſua illa.* Heb. ſcriptum הוא ſed punctatores addidere Chirec, ut intelligeretur legendum היא, quæ lectio eſt Samaritici Codicis, & ſine dubio genuina.

Propterea quod] Heb. כי תבוא *chi thabo*. Servavimus frequentiſſimum voculæ כי ſignificatum; at LXX. ἐὰν verterunt, Vulg. *ut*, *ut fruaris concubitu meo*. Senſum, non propriam vim particulæ, ut paſſim aliàs, ſpectarunt.

17. *Hædum*] Heb. גדי עזים *gdi hizzim*, *hædum caprarum*. Vide not. ad Cap. XXVII, 9.

Patiar] Hujus ſenſûs ſupplenda vox, ut תבוא *congredieris*, ſeu patiar te congredi, propter ſequens אם *ſi*, ut fecit *Hieronymus*. Qui verterunt, *an dabis*, &c. rem quam ſine dubio exigebat Thamar dubiam fecerunt, quamquam certum eſt hanc eſſe quoque ſignificationem vocis אם.

18. *Sigillum tuum*] Heb. חתמך *hhothamcha*, quâ voce cùm certiſſimum ſit ſigillum ſignificari, δακτύλιον *annulum* vertere LXX & Vulg. Intt. quia in annulis ſigilla eſſe, ut notum eſt, ſolebant. Hoc petiit ne ſi gravida fieret, quod evenit, dubitari poſſet ex quo uterum ferret; vix enim ullo certiore indicio quiſquam notari poteſt, quàm ſuo ſigillo. Obſervavit *Herodotus* Lib. I. c. 195. ſic inſtructos proceſſiſſe Babylonios: σφρηγῖδα δ' ἕκαστος ἔχει, καὶ σκῆπτρον: *ſinguli ſigillum & ſceptrum habent.*

Faſciam tuam] פתילך *phthilcha*. Hac voce aut *funiculum*, aut *faſciam*, vel quidpiam ſimile quod ex contortis filis conſtet ſignificari ſatis oſtenderunt Lexicographi; ex collatione locorum Scripturæ, in quibus occurrit. Ideò *Aquila* Etymologiarum Interpres στρεπτὸν *tortum* verterat. At quis uſus eſſet ejus rei non conſtat. LXX Intt. ὁρμίσκον, *armillam* Vulg. habet. Samaritanus Int. שורך quod *tortis filis* tex-

at eam *Chira* non invenit. 21. Tum ſciſcitatus à viris ejus loci: ubi eſt, ait, meretrix illa, quæ Henajimis fuit ad viam; illi verò, non fuit hic, inquiunt, meretrix. 22. Reverſus ad Judam ſe eam non inveniſſe, & homines etiam ejus loci ibi fuiſſe proſtitutam negaſſe dixit. 23. Capiat igitur illa, inquit Juda, *hæc* ſibi, ne contemtui ſimus; hædum hunc, *ex promiſſo*, miſeram, ſed tu eam non inveniſti.

24. Tri-

Chiræ tradidit, ut datum arrhabonem quàm primum reciperet, ne ſua intemperantia palam indiciis illis fieret. Verùm Chira eam illic amplius non invenit, 21. & oppidani interrogati an vidiſſent meretricem quæ ad viam, haud procul Henajimorum porta ſteterat, negarunt ſe eo in loco ullum proſtibulum vidiſſe. 22. Reverſus Chira rem Judæ narravit, 23. quâ auditâ, maluit arrhabonem mulieri relinquere, quam diligentiori inquiſitione oppidanorum ludibrio ſe ſe exponere; quandoquidem promiſſis ſteterat, quibus impletis, arrhabonem recipere ipſum æquum erat, ſi inveniri meretrix potuiſſet.

24. Tribus poſtea menſibus, cùm gravidam eſſe

Tha-

textum ſonat. Onkelos: שושיפך *ſchoſchipbach*, quod dubiæ ſignificationis. Alii *pallium*, aut *ſudarium*, aut *integumentum capitis*, aut ornamentum denique quodpiam fuiſſe volunt. Nos *faſciam* vertimus, uſum non definimus. Fortè fuit faſcia, quâ cinctus erat. Si *Cyrillo* credimus, fuit ſpinther aureum, quo veſtes ornare ſolebant Chaldæi. *Scholiaſtes* Vaticanus: ὁ ἅγιος Κύριλλος κοσμήματι τῷ περὶ τὴν δέῤῥιν, ἤθει χαλδαϊκῷ κοσμουμένῳ τῷ Ἰούδᾳ. χρυσῷ γὰρ οὗτοι καὶ χεῖρας καὶ δέῤῥιν καταλαμπρύνουσι, καὶ αὐτὴν τὴν τρίχα στεφανοῦσι: *S. Cyrillus, ornamento ad pelliceam veſtem pertinente, more Chaldaico ornato Juda; auro enim hi & manus & veſtem ornant, & ipſam etiam cæſariem coronant.* Sic fuiſſet fortè contorta fibula, quâ veſtis tenebatur.

Scipionem] Heb. מטך *mattecha*, à rad. נטה *inclinatus fuit*, quia infirmiores inclinati in ſcipionem incedunt; quamquam & ſcipiones non tam uſûs causâ, quàm ornamenti, geſtari & olim & hodie ſoliti ſunt. Hîc pedibus, ut videtur, iter facturus Judâ, viatorum more ſcipione utitur.

His datis congreſſus] Hebr. *Et dedit & ingreſſus eſt.*

Et concepit] Hoc eſt, ex eo concepit, aut ſobolem ei futuram.

19. *Amotóque velamine*, &c.] *Et amovit ſuum velum & induit*, &c.

20. *Per amicum*] Heb. *per manum amici.* Nolebat ipſe illuc ire, ne fortè agnoſceretur ab Henajimitis.

21. *Tum ſciſcitatus*, &c.] *Et interrogavit — dicens*; ingreſſus, nimirum, urbem, ad cujus portam ſederat, ut rebatur, meretrix.

Homines ejus loci] מקמה *mkomah*; hoc eſt, *loci illius* mulieris, nempe, Thamaræ, quæ fortè Henajimenſis erat. Sed Samariticus habet המקום *hammakom*, τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐκ τοῦ τόπου, ut habent οἱ LXX.

Meretrix] Heb. קדשה *kdeſchah*, quod quidam differre volunt à זנה *zonah*, quaſi quæ poſteriore hocce nomine diceretur, privatim tantùm, & cùm paucis rem haberet; quæ priore, proſtibulum eſſet, cum quovis, etiam in via, congredi paratum. Sed diſcrimen illud ab hominibus, quibus lingua Hebraica vernacula non erat, excogitatum arguitur commate 15. cum hoc collato. Temerarium eſt, niſi exemplis indubitatis hoc conſtet, ſubtiliter diſcrimina vocum adfinium ſignare. Alii קדשה meretricem quamlibet eſſe cenſent, & hoc nomen, quod derivatur à radice קדש kadaſch, *ſanctificavit*, meretricibus impoſitum hac de cauſa conjiciunt. Deæ vel Deo, qui præerat generationi, quem Babylonii *Mylittam*, hoc eſt, מולידתא *molidtha*, *prolificam* vocabant, auctore *Herodoto* Lib. I. Cap. 199. Sidonii *Aſtarten*, ut oſtendit *J. Seldenus de D. Syr.* Synt. II. Cap. 2. ſacra fiebant à meretricibus & cynædis, non victimis modò & thymiamatibus, ſed omni ſtuprorum genere, quod oſtendit ex Vett. vir doctiſſimus modò laudatus Syntag. II. Cap. 4. & 7. Hos autem Sacerdotes, aliósque qui, Veneris placandæ causâ, fœda dictu aut patrabant aut patiebantur, קדשים & קדשות *kdeſchim* & *kdeſchoth* dictos ſuſpicamur, quòd ſe ſacros aut *Mylitthæ*, aut *Aſtartæ*, ſeu quocumque alio nomine vocaretur Numen generationis præſes, dictitarent; atque hinc factum ut cynædus קדש *kadeſch*, meretrix קדשה *kdeſcha* vulgò appellarentur. Neque hoc vero abſimile videbitur, ſi animo reputemus, quàm impensè culta fuerit ab Orientalibus Venus; quod demonſtravit *J. Seldenus*, iis quos diximus locis. Huc facit etiam quòd, cum Idololatria, Iſraëlitæ ejuſmodi verè *ſacros* homines, quos ferre vetuerat Lex, admiſiſſent, iiſque ædificia attribuiſſent, quæ à Joſia diruta ſunt, ut narrat Scriptor 2 Reg. Cap. XXIII, 7. *Demolitus eſt conclavia Cynædorum, quæ erant in Æde Jehovæ, ubi mulieres Luco domos texebant.* Hoſeæ IV, 14. poſt exprobratam viris Idololatriam: *non curabo*, ait Deus, *filias veſtras quia fornicatæ fuerint, neque nurus veſtras quia fuerint mœchatæ; quòd illi cum meretricibus extra diviſerint, & cum ſcortis* קדשות kdeſchoth, *ſacra fecerint*; unde apparet mulieres eo nomine vocitatas ſacris adhibitas fuiſſe. Quæ Adonidis in memoriam comam tondere nolebant, eas Byblienſes cogebant diem unum, ad quæſtum corpore faciendum, proſtare, atque ex ea pecunia Deo ſacra fiebant. Corinthi etiam, ut auctor eſt *Athenæus* Lib. XIII. meretrices Veneri ſacrabant, quæ ἀφροδίσια celebrabant, ubi ſui copiam impuris hominibus faciebant. Ex hiſce & ſimilibus ſacris factum conjiciunt viri eruditi, ut idolatria paſſim apud Scriptores Sacros *fornicatio* dicatur, úſque *fornicari* penè idem ac colere Deos alienos ſit.

22. *Reverſus ad Judam*] Heb. *Et rediit ad Judam & dixit*, &c.

23. *Hædum hunc miſeram*] Fidem datam præſtiti, quantum in me quidem fuit, & per eam ſolam ſtetit quominùs hædum acciperet.

24. *Tribus circiter menſibus exactis*] *Et fuit veluti trias menſium & nunciatum eſt*, &c. *di-*

cendo.

Digitized by Google

24. Tribus circiter menſibus exactis, nuncius ad Judam allatus, his verbis: ſcortata eſt nurus tua Thamara, atque ex ſcortatione gravida eſt. Juda verò, ducite eam, inquit, & comburatur. 25. Ea cùm duceretur, miſit ad Socerum qui diceret: ex viro cujus hæc ſunt gravida ſum, agnoſce quæſo cujus ſint hæcce', ſigillum, faſcia, & ſcipio. 26. Agnovit *hæc* Juda, & me, inquit, innocentior eſt, cùm eam filio Selæ non col-

Thamaram animadvertiſſent qui cum ea verſabantur, res ad Judæ aures pervenit. Qui nurum ſcortatam eſſe, & gravidam etiam audiens, eam duci ut combureretur, crudeli ſanè Chananæarum gentium more, ne exſpectato quidem partu, juſſit. 25. Jam illa ducebatur, cùm arrhabonem à Socero acceptum ad eum miſit, & ſimul qui ex viro cujus erat arrhabo, concepiſſe ſe atque eſſe gravidam, nunciarent. 26. Juda vero illico ſigillum, faſciam, & ſcipionem agnovit, & pudore ſuffuſus minùs nocentem eſſe nurum, quam ſe, confeſſus eſt; hoc enim, ſi illi Selam, ut par erat, virum dediſſet, eventurum non fuiſſe. Tum eam domo excepit, ſed cum ea concumbere ampliùs noluit; ne quis ad

cendo. Pro כמשלש *chmiſchlaſch*, eſt in Samaritico כמשלשת *chmiſchleſchethh.*

Ex ſcortatione gravida eſt] *Et etiam ecce gravida eſt ſcortationibus*; hoc eſt, ne ſcortatam dubites, inde uterum gerit.

Ducite eam] Nempe, ad ſupplicium. Sic Latini ſolent, ſed in Heb. veritate eſt *facite exeat*, ſeu *educite eam*, ſcilicet, domo.

Comburatur] Cùm apud Orientales, tum etiam apud alios populos, adulterarum major fuit pœna, quàm adulterorum; ſeu adulteras majora detrimenta viris ſuis creare, quàm adulteros pudicis uxoribus; ſeu in gratiam ſui ſeveras viri condendas leges exiſtimarint. Deus ideò σκληροτραχήλοις Judæis repudiandi poteſtatem permiſit, quam mulieribus negavit. Puniebantur meretrices Iſraëlitides, ganeones inter adoleſcentes impunè vivebant. Plures uxores habuit qui potuit, & voluit; mulierem uno viro contentam eſſe oportuit. Hic quoque Thamaram, verè viduam, comburendam cenſebat Judas, atroci ſanè ſupplicio; qui filium ſcortatorem facilè tuliſſet, imò verò qui ſibi viduo haud illicitam ſcortationem cenſuit. Præterea videtur avidè adripuiſſe occaſionem perdendæ honeſtè Thamaræ, morte duorum filiorum ei colloca torum immeritò inviſæ. Sic quoque uxorem Samſonis, quæ alteri nupſerat, combuſſerunt Philiſthæi Jud. XV, 6. Sacerdotis filia, quæ corpore quæſtum feciſſet, poſtea apud Hebræos, ſimiliter igni damnata fuit Levit. XXI, 9. De Sacerdotis filio altum ſilentium. Puella deſponſa, quæ ab alio ſibi virginitatem rapi patiebatur, qualis fortè hîc habetur Thamara, lapidibus obruebatur Deut. XII, 21. In ſponſum, qui ſimilia commiſiſſet, nulla decernitur pœna.

Dignum hîc præterea obſervatu, ante conſtitutam Hebræorum Remp. judicia in liberos penès patres familias, ut hinc colligere eſt, fuiſſe. Quod & apud Romanos diu factum aſt. Vide *Livium* Lib. II. Cap. 41. Thamara hîc cenſetur ex Judæ familia, quia nondum apertè negaverat ſe ei Selam virum daturum, ideóque ex conſuetudine huic quaſi deſponſa habebatur, nurúſque proinde Judæ, ad quem in eam ex uſu recepto dictio ſententiæ pertineret.

25. *Qui diceret*] Heb. לאמור lemor *dicendo.* Eſt Elleptica oratio, quæ integra eſſet: *miſit ad ſocerum ſuum* פלני אלמני phloni almoni לדבר ליהודה לאמור ldabber lihouda lemor, *aliquem ad alloquendum Judam, dicendo.* Sæpe in referendis eorum qui ab alio mittuntur dictis, ita hæc efferuntur, quaſi ille ipſe qui mittit præſens loqueretur. Ita hic miſſus à Thamara, dicens inducitur: *Ex viro, cujus hæc ſunt, gravida ſum*, &c. quod Latini dicerent: *miſit qui moneret ſe ex eo gravidam eſſe, cujus hæc eſſent*, &c. Vide 1 Reg. V, 2, 3. 2 Paral. II, 3. & not. ad Cap. XVI, 13.

Faſciæ] פתילים *phthlim*, Samariticus ſingulari numero פתיל *phthil*, ut LXX. Intt. ὁ ὁρμίσκος. Vide verſ. 18.

26. *Innocentior eſt*] צדקה ממני tſedakah mimmenni, *juſtior eſt me*; ſed juſtitia hic ſumitur pro minore culpa, nec aliud vult Juda, niſi minùs nocentem eſſe, quàm ſe, adeóque ipſum digniorem fuiſſe pœna. Paſſim צדיק *tſadik* opponitur reo alicujus flagitii.

At eam ampliùs non cognovit] *Non addidit* יסף jaſaph *ampliùs eam cognoſcere.* Jam ab illis temporibus, videtur illicitum fuiſſe patri viduam filii ducere, non præcepto quidem aliquo à Deo hominibus tradito, de quo ſaltem nulla moveri queat controverſia; ſed uſu quodam, qui etiam apud alias gentes obtinuit. Quemadmodum enim, etiam ante Legem, patri cum filia concumbere nefas habebatur: interdicta quoque fuit Socero nurus, quæ matrimonio cum ejus filio inſtar filiæ evaſit. Hoc quidem in loco, verbum יסף Rabbini nonnulli aliíque, contrario ſenſu, *deſiit* interpretantur; quaſi Moſes velit ſignificare Judam non deſiiſſe uti ea, quemadmodum viri uxoribus utuntur. Adferunt hanc in rem exemplum ex Num. XI, 25. ubi eadem notione verbum idem יסף legi contendunt. Verùm oſtendemus ad hunc locum, falſam hanc eſſe interpretationem verbi יסף. Deinde ſi voluiſſet hoc dicere quod voluit Moſes, dixiſſet potiùs: ויקח אותה לו לאישה vajikkah otah lo liſchah, *& cepit eam ſibi in uxorem*, aut quid ſimile, ut: ותהי לו לאישה vatthehi lo liſchah, *& fuit ei in uxorem.* Denique convenientior multò rei ipſi eſt interpretatio verborum, quæ à nobis tradita eſt; nam poſtquàm Moſes deſcripſit Judam pudore adfectum & αὐτοκατάκριτον, propter ſtuprum Thamaræ; quid potuit aliud exſpectari, niſi ut dicat eum cum Thamara, quò oſtenderet ſe imprudentem antea peccaſſe, numquam poſtea concubuiſſe? Certè ſi juſtæ uxoris loco eam habuiſſet, quod imprudens commiſerat vix improbare viſus eſſet. Neque etiam ulli alii Judæ liberi Ægyptum ingreſſi narrantur, præter Selam & duos Thamaræ filios, inf. C. XLVI, 12. Num. XXVI, 19, 22. Thalmudicorum, aliorúmque Rabbinorum hac de re ſomnia collegit *J. Seldenus de Nat. & Gent. Jure* Lib. V. Cap. 9. & Lib. VII. Cap. 5.

collocarim. At eam ampliùs non cognovit. 27. Tempore partûs, in ejus utero gemelli *deprehenſi ſunt*, 28. & cùm pareret, *alter gemellorum* manum porrexit, quam adprehenſam coccineo filo vinxit obſtetrix, & hic, ait, prior egreſſus eſt. 29. Cùm tamen retraxiſſet manum, ecce frater ejus exiit; ea verò, quàm erupiſti! inquit, tibi tribuatur eruptio; nomènque ei inditum eſt Pherets. 30. Poſtea egreſſus frater ejus, ad cujus manum erat coccineum filum, & nomine Zerach appellatus eſt.

XXXVII. Jo-

ad inceſtum concubitum, ſponte ſuâ, veniſſe eum ſuſpicaretur. 27. 28. Cùm exacti eſſent menſes, gemellos peperit Thamara; quorum alter manum porrexit prior, quæ ut dignoſceretur, ab obſtetrice filo coccineo vincta eſt. 29. At paullò poſt manum, qui exiturus prior videbatur, ſubitò retraxit, alter verò repente natus eſt; quem erupiſſe dixit, ſine auxilio ſuo, obſtetrix, ideoque eum *Pheretſum*, hoc eſt, *erumpentem* vocarunt. 30. Tum frater, cui coccineo filo brachium vinctum fuerat, utero egreſſus eſt, eique *Zeracho*, hoc eſt, *ortui* nomen inditum.

P A-

27. *In ejus utero gemelli deprehenſi ſunt*] *Et ecce gemelli in ejus utero.*

28. *Alter gemellorum*] Eſt ſupplendum, in Hebraïco ſermone, אחד מהם *ehhad mehem*, alter ex illis, aut הילד *hajjeled*, *puer*, aut quid ſimile.

Quam adprehenſam] *Et adprehendit & ligavit*, &c.

Coccineo filo] Heb. *Vinxit ſuper ejus manum coccinum.* Eodem modo vertimus, ac ſi eſſet חוט השני *hhout haſſchani*, ne intelligeretur obſtetrix panno purpureo manum naſcentis pueri involviſſe, quod partui moram adferre & noxium eſſe potuiſſet. Videtur carpum pueri coccineo filo, molli & laxo nodo, adſtrinxiſſe. Cæterùm שני dicitur purpura propriè *bis tincta*, ἀπὸ τοῦ שנה *iteravit*, qua de re legendus inter alios *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. 2. Lib. IV. Cap. 27.

29. *Quàm erupiſti*] Heb. מה פרצת *mah pharaſtha.* Hîc τὸ מה interjectionem admirationis eſſe cenſuimus, ut Geneſ. XXVIII, 16. Exod. XXIV, 5. qui ſenſus eſt commodiſſimus; nam cùm eum egreſſurum, qui manum emiſerat, exſpectaret obſtetrix, alter ſubitò erupit. Significationem etiam propriam verbi פרץ, eámque convenientiſſimam, retinuimus; cùm Pherets veluti vi, fratre repulſo, prior ex utero exierit. Nec ſcio quare τί διεκόπη; *cur diviſa eſt?* LXX. Intt. & Vulg. verterint, in ſenſu ſatis aperto, neque enim crediderim legiſſe eos נפרצה *niphretſah.* Solent, ubi ſententiam non adſequuntur, omnes Grammaticorum regulas conculcare, ut veluti per vim ſenſum aliquem extundant. *Aquila* non commodiùs verterat, τί διέκοψας ἐπὶ σὲ διακοπήν; *Tibi tribuatur eruptio*] עליך *ſuper te eruptio*; hoc eſt, ejus eruptionis cauſa ego non habear, ſed tu qui ſponte egredieris. Quod dixit fortè obſtetrix, quia adultus Zerachus negotium ei faceſſere potuiſſet, quòd ejus culpâ, quem primogenitum oportebat eſſe, is poſterior natus eſſet. Quanti momenti eſſent, apud ejus ævi homines, πρωτοτόκια, exemplo Jacobi & Heſavi, aliorúmque ſatis notum eſt, & nos obſervavimus ad Cap. XXV, 31. Præpoſitionem על, cum adfixis pronominibus, hoc ſignificare quod diximus; hoc eſt, de ea violenta eruptione tu olim videris, ad me quidem nihil adtinet; oſtendunt varia Scripturæ loca quæ in ſignif. 34. collegit *Noldius.* Vide dicta ad Geneſ. XVI, 5. LXX. & Vulg. τί διεκόπη διά σε φραγμός; *quare diviſa eſt propter te maceria*, nullo ſenſu. Samariticus legit עלינו *ſuper nobis*, non meliori ſententiâ, niſi vertas *erupiſti ad nos.*

Inditum eſt] יקרא jikra. Vide not. ad verſ. 3.

Pherets] Heb. פרץ *pherets*, ut nunc legimus, hoc eſt, violenta eruptio.

30. *Zerach*] Heb. זרח quod Vett. extulerunt *Zare.* Derivato vocabulo à radice זרח *zarahh*, *ortus eſt*, quæ de ſole uſurpatur, qui ut ſubitò non oritur ac ſplendet oculis mortalium: ita nec, ut Pherets frater, ex uteri materni tenebris ſubitaneo impetu in lucem perruperat. Hac de cauſa *Zare* dictus videtur, niſi quis malit ex Arabica radicis ſignificatione id nominis deducere. זרח *zarahha* autem, apud Arabas, *movere* ſignificat, & זרחון *zarahhon*, agilem motu, quod non malè convenit infanti qui brachium exſeruerat, deinde ſubitò retraxerat, in uterum retrocedens.

C O M-

XXXVII. Joſephus apud Herum Ægyptium Procurator fit. Ab Hera fruſtra tentatur, in carcerem conjicitur, & Commmentarienſis gratiam ſibi conciliat.

1. JOSEPHUS in Ægyptum abductus *interea* fuerat, atque à Potiphare ex Pha- CAPUT
rahonis proceribus, militum Præfecto, viro Ægyptio, è manu Iſmaëlitarum XXXIX
qui illum eò abduxerant emtus. 2. Cùm illi adeſſet Jehova, proſperè in heri
Ægyptii familia agebat. 3. Herus enim ejus Jehovam ei adeſſe, & omnia quæ faceret
per

PARAPHRASIS.

1. 2. NUNC ut à Juda, qui vendendi Joſephi fratribus auctor fuerat, ad hunc revertamur, tantâ fide & diligentiâ Potipharis, Satellitum Regis Ægyptii Præfecti, res ſibi commiſſas adminiſtrabat, ut, Dei benignitate, omnia proſperè ei cederent. 3. 4. Quod cùm herus animadverteret,

COMMENTARIUS

In CAPUT XXXIX.

1. *ABductus*] Heb. הורד *hourad.* Græci feliciter κατήχθη, nam ירד eſt *deſcendere*, & Græca vox *in inferiora* abduci ſonat. Propriè de Ægypto inferiore, ubi is terminus itineris è Judæa fuit, adhiberi potuit verbum *deſcendere*; nam ex montanis locis, in depreſſiora & campeſtria ad mare, fit propriè deſceuſus.

A Potiphare emtus] In Heb. verborum ſtructura eſt, *& emit eum Potiphar*, quod paſſivè eodem ſenſu extulimus, ne conſtructio in eodem verborum ambitu mutanda eſſet.

Ex proceribus, militum præfecto, &c.] Vide dicta ad Cap. XXXVII, 36.

2. *Cùm illi adeſſet Jehova*] Heb. *& fuit Jehova cum Joſeph.* Quia eos quos amamus adjuvamus, cùm abſentiâ non impedimur, nec poſſumus præſentes amicis laborantibus non ferre ſuppetias: ideò Hebræis *eſſe cum aliquo*, & Latinis *adeſſe alicui* perinde ſæpe eſt ac ei auxiliari. Quo ſenſu eæ phraſes, hoc in loco, intelligendæ. Vide not. ad XXI, 20.

Proſperè in heri Ægyptii familia agebat] Heb. *fuit vir proſperè agens, & fuit domi heri ſui Ægyptii.* Abundat ſecundum ויהי *vajjehi*, *& fuit.* In tanta parcitate verborum, multa paſſim παρέλκει; ſed cùm ea abundantia ſenſui nihil addat, Latinè loquentibus, in tantillo vocabulo, exprimenda non fuit.

Proſperè agebat] Heb. מצליח *matsliahh*, ſubauditur דרכו *darcho*, *viam ſuam*, quæ vox aliquando additur; unde fit ut verbum, quamquam inflexione activum, neutro ſenſu intelligatur. Vide Cap. XXIV, 30, 56. Pſalm. I, 3. XXXVII, 7.

Heri] Hîc & in ſeqq. plurali numero אדנים *adonim*, unus ſignificatur herus, ut liquet cum ex re, tum etiam ex additis adjectivis & verbis ſingularibus. Vide verſ. 3, 8, 16, 19, 20. XL, 1, 7. XLII, 30, 33. & ſuprà Cap. XXIV, 9, 10. & Eſai. Cap. I, 3. Hinc plurimi & Judæi & Chriſtiani Intt. exiſtimarunt, honoris causâ, pluralem numerum adhiberi. In contrariam ſententiam ivit vir doctiſſ. *Lud. Cappellus* in Diſſ. de nomine Elohim, Cap. X. ubi contendit aut eſſe legendum אדני *adonai*, quotieſcumque de uno, etiam homine, ſermo eſt, & puncta à Maſſorethis addita huic voci pertinere tum ad formam *Adonai*, quæ ſingularis eſt numeri, non ad formam *Adonim* quæ pluralis eſt; aut Jod hac in voce abundare, neque fuiſſe puncto ullo muniendum, quod & alibi fecerunt Maſſorethæ. Verùm cùm hæc omnia meræ ſint hariolationes, nullo fundamento nixæ, nec quidquam obſtet quominùs peculiare hoc ſit Linguæ ſanctæ idioma, ut *domini* nomen πληθυντικῶς interdum exprimatur; ſeu id fiat honoris causâ, ſeu aliâ quapiam; fruſtra videtur eſſe vir eruditiſſimus. Violenter planè torquet Eſai. XXIX, 4. ubi legimus: *Tradam Ægyptum in manus* Adonim Kaſcha אדנים קשה *dominorum duri*, & quidquid dicit confutatur hoc loco, ubi ſingulare מצרי *mitsri*, *Ægyptius* conjungitur cum plurali אדניו. Vide not. ad Geneſ. I, 1.

3. *Jehovam ei adeſſe*] Non eſt ita hoc intelligendum, quaſi Ægyptius in ore aut in animo ejuſmodi verba haberet: *adeſt ei Jehova*; ſed ſuis verbis alienam cogitationem deſcripſit Moſes. Eodem res redit ac ſi dixiſſet, Potipharem animadvertiſſe Numen, quodcumque tandem eſſet, & quocumque nomine appellaretur, quod colebat Joſephus, huic adfuiſſe. Vide not. ad Cap. XXIV, 31. XXVI, 28. XXXI, 49.

Secundare Jehovam] מצליח ״ quibus in verbis מצליח *matsliahh* activè ſumitur, ut Pſalm. I, 3. quod voce εὐοδοῖ expreſſere Græci.

4. *Gratiam nactus erat*] Vide not. ad Cap. VI, 8. Pro בעיניו behenau, *in oculis ejus*, eſt in Samaritico בעיני אדניו behene adonau, *in oculis dominorum ejus*, ἐναντίον τοῦ κυρίου αὐτοῦ, ut habent LXX. Intt. In hoc eodem verſu ubi בכל־יש־לו eſt in noſtro Codice, in Samaritico interponitur אשר *aſcher*, quod ſubaudiri neceſſe eſt, *omni* quod *erat ipſi*. Sed Relativi frequens eſt Ellipſis. Vide *Sal. Glaſſii* Gram. Lib. III. Tr. 2. Can. XII.

Eique miniſtrabat] Hoc eſt, herus ejus operâ ad ea quæ ad ſui curam pertinebant libentiùs utebatur, quàm aliorum ſervorum. Ita acceptus illi erat Joſephus, ut hunc potiùs quàm alium adſtare, ad juſſa obeunda, ſibi vellet. Sic erat Joſephi honeſtior & mitior ſervitus, qui ſolius heri imperiis adtentus eſſet, ut ſolebant *Atrienſes* qui dicebantur apud Romanos; de quibus legendus *Laur. Pignorius*, *de Servis.*

Præfecit eum etiam herus familiæ] Vel *domui*, quòd cùm ædificia, tum domeſticos, ſeu

per manum ejus ſecundare Jehovam animadvertebat. 4. Itaque apud eum gratiam nactus erat Joſephus, eíque miniſtrabat. Præſecit etiam eum *herus* familiæ ſuæ, & quæcumque ſibi erant in manum ejus dedit. 5. Ex eo autem tempore, quo eum familiæ ſuæ, omnibúſque facultatibus præfecerat, Ægyptii familiæ, propter Joſephum, benedixit Jehova; in omnia quæ illi erant domi & ruri benedictio Jehovæ fuit. 6. Sua ergo omnia in manu Joſephi reliquit, nec cum eo, præter cibum quem ipſe edebat, recognoſcebat quidquam.

Erat Joſephus, eleganti formâ, & decorus adſpectu, 7. evenítque aliquantò pòſt ut uxor heri oculos in Joſephum conjiceret, diceretque ei: concumbe mecum. 8. Renuit Joſephus, & heri ſui uxori, herus, inquit, quod eſt in ædibus mecum non recognoſcit, & quidquid ſibi eſt in manum meam tradidit. 9. Nullus eſt hac in familia major me, nec ullâ re mihi interdixit præter te, quæ uxor ejus es. Quomodo ergo gran-

teret, amare eum cœpit, deinde etiam totius rei domeſticæ Procuratorem eſſe voluit. 5. Ab eo tempore, quo curam omnium ejus facultatum geſſit Joſephus, mirum in modum in urbe, & ruri auctæ ſunt, ſingulari Dei beneficio, qui leviorem ſervitutem innocentiſſimo adoleſcenti facere volebat. 6. Ejus fides adeò Potiphari comperta erat, ut nullius rei, niſi quotidiani ſui victûs, rationem ab Joſepho exigeret.

In ipſo adoleſcentiæ flore erat tum Joſephus, formâque eximius; 7. quo factum, ut hera cupidiùs primùm eum adſpiceret, deinde etiam amore perdita ſecum concumberet oraret. 8. Joſephus vero tantæ fuit abſtinentiæ, & fidei, quam hero debebat, uſque adeò memor, ut apertè abnueret, útque id ſcelus in herum, qui ſibi omnia commiſiſſet, nec eorum rationem à ſe repeteret, admiſſurum umquam negaret. 9. Neminem cùm ſibi è familia præferret herus, & omnium poteſtatem faceret, niſi quod ab uxore abſtinere juberet; nefarium & ingratiſſimi hominis, quique adeò Numinis iram pro nihilo haberet, facinus hoc fore, ſi herilem lectum conſcendere ſuſtineret, adjecit. 10. Mulier verò libidinoſa, & amore occæcata, tandem impetraturam ſe quod primùm negarat Joſephus rata, quotieſcumque alloqui ſolum poterat, pudicitiam ejus oppugnare pergebat. At ille conſtanter abnuebat, eámque, ſi ſoli eſſent, quando po-

ſeu ſervos ſignificat. Sed & Atrienſis erat rebus omnibus heri ſui præfectus. Vide *Plauti Aſinar.* Act. 2. S. IV. ubi ſervulus ſe Atrienſem ſimulans oſtendit quanta ejus eſſet in familiam poteſtas.

6. *Sua ergo omnia*, &c.] Eſt repetitio ejus quod dictum eſt verſ. 5.

Nec cum eo recognoſcebat] Hoc eſt, nullius rei rationem ab eo repetebat. Ita & infrà 8, 23. Aut nullius rei curam gerebat, ſed eam totam in Joſephum rejiciebat; niſi victûs quotidiani, aut ciborum, qui ſibi adponebantur.

Præter cibum] לחם lehhem, *panis*, apud Hebræos, non panem dumtaxat, qui eo nomine propriè intelligitur, ſonat, ſed & victum quemvis. V. Pſal. CXXXVI, 35. Videtur indicaſſe Potiphar quid ſibi in menſa ſua vellet adponi, rationémque expenſorum eam in rem exegiſſe, cetera verò fidei Joſephi permiſiſſe. Alii volunt hoc factum, quia Ægyptii non comedebant cum Hebræis, ut conſtat ex Gen. XLIII, 32. Sed ſervum veriſimile eſt, exceptâ Religione, Ægypriaco more vixiſſe, neque herum cibos ab eo porrectos averſatum; nam ad unam menſam Joſephum cum hero ſediſſe veriſimile non eſt.

Eleganti forma & decorus adſpectu] Heb. יפה תאר ויפה מראה jephe thoar viphe mareeh, *pulcher formà & pulcher adſpectu*; quæ ſynonyma ſunt, quibus Hebræi abundant, in brevibus periodis, & brevi narratione.

7. *Aliquanto poſt*] Heb. *& fuit poſt hæc verba*, aut *has res*, *& ſuſtulit uxor domini ejus oculos*, &c. *& dixit.*

Oculos conjiceret, &c.] *Tollere oculos* Hebræis eſt *animadvertere*, ut diximus ad Cap. XXXVII, verſ. 25. Hoc vult ergo Moſes, uxorem Potipharis, animadverſâ ſervi formâ, ejus amore exarſiſſe. Parum caſtæ habebantur vulgò Ægyptiæ, ut liquet ex hiſtoria, quamquam fortè falſa, quæ apud *Herodotum* habetur Lib. II. Cap. III. ubi Rex Pheron, cui luminibus capto viſum reſtitutum iri reſponſum fuerat, ſi oculos mulieris, quæ cum ſolo ſuo viro concubuiſſet, urinâ ablueret, innumerarum fruſtra mulierum, quæ caſtæ credebantur, urina uſus dicitur.

8. *Herus, inquit*] *En Herus*; vel *ecce herus*. Hîc utitur ſingulari אדני adoni, *dominus meus*, cùm אדניו adonau *ejus domini*, cum adfixo tertiæ perſonæ, præceſſerit. Pro מה בבית mah babbajith, *quid domi*? habet Samariticus מאומה בביתו meouma bebetho, *nihil domui ſuæ*, & LXX. οὐδὲν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Utriuſque lectionis idem eſt ſenſus, quærendum ſupereſſet utra Hebrææ Linguæ idiomati convenientior.

9. *Quæ uxor ejus es*] Heb. *In eo quod uxor ejus es*, באשר baaſcher, διὰ τὸ σε γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι, *quod ejus uxor ſis.*

10. *Cùm ea tamen*, &c.] Heb. *Et fuit cùm alloqueretur*, &c. *neque audivit eam ut concumberet*, &c.

Aut unà eſſet] Voculam *aut* adjecimus, quod hæc aliter conjungi vix poſſent Latinè loquentibus. Videtur tamen *eſſe unà* perinde eſſe ac *cubare unà*, ut Græcè συγκαθεύδειν αὐτῇ.

11. *Aliquando*] Heb. כהיום הזה chehajjom hazzeh, *ut die hoc*, Græci: ἐγένετο δὲ τοιαύτη τις ἡμέρα. Vulg. *accidit quadam die*, quæ convenientior antecedentibus viſa eſt Interpretatio. Nam poſtquàm dixit Moſes Joſephum ſæpiùs ad ſtuprum ſollicitatum fuiſſe, quid aliud exſpectat Lector, niſi *aliquando* tandem contigiſſe à muliere captari occaſionem, dum abeſſet familia, urgendi vehementiùs Joſephi? Alii vertunt *poſt hanc diem*, ſed quam? Eam, nimirum, quâ primùm Joſephum ſollicitarat; ſed hoc frigidum & durum. Narratio enim ſatis oſten-

Digitized by Google

grande hoc flagitium admitterem, atque in Deum peccarem? 10. Cùm ea tamen quo-
tidie Joſephum alloqueretur, neque is illi, ut concumberet cum ea, *aut* unà eſſet, ob-
ſequeretur; 11. accidit aliquando eum, ut munus ſuum exſequeretur, dum nullus ex
familiæ viris domi eſſet, ædes ingredi. 12. Ea tum apprehenſo ejus veſtimento, con-
cumbe, inquit, mecum; ille verò, relictâ in manu mulieris veſte, fugit & egreſſus
eſt foràs. 13. Cùm videret illa eum reliquiſſe veſtem in manu ſua, & foras fugiſſe,
14. vocavit domeſticos, & videte, inquit, adduxit virum Hebræum, qui nobis illu-
deret; ad me venit, ut mecum cubaret, ego verò magnâ voce exclamavi. 15. Ut au-
divit me vocem tollentem & clamantem, reliquit veſtem ſuam apud me, aufugit, &
foràs egreſſus eſt. 16. Poſuit deinde veſtem juxta ſe, donec domum veniret herus ejus.
17. *Ædes ingreſſum* his verbis alloquitur: venit ad me, quem nobis adduxiſti, ſervus
Hebræus, ut mihi illuderet. 18. Me verò vocem tollente, & clamante, apud me re-
liquit

poterat, fugiebat. 11. Poſtquàm diu fruſtra ſe eſſe mulier viderat, commodiorem occaſionem nacta, cùm nemo familiarium domi eſſet, Joſephùſque negotia heri, ut ſolebat, curaturus ædes fortè intraſſet; 12. adoleſcentem invadit, reluctantis veſtimenta adprehendit, omnibùſque blanditiis ſollicitat. Ille verò propoſiti tenax, cùm ſeſe aliter expedire non poſſet, veſte, quam prehenderat hera, in ejus manibus relictâ, foràs ſeſe ejecit. 13. Tum mulier repulsâ furens, metuénſque ne rem viro prior narraret, antevertere eum ſtatuit. 14. Itaque magnâ voce familiam è vicinia acceſſit, queritúrque Hebræum Procuratorem ſibi illudere conatum, & niſi clamoribus ſervorum opem im-
ploraſſet, vim etiam illaturum fuiſſe. Simul veſtem oſtendit, 15. quam jam eum exuiſſe ut ſecum concumberet ait, remque exſequi paratum fuiſſe, niſi clamore ſublato, familiam concurſuram timuiſſet; qua de cauſa, tantâ feſtinatione aufugerat, ut ne veſtem quidem recipere atque induere ſuſtinuiſſet. 16. Familiâ universâ in Joſephum, tam callido commento, concitatâ, veſtem quam tenebat deponit, & donec Potiphar domum rediret, apud ſe ſervat. 17. Vix autem ille domum ingreſſus erat, cùm eum adgreditur, & queritur ab eo uxorem parvi fieri, qui ſervum emiſſet adeò procacem ac libidinoſum, ut ſibi illudere conatus eſſet. 18. Deinde homini ſtomachanti, rem or-

oſtendit hanc oppugnationem caſtitatis Joſephi, primâ amoris confeſſione fuiſſe poſteriorem. Alioquin hæc loquutio præſens tempus ſignificat Deut. VI, 24. & quatuor aliis locis in quibus legitur.

Domum ingredi] *Et fuit*, &c. *& ingreſſus eſt domum ad faciendum opus ſuum.* In Codice Samaritico, poſt ויבא additur nominativus *Joſeph* יוסף, quod habent etiam LXX. Intt. Verùm hi non habent בבית *domi*, quod additur poſt מלאכתו *mlachtho*, opus ſuum.

12. *Ea tum adprehenſa*] *Et adprehendit eum per veſtem, dicendo*, &c. Pro בבגדו *bebigdo* in ſingulari, eſt in Samaritico בגדיו *bigdau*, in plurali; & ſic LXX. Intt. habent ἱμάτια, verſſ. 13, 16, 17, 18.

Relictâ veſte, &c.] *Et reliquit veſtem in manu ejus, & fugit & exiit.*

13. *Cùm videret*] *Et fuit cùm videret*, &c. *& clamavit.*

14. *Vocavit domeſticos*] Cùm ut ne ab Joſepho accuſaretur, eum antevertit; tum etiam ſui contemtum, eâ ratione, ulciſci voluit. Eodem modo, quod alii dudum obſervarunt, Hippolytum à Phædra accuſatum narrant Poëtæ. Vide *Senecæ* Hippolytum à verſ. 717.

Regeramus ipſe crimen, atque ultrò impiam
Venerem arguamus, &c.
Adeſt Athenæ, fida famulorum manus,
Fer opem, &c.
——— *en præceps abiit,*
Enſémque trepidâ liquit attonitus fugâ,
Pignus tenemus ſceleris, &c.

Præter Phædram, ſeptem alias mulieres ſimili fraude uſas, cùm ad ſtuprum juvenes ſollicitaſſent, obſervavit ex Veterum monumentis *M. Ant. Muretus*, Variarum Lectionum Lib. I. C. 12.

Adduxit] Deeſt nominativus, Ellipſi haud rarâ in Scriptura. Vid. Job. III, 2, 19. ſup. Capp. XIV, 20. XXIV, 32. Videtur ſubaudiri nomen *Potipharis*, de cujus injuriâ graviter hæc mulier conqueritur, quaſi ſervo nequam nimiâ fiduciâ crederet vir ſuus, ut omnes de ſe anteverteret querelas. Ægyptios *Diodorus* Siculus mulieribus æquo addictiores fuiſſe memoriæ prodidit, unde eas moroſiores evaſiſſe credibile eſt. Hæc verba ſunt *Diodori* p. 23. Ed. Rhodom. Lib. I qui poſtquàm dixit Reginæ majorem quàm Regi honorem delatum, ait, καὶ παρὰ τοῖς ἰδιώταις κυριεύειν τὴν γυναῖκα τἀνδρὸς, ἐν τῇ τῆς προικὸς συγγραφῇ, προσομολογούντων τῶν γαμούντων ἅπαντα πειθαρχήσειν τῇ γαμουμένῃ, *& apud privatos uxorem viri dominam conſtitui, in tabulis dotalitiis, profitentibus ducentibus, ſe ductis per omnia obſequuturos.*

Virum Hebræum] De voce *Hebræus*, vide quæ diximus ad Gen. XIV, 13.

Qui nobis illuderet] לצחק בנו *litſahhek banu*, quâ loquutione & contumelia ſignificatur, & ejuſmodi quæ à viro mulieri fieri poteſt; ut *illudere*, apud Latinos. Vide not. ad Cap. XXVI, 8. Ceterùm ל præfixum, quod *ut* verti ſolet, videtur hîc eſſe ἐκβατικῶς poſitum. Neque enim credere, aut ſimulare ſe credere potuit hæc mulier, virum eo animo ut uxoris pudicitia tentaretur ſervum emiſſe. Itaque hic ſenſus horum verborum eſt: ſervum adduxit, qui mihi & ipſi contumeliam facere adgreſſus eſt. Ita ל ſumitur Exod. XVII, 3. Levit. XX, 3. Num. XXXII, 14. Sic ſæpe למען *lmahan*, *ut*, & in Nov. Teſt. ἵνα intelligenda. Vide *Grotium* Matth. I, 22.

Magnâ voce] Heb. *In voce magnâ.*

15. *Ut audivit me*] *Et fuit cùm audiret.*

Vocem tollentem & clamantem] Synonyma ſunt, ut ſup. verſſ. 6, & 10. Pro אולי etsli, *apud*

 me

liquit veſtimentum ſuum, & foràs aufugit. 19. Auditis verbis uxoris, quibus eum erat adgreſſa, ſic, inquientis, fecit mihi ſervus tuus, exeanduit herus ejus. 20. Adprehendit itaque eum, conjecitque in carcerem, in locum in quo vincti Regis erant, & *ſic* quidem in carcere degebat. 21. Adfuit verò Joſepho Jehova, flexit iu eum *aliorum* miſericordiam, gratiámque ei apud Præfectum carceris dedit. 22. Is Præfectus carceris omnes vinctos, qui in carcere erant, in manum Joſephi tradidit, & quæcumque ibi fiebant faciebat Joſephus. 23. Neque Præfectus carceris quidquam eorum, quæ in manu Joſephi erant, adſpiciebat; quia ei aderat, & quod faciebat ſecundabat Jchova.

XXXVIII. Pol-

ordine, ut familiæ jam fecerat, narrat, & dictis fidem veſtimento apud ſe relicto facit, 19. Quibus auditis, ſummopere excanduit Potiphar, 20. & pœnas de ſcelerato mancipio ſumturus, adprehendi Joſephum jubet, atque in carcerem compingi, ubi quos Rex in vincula conjiciebat ſervabantur. Cùm autem Joſephus, non morti, ſed perpetuo carceri, cognita ejus innocentiâ, damnatus fuiſſet, in eo degebat. 21. Sed quamvis Potiphar, ut uxoris honori conſuleret, dimittere eum nollet, attamen ei placatus erat; adeóque innoxio adoleſcenti aderat Deus, ut omnium, quibus notus erat, amorem ei conciliaret. 22. Igitur herus ejus opera in carcere, ut domi ſuæ ſolebat, uti cœpit, captivorum omnium curam ei commiſit; nec quidquam illic agebatur, cujus non eſſet aut adminiſter, aut conſcius Joſephus. 24. Omnia feliciter ei cedentibus, tanta erat Præfecti carceris in eum fiducia, ut nullius rei rationem ſibi ab eo reddi poſtularet.

P A-

me, eſt in Samaritico בידי bjadi *in manu mea*, ut verſſ. 12, & 13.

16. *Herus ejus*] *Heri ejus.* Vide not. ad verſ. 2.

17. *His verbis alloquitur*] *Alloquuta eſt eum, ſecundùm hæc verba, dicendo.*

Ut mihi illuderet] Verſu 14. dixit בנו banou, *nobis*, quia ea contumelia in Patrem familias, & totam familiam recidebat; hîc verò בי bi, *mihi*, quòd ipſa potiſſimùm contumeliâ adficeretur. Hæc autem verba, quamquam conjungi hîc etiam poſſunt cum his vocibus *adduxiſti nobis*, ut ſupra verſ. 14. attamen meliùs videntur necti cum hiſce, *venis ad me*; nimirùm, ut mihi illuderet.

Me verò vocem tollente] Ut ſup. 15. *Et fuit ut tollerem vocem & clamarem.*

19. *Quibus eum erat adgreſſa*] Heb. *quæ ei dixerat. Adgredi dictis* apud *Virgilium* idem ſignificat.

Sic, inquientis, &c.] *Deinde, ſecundùm hæc verba fecit mihi ſervus ſuus.*

Excanduit herus ejus] Heb. ויחר אפו *vajihhar appho*, & accenſa eſt ira ejus.

20. *Adprehendit itaque*] *Et adprehendit Dominus Joſephi* (ארני יםף) *eum.*

Conjecitque in carcerem] Heb. *Et dedit eum* אל בית הםהר el beth haſſohar *in domum Sohar.* Quin *carcer* ſignificetur dubium non eſt; ſed non ita liquet propria vocis סהר notio. Vulgaria Lexica, poſt Rabbinos, *rotunditatem* interpretantur ex loco obſcuro Cant. VII, 2. ubi סהר *ſahar* orbiculare quidpiam ſignificare conjiciunt, & fortè quia apud Chaldæos סהרא *ſibara* Lunam ſonat. His igitur in verbis Geneſeos, propriè *turrim rotundam* ſignari cenſent. At locus Cantici, ut dixi, obſcurus eſt; deinde Luna, quamquam eſt rotunda, alia habet è quibus duci appellatio poſſet. Multò veriſimilius eſt veteri in Lingua, aut Hebræa, aut Ægyptia, in uſu fuiſſe radicem, quâ utuntur Arabes, apud quos סהר *ſahara*, vigilare ſignificat, & סהרון *ſabaron* vigiliam. Certè carcerem dici בית סהר *domum vigiliæ*, vel *excubiarum*, nemini mirum videri poteſt; cùm nulli ſint carceres, præſertim regii, ſine excubiis. Hinc idem locus infrà, eodem ſenſu, בית משמר beth miſchmar, *domus cuſtodiæ* dicitur Cap. XLII, 19.

Vincti Regis] Hoc eſt, qui à Rege ipſo in carcerem, delicti alicujus in ipſum cauſâ, conjecti fuerant. Cùm legamus in Textu אסורי *aſouro*, hîc & 22. verſu, Maſſorethæ in margine appoſuerunt legi אסירי *Aſire*, quod Chaldaïſmum ſapit. Nullum tamen eſt in Samaritico hîc diſcrimen, utrobique enim per ו ſcribitur. Videntur Magiſtri, quibus familiaris Lingua Chaldaïca, aut Syriaca fuit, voluiſſe diſtinguere nomen à participio, prius ſcribendo אסיר *aſir*, poſterius אסור *aſour*, & ita diſcipulos in Synagogis docuiſſe legendum, quamvis Codices אסור tantùm haberent.

Degebat] *Et fuit ibi in carcere*; hoc eſt, plusquàm triennium degit, ut ſequentia docent. Credibile eſt aliquod fuiſſe indicium, quo Joſephum innocentem eſſe Potiphari conſtiterit; neque enim ſervi vita tanti erat, ut ei parceretur in tam gravi delicto. Sed licèt innocuum, in carcere tamen detinebat, ut uxoris honori, & ſuo conſuleret.

21. *Adfuit, &c.*] *Fuit cum Joſepho Jehova.* Vide not. ad verſ. 3.

Gratiámque apud præfectum] *Gratiam ejus in oculis Præfecti.* חנו hhinno, *gratiam ejus*, idem valet ac חן לו hhen lo, *gratiam ei*, quæ eſt uſitatior loqnutio. Vide dicta ad Cap. VI, 8.

22. *In manum tradidit*] Hoc eſt, curam & cuſtodiam commiſit ei aliorum. Vide verſ. 4.

Quæcumque ibi fiebant] Heb. *Quæcumque facientes ibi erant, ille erat faciens*; hoc eſt, omnia per eum adminiſtrabantur, nullum negotium erat, cujus partem aliquam obeundam non ſuſciperet, quod ſolebant Atrienſes, aut honeſtiores ſervi, ceteriſque præfecti.

23. *Adſpiciebat*] Vide dicta ad verſ. 6.

Secundabat] Ut feliciter evenirent curabat. Vide ad verſ. 2.

C O M-

XXXVIII. *Pocillatoris & Piſtoris Regis Ægypti ſomnia à Joſepho expoſita.*

1. POSTEA contigit Regis Ægypti pincernam & paſtorem delicti quidpiam in dominum ſuum admittere. 2. Duos *illos* ſummates, Præfectum pincernarum, & Præfectum piſtorum iratus Pharaho 3. dedit in cuſtodiam, domum Præfecti militum, atque in eum carceris locum, in quo vinctus erat Joſephus. 4. Illis itaque eum præfecit militum Præfectus, iſque illis miniſtrabat, & per annum in cuſtodia fuerunt. CAPUT XL.

5. Piſtor

PARAPHRASIS.

1. 2. 3. POSTHAC Præfectum Pincernarum & Præfectum Piſtorum, delicti cujuſpiam in Ægypti Regem reos, contigit ab irato in carcerem, domum Præfecti ſatellitum, atque eum ipſum in locum, quo detinebatur Joſephus, mitti.

4. Huic ergo eorum ab hero, ut reliquorum omnium, commiſſa eſt cura; & per annum, quo illic fuerunt, omnia, quibus indigebant, miniſteriâ obiit.

5. Cùm

COMMENTARIUS

In CAPUT XL.

1. P*Oſtea contigit*] *Et fuit poſt hæc verba*, aut *has res*.

Pincernam & Piſtorem] Nimirum, præfectos iis qui miniſteria pincernarum & piſtorum in Regia obibant. Vid. verſ. 2, 7, 9, 16. Et privati, apud Romanos, *pocillatores* habuere & *piſtores*; de quibus conſulendi *L. Pignorius* & *A. Popma*, qui de *ſervis*, eorûmque miniſteriis eruditè ſcripſerunt. Neque tamen purpurati hi Pharahonis cum ſervis miſcendi, ejuſmodi enim miniſteria apud Reges ab ingenuis ſolebant obiri. Apud Perſas, *Cambyſi Prexaſpis*, quem præcipuo honore colebat Rex, filius fuit οἰνοχόος· τιμὴ δὲ, ait *Herodotus* Lib. III. Cap. 34. αὕτη οὐ σμικρή, *honor autem hic non parvus erat*. *Diodorus* Lib. I. Pag. 63. de veteribus Ægypti Regibus, ex ſacerdotum commentaris: περὶ μὲν γὰρ τὴν θεραπείαν αὐτῶν, οὐδεὶς ἦν οὔτ' ἀργυρώνητος, οὔτ' οἰκογενὴς δοῦλος, ἀλλὰ τῶν ἐπιφανεστάτων ἱερέων υἱοὶ πάντες, &c. *ad eorum miniſteria nullus erat aut emtus, aut domi natus ſervus, ſed omnes miniſtri erant illuſtriſſimorum Sacerdotum filii.*

In Dominum ſuum] *In Dominos ſuos.* Vide ad Cap. XXXIX, 2. Additur *regem Ægypti*, quod omiſimus ne bis in eodem verſu repeteretur.

2. *Duos illos ſummates*, &c.] Heb. *Et ſuccenſuit Pharao in duos Eunuchos ſuos, in Præfectum, &c. & dedit*, &c. De voce סרים *ſaris* vide dicta ad Cap. XXXVII, 36.

3. *Præfecti militum*] De hoc titulo diximus ad Cap. XXXVII, 36. Quærunt Intt. an hic ſit idem præfectus, cui nomen *Potiphar*, & cui primùm venditus fuerat Joſephus. Quidam negant, qui non capiunt reconciliatam Joſepho Potipharis gratiam, cùm ab eo in carcere detineretur. Sed oſtendimus ad Cap. ſuperioris verſ. 20. qua de cauſa neque dimitteretur, ut innocentem dimitti oportuit; neque plecteretur eo ſupplicio, quo ſervum mœchum plecti debuiſſe credibile eſt. Quamquam in gratiam redierat, & omnibus quæ in carcere fiebant adhibebatur Joſephus, rumorum vitandorum causâ; non dimittebatur. Vide verſ. 7. & Cap. XLI, 12.

4. *Annum*] ימים jamim, *dies*, quæ vox plurali numero annum ſæpe ſignificat. Vide 1 Sam. I, verſſ. 3, 7.

5. *Variæ interpretationis, ſomniarunt*] *Et ſomniarunt ambo*, &c. *quiſque ſecundùm interpretationem ſomnii ſui. Ambo* & *quiſque* abundant. Hinc Vulgatus, qui verba Latinè non potuit, ſenſum ſaltem extulit, circumciſis abundantibus dictionibus: *Viderúntque ambo ſomnium, nocte unâ, juxta interpretationem congruam ſibi.* Omiſit etiam hæc, *piſtor ergo & pincerna Regis Ægypti, dum in carcere vincti eſſent*, quæ ſunt in fine verſûs ita connexa; ſed ſunt à nobis, facilioris conſtructionis causâ, ſine ulla ſenſûs jactura, divulſa. LXX. Intt. hîc omnia turbant, nec ſenſum ullum commodum edunt.

6. *Cùm ad eos manè*, &c.] *Et venit ad eos*, &c.

Triſtéſque vidiſſet] *Et vidit eos, & ecce triſtes erant.* זעפים *zohaphim*, τεταραγμένους *turbatos* vertunt οἱ LXX. *Aquila*, ἐμβεβρασμένους, *perculſos*; *Symmachus*, σκυθρωποὺς, quæ eodem recidunt ac *triſtes*, ut habet Vulg.

7. *Qui ſecum in cuſtodia erant, domi heri ſui, Pharahonis proceres*] Plus ſemel hæ circumſtantiæ in ſuperioribus relatæ ſunt; ſed ſic ſolent Hebræi, plurium circumſtantiarum parci, quas habent ſæpiùs inculcare. Vid. Cap. XXXV, 6, 7, 15.

His verbis, quare vultus veſtri triſtes] *Dicendo, quare vultus veſtri mali?*

8. *Neque quiſquam eſt qui interpretetur*] Onirocriticen in pretio & honore fuiſſe, cùm apud alios plurimos populos, tum etiam apud Orientales, omnium hiſtoriarum monumentis conſtat. Cùm ergo ſignificare aliquid ſomnia crederent, mirum non eſt homines carcere clauſos anxios fuiſſe ob ſomnia, præſertim adeò ſimilia. Vide Cap. XLI. & Dan. Cap. II. & dicenda ad Cap. XLI, 8.

Nonne Dei interpretationes] Ex ipſorum Ægyptio-

5. Piſtor ergo & pincerna Regis Ægypti, unâ nocte, quiſque ſomnium ſuum,
variæ interpretationis, ſomniarunt, dum in carcere vincti eſſent. 6. Cùm ad eos
mane veniſſet Joſephus, triſtéſque vidiſſet, 7. qui ſecum in cuſtodia erant, domi
heri ſui, interrogavit Pharahonis proceres, his verbis: quare vultus veſtri hodie
triſtes ſunt? 8. Hi verò, ſomnium, inquiunt, ſomniavimus, neque quiſquam eſt
qui interpretetur. At Joſephus illis, nonne, inquit, Dei interpretationes *ſunt? ea*,
quæſo, mihi narrate. 9. Somnium itaque ſuum Joſepho narravit Præfectus pincer-
narum, & cùm ſomniarem, ait, ecce vitis coram me *fuit*. 10. In ea vite tres
erant palmites, gemmare viſa eſt, adſcendit flos ejus, *in* racemos maturuere uvæ.
11. Patera Pharahonis in manu mea erat, adreptáſque uvas in ea exprimebam, &
pateram Pharahoni in manum dabam. 12. Ei verò Joſephus, hæc, ait, hujus *ſom-
nii* interpretatio eſt. Tres palmites ſunt tres dies, 13. intra triduum caput tuum
cenſebit Pharaho, reſtituet te in ſtatum tuum, & pro more priſtino, cùm ejus eſ-
ſes pincerna, pateram ei in manum dabis. 14. Verùm cùm tibi bene erit, ſis mei
memor; benignè, quæſo, mecum agas, mentionémque mei apud Pharahonem fa-
cias,

5. Cùm autem eo in loco vincti eſſent, unâ nocte ambo ſomniarunt, quæ viderentur rerum ſuarum mutationem portendere; & quia interprete ſomniorum carebant, ſomnia ſua anxio animo verſabant; 6. quando ad eos matutino tempore venit Joſephus, & ſolito triſtiores animadvertit. 7. Cauſam triſtitiæ ſciſcitatus reſponſum accepit, ſomnia ſibi eâ nocte divinitus miſſa videri, quibus rerum ſuarum mutationem portendi opinabantur; ſed carere ſe ſomniorum conjectore, qui ea ſibi certiùs enarraret, ideóque animi anxios eſſe. 8. At Joſephus interpretationem ſomniorum ex arte ulla negavit pendere, certóſque interpretes, quidquid habent hoc in negotio perſpicacitatis, id quantum quantum eſt Deo ſoli debere contendit. Deinde ſibi ſomnia narrarent oravit. 9. Cùm quod dicebat ab Ægyptiorum opinione non abhorreret, Pincernarum Præfectus ejus oratione commotus prior narrare cœpit, ſibi per ſomnium oblatam vitis ſpeciem; 10. in qua erant tres palmites, qui ſubitò gemmas videbantur extrudere, mox flores emittere, ex quibus exſiſtebant uvæ, quæ paullò poſt maturuerant. 11. Sibi interea viſum eſſe pateram Regis manu tenere, in quam uvarum ſuccum exprimebat, & quam ei hauriendam poſtmodum porrigebat, Rêxque videbatur accipere, prout ſolitus erat. 12. Joſephus verò Dei (à quo ea ſomnia ut eum è carcere educeret miſſa erant, ſicut eventus docuit) ſpiritu adflatus illico hoc ſomnium interpretari adgreſſus eſt, & tribus quidem palmitibus tres dies ſignificari dixit; 13. quibus elapſis, futurum erat ut Pha-

gyptiorum ſententia loqui videtur Joſephus, qui exiſtimarunt, *ὅτι ἀνθρώπων μὲν οὐδενὶ προσκέεται ἡ τέχνη μαντική, τῶν δὲ θεῶν μετεξετέροισι*, *ad hominem nullum pertinere artem divinandi, ſed ad certos Deos*, quæ ſunt verba *Herodoti* Lib. II. Cap. 83. Videntur crediddiſſe hujuſmodi interpretationes non tam arti cuipiam deberi, quàm Deorum ſpiritui, qui Sacerdotes, aut alios ſubibat. Ne Chaldæi quidem ab hac ſententia abhorrebant. Vide Dan. II, 17, 30. IV, 6.

10. *Gemmare viſa eſt*] Hebr. *& ea quaſi gemmans*. Pro כפרחת *chphorabhath*, eſt in Samaritico כאפרחת *cheaphrabhath*, quæ eſt tertia perſona Chaldaica, fœminini generis, conjugationis Hiphil, *quaſi gemmaret*. Vide exemplum Chaldaïſmi infra Cap. XLI, verſ. 42.

In racemis maturuere uvæ] Heb. *maturaverunt racemi uvas*. אשכלות *racemos* vertimus, ut Num. XIII, 24. ubi vide notata.

11. *Adreptáſque uvas in ea exprimebam*] Heb. *Et accipiebam uvas, & exprimebam eas in patera*.

12. *Tres palmites ſunt tres dies*] Heb. *Tres dies illi* הם *hem*; quod pronomen paſſim verbi ſubſtantivi vicem fungitur. Perinde eſt ac ſi diceret, tribus palmitibus tres dies ſignificari. Sic & in aliis Linguis, ubi de ſomnio agitur, loquimur: *Ovidius*, qui ſomniarat vaccam ſe videre, Oniirocritæ reſponſum ſic refert:

Vacca puella tua EST, *aptus color ille puellæ.*

Annibal in Italiam ingreſſurus fertur, auctore *Livio* Lib. XXI, 22. in ſomnis *poſt ſe vidiſſe ſerpentem mira magnitudine, cum ingenti arborum ac virgultorum ſtrage ferri, ac poſt inſequi cum fragore cœli nimbum; tum quæ moles ea, quidve prodigii eſſet quærens audiſſe, vaſtitatem Italiæ* ESSE. Ita quoque *Cicero*, qui idem ex *Cœlio* narrat Lib. I. de Divin. n. 49.

Vide ſequentia ſomnia.

13. *Caput tuum cenſebis Pharaho*] Phraſis qua Moſes utitur נשא ראש nſcho roſch, *ferre* vel *tollere caput*, cenſere, vel luſtrare ac numerum inire ſignificat. Exod. XXX, 12. Num. I, 49. ut & infra verſ. 20. Hoc ergo vult, cùm Pharaho ſervorum ſuorum numerum inibit, nomen tuum legetur; unde habet Onkelos יזכרינך jidcherinach *recordabitur tui*, LXX. Intt. *μνησθήσεται τῆς ἀρχῆς σου*. & Vulg. *recordabitur miniſterii tui*, quibus ſenſus utcumque exprimitur, non vis vocum. Videtur autem ille cenſus Aulicorum Regis Ægypti, paullò ante ejus diem natalem, initus, quo tempore fortè volebat carceres aperire, ſaltem minùs nocentibus; quod apud multos populos, ſollemnium feſtorum tempore, fieri ſolebat. Igitur dum vinctorum cauſam cognoſcit Pharaho, horum alteri ignovit, alterum capite damnavit.

In ſtatum tuum] על כנך hal channecha, *in locum tuum*. Hieronymus rectè, *in gradum priſtinum*, LXX nomen muneris poſuerunt, *ἐπὶ τὴν ἀρχιοινοχοΐαν σου*.

Pro more priſtino] Hebr. כמשפט הראשון *chammiſchpat bariſchon*, משפט *conſuetudinem* haud rarò ſignificat; poſſet etiam hîc verti, *eâ ratione quâ priùs*.

14. *Benignè mecum agas*] *Facias mecum miſericordiam*. חסד *hhſed* quod propriè *miſericordiam*

cias, & me hac domo educas. [15] Etenim furto abductus ſum è terra Hebræorum, neque hîc quidquam commiſi, cur me in ciſternam conjicerent.

[16] Præfectus autem piſtorum, cùm animadverteret fauſtam eſſe interpretationem, mihi quoque, inquit Joſepho, ſomnianti ecce tria caniſtra alba ſupra caput *erant*. [17] In ſummo caniſtro *fuit* omne genus ciborum Pharahonis, piſtoris opere *paratorum*, atque hos de caniſtro, è capite meo, comedebant aves. [18] Reſpondit Joſephus, atque, hæc eſt, inquit, interpretatio hujus *ſomnii*. Tria caniſtra ſunt tres dies, [19] intra triduum caput tuum cenſebit Pharaho, è ligno te ſuſpendet, & carnem tuam aves comedent.

[20] Die abhinc tertio, quo die natus erat Pharaho, convivio omnes ſervos ſuos excepit, cenſáque ſunt inter eos Præfecti pincernarum, & Præfecti piſtorum capita. [21] Tum Præfectum pincernarum, ad pateræ porrigendæ munus redire juſſit, íſque pateram Pharahoni in manum dedit, [22] Præfectum verò piſtorum ſuſpendit; prout *ſomnia* interpretatus eis erat Joſephus. [23] Nec tamen Joſephi Præfectus pincernarum memor fuit, ſed eum oblivioni mandavit.

XXXIX. Som-

Pharaho, ante diem ſuum natalem, purpuratorum inito numero, eum ad priſtinum munus Pocillatoris revocaret. [14] Sic editâ ſomnii explicatione, Pocillatorum Præfectum oravit, poſtquam ſecundioribus rebus uteretur, ſe gratiâ ſuâ apud Regem adjuvaret, atque ut è carcere educeretur efficeret. [15] Neque enim ſervum ſe eſſe natum, ſed furto ex Chananææ tractu, quem Hebræi dudum inſederant, abductum; atque in carcerem, ſine ullâ ſuâ culpâ, conjectum, per ſummam injuriam, fuiſſe, eóque etiamnum detineri.

[16] Auditâ tam fauſtâ ſomnii interpretatione, & ſimilem ſibi ſperans, cùm non diſſimilia ſomniaſſe videretur, confeſtim ſuum etiam ſomnium narrare voluit Piſtorum Præfectus. Ajebat, per quietem, viſum ſibi eſſe tria alba caniſtra capite gerere; [17] & in ſummo quidem caniſtro, varii generis cibaria fuiſſe, qualia à piſtoribus Regis fieri ſolent. Sed aves mox advolare viſas, quæ ex caniſtro ea cibaria raperent. [18] Illico reſpondit Joſephus, tribus quidem caniſtris ſignificari etiam tres dies, ſed [19] intra quos, in purpuratorum cenſu, audito ejus nomine, & cognitâ culpâ, ſuſpendi eum juſſurus eſſet Rex, & cadaver ejus ſub dio expoſitum à rapacibus volucribus vorandum.

[20] Eventus Joſephi explicationem comprobavit; cùm enim aulicorum, coram Rege, recitarentur nomina; auditis horum nominibus, [21] ad priſtinum munus Pocillatorem revocari, [22] Piſtorem verò ſuſpendi juſſit. [23] Sed Pincernarum Præfectus, cui tam fauſta mutatio prædicta revocare in memoriam Joſephum debuiſſet, beneficii oblitus grates ei non rependit.

P A-

diam ſignat, pro *benignitate* etiam paſſim ſumitur. Is propriè *miſericordiam facit* qui condonat, hîc verò agitur de beneficio, non de venia. Vide not. ad Cap. XXIV, 49.

15. *Furto abductus ſum*] Hebr. repetito verbo גנב גנבתי *gunnob gunnabthi*. κλοπῇ ἐκλάπην, ut habent οἱ LXX.

E terra Hebræorum] Unde Abrahamus ejúſque poſteri Hebræi dicti ſint, oſtendimus ad Cap. XIV, verſ. 13. Quænam verò terra Hebræorum dicatur, & quare, non ita perſpicuum eſt. Satis quidem conſtat, poſtquàm Joſua Iſraëlitas in Chananæam duxiſſet, eámque armis ſubegiſſet, totam Chananæam dici potuiſſe, & dictam *terram Hebræorum*; at ſi ea loquutio ita hîc intelligeretur, locum hunc non eſſe niſi poſt Joſuæ tempora ſcriptum conſequens eſſet, quod quidam crediderunt. Si à Moſe ſcriptum velimus, pars tantùm aliqua Chananææ, in qua ut plurimum greges ſuos, nemine impediente, paſcebant Hebræi, intelligenda. Quamquam enim erant peregrini, & Nomades, eorum cenſeri potuerunt ii agri in quibus tentoria ut plurimum fixa habebant; præſertim cum à multis annis ea loca, conſentientibus veteribus colonis, tenuerent. Ex toto autem hoc libro liquet eos ut plurimum vagatos circa *Mamren* ſeu *Chebronem* Sichemum uſque, partim conſenſu viciniorum (Vid. Capp. XIV, verſ. 13. XXIII, 16.) partim etiam vi. Vide Capp. XXIV, 25. & *ſeqq.* XLVIII, 21, 22. De ſedibus Abrahami, Iſaaci & Jacobi quod modo diximus oſtendunt Capp. XIII, 18. XIV, 13. XVIII, 1. XXIII, 2, 17, 19. XXV, 9. XXXV, 27. XXXVIII, 14.

In ciſternam] בבור *babbor*. Ita videtur appellari locus in carcere depreſſus, ciſternæ ſimilis, in quem demittebantur captivi, aut rei, quos malè habere animus erat. In ejuſmodi locum bis demiſſus eſt Jeremias Propheta. Vide ejus Capp. XXVII, 15, 16. XXXVIII, 6. *Puteus* etiam dicebatur, apud Latinos, ſimilis locus, in quem interdum furaces ſervi demittebantur. Vide *Plautum* in *Aulul.* Act. 2. S. V. & VII. & *Pœnulo* Act. 5. S. III. Erant cellæ ſubterraneæ, quales noſtræ vinariæ, & Athenienſium λάκκοι.

16. *Fauſtam eſſe interpretationem*] Heb. טוב פתר *tob phathar*. LXX. Intt. ὀρθῶς συνέκρινεν, Vulg. *prudenter diſſolviſſet*. Maluimus פתר nomen eſſe, ut דבר *dabar* aliáque innumera, & טוב adjectivè ſumi. Alioqui dixiſſet Moſes הטיב לפתור *hetib liphthor*, ſi hoc voluiſſet dicere quod illi cenſent. Præterea non potuit ſcire Piſtor veráne eſſet an falſa interpretatio, ante eventum. Itaque טוב non *rectum* hîc, ſed *fauſtum*, & *jucundum* ſignificat, ut Eſai. III, 10. *Dicite juſtum eſſe felicem*, כי טוב *chi tob*. Vide & Jerem. XXII, 16. Thren. III, 26.

Mihi quoque ſomnianti, &c.] Heb. *Et ego in ſomnio meo, & ecce*, &c. hoc eſt, cùm ſomniarem, vel ſomnians mihi viſus ſum tria caniſtra capite geſtare.

Alba] Heb. חרי *hhori* & antea סלי *ſalle*, in ſtatu conſtructionis, hoc eſt, ad verbum *caniſtra candidi*, vel *albi*; aut idem ac סלים חרים *ſal-*

XXXIX. *Somnia Pharahonis interpretatus Joſephus, & propterea toti Regno Tanitico, & rei frumentariæ præficitur.*

CAPUT XLI. [1] POst biennium, Pharabonem ſomniare contigit, & ecce ad fluvium ſtabat. [2] E fluvio adſcendebant ſeptem vaccæ pulcræ adſpectu, & carne pingues, eæque in carecto paſcebant. [3] Ecce iterum ſeptem alias vaccas poſt eas adſcendentes è fluvio, turpes adſpectu, & carne macilentas. Cùm hæ autem ad *alteras* illas

PARAPHRASIS.

[1] BIANNIUM cùm ab eo tempore in carcere manſiſſet Joſephus, Regi ipſi Ægypti ſomnium obtigit, quo ut liberaretur innoxius juvenis factum eſt. Rex ſibi in ſomnis viſus erat ad ripam Nili ſtare, [2] atque ex eo videre egredientes prægrandes, & præter modum pingues vaccas ſeptem. [3] Has ſequutæ ſunt ſeptem aliæ parvo corpore & ſummâ macie, quæ ad pingues accedentes [4] ſubitò eas deglutire viſæ ſunt, nec tamen pinguiores erant factæ. Vividiore ſomnii imagine perculſus Rex

ſallim bhorim, adeò ut ם finale exciderit. Ita Num. V, 18. מי המרים me hammarim, *aquæ amarorum* pro מים המרים *majim hammarim.* Similia exempla vide 1 Reg. VI, 4. Pſ. LXXVIII, verſ. 49. Eſai. XVII, 10. Ezek. XXIV, 2. Alii vertunt *caniſtra foraminum*, hoc eſt, *perforata*, qualia ſunt quæ ex vimine contexta, βαϊνά, ut verterat *Symmachus*; nam חר *bhor* eſt foramen, & חרי *bhorai*, foramina Eſai. XIX, 9. Alii *caniſtra placentarum*, ut חרי deducatur à חרר hharar *placentas coxit*, ſed in hiſce caniſtris non ſolæ erant placentæ. Alii denique *caniſtra farinæ*, ut Vulgatus, poſt *Aquilam*, qui habebat κόφινοι γύρεως. Liber nom. Hebræorum: *Chorri*, farina. *Chorræus*, farinatus. Ad vocis ſonum adluſiſſe videntur οἱ LXX. qui habent κανᾶ χονδριτῶν, nimirum, panum chondro factorum. Quæcumque harum interpretationum eligatur, parum intereſt.

Supra caput] Hæc circumſtantia per ſe quidem tanti non eſt momenti, digna tamen obſervatu, propter id quod de viris Ægyptiis ab *Herodoto* eſt memoriæ mandatum Lib. II. Cap. 35. τὰ ἄχθεα οἱ μὲν ἄνδρες ἐπὶ τῶν κεφαλέων φορέουσι, αἱ δὲ γυναῖκες ἐπὶ τῶν ὤμων, *onera viri capitibus, fœminæ humeris bajulant.* Quod exſcripſit *Pomponius Mela.*

18. *Tria caniſtra ſunt tres dies*] Vide dicta ad verſ. 12.

19. *Caput tuum cenſebit Pharaho*] Eadem eſt loquutio ac quæ ſupra verſ. 13. niſi quòd in hac additur מעליך mehalecha, *à te*, quod viri docti additum cenſent, ut intelligeret Piſtorum Præfectus intra triduum quidem ſui apud Pharahonem, in recenſione Aulicorum, mentionem factum iri; ſed ita ut ea mentio fatalis ei futura eſſet, poſt quam capite truncandus foret. Ita detortâ aliquantulùm phraſi, quâ fuerat uſus, huic mortem prænunciat Joſephus. Neque hanc ſpeciem ludi in ambiguo refugit Lingua Hebraica, cui Paronomaſiæ & Antanaclaſes ſatis frequentes ſunt. Vide inter alios *H. Hammondum* in Matth. VIII, 22. & quæ notavimus ad Capp. III, 7. XXXII, 21.

E ligno te ſuſpendet] Hoc eſt, cadaver tuum, capite reſciſſo, corvis abſumendum præbebit.

20. *Die abhinc tertio*] *Et fuit die tertio, die* quo contigerat *naſci Pharahonem & fecit*, &c. Hinc liquet antiquiſſimum eſſe morem die natali convivandi, quem apud Perſas ad ſuum ævum viguiſſe prodidit *Herodotus* Lib. I. Cap. 133. Vide & Matth. XIV, 6. & quæ *H. Grotius* aliíque eruditi viri ad eum locum adnotarunt.

Cenſáque ſunt, &c.] Heb. *Et ſuſtulit caput Præfecti Pincernarum, & caput Præfecti Piſtorum in medio ſervorum ſuorum.* Vide ad verſ. 53. Recenſuit ſervos Pharaho, cùm de iis ad convivium vocandis, & fortè ad menſas ordine collocandis coram eo ageretur. Vide ad verſ. 13.

23. *Nec memor fuit, ſed oblivioni mandavit*] Vide not. ad Cap. XI, 30.

COMMENTARIUS.

In CAPUT XL.

1. POſt biennium] *Et fuit à fine biennii dierum & Pharaho ſomnians, & ecce ſtans*, &c. Rectè *R. Aben Ezra* intervalli hujus initium ſatis perſpicuè non ſignari obſervat. Dubium enim eſſe poteſt an inchoandum ſit ab eo tempore, quo Joſephus in carcerem conjectus; an verò ab eo, quo Pocillator Pharahonis illinc egreſſus eſt. Poſterius tamen veriſimilius eſt, videntur enim hæc eſſe cum ultimis Capitis ſuperioris verbis connexa. Ambigua & alibi, apud Scriptores V. T. ſunt temporum initia, ut 2 Sam. XV, 7. Eſai. VII, 8. Ezek. I, 5. quod non parum Sacram Chronologiam impedit.

Ad fluvium] על היאור *hal hajjor.* Videtur ſignificari brachium Nili, ad quod tum Rex degebat. Nam fluvius propriè eſt נהר *nahar.*

2. *E fluvio adſcendebant*] *Et ecce è fluvio*, &c. Ex Nilo adſcendere vidit vaccas, ubertatis & famis ſymbola; quia prout Nilus inundabat agros, aut exilior fluebat, lætæ aut raræ Ægyptiis ſurgebant ſegetes. Cùm enim in ea regione non pluat, aut certè rariùs, ubertatis & ſterilitatis unica cauſa eſt Nilus. Vide *Herodotum* Lib. II. initio, & quæ ſupra, aliud agendo, obſervavimus ad Cap. VI, 15.

In Carecto] באחו *bahhou.* Intelligitur herba, quæ ad fluviorum ripas creſcit, qualis eſt juncus, aliæque ſimiles. Hîc occurrit ea vox & Job. VIII, 11. nuſquam alibi. Jobi locus ita habet: *an adoleſcet juncus abſque cœno, an creſcet* אחו ahhou *ſine aqua?* Unde manifeſtò liquet herbam eſſe humidis locis gaudentem, adeóque hîc carectum ſignificari. Ab Ægyptiis videtur

ACHI

ſas vaccas in ripa fluvii ſtetiſſent, 4. vaccæ turpes adſpectu & carne macilentæ vaccas ſeptem adſpectu pulcras & pingues vorarunt. Tum evigilavit Pharaho. 5. Cùm ſe ſomno dediſſet, iterum ſomniavit; atque ecce ſeptem ſpicæ, craſſæ & egregiæ, ex uno ſurgebant culmo. 6. Ecce item ſeptem ſpicæ tenues, & Euro aduſtæ poſt eas oriebantur. 7. Spicæ autem tenues ſeptem ſpicas craſſas & plenas deglutierunt. Evigilavit *iterum* Pharaho, atque hoc fuit ſomnium.

8. Matutino verò tempore, animo anxius miſit qui vocarent omnes obſcurorum Interpretes, & omnes ſapientes Ægyptios, eiſque ſua ſomnia narravit; nec erat quiſquam,

Rex excitatus eſt. 5. Sed iterum in ſomnum prolapſus, ſomniavit ſe videre ſeptem magnas, atque ex uno culmo ſurgentes ſpicas; 6. tum ſeptem alias tenues, quaſi urente vento aduſtæ fuiſſent, aut granis trituratione ſpoliatæ. 7. Deinde ſeptem tenues ſpicæ ſeptem craſſas deglutire pariter ſunt viſæ, nec tamen pleniores quàm antea eſſe. Iterato ſomnio prorſus excitatus eſt Rex, & quid hæc portenderent cogitare anxius cœpit.

8. Ortâ luce, ad ſe Prophetas reliquóſque Sapientiæ in Regno ſuo cultores ad ſe vocat, ſomnii interpretationem animi pendens poſtulat, ſed fru-

Achi dictum, unde LXX. Intt. ἐν τῷ Ἄχι aut Ἄχει, quam vocem habent etiam Eſai. XIX, verſ. 7. quamvis non idem ſit Hebraicum vocabulum. Legitur etiam, apud Sirachidem, qui in Ægypto ſcripſit, Cap. XL, 18. & quidem eodem ſenſu. *Aquila* verterat ἐν τῷ ἕλει, quod ſequutus eſt Vulgatus, *in locis paluſtribus*. Attamen in Jobi loco vertit *ſcirpum*, ut à Græcis verſum fuerat πάπυρος; atque ut noris quæ ſit ejus inconſtantia in Eſai. XIX. *Audivi*, inquit, *ab Ægyptiis hoc nomine linguâ eorum omne quod in palude virens naſcitur appellari.* Interea dubium eſſe nequit, quin herba paluſtris, vel locus ejuſmodi herbâ virens ſignificetur. Vide *Sam. Bochartum* Hieroz. P. I. Lib. 2. Cap. 41. Aliis exemplis nobis conſtat Ægyptios, In vocibus, quæ iis cum Hebræis communes erant, loco *Vau* adhibuiſſe *Jod*.

3. *Macilentæ*] Heb. *tenues*.

Cùm hæ autem, &c.] Heb. *Et ſteterunt ad illas vaccas, & comederunt vaccæ turpes:*

5. *Cùm ſe ſomno dediſſet*] *Et dormivit & ſomniavit*, &c.

Craſſæ & egregiæ ex uno ſurgebant culmo] *Adſcendentes in uno culmo pingues & bonæ.* Quæ magna fertilitas eſt, ſi unumquodque tritici granum ſimilem culmum gignat.

6. *Euro aduſtæ*] שדופות קדים *ſchdouphoth kadim.* Vox *kadim* ambigua eſt, nam cùm propriâ ſignificatione *Orientalem* ventum ſonet, pro *Auſtrali* interdum ſumitur, ut oſtendit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. 2. Lib. I. Cap. 15. Alibi etiam in Scriptura, quaſi ventus adurens deſcribitur. Ezek. XVII, 10. & XIX, 12. Sed in Ægypto, æquè Orientali vento ex Arabiæ regione fervida, aut ex Æthiopia, calidiore etiam cœlo, flante aduri plantæ potuere. Nam quod quidam ſcripſerunt Auſtrum non flare in Ægypto, id falſum eſſe ex aliorum relatu obſervavit *Theophraſtus* Lib. de Ventis. Hinc LXX. Intt. ἀνεμόφθοροι ſimpliciter verterunt. In vetere Scholiaſta, eſt ἐφθαρμέναι καύσωνι quod exprimas Vulgatæ vocibus: *percuſſæ uredine.* Ipſi LXX Intt. קדים *kadim* vertunt καύσωνα. Jon. IV, 8. Ac ſanè ex eorum qui loca inviſere relationibus, ejuſmodi καύσωνας in Ægypto flare conſtat, qui plantis & animalibus penè lethales ſunt. Vide Itinera *Thevenotii* Part. I. Lib. 2. Cap. XXXIV. ubi anno CIↃ IↃC LVIII viginti millia hominum unâ nocte occiſa καύσωνι memorat. Idem Cap. LXXX. auctor eſt circa urbem *Cairum* ab initio Aprilis, per quinquaginta circiter dies, aut eo amplius, flare inſalubres ventos, qui omnia tenuiſſimo pulvere complent. Hinc tempus illud Arabibus חמשין *hhamſchin*, hoc eſt, quinquaginta vocatur.

Atque hoc fuit ſomnium] *Et ecce ſomnium.*

8. *Animo anxius*] *Et fuit mane* ותפעם רוחו *vatthipphahem rouhho*, *& animo anxius fuit.* Idem de Nabuchodonoſore, eódemque expreſſum verbo legas Dan. II, 1. Idem eſt quod ſupra Cap. XL, verſ. 6. verbo זעף *zoheph* ſignificatur. Hinc LXX. qui ſupra verterunt τεταραγμένοι, hîc habent ἐταράχθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Vulg. *pavore perterritus.* Ejuſmodi ſomnio anxietas, potiusquàm pavor, generatur. Hoc verbum פעם paullò aliter ſumitur Jud. XIII, 24. ubi motum quempiam animi in Samſone ſpiritu divino excitatum ſignificat.

Miſit qui vocarent] Hebræi præterita aut futura, loco præteritorum, amant conjungere, *& miſit & vocavit.* LXX verterunt ἀποστείλας ἐκάλεσε, quod unâ voce potuiſſent, μετέπεμψε. Vulg. *Miſit ad omnes conjectores Ægypti, cunctóſque ſapientes, & accerſitis narravit, &c.* Sic ſolitos Reges Ægyptios rectè, ut ſolet, obſervavit *H. Grotius* ex *Tacito* Hiſt. Lib. IV. Cap. 83. *Ptolemæus omine & miraculo excitus, Sacerdotibus Ægyptiorum, quibus* Mos *talia intelligere, nocturnos viſus aperit.*

Obſcurorum Interpretes] חרטמים *hhartoumim*, quâ voce Magos quidem, Incantatores, aut Divinos ſignificari, ex locis in quibus occurrit ſatis conſtat, nec diſſentiunt Intt. Vide Dan. I, 20. II, 2. Sed ubi de proprio vocis ſignificatu quæritur, in varias ſententias abeunt. Alii derivant à חרר hharar *ardere*, & Rabbinico טמיא *tumaja*, quod *oſſa* apud Thalmudicos ſonat. Νεκυομάντεις ergo eſſe ſuſpicantur, qui ex *ardentibus* cadaverum *oſſibus* reſponſa petunt. Sed vox טמיא *immunda* ſignificat, nec pro *oſſibus* ſumitur, niſi apud Thalmudicos, aut ejuſmodi Scriptores. Alii compoſitum cenſent vocabulum ex חור *hhor*, foramen & אטום *atoum*, obſtructum, quod è foramine in arbore facto & obſtructo reſponſa peterent. Alii conjiciunt Ægyptiacam, aut Chaldaïcam eſſe vocem, quâ *Genethliaci* ſignificentur, ſed nullâ additâ conjecturæ ratione. Alii deducunt à חרט *hheret*, *ſtylo*, quo Magi figuras & characteres pingerent. Alii

quam, qui Pharahoni ea interpretaretur. 9. Tum alloquutus eſt Pharahonem Præfectus pincernarum his verbis: ego quidem delicta mea hodie in memoriam revocabo. 10. Iratus ſervis ſuis Pharaho me, & Præfectum piſtorum, in cuſtodiam, domi Præfecti militum, dederat. 11. Unâ autem nocte, ſomnium quiſque ſuum, variæ interpretationis, ego & ille ſomniavimus. 12. Erat eo in loco nobiſcum adoleſcens Hebræus, Præfecti militum ſervus; huic ſomnia noſtra narravimus, eáque nobis, pro ſuo cuique ſomnio, interpretatus eſt; 13. atque ut interpretatus erat, ſic nobis evenit; me *Pharaho* in ſtatum meum redire juſſit, alterum ſuſpendit.

14. Mi-

fruſtra, quid enim ſibi vellet ignorare ſe omnes confeſſi ſunt. 9. Tum verò Pocillatorum Præfectum, quamquam neceſſe ſimul erat delicta ſua commemorari, non poſſe ſe ait tacere, quod ſibi in carcere contigiſſet. 10. *ad* 13. Deinde rem, ut à nobis narrata eſt, ordine exponit, & ſomniorum tam certum conjectorem dignum eſſe qui accerſatur, ſi ita Regi videretur, ait.

14. Illico Rex in carcerem, qui Joſephum ad ſe quàm celerrimè adducant, mittit. Hominem in car-

Alii à חרש *bhareſch*, qui Magus eſt Chaldæis, ſed ſine exemplo ש in ט mutati. *Sam. Bochartus* ab Arabico רטנא *ratana*, quod murmurare & *ignotæ linguæ verba proferre* ſignificat, imò & *incantare*, apud Chaldæos. Oſtendit interdum vocibus præfigi ח, & detrahi, atque ט & נ permutari. Vide eum *Hieroz.* Part. 2. Lib. IV. Cap. 18. ubi etiam aliorum ſententias multis profert & confutat. Itaque ei חרטום *bhartoum* propriè eſt ἐπαοιδὸς, quemadmodum in Daniele ea vox ab *Theodotione*, & alibi à LXX. Intr. vertitur. Verùm in una voce, additio ח & mutatio נ in ט ſuſpecta eſt, & eo pacto nulla non Etymologia procederet.

Multò veriſimiliùs, quod cum venia doctiſſimorum virorum, qui hîc fruſtra ſudarunt, dictum ſit, vocem deducimus ex Radicibus Syriacis & Chaldaicis חור *bhor* aut *bhavar*, hoc eſt, *vidit*, טום *toum claudere*; cujus appellationis ratio per ſe patet. *Clauſa* enim & ignota aliis hominibus *videre*, ſeu ſcire exiſtimabantur Magi, aut Harioli. Hoc ſenſit *Aquila*, qui κρυφιαστὰς *occultatores* vertit. Hinc vocantur hîc à Pharahone, ut ſomnium *clauſum* ſibi, hoc eſt, obſcurum, interpretentur & conjunguntur cum Sapientibus, ut & apud Danielem Cap. I, 20. ubi doctiſſimi omnium cenſentur: *& circa omne verbum ſapientiæ ac intelligentiæ quod quæſivit ab iis Rex, deprehendit eos decuplo* τοῖς *Hbartumim doctiores*, &c. Nihil eſt crebrius arcanâ, & ceteris mortalibus occluſâ diſciplinâ, quam hi homines jactabant. His datum fuit

——— cœtus audire ſilentem,
Noſſe domos ſtygias, arcanáque Ditis OPERTI,

ut loquitur *Lucanus* de Maga Theſſala Lib. VI. Quin & apud Ægyptios Myſteria erant & arcanæ doctrinæ, ad quas omnes non admittebantur, & quas revelare nefas, ut docet *Herodotus* Lib. II. Cap. 171. Erant & ſacræ litteræ, quas ſacerdotes ſoli legere poterant, de quibus multa multi. Vide inter alios *Diodorum* Biblioth. Lib. III. Ed. Rhodom. Pag. 145. & quæ collegit *J. Marshamus* ad Sæc. X. Pag. 231. Ed. Lond. de Scriptis Mercurii ſecundi. Fuere quoque Babyloniis ſacræ litteræ, de quibus ſcripſerat *Democritus*, ut in ejus vita auctor eſt *Diogenes* Laërtius Lib. IX. §. 49. niſi fortè intelligenda, ut quidam volunt, Ægyptiaca Babylon. *Strabo* Lib. XVII. p. 554. de Sacerdotibus Heliopolitanis, à quibus Eudoxus & Plato plurima didiciſſe dicebantur: ἀσκηταὶ γὰρ ὄντες κατὰ τὴν ἐπιστήμην τῶν οὐρανίων, ΜΥΣΤΙΚΟΥΣ δὲ καὶ δυσμεταδότους, τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς θεραπείαις ἐξελιπάρησαν, ὥστε τινὰ τῶν θεωρημάτων ἱστορῆσαι· τὰ πολλὰ δὲ ἀπεκρύψαντο οἱ βάρβαροι. *Eximios enim ſcientiâ rerum cœleſtium, ſed eam occultantes quaſi myſterium, nec niſi ægrè cum aliis communicantes, tempore & obſequiis flexerunt, ita ut theorematum quædam dicerent. Pleraque vero barbari occultarunt.* *Plutarchus* de Iſide & Oſiride p. 354. ait Regem in Ægypto participem factum fuiſſe *Philoſophiæ, quæ occultat pleraque fabulis, & ſermonibus obſcura veritatis indicia & argumenta habentibus; quod ſanè ipſi declarant* (ſacerdotes) *ante templa Sphinges plerumque collocantes; quo innuunt ſuam rerum ſacrarum doctrinam conſtare perplexa & ſub involucris latente ſapientia*: τῆς φιλοσοφίας ἐπικεκρυμμένης τὰ πολλὰ μύθοις καὶ λόγοις ἀμυδρὰς ἐμφάσεις ἔχουσι, ὥσπερ ἀμέλει καὶ παραδηλοῦσιν αὐτοὶ πρὸ τῶν ἱερῶν τὰς σφίγγας ἐπιεικῶς ἱστάντες, ὡς αἰνιγματώδη σοφίαν τῆς θεολογίας αὐτῶν ἐχούσης. Achorea Sacerdotem Ægyptium alloquentem Cæſarem ſic inducit Lib. X. *Lucanus*:

— — quodcumque vetuſtis
Inſculptum eſt adytis profer, noſcique volentes
Prode Deos.

Reponit inter alia Achoreus:

Fas mihi magnorum, Cæſar, SECRETA *parentum*
Prodere, ad hoc ævi populis IGNOTA *profanis.*

Non mirum ergo ejuſmodi homines dictos חרטמים, hoc eſt, *clauſorum inſpectores*, ſeu, ut myſtica Græcorum voce utar, ἐποπτὸς. Vertimus *obſcurorum Interpretes*, quia nihil commodius occurrebat.

Cùm autem, apud Ægyptios, doctorum virorum variæ eſſent claſſes, qui ſignificentur hîc non dixerim. Fortè Ἱερογραμματεῖς intelliguntur, fortè Προφῆται, aut Ὡροσκόποι, aut Ἱεροστολισταί; quorum meminere *Chæremon*, apud *Porphyrium* de Abſtin. Lib. IV. §. 8. & *Clemens* Alexandrinus Lib. VI. Pag. 633. Fortè omnes ſimul intelliguntur, qui καθ' ἀλήθειαν ἐφιλοσόφουν *verè philoſophabantur*, ut loquitur *Chæremon*. Ceterùm Chaldaica vox eſt חרטמים, quia apud Chaldæos potiſſimùm, ab antiquiſſimis temporibus, ejuſmodi artes in pretio fuere.

Et omnes Sapientes Ægyptios] Ordo vocum paullùm immutatus eſt: *omnes obſcurorum Int. Ægypti, & omnes ſapientes ejus.* Specie quadam

14. Miſit itaque Pharabo, qui Joſephum accerſerent; properè eum è ciſterna
eduxerunt, tonſúſque & mutatis veſtibus ad Pharahonem venit. 15. Somniavi, ait
ille Joſepho, ſomnium, neque eſt qui interpretetur; audivi autem, qui te ſomnium
intellecturum atque interpretaturum diceret. 16. Reſpondit Joſephus Pharahoni, his
verbis: *An* ſine Deo fauſtum reſponſum edetur Pharahoni? 17. Pharaho verò Jo-
ſepho, cùm ſomniarem, ait, ecce ad ripam fluvii ſtabam. 18. E fluvio autem ad-
ſcendebant ſeptem vaccæ, carne pingues & adſpectu pulcræ, eæque in carecto paſ-
cebant. 19. Ecce iterum ſeptem aliæ vaccæ poſt eas adſcendebant, exſangues, tur-
pes

carcere inveniunt pædore & ſordibus ſquallidum, tonderique è veſtigio, & nitidiores veſtes induere jubent, atque ad Regem ducunt. 15. Cùm coram Rege eſſet, ſomniaſſe ſe Rex ait, & audiviſſe conjectorem eum eſſe ſomniorum, ideóque vocari ad ſe juſſiſſe, ut videret an quod nemo explicare potuerat interpretari poſſet. 16. Joſephus verò, mirum non eſſe exponi ſomnium non poſſe, ſi Deus quid portendat revelare nolit; nam ab ſolo Deo facultatem enarrandorum ſomniorum concedi, re-
ſpon-

dam Sapientum, & ad quam fortè potiſſimùm ſomniorum pertinebat interpretatio, memoratâ, aliæ omnes generali vocabulo adduntur, ut intelligamus omnes fuiſſe fruſtra conſultas. Hos eodem modo compellare tunc temporis potuit Joſephus, quo Eſaias Cap. XIX, 11. *Certè ſtulti ſunt principes Tanitici, ſapientes & conſiliarii Pharahonis; conſilium corruptum eſt. Quomodo dicetis Pharahoni: ego filius ſapientum, ego filius priſcorum regum? Ubi ſunt ſapientes tui, & indicent tibi nunc, & ſignificent quid deliberarit Jehova Deus exercituum in Ægyptum?* &c.

Sua ſomnia] Heb. חלמו hhalomo, *ſomnium ſuum*, quia quamquam duo erant ſomnia, eodem redibant. Commodius tamen viſum eſt Latinè loquentibus plurali numero uti, & Samaritanus habet חלומיו hhalomau, *ſomnia ſua*; neque hoc quaſi mendum haberi debet, quia dicitur etiam חלמות *hhalamoth*; notum eſt enim eſſe nomina, quæ utraque terminatione gaudent. Atque hinc fit, ut ſequatur אותם otham *ea*.

Nec erat quiſquam] Non uſque adeò difficile videtur intellectu ſomnium, ſed aut divinitus cæcutiebant Ægyptii Sapientes, aut nondum *condita erat intelligentia* inter eos *ſomniorum*, ut verbis *Juſtini* utar, qui ita de Joſepho Lib. XXXVI. Cap. 2. *Prodigiorum ſagaciſſimus erat, & ſomniorum primus intelligentiam condidit, nihilque divini juris, humanique ei incognitum videbatur; adeò ut etiam ſterilitatem agrorum, ante multos annos, providerit, periſſétque omnis Ægyptus fame, niſi monitu ejus Rex edicto ſervari per multos annos fruges juſſiſſet*, &c. Ex *Achmete* nonnulla habet ad hoc Caput *H. Grotius*, quibus ex Onirocritices Canonibus explicari ſomnium, ita ut expoſuit Joſephus, videtur oportuiſſe; at ea non tam fortè ex obſervationibus Onirocritarum, quam ex hoc ſolo loco, petita ſunt. Quamquam falſa veris, pro Scriptorum Ethnicorum more, ubi Hebræorum hiſtoriam attingunt, admiſcet *Juſtinus*; abſurdè conjicere non videretur, qui exemplo Joſephi admonitos Ægyptios Onirocriticen coluiſſe cenſeret, ſequentibus ætatibus. Obſervabant vividiora ſomnia, præſertim ſi redirent aliquoties; deinde eventum ſpeculati, & ſomnium & quid poſtea fuiſſet ſcriptis mandabant; ut ſi ſæpiùs idem eveniſſe animadverterent, Canones perpetuos inde conficerent. Vide *Herodotum* Lib. II. Cap. 82. Eadem ratione θεό-πεμπτα ſomnia (qualia inter ipſos Ethnicos fuiſſe Moſes hoc in libro, & Daniel in ſuo nos ſatis docent) ſecernere diſcebant, ejúſque rei Regulas confecerant; de quibus, aliiſque hujuſmodi legenda erudita *Joan. Smithi* Diſſert. Anglica *de Prophetia*.

10. *Iratus*] *Iratus erat ſervis ſuis Pharabo & dederat me*, &c. Tertiâ perſonâ præſentes Summates alloquebantur Hebræi, quod multis exemplis conſtat. Vide inter alia quæ in ſequentibus & apud Danielem extant. Pro primo אתי *me*, eſt in Samaritico אותם *eos*, quod planiùs, an antiquius alii viderint.

Domini præfecti militum] Vide dicta ad Cap. XL, verſ. 3.

11. *Somnium quiſque ſuum variæ interpretationis*, &c.] *Somniavimus ſomnium, &c. quiſque ſecundùm interpretationem ſomnii ſui ſomniavimus.* Samariticus habet כפתרנו chphithrono, *ſecundùm interpretationem ſuam, ſomnium ſuum.*

12. *Pro ſuo ſomnio interpretatus eſt.*] Heb. כחלמו פתר *chebhhalomo phathar*, quod poſſet etiam verti, *interpretatione* (ut פתר *phathar* ſit nomen, ut דבר *dabar*, aliáque ſimilia) *pro ſomnio editâ.* Vide dicta ad Cap. XL, 5.

13. *Atque ut interpretatus erat*, &c.] *Et fuit ut interpretatus erat nobis, ſic fuit.*

Me Pharabo] Vox *Pharabo*, aut *Rex* ex anterioribus hîc intelligenda eſt. Haud rara eſt, in Scriptoribus Sacris, Ellipſis nominativi ex re ipſa intelligendi. Vide ad Cap. XXXIX, 14.

Alterum] *Illum*, quod Latinè ambiguum fuiſſet.

14. *Miſit qui*] Ut verſ. 8. *Miſit & vocavit.*

Properè eduxerunt è ciſterna] Heb. *currere fecerunt.* Dubium eſt an *ciſterna* hîc depreſſiorem locum ſignificet carceris, an totum carcerem. Poſterius malim, quia Joſephus, qui omnia miniſteria in carcere obibat, non debuit uno in loco claudi. Itaque hîc eſt Synecdoche.

Tonſus & mutatis veſtibus] *Et totondit ſe, & mutavit veſtes ſuas.* Credibile eſt Joſephum in carcere, quaſi in luctu, tonſore non uſum, cùm alioquin Ægyptii & caput & barbam raderent. Αἰγύπτιοι ὑπὸ τοὺς θανάτους ἀνιεῖσι τὰς τρίχας αὔξεσθαι, τάς τε ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ γενείῳ, τέως ἐξυρημένοι, *Ægyptii, in morte ſuorum, ſinunt capitis, barbæque pilos creſcere, cùm alioquin antea tonſi fuerint.* Veſtes etiam mundas uſque
adeò

pes admodum viſu, & carne macilentæ; nec vidi, in tota Ægypto, æquè turpes. 20. Septem vaccas priores pingues vorarunt macilentæ ac turpes vaccæ. 21. Ingreſſæ ſunt illæ harum viſcera; neque eas viſcera ingreſſas agnoviſſes, harum enim forma æquè turpis ac antea fuit. Et *ſic quidem* evigilavi. 22. Iterum ſomnians *aliud* vidi, ecce ſeptem ſpicæ ſurgebant ex uno culmo, eæque craſſæ & egregiæ. 23. Ecce item ſeptem ſpicæ tritæ, tenues & aduſtæ Euro poſt eas oriebantur. 24. Spicæ autem

ſpondit. 17. *ad* 24. Tum Pharao utrumque ſomnium narravit, quod neque Prophetæ Ægypti, neque quiſquam alius diſciplinarum Ægyptiacarum peritus, interpretari potuerat; & quid de eo videretur Joſephum rogavit.

25. Joſephus ſine mora duplex Regis ſomnium eodem

adeò moris erit geſtare, ut ſemper recens ablutas haberent, ſed in carcere ſordidatos fuiſſe captivos quis miretur? εἵματα λίνεα φορέουσι ἀεὶ νεόπλυτα, ἐπιτηδεύοντες τοῦτο μάλιστα, *linea geſtant veſtimenta ſemper recens abluta, hoc maxime curantes.* Quæ verba ſunt *Herodoti* Lib. II. Cap. XXXVI, & XXXVII.

15. *Audivi autem,* &c.] *Et ego audivi de te, dicendo, audies ſomnium, ad illud interpretandum.* Eſt hìc ellipſis voculæ כִּי *chi*, dicendum enim erat כי תשמע *chi thiſchmah*, *quod intelligeres.*

16. *An ſine Deo edetur fauſtum reſponſum*] Hæc interrogatione expreſſimus (licèt nullum ejus ſit in Hebraïcis indicium) quam res ipſa poſtulat. Indicat Joſephus mirum non eſſe, Pharahoni ab Ægyptiis Sapientibus fauſtum nullum editum reſponſum; qui ſine Deo, nimirum, vero, eſſent. Idem eſt reſponſum quo Daniel Nabuchodonoſoro ſatisfacit Cap. II, verſſ. 27, 28. *Arcanum, de quo Rex quærit, Sapientes, Aſtrologi, Occultorum Interpretes, Divini revelare nequeunt Regi; ſed Deus eſt in cœlo, revelans arcana,* &c. Qui exempla omiſſæ interrogationis notæ avebit, adeat *H. Grotium* ad Matth. II, 6. Senſus quem modò tradidimus lectione Samaritici Codicis, qui interrogationem negatione expreſſit, fulcitur, habet enim: בלעדי אלהים לא יענה וגו׳ bilhade elohim lo jehaneh, &c. *ſine Deo non reſpondebitur.* Ita & legerunt LXX. Intt. ἄνευ Θεοῦ οὐκ ἀποκριθήσεται τὸ σωτήριον Φαραώ. Si negativa particula לא fuit in exemplari, quo exſcriptor Samaritanus uſus eſt, aut iis ex quibus verterunt LXX. Intt. varia hæc erit lectio, quæ eumdem ſenſum pariet. Sin verò ita emendandum rati ſunt in ſuis Codicibus, conjecturâ ducti, de ſenſu loci idem ac nos ſenſerunt. Sic celebrem locum Mich. V, 11. interrogativè intelligendum, negativâ oratione Matth. II, 6. extulit: *Túne Bethlehem Ephratha parva ſis in millibus Judæ?* imò verò *ex te mihi egredietur dominator in Iſraële,* &c. Σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα ΟΥΔΑΜΩΣ ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα, &c. Quod non uno exemplo illuſtravit vir ſummus, cujus ſcrinia non excutiemus. Vide etiam infra ad verſ. 37.

Huic tamen noſtræ Interpretationi duo objiciuntur, ſed ſolutu facilia. Primò, inquiunt, eſt *Athnac* ſub בלעדי quo oſtenditur in voce ſenſum deſinere. Sed ejuſmodi accentuum nulla ratio paſſim ab optimis Interpretibus habetur, nec à Judæis ſatis certâ ratione ſunt adpoſiti. Deinde, ut aiunt, legendum eſſet *bilhade*, cum *Tſere* ſub ultima, non *bilhadai*, *ſine me*, cùm *Kamets*, ſi eſſet conjungendum cum ſequentibus. At de tantillo apice diſputare inane cum ſit, quia tamen Maſſorethicum codicem ſequimur, reponimus eam vocem ſcriptam cum *Kamets* eodem modo verti poſſe ac ſi ſcriberetur cum *Tſere*, quandoquidem cum *Patach* ſcripta ita vertitur, conjunctâ cum ſeqq. voce Geneſ. XIV, 24.

Alii tamen ſequuntur Vulg. Int. qui habet. *Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharahoni*, hoc eſt, ut volunt, non ego quidem, ſed Deus reſpondebit, &c. quamquam verba variant. Sed dura eſt ea interpretatio, & falſa etiam in eo quòd Deus non ſine Joſepho Pharahoni reſpondit, ſed ejus operâ hac in re uſus eſt.

Edetur reſponſum] Heb. יענה *jahaneh*, quod eodem modo interpretamur ac ſi efferretur *jehaneh*, cum *Tſere* ſub prima, & *Kamets* ſub ſecunda, prout formari ſolet futurum Niphal. Sic LXX. habent ἀποκριθήσεται, & Chaldæus: יתותב *jittbab*. Vocula את quæ ſequitur eam interpretationem confirmat, cùm Paſſivis ſubjungi ſoleat. Vel ſi hoc diſpliceat, intelligi poterit ex antecedentibus nominativus פתר *phother*, eodem planè ſenſu: *An ſine Deo interpres fauſtum reſponſum edet Pharahoni?* De ſubaudito nominativo, vide quæ diximus ad verſ. 13.

Fauſtum] Heb. *pacem reſpondebit.* Obſervavimus Hebræos voce שלום *ſchalom*, pax, proſpera omnia intelligere ad Cap. XXXVII, 14.

17. *Cùm ſomniarem, ait,* &c.] Iiſdem ferè verbis, additâ dumtaxat circumſtantiâ, quæ habetur verſ. 21. hæc narrantur ac ſuperiora. Obſervarunt viri docti Homerum ſimilibus repetitionibus uti, ſicut Iliad. Θ. ubi poſtquàm deſcripſit mandata quæ legatis dantur, iterum ea repetit in ſequentibus, ubi legatos munere defungentes inducit. *Neſcio quo modo*, ait Macrobius Saturn. Lib. V. Cap. 16. *Homerum repetitio illa unicè decet, & eſt genio antiqui poëtæ digna.* Rudior, nimirum, & ſimplicior in ſcribendo vetuſtas nativâ quadam ingenuïtate placet; ceteroquin Eloquentiæ præceptis, quæ vetant quidquam quod Lector per ſe intelligat, aut ex ſuperioribus, aut ex rei ipſius natura, operosè inculcari, aut repeti, contrarium eſt.

19. *Exſangues*] Heb. דלות *dalloth.* Idem eſt ac tertium quod ſequitur epitheton, ſed ſynonyma videntur coacervata, ad ſummam pecudum macilentiam ſignificandam. Vide not. ad Cap. XXXI, verſſ. 26, 27.

Turpes viſu] Heb. *malæ formâ.* LXX. αἰσχραὶ τῷ εἴδει.

Æquè turpes] *Ut illas ad malum* quod adtinet.

21. *In-*

autem tenues ſeptem ſpicas egregias deglutierunt. *Hoc ſomnium* dixi occultorum Interpretibus, neque quiſquam *ejus interpretationem* mihi indicavit.

25. Hîc Joſephus Pharahoni, ſomnium, inquit, Pharahonis unum eſt, *quo* Deus quid facturus ſit ei nunciat. 26. Septem egregiæ vaccæ ſunt ſeptem anni, ſeptémque eximiæ ſpicæ *itidem* ſeptem anni. Somnium hoc unicum eſt. 27. Septem quoque vaccæ macilentæ & turpes, quæ poſt eas adſcendebant, ſeptem anni ſunt; ſeptem denique ſpicæ tenues, Euróque aduſtæ erunt ſeptem anni famis. 28. Hoc ipſum eſt, quod Pha-

eodem pertinere reſpondit, Deúmque eo rem maximi momenti Ægyptiis, ut præcaverent, antequam eveniret nunciare. 26. Septem vaccas pingues, & ſeptem gravidas ariſtas ſeptem annos ex æquo ſignificare. 27. Totidem etiam annos ſeptem vaccis macilentis, ſeptémque jejunis ſpicis ſignari. 28. Quibus

21. *Ingreſſæ ſunt*, &c. *neque eas viſcera ingreſſas agnoviſſes*] Hæc circumſtantia in ſuperiore narratione non fuit, quamquam neceſſaria videtur eſſe, ut apparet ex interpretatione ſomnii. Ex elegantius ſcribentium Canonibus aut ſuprà eodem modo res narrari, aut planè omitti oporteret. Sed hîc elegantia illa non ſpectatur, ubi in Hiſtoriarum narratione memorabiles omiſſæ circumſtantiæ, ex ſequentibus aut aliis, quæ aliud agendo referuntur, ſæpè ab Interpretibus colliguntur. Vide notata ad Capp. XIV, 24. XLII, 34 XLVIII, 22.

Agnoviſſes] Heb. נודע *nodah*, *agnitum fuit*, aut *agnoſcebatur*. „ Non fruſtra, ait vir doctiſſi„ mus, macræ boves ſeptem Pharahoni viſæ „ ſunt totidem opimas devoraſſe, cùm ſeptem „ annorum ubertatem conſumſerit ſeptem ſe„ quentium ſterilitas. Quod hactenus quidem rectè ab eo ſcriptum videtur; at quod ſequitur minùs certum. „ Hoc quoque obſervandum, „ inquit „ macras boves, pinguibus deglutitis, „ nihilo fuiſſe obeſiores. Id enim in fame ſæpe „ accidit ut homines, quamlibet voraces, nun„ quam tamen exſatientur; quia Deus frangit „ baculum panis, id eſt, ſuſtentandi vim ei „ adimit, quò faciunt minæ Legis Levit. XXVI, 26. Verùm ad eum locum, nihil niſi inopiam ciborum ſignificari oſtendemus. Itaque quod hîc dicitur de vaccis, quæ poſt alias voratas æquè macilentæ viſæ ſunt, hoc portendebat quod evenit; vix, nimirum, ubertatem ſeptennii prioris ſuffecturam ſequenti fuiſſe ſeptennio.

Æquè turpis ac antea] *Mala ut in principio.*

22. *Iterum ſomnians aliud vidi*] *Et vidi in ſomnio meo*, vel *dum ſomniarem.*

23. *Tritæ*] Hoc Epithetou videtur idem ferè ac ſecundum ſonare, nec tamen eſt ſine Emphaſi, quod monuimus ad verſ. 19. Samaritanus Codex habet צנימות *tſnimoth*, cùm in noſtro ſit צנמות *tſnonmoth*. Sed hoc nihil ad certam vocis intelligentiam nos juvat, quæ in hoc tantùm occurrit loco. Cùm Chaldæis צונמא *tſunma*, lapidem durum ſignificet, fortè ſpicæ צנומות *tſenommoth* ſunt ex quibus granum eſt tabulâ lapidibus aſperatâ excuſſum, cujuſmodi tabulæ meminit Eſai. XXVIII, verſ. 27. XLI, 15. De qua re legendus *Sam. Bochartus* Hieroz. P. 1. Lib. 2. Cap. XXXII. Vide & ſimilis trahæ deſcriptionem apud *Thevenotium* Itin. P. 2. Lib. 1. Cap. 5. qui latè per Orientem haud aliter grana excuti teſtatur. Vult Pharaho haſce ſpicas adeò tenues fuiſſe, ut viderentur trahâ tritæ; quæ aptiſſima eſt ſterilitatis imago, quâ fit ut in ſpicis pauca aut nulla ſint grana. Hanc vocem omiſerunt LXX. ac Vulgatus, cùm quia eam non intelligebant, tum quia ſenſui neceſſaria non videbatur. Sed hoc quod modò diximus videtur reſpexiſſe *Onkelos*, qui vertit נצן *natſan*, nam apud Arabas, נצא *natſaa*, *terere* ſonat.

Poſt eas] Heb. אחריהם cum *ſuffixo maſculini generis*, at ſupra verſ. 6. ubi idem habetur, eſt אחריהן cum *ſuffixo fœminino*, ut hic quoque habet Samariticum exemplar. Quamquam שבלים terminationis eſt maſculinæ, tamen fœminini generis eſſe adjectiva cum eo conjuncta oſtendunt. Mirum eſſet eamdem vocem, in uno commate, duplicis eſſe generis.

24. *Deglutierunt*] In Maſſorethico Codice תבלען ſine ה in fine, quod, pro Linguæ analogia, legitur in Samaritico תבלענה *thiblahnah*; in quo ſimilia multa ſunt, ſecundùm meliorem orthographiam & Grammaticorum canonas, ſcripta, quamvis & ſuis laboret nævis.

26. *Septem vaccæ ſunt ſeptem anni*] Vide notata ad Cap. XL, 12.

28. *Hoc ipſum eſt quod Pharaboni dixi*] Heb. *Hoc verbum eſt quod*, vel *hæc res eſt quam*, &c.

29. *Proximis*] Heb. *venientibus*, hoc eſt, proximè futuris.

30.. *Deinde ſequentur*] Heb. *Et ſurgent poſt eos.* קום ſæpe idem eſt ac *eſſe*. Vide Hoſ. X, verſ. 14.

Quibus] Heb. *Et oblivioni traditur*, &c.

Regionem exhauriet] Heb. כלה את הארץ chillah eth haarets, *abſumet regionem*; hoc eſt, regionem frugibus omnino exhauriet, nullæ fruges ampliùs apud privatos invenientur.

31. *Uſque adeò gravis erit*] Hebr. *Quia gravis erit.*

32. *Ad iterationem quod adtinet*] Heb. ועל השנות *vhal hiſſchanoth*, *περὶ τȣ͂ δευτερῶσαι*, ut rectè *oi* LXX. Quam ſignificationem particulæ על omiſit *Ch. Noldius.*

Quia res à Deo parata eſt] נכון הדבר מעם אלהים *nachon haddabar mehim elohim*, hoc eſt, brevi eveniet. LXX. Intt. alteram verbi כון *choun* ſignificationem ſequuti, verterunt *ὅτι ἀληθὲς ἔςαι τὸ ῥῆμα*; hoc eſt, certum & conſtitutum. Vulg. paullò expreſſiùs, *firmitatis indicium eſt.* Sed videtur potiùs Joſephus velle Deum ejus rei exſequendæ in procinctu fuiſſe, quod oſtendunt ſequentia. Utrumque ſenſum habet Scholiaſtes Vaticanus, *ἕτοιμον τὸ ῥῆμα, βέβαιος ὁ λόγος*, *verbum paratum*, *ſermo firmus.*

34. *Faciat ut ſint præfecti*] Heb. *Faciat ac præficiat.* Obſervavimus ad Cap. II, 3. abundare cum verbis actionem ſignificantibus verbum עשה *haſcha.*

Digitized by Google

Pharahoni dixi; Deus quod facturus eſt ei oſtendit. 29. Ecce ſeptem annis proximis; magna *erit*, per totam Ægyptum, ubertas; 30. deinde ſequentur ſeptem anni famis, quibus in Ægypto omnis ubertas oblivioni mandabitur, & fames regionem exhauriet. 31. Neque copia poſtea hac in terra agnoſcetur, præ ea fame, uſque adeò gravis erit. 32. Atque ad iterationem ſomnii, bis ad Pharahonem *miſſi*, quod adtinet, *hoc ideò factum eſt* quia res a Deo parata eſt, iſque eam facere properat. 33. Nunc ergo virum prudentem ac ſapientem diſpiciat Pharaho, eúmque Ægypto præficiat. 34. Faciat etiam Pharaho ut ſint præfecti per regionem, ac *frugum* quintam partem in Ægypto, per ſeptem ubertatis annos, exigat. 35. Hi omnem victum annorum uberum, qui inſtant,

bus rebus, Deus futura portendebat; 29. ſeptem enim proximis annis, maximam fore frugum per univerſam Ægyptum ubertatem; 30. at ſeptennio ſequente, tantam fore ſterilitatem, ut fertilitatis memoriam eſſet deletura, Ægyptumque ipſam prorſus exhauſtura. 31. Nullas tum fore tam uberis proventus reliquias, ut perpetuâ ſterilitate laboraſſe Ægyptus videri queat. 32. Iteratum autem ea de cauſa fuiſſe ſomnium, ut Deus Regem rem inſtare commonefaceret. 33. Si autem ſuo conſilio uti vellet Pharaho, virum induſtrium & prudentem rei frumentariæ, per totam Ægyptum, præfecturum; 34. qui alios ſibi dicto audientes habeat, qui per omnes Nomos geminas decimas per ſeptennium, quo futura erat ubertas, exacturi ſint. 35. Hos, eo intervallo, in horrea & apothecas regias omnes decimas

Quintam partem exigat] Unâ voce Hebræi, וחמש *hhimmeſch*, quaſi diceremus *quintet*; ἀποπεμπτωσάτω, ut habent LXX Intt. Samariticus legit in futuro ויחמש *vajjehhammeſch*, quod ſtructuræ verborum convenientius. Sequitur, את ארץ מצרים *terram Ægypti*; ſed mutatâ loquutione, mutanda etiam fuit conſtructio. Non malè fortè quis conjecerit Pharahonem decimas dumtaxat frugum exegiſſe, ubi ordinaria eſſet agrorum fertilitas, nec quidquam timeretur; ſed hoc tempore duas decimas Ægyptiis, uberrimis tempeſtatibus, imperaſſe. Samuel, Iſraëlitis Regem flagitantibus, deſcribens mores Regum, ſine dubio finitimorum 1 Sam. VIII, verſ. 15, 17. *E ſementibus veſtris*, inquit, *& vineis decimas exiget — oves & capras decimabit.* Veteres Athenienſium Reges, ex quibus Cecrops ex Ægypto in Atticam veniſſe fertur, decimam ex civibus ſuis ferebant, quâ ſacrorum publicorum & belli, ſi ingrueret, ſumtus ſuſtinerent. Vide Epiſt. *Piſiſtrati* ad *Solonem*, apud *Diogenem Laërtium* Lib. I. §. 53. Romani agros Coloniarum, qui ſupererant poſt aliorum diviſionem, ἐπεκήρυττον ἐν τοιῷδε τοῖς ἰδιώταις ὠνεῖσθαι, ἐπὶ τέλει τῆς ἐτησίου καρπῶν, δεκάτην μὲν τῶν σπειρομένων, πέμπτην δὲ φυτευομένων, *per præconem invitatis adſignabant, quibuſcumque liberet colere, exceptâ ſibi, tributi nomine, in ſingulos annos ſativorum decimâ, plantatorum verò quintâ*; ut docet *Dionyſius* Halicarnaſſeus.

35. *Victum*] Ex frugibus, nimirum, ut ex ſequentibus liquet.

Annorum uberum] *Annorum bonorum. Bonum* טוב vocant Hebræi quidquid in genere ſuo utiliſſimum, ac jucundiſſimum eſt. Sic ſuprà ſæpiùs *bonas vaccas*, *bonas ſpicas* habuimus pro pinguibus ac craſſis.

35. *Qui inſtant*] *Venientium.* Vide ad comma 29.

Zeámque] בר *bar.* LXX. ὁ σῖτος. Vulg. *frumentum.* Quamvis בר quodvis fortè frumentum, modò paleâ purgatum eſſet, ut cenſent Grammatici Hebræi, ſignificaret, *zeam* vertere maluimus propter hæc *Herodoti* Lib. II. C. 36. Ἀπὸ πυρῶν καὶ κριθέων, οἱ ἄλλοι ζώουσι, Αἰγυπτίων δὲ τῷ ποιευμένῳ ἀπὸ τούτων τὴν ζόην ὄνειδος μέγιστόν ἐστι· ἀλλὰ ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζειὰς μετεξέτεροι καλέουσι, *frumento & hordeo alii victitant, Ægyptio iis veſcenti maximum probrum eſt. Sed victum parant ex Olyris, Zeas alii vocant.* Genus fuit frumenti Ægypto, aliiſque regionibus peculiaris. *Plinius* Hiſt. Nat. Lib. XVIII. Cap. 8. *Frumenti genera non eadem ubique, &c. Ægypto ac Syriæ, Ciliciæque & Aſiæ, ac Græciæ peculiares zea, olyra, tiphe.* Videtur *zea ſpelta* eſſe, *de l'épeautre*, ut à Gallis vocatur, quæ triticum eſt album, ex quo fit candidiſſimus panis. Vide hac de re multis diſputantem *Cl. Salmaſium de Homonym. Hyles Jatricæ* Capite LVII.

Sub Pharahonis manu] Hoc eſt, quod in poteſtate Pharaonis maneat.

36. *Veluti depoſitum*] לפקדון *lphikkadon*, *in depoſitum*, quod, nimirum, ſummâ fide ut depoſitum adſervetur. *Symmachus* vertit εἰς θήκην, *Aquila* παραθήκην, eodem ſenſu.

Ne fame conficiatur] *Ne exſcindatur terra fame*; hoc eſt, ne incolæ omnes regionis fame pereant, nam *exſcindi* eſt è medio tolli, ut vel Lexica docebunt, ad radicem כרת *charath.*

Placuit res Pharahoni] *Et fuit bonum in oculis Pharahonis*; hoc eſt, probatum eſt Pharahoni Joſephi conſilium. Vide ad Cap. XXXVIII, 10.

38. *An inveniemus*] Interrogatio eſt negationis loco, unde LXX. μὴ εὑρήσομεν ἄνθρωπον τοιοῦτον. Vide ad verſ. 16.

In quo ſit Deorum ſpiritus] Quia hæc ſunt Idololatræ verba, אלהים *elohim* πληθυντικῶς vertimus. Similiter de Daniele Nabuchodonoſor Cap. IV, 5. *Daniel in quo eſt Spiritus Deorum Sanctorum*, &c. Spiritum Dei ejus potentiam ἄῤῥητον, arcano modo ſeſe exſerentem, vocant. Agnoſcunt ergo, divino munere, ſomniorum interpretationem utrique innotuiſſe.

39. *Deus*] Hoc eſt, aliquis Deorum, nam ſæpe ita loquebantur Ethnici. Nec videtur ſatis adversùs eos firma objectio *Tertulliani*, in Apol. Capite XVII. ubi ejuſmodi loquutionibus unitatem Dei propugnat: *Quod Deus dederit, omnium vox eſt. Judicem quoque conteſtatur illum, Deus videt, & Deo commendo, & Deus mihi reddet. O teſtimonium animæ naturaliter Chriſtianæ!* Eo tamen argumento uſi etiam ſunt *Arnobius* Lib. II. & *Minutius Felix* in Octavio.

40. *Do-*

ſtant, colligant, zeámque ſub Pharahonis manu, victum *futuram*, in urbes convehant, atque adſervent; 36. ut hoc ſit alimentum veluti depoſitum regioni, in ſeptem annos famis in Ægypto futuros, ne fame conficiatur.

37. Placuit res Pharahoni, omnibúſque ejus ſervis, 38. quibus Pharaho, an inveniemus, ait, virum huic ſimilem, in quo ſit Deorum ſpititus? 39. Joſepho verò, quandoquidem, inquit, quidquid eſt hujus rei patefecit tibi Deus, neque quiſquam eſt prudentiâ & ſapientiâ tui ſimilis, 40. domui meæ præfectus eris; totus meus populus, te imperante, arma capiet; ſolio dumtaxat te major ero. 41. Vide, te toti Ægypto, ſubjecit Pharaho, præfeci; 42. atque annulum ſuum manui ſuæ detractum, manui

eimas collecturos; 36. quæ Ægyptum, ne fame prorſus intereant incolæ, per ſeptem ſteriles annos ſint ſuſtentaturæ.

37. Et interpretatio ſomnii, & conſilium Joſephi ſummopere Regi, Aulicíſque omnibus placuerunt. 38. Quamobrem non alium poſſe hominem reperiri, qui ſpiritu divino æquè adflatus eſſet ac Joſephus, Rex præ admiratione exclamavit. 39. Tum etiam, quandoquidem Numen futura ei aperuiſſet, non poſſe ullum æquè dignum eſſe, cui ſummi honores conferrentur. Eum itaque è veſtigio Præfectum Regiæ, & Ducem omnium militiam profeſſorum creat; quæ tanta erant in Ægypto munera, ut iis ornato Rex unico ſolio ſuperior eſſet. 41. Atque ut intelligerent Aulici rem ſine mora perficiendam, 42. annulum ſibi detractum illico Joſepho tradit, byſſi-

40. *Domui meæ præfectus*] Maxima videtur hæc fuiſſe, ſecundùm Regiam, in Ægypto dignitas; qualis fuit, ſub Impp. Romanis, *Præfecti Prætorio*. Ex ſequentibus verbis, bellicis rebus Joſephum præfuiſſe liquet, & ipſe fortè fiebat שר הטבחים *Sar battababbim*. Simile munus fuit, apud Hebræorum Reges. 1 Reg. XVIII, 3. 2 Reg. XVIII, 18.

Te imperante, arma capiet] *Super os tuum armabitur*, hoc eſt, *ad tui oris imperium*, ut Vulg. Vide inf. XLIII, 7. Levit. XXVII, 18. Job. XXXIX, 30. ישק *jiſſhak* vertimus, poſt *Onkelon*, *armabitur*, quia ex geminis ſignificationibus verbi נשק hæc ſola loco apta viſa eſt. Obſervarunt quidem viri docti *oſculari*, interdum venerationis ſignum in ſacris litteris eſſe, ut Pſalm. II, 2. & 1 Reg. XIX, 18. Sed nuſquam conſtruitur cum præpoſitione על, ut hîc, nec Ægyptii ſolebant oſculari eos quos ſalutabant, ut docet *Herodotus* Lib. II. Cap. 80. ἀντὶ τ̃ προσαγορεύειν ἀλλήλους ἐν τῇσι ὁδοῖσι προσκυνέουσι, κατιέντες μέχρι τ̃ γόνατ⊙ τὴν χεῖρα, *pro mutua ſalutatione, in viis ſe invicem adorant demittentes manum ad genu*. Itaque ſatiùs viſum eſt hæc ita intelligere, quaſi Pharaho Joſepho concedat populi ad arma vocandi poteſtatem. Ad arma autem vocabantur, niſi quid extraordinarium eveniret, non omnes Ægyptii, ſed *Calaſiries* & *Hermotybii*, quæ nomina ſunt duorum generum τ̃ μαχίμων Ægyptiorum; qui numero quadraginta myriadas ſuperabant, ut auctor eſt *Herodotus* Lib. II. Cap. 165. & *ſeqq.* quem legent quibus hæc accuratiùs noſſe cordi erit. Senſum expreſſerunt, non vim propriam vocis LXX. & Vulg. Intt. his verbis: ἐπὶ τῷ στόματί σου ὑπακούσεται πᾶς ὁ λαός, *ad tui oris imperium cunctus populus obediet*.

41. *Vide, te toti*, &c.] Heb. & *dixit Pharaho Joſepho, vide*, &c. Simile huic præmium à Nabuchodonoſoro tulit Daniel. Cap. II, 48. *Totam* hîc *Ægyptum* inferiorem intelligendam oſtendunt quæ diximus ad Cap. XII, 15. & XXXVII, 36. ubi Ægyptum in tres partes diviſam fuiſſe Thebaidem, Memphiticam, ſeu ſuperiorem, & Taniticam, ſeu inferiorem; atque in hac *Rameſſem* Regem, de quo hîc ſermo eſt, imperitaſſe oſtendimus. Certè hunc Regem τ̃ στεφηφόρυ Αἰγύπτυ, ut loquitur *Herodotus* Lib. II. Cap. 77. *frumentariæ Ægypti* partem habuiſſe ex ipſa re liquet. Frumentaria autem pars à Memphitico agro potiſſimùm in inferiora porrecta fuit, per omnes agros qui Nilo inundabantur. Cùm enim hæc ſola ſit Ægypti fertilitatis cauſa, in editioribus locis, ad quæ inundatio Nili haud latè patet, non ſunt quærendæ ſegetes copioſæ.

42. *Annulum ſuum manui detractum*, &c.] *Et detraxit Pharaho annulum ſuum de manu ſua* טבעתו מעל ידו *tabahtho mehal jado*. Ita & Eſth. VIII, 2. Aſſuerus Mardochæo annulum tradit, honoris causâ. Aliqua igitur hîc eſt ἀκυρολογία, quòd dicatur *annulus deſuper manu amotus* & *ſuper manum poſitus*, qui potiùs digito detrahitur & imponitur. Ceterùm annulus aliquando, non privatam modò dignitatem, ſed & ſummum imperium ſignificabat apud Orientales. Chalifæ gerebant annulum Imperii inſigne, qui ad ſucceſſorem unà cum poteſtate tranſibat. Apud *Elmacinum* Lib. II. Cap. 7. *Taherus mittit* occiſi Chalifæ *Alamini caput, annulum Chalifatûs, Paludamentum & Sceptrum ad Almamonem qui ei ſucceſſit. Conſtantinus* etiam *Porphyrogeneta*, ſignum fuiſſe principatûs apud Agarenos annulum auctor eſt, libro *de adminiſtr. Imper.* Cap XXI. Alexander moriens *detractum annulum digito Perdiccæ tradidit*, unde poſtea ſummam imperii ad eum deferendam cenſuere. Vide *Curtium* Lib. X. Cap. 5. & ad eum Interpretes.

Byſſinis veſtibus induit] Vulgò gerebant veſtes lineas Ægyptii. *Herodotus* Lib. II. Cap. 37. εἵματα λίνεα φορέυσι αἰεὶ νεόπλυτα ἐπιτηδεύοντες τῦτο μάλιστα, *linea ferunt veſtimenta ſemper recens abluta, hoc potiſſimùm curantes*. Itaque aut hîc שש *ſcheſch* pretioſiſſimum linum, quo non uteretur vulgus, ſignificat; aut oportet Joſephum non Ægyptiaco cultu, ſed peregrino, coram Pharaone ſtetiſſe, quem Rex linea veſte mutari juſſerit, quod veriſimilius videtur.

43. *Curru ſecundo*] Heb. מרכבת המשנה *mirchebeth bammiſchneh*, quaſi diceres ἐν ἅρματι δευτερεύοντος, nam משנה eſt ſubſtantivum. Videtur ſignificari currus, quo ſecundus à Rege vehi ſolebat. Apud Eſtheram Cap. VI, 11. Mardochæus, honore ſimili ab Aſſuero ornatus, equo regio vehitur. Sic *Dario* procedente, *Siſy-*

nui Joſephi impoſuit, eum byſſinis veſtibus induit, collóque torquem aureum circumdedit. 43· Eum præterea vehi juſſit curru ſecundo, qui ſibi erat; clamatúmque ante eum, flecte genua, atque *ita* toti Ægypto præfectus eſt. 44· Dixit etiam Pharaho Joſepho: ego *quidem* ſum Pharaho, nemo tamen manum aut pedem, per totam Ægyptum, ſine tuo imperio tollet; 45· vocavitque nomine *novo* Joſephum, Tſophnath-phahaneachum, & Aſnatham filiam Potipheræ ſacerdotis Oniorum ei uxorem collocavit.

Egreſſus eſt deinde Joſephus per Ægyptum 46· (erat autem triginta annos natus, cùm coram Pharahone, Rege Ægypti, ſe ſtitit) egreſſus eſt, *inquam*, è conſpectu Pha-

byſſinis veſtibus pretioſiſſimis hominem induit, & torque aureo donat. 43· Sic ornatum Joſephum, currum qui ſe proximè ſequeretur, conſcendere jubet, præcone addito, qui genua coram eo flectenda pronunciaret; quibus ritibus, in munus Præfecti toti Ægypto inauguratus eſt. 44· Tanta etiam eum Rex auctoritate eſſe voluit, ut ne ipſe quidem, ſine Joſephi conſilio, quidquam eſſet juſſurus.

45· Tum nomine Joſephi adpellari ampliùs eum vetuit, Linguáque Ægyptiacâ Tſophnath-phahaneachum, hoc eſt, *Occultorum Revelatorem* vocavit. Néve ex Ægypto ad ſuos redire umquam cogitaret, Aſnatham Potipheræ, Oniorum Sacerdotis, filiam matrimonio ei jungi voluit.

46· Erat Joſephus eo tempore triginta annos natus, & toti Ægypto inferiori ab Rege præfectus, eam

ſygambis mater proximo poſt eum curru (nam qui intercedebant equites aut pedites erant) vehebatur. Vide *Curtium*. Lib. III. Cap. 3.

Clamatúmque] *Et clamarunt*, nempe, præcones aut alii Regis miniſtri. Samarit. ויקרא *& clamavit*, Rex per miniſtros.

Flecte genua] Heb. אברך *abreeb*, quod ita vertimus cum Vulg. Int. & *Aquila*, *qui*, teſte *Hieronymo in Trad. Heb.* adgeniculationem *tranſtulerat*; quaſi eſſet Imperativus Hiphil, more Chaldaïco ſcriptus, pro Hebræo הברך. An Ægyptii hac voce uterentur, cùm eorum Lingua Hebraïcæ eſſet adfinis; an verò Moſes Ægyptiacam vocem Hebraïcâ reddiderit, non conſtat; at hoc certè ſatis conſtat loco huic convenientiſſimum eſſe Vulg. Interpretis, quem ſequuti ſumus, ſenſum. Ut oſtenderet Pharaho quanti Joſephum faceret, non modò vehi eum curru regio voluit, ſed præterea honorem eum illi à populo exhiberi, ut quacumque veheretur genua adſtantes flecterent, quod ſolitum erga Regem fieri videtur. Nec ſcio quare *parum probabiliter* à verbo ברך *barach*, hæc vox deducatur, ſi *H. Grotio* credimus; cùm non ſit inuſitatum pro ה ſcribi א, in conjugatione *Hiphil*, ut ſolent Chaldæi Sic Eſai. LXV, 3. legimus אגאלתי pro הגאלתי *bigalthi*, & Jerem. XXV, 3. אשכים pro השכים *haſchchem*. LXX. Intt. pro voce אברך habent κῆρυξ non quòd, ut opinor, *præconem* ſignificari voce Hebraïcâ crederent; ſed quia notionem ejus non adſequebantur, vocem ejus loco ſuppoſuerunt ſenſui adcommodatam. Onkelos habet: *hic eſt pater Regis* אבא דמלכא *abba demalcha*, *& præfecit eum toti Ægypto*; reſpiciens, nimirum, ad Cap. XLV, 8. ubi Joſephus dicit ſe à Deo datum fuiſſe Pharahoni, *ut eſſet ejus pater, dominus totius domûs ejus, & univerſæ Ægypti rector*. Itaque ejus judicio אברך vox eſt compoſita ex אב ab *pater* & רך, rech, Syriacè *Rex*. Jonathan non modò habet *Patrem Regis*, addit præterea; *magnus ſapientiâ & tener* רכיך racchich *annis*. Ita & Jeroſolimitanus. רך rech *tenerum* interpretantur, & אב ut Onkelos, & *patrem tenerum*, volunt ſignificare hominem qui cùm juvenis eſſet, pater tamen eſſet Regis, hoc eſt, regnum ejus quaſi tutor adminiſtraret. *Hieronymi* præceptor in hac quoque fuit ſententia, ut ex Trad. Heb. liquet. Sed hæc ſanè ſunt, præ interpretatione quam ſequuti ſumus, duriſſima.

Præfectus eſt] Noſtri Codd. habent hîc נתון *nathon*, quaſi infinitivus, aut gerundium eſſet; at Samarit. legit. נתן ſine Vau, quod efferas commodiùs *nathan*, *dedit eum ſuper totam Ægyptum*. Ita & LXX. κατέστησεν. Conſtructio ſine dubio rectior eſt, niſi legeremus, pro ונתון *venathon*, בנתון *bnathon*, ἐν τῷ ἐπιστῆσαι αὐτόν.

44. *Ego quidem ſum Pharaho*] Hîc *Pharaho* non eſt inſtar proprii nominis, ſed dignitatem ſignificat; quæ eſt vocis propria ſignificatio, ut diximus ad Gen. XII, 15. Hoc igitur vult Pharaho: *ego quidem ſum Rex Ægypti*, *attamen ſine conſilio tuo nihil agetur*, &c.

Sine tuo imperio] בלעדיך bilhadecha *ſine te*, hoc eſt, te non imperante, ut ſuprà verſ. 40. Sic Vulg. & Chaldæus Onkelos: ובר ממימרך oubar mimmemrach, *nec ſine verbo tuo*.

Manum aut pedem tollet] Proverbialis eſt loquutio, quâ ſignificatur nihil alicujus momenti ad Remp. pertinens, in Ægypto actum iri, non conſcio Joſepho. *Onkelos* tamen, ut ſupra verſ. 40. hæc de rebus bellicis peculiariter intelligenda cenſuit: *non levabit*, ait, *vir manum ſuam ad tenenda arma*, *neque pedem ſuum ad equo inſidendum*.

45. *Tſophnath-phahaneachum*] צפנת פענח quæ voces à Septuaginta Intt. ſunt integræ ſervatæ, niſi quod ſcribuntur ψονθομφανὴχ, quaſi legiſſent פצתון *ptſothon*; niſi ſit aliquod mendum, quod in barbaram vocem facilè irrepere potuit, Græcorum librariorum incuriâ. Samariticus Codex habet quoque primam vocem aliter ac noſtri, cùm legatur in eo, צפניתי *tſphinathi*, arcanum meum. Ante omnia, obſervant Intt. mutaſſe Pharahonem nomen Joſepho, ut novum ſe habere dominum intelligeret. Sic Danieli & ſociis à Nabuchodonoſore nomina mutata. Dan. I, 7. & à Pharahone Nechone Regi Judæorum Eljakimo 2 Par. XXXVI, 4. Addere poterant Joſepho Danielíque & ſociis alia præterea de cauſa nomina mutata; ne, nimirum, ampliùs peregrini viderentur, in regias familias Ægypti & Chaldææ Regum adſciti.

Antea diximus Ægyptiacam Linguam Hebraïcæ aliiſque Orientalibus fuiſſe adfinem, quod mul-

Pharahonis, totámque Ægyptum peragravit. 47. Septem annis ubertatis, terra *pro granis ſingulis* manipulos edidit, 48. collegitque *Joſephus* omnem victum ſeptem annorum, qui in Ægypto *fertiles* fuere, & eum victum in urbes recondidit, *ita ut* victum ex agro circa urbem quamvis poſito, in media urbe repoſuerit. 49. Convexit Joſephus zeam inſtar arenæ maris, tantáque copiâ ut, cùm innumera eſſet, numerari deſierit.

50. Antequàm annus famis adeſſet, Joſepho nati ſunt duo filii, quos ei Aſnatha, Potipheræ Sacerdotis Oniorum filia, peperit. 51. Primogenitum nomine Manaſſen vocavit Joſephus, quia, *inquit*, omnis laboris mei, & domûs paternæ oblivionem mihi

eam quamprimùm peragrandam ſibi ſtatuit; ut omnia inſpiceret, & oppidatim horrea & decumanos ubique, Regis nomine, conſtitueret. 47. Per ſeptem continuos annos, ut ille prædixerat, ſumma ubertas tritici fuit, 48. ut ſine Ægyptiorum incommodo duplex decima facilè exigi poſſet. Itaque in horrea ſingularum urbium, circumjacentium agrorum decimæ conferebantur. 49. Unde tanta zeæ confecta eſt copia, ut ægrè poſſet numerari, & poſtremò ejus numerus iniri deſierit.

50. Interea Joſepho nati ſunt ex Aſnatha duo filii, quorum majori natu Manaſſæ nomen impoſuit, quæ vox Hebraicâ Linguâ *oblivionem inducentem* ſonat; quòd, nimirùm, in ſe paternæ domûs deſiderium ſe-

multis exemplis conſtat, & hoc quoque confirmari videtur. Cùm ſolerent paſſim Veteres nomina hominibus ex occaſione indere, quæ ad eventum aliquem eorum vitæ aut natalium reſpicerent; credibile eſt à Rege Ægypti Joſepho, ex occaſione interpretationis ſomnii, nomen impoſitum quod eò ſpectaret. Certè צפנת deduci rectè poteſt à radice צפן *tſaphan* quæ *occultum eſſe* ſonat, & פענח à verbo apud Arabas etiamnum uſitato פען *phahana*, quod *aperire* ſignificat; & quod Joſepho optimè convenit, rem enim *occultam aperuit* Pharahoni, quam *Hhartumim*, hoc eſt, *occultorum ἰχνὲυταὶ* conjicere non potuerant. Samariticus Codex habet פענח *phahaneh*, & Samaritica verſio: טמירתי גלא *tmirathi gala*, hoc eſt, *arcanum meum revelavit*, aptiſſimo ſenſu. Conſentiunt nobiſcum Veteres. *Philo*, licet Hebraicè non doctus, attamen Alexandrinus cùm eſſet, Ægyptiacæ Linguæ peritus eſſe potuit, aut à doctioribus accepiſſe quod habet Lib. de Joſepho: *μετονομάζει δ' αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὀνειροκριτικῆς, ἐγχωρίῳ γλώττῃ προσαγορεύσας, nomen ejus* (Rex Ægypti) *mutat, imponitque aliud ab ſomniorum interpretatione ductum, vernaculâ linguâ eum appellans.* Paulò inferiùs *ὀνειροκριτὴν* vocat Joſephum. Quin & ΦΑΝΗΧ Coptica vox dicitur, quæ *vatem*, *augurem* ſonat, ſed fortè ex hoc loco. Scriptor hujc cognominis Ant. Jud. Lib. II. Cap. 6. *σημαίνει*, inquit, *τὸ ὄνομα κρυπτῶν εὑρέτην*, *nomen ſignificat occultorum inventorem.* *Chryſoſtomus* interpretatur *κρυπτῶν γνώστην*, *Theodoretus* Quæſt. in Geneſ. *ἐρωτ.* 102. *ἀπορρήτων ἑρμηνευτήν*, quæ eodem redeunt. Vetus Scholiaſtes Græcus: *ὁ Σύφρων ἔχει, ὁ εἰδὼς τὰ κρυπτά*, *Syrus habet, occultorum peritus*, ut eſt in Syriaca Polygl. Interpretatione. Sic & Onkelos: *vir cui ſecreta revelantur*, cui adſentiuntur alii Intt. Chaldæi, & ceteri plerique. Hieronymus tamen *ſervatorem mundi* vertit, cujus tranſlationis rationem hanc, in *Hebraicis Traditionibus*, reddit: *licèt Hebraicè hoc nomen ſonet abſconditorum repertorem, tamen quia ab Ægyptio ponitur, iſtius Linguæ debet habere rationem. Interpretatur ergo ſermone Ægyptio*, Salvator mundi, *eò quòd orbem terræ ab imminentis famis excidio liberarit.* At non minùs, ut videtur, Ægyptiacâ vocis origine nititur altera illa, quam protulimus, interpretatio. Scio viros doctos ex Coptica Lingua, in qua multæ ſunt antiquæ Ægyptiacæ reliquiæ, *Hieronymi* interpretationem tueri; ſed difficile eſt Etymologias certas ex Lingua non ſatis nota deducere, nec ſat tutò iis fidem habere poſſumus.

Potipheræ] Heb. פוטי־פרע, quod nomen diverſum eſt ab nomine heri Joſephi, cui nullum additur ע in fine: ut diverſa ſunt munera Præfecti ſatellitum, & Oniorum aut Principis aut Sacerdotis. Utrumque tamen, mutatâ terminatione, *πετεφρῆ* LXX Intt. *Phutipharem* Vulgatus vocant, quod erroris quibuſdam cauſa fuit.

Sacerdotis] כהן *chohen*, quod cùm Sacerdotem, tum amicum Regis & interioris admiſſionis ſignificat, ut præ ceteris docuit in *Lexico J. Coccejus.* Sequuti tamen ſumus LXX Intt. & Vulg. qui *Sacerdotem* vertunt. Ægyptiorum, in ſeptem claſſes diviſorum, prima Sacerdotum fuit. *Ἔστι δὲ Αἰγυπτίων ἑπτὰ γένεα. καὶ τούτων οἱ μὲν ἱρέες*, &c. *Ægyptiorum ſeptem ſunt genera, & eorum quidem alii Sacerdotes*, &c. Verba ſunt *Herodoti* Lib. II. Cap. 165. Idem, in ſequentibus, teſtatur unicuique Sacerdotum, ut & Militum, adtributas fuiſſe agri *ἀρούρας ἐξαιρέτους δυώδεκα ἀτελέας*, *aruras exemtas & immunes duodecim.* Arura autem fuit centum cubitorum quoquo verſus, ut teſtatur. Poſſet tamen, ne quid diſſimulem, Heliopolitani Nomi Præfectus dici כהן און; erant enim in Ægypto *Νομάρχαι*, ut idem auctor eſt, non uno in loco. De iis vide etiam *Diodorum Siculum* Lib. I. Pag. 50 & 66. Sed ſi primus *Seſoſtris* Ægyptum in Nomos diviſit, ut videtur *Diodorus* Pag. 50. haud obſcurè docere, recentior eſſet ea diviſio temporibus Joſephi. At fortè primus non in Nomos, ſed in triginta ſex Nomos, ampliatis regni finibus, eam partitus eſt. Ideóque nihil definimus.

Oniorum] Hebr. און *on*, quod LXX & Vulg. *Ἡλιούπολιν* interpretantur. Fuit *Heliopolis*, ut à Græcis dicta eſt, metropolis Nomi inter Nilum & intimum Arabici ſinûs receſſum ſiti. Ejus urbis cives dicebantur Herodoti tempore *Αἰγυπτίων λογιμώτατοι*, *Ægyptiorum doctiſſimi*, ut loquitur Lib. II. Cap. 3. In ea urbe quotannis *πανήγυρις* erat, ad Solis feſtum celebrandum, ut idem auctor eſt Cap. LIX. unde à Græcis *Ἡλιούπολις* dicta eſt. Dignum etiam eſt obſerva-

hi induxit Deus. [52] Alterum verò nomine Ephraim vocavit, quia, ait, prole auxit me Deus, in terra ærumnæ meæ.

[53] Exactis ſeptem annis fertilitatis, quæ in Ægypto fuit, [54] cœperunt ſeptem anni famis, ut dixerat Joſephus, procedere; & cùm fames in omnibus regionibus eſſet, per totam Ægyptum erat annona. [55] Poſtea etiam fame laboravit univerſa Ægyptus, populúſque à Pharahone panem clamoribus flagitavit; hic verò omnibus Ægyptiis, ite, inquit, ad Joſephum & quod vobis dixerit facite. [56] Cùm ergo per univerſas terras fames eſſet, aperuit omnia *horrea* in quibus *annona* erat, Ægyptiiſque *zeam* vendidit. Cùm ingraveſceret fames in Ægypto, [57] tum etiam omnes regiones in Ægyptum ad Joſephum, emendæ *annonæ* causâ, veniebant; per omnes enim terras invaluerat fames.

XL. Ja-

fecundiſſimis rebus Deus in Ægypto exſtinxiſſet. [52] Juniorem Ephraimum vocavit, quod *prolis incrementum* ſignificat; quâ re ærumnas, quas in Ægypto tulerat Joſephus, Deus ſolatus erat.

[53] [54] Poſt ſeptem uberes annos, ſterilitas à Joſepho prædicta cœpit; & cùm in finitimis regionibus, in quibus repoſitum nullum erat in ſequentes annos frumentum, fame laborarent populi, Ægyptiis ſolis congeſta præteritis annis annona ſuppetebat. [55] Sed cùm mox etiam in Ægypto privatis annona deeſſe inciperet, ad Regem confugerunt, ut ſe frumento ſublevaret; quos Rex ad Joſephum rei frumentariæ Præfectum amandavit. [56] Tunc temporis regia horrea ille aperuit, & Ægyptiis annonam vendidit; [57] quod cùm audiviſſent finitimi populi, qui omnes eodem incommodo laborabant, in Ægyptum comparandi ſibi frumenti causâ, undequaque veniebant.

P A-

vatu Heliopolin μάλιστα κατοικίαν ἱερέων γεγονέναι τὸ παλαιὸν, φιλοσόφων ἀνδρῶν καὶ ἀστρονόμων, ut ait *Strabo* Lib. XVII. p. 554.

Uxorem collocavit] Hanc unam uxorem, more Ægyptio, non patrio, habuiſſe videtur Joſephus. *Herodotus* Lib. II. Cap. 92. γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτέων συνοικέει, κατάπερ Ἕλληνες, *uni uxori quiſque eorum cohabitat, ut Græci.* Hoc ipſum, apud Athenienſes, *Cecrops* Ægyptius dicitur inſtituiſſe, cùm antea eſſent κοινογαμίαι, ut docet *Athenæus* Lib. XIII, initio. Vide & *Suidam* in voce Προμηθεύς. Hinc ſuprà Potipharis uxoris unius mentio fit.

46. *Triginta annos natus*] *Filius triginta annorum.*

47. *Manipulos edidit*] Heb. *fecit in manipulos.* Qui hæc interpretantur de regionis incolis, qui manipulatim fruges in horrea intulere, torquere videntur hæc verba. Similis eſt loquutio Matth. XIII, verſ. 8. & 23. ὃς δὴ καρποφορεῖ καὶ ποιεῖ ὁ μὲν ἑκατὸν, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ τριάκοντα, *quod fructus fert* & FACIT *aliud quidem centum, aliud ſexaginta, aliud triginta*; nimirum, unumquodque granum. Phraſis eſt Hebraïca *facere fructum* non infrequens in Vet. & Novo Teſtamento. Vide Eſa. V, 4, 10. XXXVII, verſ. 31. Matth. VII, 17. Eximiam Ægypti fertilitatem reputanti incredibile non videbitur, pro uno grano emiſſum manipulum, in inſolita fertilitate. *Plinius* Lib. XVIII. Cap. 10. *Tritico nihil eſt fertilius, hoc ei natura tribuit, quoniam eo maximè alebat hominem; utpote cùm è modio, ſi ſit aptum ſolum, quale in Byzacio Africæ campo, centum quinquaginta modii reddantur. Miſit ex eo loco divo Auguſto Procurator ejus ex uno grano (vix credibile dictu) quadringenta paucis minùs germina, extántque ea de re Epiſtolæ. Miſit & Neroni ſimiliter* CCCLX *ſtipulas ex uno grano. Cum centeſimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt, aliique, & tota Bætica, & in primis* ÆGYPTUS.

48. *In urbes recondidit*] Heb. *dedit in urbes.* In hoc verſu pro הזה *hujus*, quod refertur ad שנים ſchanim, *anni*, eſt היה in Samaritico, quod referendum ad אכל ochel *victum.* Sic οἱ LXX. habent ἦν *erat.* Vide verſ. 53.

49. *Tantâ copiâ, ut, &c.*] *Valde multùm, donec deſiit numerare*, &c.

50. *Nati ſunt*] ילד jullad, quod videtur verbum imperſonale. Vide not. ad Cap. XXXV, 26. Hîc quoque Samariticus habet ילדו, & LXX. Int. ἐγένοντο.

51. *Laboris*] Hebr. עמלי *hamuli*, πάντων τῶν πόνων μου, ut habent οἱ LXX. Ut Græca vox & *dolorem* & *laborem* propriè dictum ſonat, ambigua etiam Hebraïca, atque utrumque complectitur. Vide Job. III, 9. V, 7.

Oblivionem induxit] Heb. *Naſſchani* נשני, unde *Mnaſſche*, ut à Maſſorethis nomen effertur. Sic dictus Hiſpaniæ Tarraconenſis fluvius Λήθη *oblivio*, quòd Celtici qui eò expeditionem ſuſceperant, patriæ obliti, illic conſediſſent, ut docet *Strabo* Lib. III.

52. *Prole auxit*] Heb. הפרני *Hiphrani*, à radice פרה quod *prole augeri* ſignificat. Vide Gen. I, verſ. 28.

53. *Exactis, &c.*] *Et exacti ſunt ſeptem anni ubertatis quæ fuit —— & cœperunt.* Pro היה hajah *fuit*, eſt in Samaritico היו & apud LXX. Int. ἐγένοντο, contrà quàm in verſ. 48.

54. *Procedere*] Heb. לבוא *labo*, *venire*, aut *ire*, hoc eſt, fluere.

Et cùm fames eſſet] *Et erat fames, &c. & in tota terra Ægypti erat* לחם *lehhem*, quod *annonam* vertimus, quia non panem dumtaxat propriè dictum, ſed victum generatim ſonat.

55. *Poſtea etiam fame laboravit*] Hebr. ותרעב vatthirhab *& eſuriit.* Conjunctionem, quâ hoc inchoatur comma, vertendam, uti fecimus, res ipſa oſtendit. Durè Hieronymus: *in cuncta autem terra Ægypti panis erat. Quâ eſuriente, clamavit populus.*

Panem clamoribus flagitavit] Heb. *clamavit ad Pharahonem ad panem.* Frequens eſt Hebræis phraſis, *clamare ad aliquem aliqua de re*, ἀντὶ τοῦ clamoribus flagitare. Vide 1 Reg. XX, 39. 2 Reg. VIII, verſ. 5.

Hic

XL. Jacobi decem filii, emendæ annonæ cauſâ, in Ægyptum eunt. Quaſi exploratores à Joſepho habentur, & Simehon quidem, donec Benjamin veniat, detinetur. Impletis eorum ſaccis, pecunia injicitur, quam ſibi redditam mirantur. Rem patri narrant, qui Benjaminem in Ægyptum deducendum traditurum ſeſe eis negat.

CAPUT XLII.

1. CUM ergo in Ægypto annonam eſſe videret Jacobus, quid vos, ait filiis, invicem ſpectatis? 2. In Ægypto annonam eſſe accepi, eò deſcendite, illincque nobis emite, & vivemus, neque *fame* interibimus. 3. Deſcenderunt itaque decem Joſephi fratres, ut ex Ægypto frumentum emerent; 4. nam Jo-

PARAPHRASIS.

1. IN iiſdem anguſtiis rei frumentariæ, ac ceteri, verſabatur Jacobus, nec qui ei inopiæ ſubvenirent, reperiebant ejus filii. 2. Ille verò cùm animadvertiſſet à Chananæis ex Ægypto annonam peti, cunctandi non eſſe ampliùs tempus filiis ait, ſed quamprimùm in Ægyptum eundum, niſi fame perire mallent. 3. Igitur ſtratis aſinis, decem Jacobi filii viam Ægypti, emendi frumenti cauſâ, capeſſunt; 4. minimum enim natu Benjaminem, Joſephi germanum, ne itineris variis caſibus, mali quidpiam ei accideret, mittere unà noluit, cùm ſolum ex Rachela ſupereſſe exiſtimaret. 5. 6. Ita-

Hic verò] *Et dixit Pharaho omnibus Ægyptiis*, &c. πᾶσι τοῖς Αἰγυπτίοις, ut habent LXX. Intt. Ambigua eſt vox מצרים, quâ ſignificantur & regio & Incolæ, ſeu *Ægyptus* & *Ægyptii*. Semper quidem eam Maſſorethæ *Mitſrajim* efferunt, numero duali; attamen cùm ſignificantur populi, ut hîc, rectiùs fortè *Chirec* ſub *Reſch* poſuiſſent, ut *Mitſrim* efferretur. Sanè à מצרי *mitſri*, fit מצרים *mitſrim*, non *mitſrajim*: ut à עברי *hibri* עברים *hibrim*, & in aliis ἐθνικοῖς.

Quod dicet] Eſt in Samaritico ואשר veaſcher, & *quod*, καὶ ὃ ut habent οἱ LXX. Debet ſaltem conjunctio ſubaudiri.

56. *Cùm ergo*, &c.] *Et fames erat ſuper tota facie terræ.* Samariticus: על פני כל הארץ *ſuper facie totius terræ*, & LXX. ἐπὶ προσώπου πάσης γῆς. Eſt idem ſenſus, hoc eſt, per vicinas omnes regiones, latè graſſata eſt fames, ut verſ. 54. Neque enim putandum totum terrarum orbem, nullâ regione exceptâ, fame laboraſſe. Sed quando aliquid longè latéque ſparſum eſt, ab omnibus gentibus totum orbem pervaſiſſe dicitur. Sic Athenas, in *Panegyrico*, παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὀνομαστοτάτην jactat *Iſocrates*. Sic Romanis imperium ſuum erat πᾶσα οἰκουμένη, ut vocatur etiam à Luca Cap. II, 1. *Orbem jam totum victor Romanus habebat*, ait Scriptor operis *de bello Civili*. Qualia innumera occurrunt.

Aperuiſſe dicitur Joſephus *omnia in quibus erat*, ubi ſubaudiendæ voces *borrea*, & *frumentum*. At poſterius exſtat in Samaritico, ubi additur בר *bar*. LXX. habent σιτοβολῶνας *borrea frumenti*. Plenâ ergo phraſis eſſet, כל בתים אשר בהם בר *omnes domus, in quibus frumentum*.

Vendidit] ישבר *jiſebbor*, quod verbum *vendere* & *emere* ſignificat, quod vel duorum ultimorum hujus Capitis commatum collatione conſtat. Radix videtur eſſe nomen שבר *ſcheber*, de quo ad verſ. 1. Cap. ſeq.

57. *Per omnes enim terras*, &c.] Hoc bis in ſuperioribus dictum, tertiùm hîc habetur, quod ſolent factitare Hebræi, cùm aliàs, tum etiam quando quidpiam quod temporis proceſſu augetur deſcribunt, ut ad Cap. VII, 19. hujus libri obſervavimus.

COMMENTARIUS.

In CAPUT XLII.

1. CÙm ergo, &c.] *Et vidit Jacob*. &c..

Annona] Heb. שבר *ſcheber*, i. fractio. Ita dicitur annona, ut nonnulli volunt, quòd frangat famem, quam in rem adferunt verba verſ. 19. ubi vide quæ notamus. Fortè ita dictus eſt panis primùm, quod *frangeretur*, deinde etiam fruges, unde conſtat panis. Vide Eſai. LVIII, 7.

Quid vos invicem ſpectatis?] תתראו *thithrahou*. Aliquando verbum ראה *raah* in conjugatione *Hithpael*, manum conſerere ſignificat, ut 2 Reg. XIV, 8, 11. attamen hîc ei ſignificatui locus eſſe non videtur. Deſcribuntur potiùs homines conſilii inopes, qui ſolent ſe invicem ſpectare, veluti alii alios de communi periculo verba facturos audituri. Idem in admiratione contingit. Vide ſup. Cap. XXIV, 21. & inf. Cap. XLIII, 33. Sic fruſtra exſpectatâ hereditate deluſos deſcribit *Lucianus* in *Timone* non modò μάτην κεχηνότας *in caſſum biantes*, ſed etiam εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντας, *ſe invicem adſpicientes*.

2. *Vivemus neque fame interibimus*] Vide notata ad Cap. XI, 30. Infrà eadem phraſis iterum occurrit.

4. *Nam*, &c.] Eſt tantùm conjunctio ו, ſed quæ hîc eſt αἰτιολογική, rationem enim reddit Moſes quare decem tantùm filios in Ægyptum miſerit.

Quid mali] אסון *aſon*. Vulg. *ne quidquam patiatur mali*, at LXX. μαλακίαν interpretantur. *Onkelos* verò & Rabbini: מותא *motha*, mortem, ut Exod. XXI, 22, 23. Videtur eſſe quod Gallicè dicimus *malheur*, quod quamquam quodvis infortunium ſignificat, tamen pro morte etiam uſurpatur; præſertim cùm molliùs rem volumus exprimere, & veluti malè omi-

Digitized by Google

Joſephi germanum Benjaminem, unà cum fratribus, non miſit Jacobus; ne quid, inquiebat, illi mali accideret. 5. Iverunt filii Iſraëlis ad emendum *frumentum*, inter eos qui *in Ægyptum* ibant, quia in Chananæa *etiam* fames erat. 6. Joſephus autem regionis rector erat, atque univerſo populo *annonam* vendi curabat.

Acceſſerunt ergo Joſephi fratres, & cum proni in terram ſalutarunt. 7. Vidit quidem Joſephus fratres ſuos, eóſque agnovit; at alienum ſe finxit, & aſperè eos alloquutus, unde venitis? inquit. E terra, ajunt, Chananæa, ad emendam annonam. 8. Quamquam autem agnovit Joſephus fratres, ii tamen eum non agnoverunt. 9. Tum recordatus eſt ſomniorum quæ de illis ſomniaverat, & exploratores, inquit, eſtis, nudáque regionis *munimentis* loca ſpeculaturi veniſtis. 10. Illi verò, ne-

5. 6. Itaque ſeſe aliis in Ægyptum eadem de cauſa ex Chananæa euntibus adjunxerunt ceteri Jacobi filii, atque inſcii rectà ſe ad Joſephum contulerunt.

Cùm de eo ne cogitarent quidem, hominem, quem rei frumentariæ Præfectum eſſe norant, adeunt, & proni venerantur; quo facto implere cœperunt, quod Joſephi ſomnio olim portendi ſibi graviter tulerant. 7. Joſephus verò, qui ex Chananæa venientes diligenter obſervabat, fratres conſpicatus, illico eos agnovit. Sed ſe ſtatim agnoſcendum non præbuit, ut ex fratrum ore criminis in ſe admiſſi confeſſionem exprimeret. Itaque Ægyptiâ Linguâ, per interpretem, fratres alloquitur, & quaſi ſuſpectos haberet, antequàm annonæ emendæ facultatem concedat, unde venirent ſciſcitatur. Reſpondent illi, ſe ex Chananitide profectos, annonæ emendæ causâ; 8. neque interea fratrem ex voce, aut vultu agnoverunt, quamvis ſtatim ab illo agniti fuiſſent. 9. Cum præ metu, oculos in eum attollere non auderent, vultúque honoris causâ in terram converſo ſtarent, ſomniorum ſuorum memoria Joſepho ſubiit. Quaſi ergo iratus, aſperiore voce ingreſſum Ægypti ſpeculaturos veniſſe ait, ut minùs munita loca obſervarent. 10. 11. Negare verò illi ex-

nato verbo *mortis* abſtinere. *Aquila* σύμπτωμα *caſum*, *Symmachus* κίνδυνον *periculum* verterat.

5. *Inter eos qui in Ægyptum ibant*] Heb. *In medio euntium*, ſeu quòd multi quotidie in Ægyptum undequaque ad emendam annonam irent, ſeu quòd ἐν συνοδίᾳ, ut ſolebat fieri, iverint. Vide not. ad Cap. XXXVII, 25.

6. *Rector erat*] Heh. הוא השליט *hou haſſchallit*, ἄρχοντα LXX. Intt. *principem* Vulgatus verterunt. שלט quidem ſummo jure *dominari* ſignificat, ut Eccleſ. II, 19. IX, 4, 8, 9. Eſth. IX, 2. hîc tamen, quia de Præfecto ſermo eſt, paullo molliori ſenſu intelligendum. Hæc eſt Hebræorum ἀκυρολογία, ut de diverſiſſimis imperiis verba facientes, tamen æquè emphaticis vocibus utantur. Vide inf. XLV, 8, 9. Hoc ipſo in Cap. & ſeq. Joſephus *Dominus regionis* dicitur, quo tamen titulo, ſi propriè loquamur, ſolus Pharaho ornari poteſt. Hinc quàm lubricum ſit, ubi de re aliunde non conſtat, ἐμφάσεις urgere diligentes Sacrorum Librorum lectores diſcere poterunt.

Univerſo populo] Cùm in unamquamque urbem, Nomi fortè metropolin, agri circumjacentis collectum eſſet frumentum; in illis urbibus etiam divenditum accolis fuiſſe videtur, per homines, quibus ea opera à Joſepho demandata fuerat. Nimis ampla erat inferior Ægyptus, nimíſque populoſa, quàm ut unus vir totum id negotium per ſe adminiſtrare poſſet, aut quàm ut populus ex omnibus Nomis, etiam remotiſſimis, in unum, coëmendæ annonæ causâ, ire cogeretur. Itaque *univerſi populi* vocabulo intellexerim Nomi ejus incolas, aut ſaltem viciniores. Quis autem is eſſet Nomus, in quo Joſephus ipſe erat, non ſatis liquet. Non videtur tamen fuiſſe ab Arabia remotus, nam in proximum iviſſe Jacobi filios credibile eſt. Fuerit igitur aut *Heracleotes*, aut *Phacuſites*, aut *Bubaſtites*, aut *Heliopolites*, nam hi Arabiæ proximi fuere. Fortè & *Tanites*, qui haud multò remotior; Rex certè eodem in Nomo fuiſſe videtur, ut colligere eſt ex eo quod regiæ domui Præfectus eſſet Joſephus, ſup. Cap. XLI, verſ. 40. & quod infrà dicitur Cap. XLV, 16.

Proni in terram ſalutarunt] Heb. *incurvaverunt ſe ei facie in terram*. Non more Ægyptiaco, quem indicavimus ad verſ. 40. Cap. ſuperis; ſed vicinarum Orientis gentium, quæ, more Perſico, proceres adorabant. *Herodotus* Lib. I. Cap. 134. de Perſis: ἢν δὲ πολλῷ ᾖ ὁ ἕτερος ἀγεννέστερος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον, *ſin autem alter fuerit multò ignobilior, procidens alterum adorat.*

7. *Alienum ſe finxit*] Aut, *geſſit inſtar alieni*, יתנכר *jithnaccher*, ἠλλοτριοῦτο, ut habent οἱ LXX.

Aſperè eos alloquutus] Loquutus eſt eum eis קשות kaſchoth *dura*, σκληρά. Ut Græcis neutra pluralia adverbii loco ſunt, ita interdum Hebræis fœminina.

8. *Quamquam autem*] *Et agnovit Joſephus fratres ſuos*, &c.

9. *De illis*] Vel, eos ſpectantia, Heb. להם *lahem*. Vide Cap. XLIII, 6.

9. *Nuda munimentis loca*] Heb. ערות *ervath*, *nuditatem*. Ut milites inermes *nudi* dicuntur: ſic loca, per quæ adiri faciliùs Ægyptus poterat, quòd eſſent munimentis, aut naturæ, aut artis deſtituta, *nuditas* ejus appellantur. Quâ metaphorâ & Latini utuntur, nam apud *Ciceronem* & *Cæſarem*, *nudam urbem præſidio*, *nudata caſtra*, *nudos defenſoribus muros* legimus, aliáque ſimilia. Ergo *nuditas* terræ, eſt ea ejus pars, quâ hoſtilibus copiis aperta erat Ægyptus. Hinc Hieronymus *infirmiora*, *immunita*. Quare οἱ LXX. habeant ἴχνη *veſtigia*, non eſt facile dictu. *Aquila* & *Symmachus* verterant τὰ κρυπτά, quia *nuditas* abſconditur.

Specioſior autem erat hæc Joſephi ſuſpicio, quamquam ficta, quòd ex iis partibus venirent fratres, quibus ſolis ex Aſia in Ægyptum aditus

nequaquam, domine, inquiunt; emendæ annonæ cauſâ, ſervi tui venerunt. 11. Viri unius filii omnes ſumus, iidémque veraces; ſervi tui non ſunt exploratores. 12. Iterum ille: minimè gentium, ſed nuda *munimentis* loca regionis ſpeculaturi veniſtis. 13. Illi autem, duodecim, inquiunt, ſervi tui fratres fuimus, viri unius in Chanahanitide *degentis* filii; minimus etiamnum cum patre noſtro eſt, alter interiit. 14. Joſephus verò illis, hoc ipſum eſt, ait, quod vobis dicebam, exploratores eſtis. 15. Hoc, *ſic* vivat Pharaho, veſtri ſumetur exprimentum, non egrediemini hinc, niſi cùm venerit frater veſter natu minimus. 16. Unum è vobis mittite, qui adducat fratrem veſtrum, vos verò in vinculis manete, & probentur verba veſtra, veritáſne iis inſit; alioqui, *ſic* vivat Pharaho, exploratores eſtis. 17. Deinde eos in cuſto-

exploratores ſe eſſe, aut aliâ, niſi emendi frumenti, cauſâ veniſſe; & ſe quidem nihil mali machinari, viríque unius eſſe filios, qui ipſos in Ægyptum miſiſſet, dictitare. 12. At Joſephus ſimulat ſe iis credere non poſſe, exploratoreſque omnino ſibi videri adſerit. 13. Iterum confirmant ſe ab nullo Rege, nullave Republica miſſos, ſed unius viri in Chananæa viventis, filios eſſe, à quo nulla alia de re, niſi ut annonam emerent, miſſi eſſent in Ægyptum; manſiſſe autem apud patrem fratrum natu minimum, & duodecimum, qui dudum obiiſſet, etiam fuiſſe. 14. Verùm Joſephus, quaſi fidem iis detraheret, eamdem ingerit crimi- uationem, 15. & per Pharahonis ſalutem jurat; non paſſurum ſe eos in Chananæam redire, niſi fratrum minimus, quem apud patrem manſiſſe ajebant, eos ipſe accerſitum veniret; atque hoc fore indicium, quo non mentitos eſſe, cùm exploratores ſe negarant, ſibi conſtaret. 16. Aut, ſi ita videretur, unum ex fratribus mitterent, qui eum adduceret, dum reliqui in vinculis eſſent manſuri; quod niſi facerent, exploratores habitum iri, ſéque de iis, quod per ſalutem Pharahonis dejerabat, pœnas ſumturum. 17. Cùm illi negarent poſſe hoc à ſe promitti, quòd pater nollet à ſe filium natu minimum dimittere, neque abeun-

tus patet, & unde ſolùm irruptio hoſtium timebatur: μόνη ταύτη εἰσὶ φανεραὶ εἰσβολαὶ εἰς Αἴγυπτον, *hac ſolâ parte ſunt aperti in Ægyptum ingreſſus.* Verba ſunt *Herodoti* Lib. III. Cap. 5. ubi quomodo illac in Ægyptum cum exercitu venerit Cambyſes, fusè narrat. *Ptolemæi* tabulas inſpicienti res manifeſta erit. Undequaque, contra Afrorum incurſiones, ſolitudinibus, quibus cincta erat, ſatis munita fuit, ſi *Diodoro Siculo* Lib. I. *Biblioth.* credimus. Mare etiam quod illi ad ſeptemtrionem eſt, & vadoſum & importuoſum, ſubitis claſſium appulſibus parum opportunum erat, ut idem docet. Certè ex Oriente Paſtores, qui, haud multò poſt Joſephi tempora, Ægyptum invaſere, venerunt, ut auctor eſt *Manetho*, apud *Joſephum* Lib. I. *cont. Apionem.* Παρὰ δόξαν ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μέρων ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι καταθαρσήσαντες ἐπὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν, καὶ ῥᾳδίως ἀμαχητὶ ταύτην κατὰ κράτος εἷλον: *præter opinionem ex partibus Orientalibus* (ex Arabia vicina) *homines genere ignobiles, ſumtâ fiduciâ, regionem bello adgreſſi, ea facilè potiti ſunt*, &c. Hinc *Salatis*, primus horum Paſtorum qui regnavit, μάλιστα τὰ πρὸς ἀνατολὴν ἠσφαλίσατο μέρη, προορώμενος Ἀσσυρίων ποτὲ, μεῖζον ἰσχυόντων, ἐσομένην ἐπιθυμίαν τῆς αὐτῆς βασιλείας ἔφοδον: *maximè orientales partes muniit, prævidens Aſſyrios, qui tunc magis pollebant, in idem regnum ingredi optaturos.* Vide & ſequentia, & confer cum Ezekiel. XXX, 15. Diu poſtea, *Seſoſtris*, ut prodidit *Diodorus Siculus* Bibl. Lib. I. P. 52. ἐτείχισε τὴν πρὸς ἀνατολὰς νεύουσαν πλευρὰν τῆς Αἰγύπτου πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς Συρίας καὶ τῆς Ἀραβίας ἐμβολὰς, ἀπὸ Πηλουσίου μέχρις Ἡλιουπόλεως, διὰ τῆς ἐρήμου, τὸ μῆκος ἐπὶ σταδίους χιλίους καὶ πεντακοσίους: *Muro Orientale Ægypti latus, contra Syrorum & Arabum irruptiones, à Peluſio per deſertum Heliopolin uſque, ad mille quingentorum ſtadiorum longitudinem, vallavit.* Atque hinc fortè etiam factum ut *Neco*, *Pſammetichi* F. Rex Ægypti, foſsâ ex Peluſiaco Nili brachio in Erythræum ſinum ductâ, mare ſeptemtrionale cum auſtrali, hoc eſt, Mediterraneum cum Arabico jungere adgreſſus ſit; ut, nimirum, eâ parte Ægyptum clauderet, quod narrant *Herodotus* Lib. II. Cap. 158. *& ſeqq.* & *Diodorus* Lib. I. P. 30. qui addit & Darium Perſam id operis iterum inchoatum imperfectum reliquiſſe, ſed Ptolemæorum ſecundum abſolviſſe, catarractâ Arabici maris æſtui oppoſitâ.

10. *Domine*] אדני *adoni.* Volunt Grammatici hîc eſſe primæ perſonæ *ſuffixum*, quod negare noluerim; quamquam uſu fieri potuit ut nihil ampliùs ſignificaret, unde LXX κύριε & Vulg. *domine*, ſine adjectionibus μοῦ aut *mi.* Certè Latinè loquentibus eodem modo loquendum fuit, ac ſi ſcriptum eſſet אדן *adon.*

Servi tui] ועבדיך Samariticus omittit conjunctionem, fruſtra. Nam *ſed* videtur ſignificare.

11. *Viri unius* &c.] Eſt præterea in Heb. *& dixerunt*, quod omiſimus, quia ex ſuperioribus repeti facilè, ſi neceſſe eſſet, poterat.

Iidémque veraces] *Nos* כנים *chenim*, hoc eſt, ſi ex notatione vocis ratiocinemur, ὀρθοὶ, ut habebat *Aquila*, *recti ſumus*; bonæ fidei & veraces eſſe ſe adfirmant, non mentiri, neque fingere ſe tritici emendi cauſâ veniſſe, dum exploratori venerant. Hoc in memoriam revocat verba Regis longævorum Æthiopum ad eos, qui ſpecie legationis exploratores à Cambyſe ad eum venerant: οὔτε ὑμεῖς λέγετε ἀληθέα, ἥκετε γὰρ κατόπται τῆς ἐμῆς ἀρχῆς, *non dicitis vera, ſed ſpeculatores veniſtis regni mei*, apud Herodot. Lib. III. Cap. 21.

13. *Minimus.*] *Et ecce parvus.*

Interiit] *Nullus eſt.* Vide not. ad Cap. V, 24. & infra verſ. 36.

14. *Hoc ipſum eſt*] Quia, nimirum, iterum dicebant ſe ex Chananæa venire, ex qua parte ne aditus in Ægyptum quæreretur, timendum erat. Vide ad verſ. 9.

cuſtodiam per triduum dedit. [18] Tertio verò die, hoc facite, ait illis Joſephus, & vitæ veſtræ conſulite, *nam & ego Dei timens ſum*, [19] ſi veraces eſtis, unus fratrum vinctus in carcere maneat, vos verò abite & veſtras domos annonam fami *ſuſtentandæ* avehite. [20] Tum fratrem natu minimum ad me adducetis, & fides conſtabit verborum veſtrorum, nec moriemini; atque ita fecerunt.

[21] Dicebant poſtea aliis alii, profectò erga fratrem noſtrum peccavimus, qui animi ejus, cùm nos deprecaretur, anguſtias viderimus, neque tamen *eum* audiverimus; propterea in haſce anguſtias adducti ſumus. [22] Tum repoſuit Ruben, annon vobis dicebam, ne peccate in adoleſcentem? at non audiiſtis, ecce verò ſanguis

euntem, ſine vitæ periculo, poſſet videre; in carcerem omnes è veſtigio mittuntur, ubi per triduum fuerunt. [18] Tertio verò die, quaſi mutatà ſententia, eos ad ſe vocat Joſephus, & ſe eorum miſereri præfatus, poſſe eos ſuæ vitæ conſulere ait, [19] ſi verum dicerent; novémque ad patrem cum annona redituros, dum unus dumtaxat in vinculis eſſet manſurus. [20] Hinc ſe cogniturum, non temerè fidem iis eſſe habitam, fratréque adducto, incolumes omnes remiſſum iri; at ſine eo, ne ſperarent poſthac in conſpectum ſuum ſe venire poſſe. Quam conditionem, cùm nihil aliud conſilii ſuppeteret, accipere coacti ſunt.

[21] Tunc temporis iis ſubiit memoria inhumanitatis erga Joſephum exercitæ, atque eorum nonnulli, ſe non alia de cauſa ad haſce anguſtias adductos eſſe, Hebræo ſermone dicebant; niſi quia ſupplicis fratris miſerabiles preces atque ejulatum, quo alieni commoti fuiſſent, obfirmato animo ſpreverant. [22] Ruben vero, qui rem diſſuaſerat, hæc mala quidem ajebat præcaveri potuiſſe,

15. *Hoc veſtri ſumetur experimentum*] *In hoc probabimini.*

Sic vivat Pharabo] Eſt jusjurandum *per ſalutem Pharahonis*, quemadmodum poſtea *per ſalutem Cæſarum* jurabant Romani & qui iis parebant. Sic 1 Sam. XX, 3. *vivit Jehova & vivit anima tua*, ſimilis eſt jurandi formula. Vide & XXV, 26. & 2 Sam. XV. 2 Reg. II, 2, 4, 6. Jerem. V, 2. Senſus hujus jurisjurandi eſt: *ut verum eſt vivere Pharahonem, ſic verè hoc veſtri ſumam experimentum*, vel *ut verè ſalutem Pharahoni precor, ita verè*, &c. Qua in re non poteſt Joſephi reprehendi pietas, quaſi per alienum Deum juraret. Sic & veteres Chriſtiani per ſalutem Cæſarum jurare non dubitabant. *Juramus, ſicut non per genios Cæſarum, ita per ſalutem eorum, quæ eſt auguſtior omnibus geniis*, ait *Tertullianus* Apol. Cap. XXXII. ad quem vide *Deſ. Heraldum.*

Non egrediemini hinc] Heb. אם *ſi egrediamini hinc*. Particula אם *im* in ſacramentis, aliquando eſt vice negationis, ut Pſ. CXXXII, verſ. 3, 4. *Juravi Jehovæ — ſi ingrediar tabernaculum ſi — adſcendam in lectum — ſi dedero ſomnum oculis meis — donec invenero*, &c. Perinde eſt ac ſi diceret David, ſe juraſſe *ſe non ingreſſurum*, &c. Poſſit tamen fortè adfirmativè intelligi אם, ſi elliptica ſtatuatur hæc jurandi formula, atque hujus ſenſûs: *vivat Pharabo, & à me pœnas repoſcat, ſi permiſero vos hinc abire*, &c. In verbis Davidis, hæc quoque latere ſententia poterit: *juravi Deo, eúmque pœnas à me repoſcere volo, ſi*, &c. Verùm hoc dici nequit, ubi Deus ipſe per ſe jurat, ut Ezek. XIV, 19 Itaque negationem commodiorem eſſe cenſuimus, cùm ſenſum non minùs exprimat.

16. *In vinculis manete*] האסרו *beaſerou*, vinciamini, hoc eſt, & reliqui vincti manete. Omnes promiſcuè alloquitur, quia nondum quis iturus eſſet conſtabat. Vide verſ. 18.

Veritáſne iis inſit] *An veritas vobiſcum.*

Alioqui] *Si non*, aut *ſin verò*, hoc eſt, ſi falſa comperientur, inde vos exploratores eſſe liquebit. Ad calcem hujus verſûs, additur in Samaritico verſ. 22. C. XLIV. quod videtur factum, quia durum Critico Samaritæ viſum eſt, circumſtantiam hîc omiſſam, ubi primùm narranda fuit, in iterata demum narratione inveniri. Sed & alia ejuſmodi exempla in hac ipſa Hiſtoria occurrent, & alibi ſimilia obſervavimus; & Samaritæ ſolent audaciùs emendare Codices. Vide de ſimili additione dicta ad Cap. XXX, verſ. 36.

17. *In cuſtodiam*, &c.] Ut deliberarent interea, quem eſſent miſſuri, cùm initio nullus eorum ſolus ad patrem redire ſuſtineret; ne ſe ſubitò novem filiis orbatum quereretur, qui etiamnum Joſephi mortem lugebat. Vel propter rationem, in Paraphraſi indicatam.

Vitæ veſtræ conſulite] Hebræi uno verbo יחיו hhejou, *vivite*, quod cùm imperari nequeat, per Futurum vertunt *vivetis*. Maluimus Imperativum ſervare, & vim ejus haud incommodè expreſſiſſe nobis videmur. Ita verſ. 16. *in vinculis manete*, ἀντὶ τοῦ *vinciamini* vertendum fuiſſe nemo dubitarit. Alioqui Futuri & Imperativi magnam eſſe adfinitatem, eáque miſceri non negarim. Vide not. ad Cap. XXXIV, verſ. 10.

Nam & ego Dei timens ſum] Hoc eſt, neque enim volo me vobiſcum crudeliter gerere, qui Deum fandi & nefandi memorem colo. Vide notata ad Cap. L, 19.

19. *Si veraces eſtis*] Vide dicta ad verſ. 11. Videtur ſententiam mutaſſe Joſephus, ne patrem ſenem nimio dolore adficeret, ſi novem fratres retineret; præterquàm quòd nemo fortè unus ad patrem ire, ut diximus, audebat.

Vinctus in carcere maneat] *Vinciatur domi cuſtodiæ veſtræ.*

Vos verò abite] Hoc eſt, reliqui præter eum qui vincietur. Ita & ſurà verſ. 16.

Annonam fami ſuſtentandæ] Hebr. שבר רעבון *ſcheber rababon*, annonam famis. Hic genitivus, qui caſus eſt præ ceteris πολύσημος, finem ſignificat; nam eo fine ut fami ſubvenirent, frumentum in Ægypto emere voluerant Iſraëlitæ.

guis ejus repoſcitur. 23. Neſciebant illi Joſephum *hæc* intelligere, quia inter eos *fuerat* interpres. 24. At cùm ab iis ſeceſſiſſet, in lacrimas erupit, deinde reverſus eos alloquutus eſt, Simehonémque ex eorum numero comprehendit, & coram iis vinxit. 25. Juſſit deinde impleri eorum vaſa frumento, cujuſque pecuniam in ſingulorum ſaccum recondi, & *inſuper* commeatum in viam iis dari; atque ita ſe erga eos geſſit.

26. Impoſitâ aſinis ſuis annonâ, illinc profecti ſunt, 27. cúmque unus ex illis, in loco in quo pernoctaturi erant, ſaccum ſuum aperuiſſet ut pabulum aſino daret, ecce pecuniam ſuam, quæ in ore ſacci erat, vidit. 28. Tum fratribus, reddita, inquit, *mihi*

tuiſſe, ſi ſibi fratres credidiſſent, cùm fratri parcendi auctor erat; nunc mirum videri non poſſe, ſi ſceleris pœnas ab iis Deus repoſceret. 23. Hæc cùm dicerent, aderat quidem Joſephus, ſed abſente interprete, per quem eos alloquutus fuerat, intelligi ſermones ſuos non putabant. 24. At ille anxios videns, & pœnitentiâ captos, vix adfectum coercere poterat; & cùm nondum agnoſci à fratribus vellet, ſeceſſum aliquamtiſper quæſiit, unde, lacrimis ubertim effuſis, compoſitóque vultu, mox reverſus, ex decem fratribus quem in vincula conjiceret Simehonem, Leæ filium, elegit, & coram iis in carcerem miſit. 25. Deinde juſſit ſaccos eorum frumento, commeatúque, & pabulo quo indigerent jumenta impleri; pretium verò eorum quæ acceperant, ab iis appenſum, ſimul recondi; quod, uti juſſerat, factum eſt.

26. Illi ergo, impoſitâ jumentis annonâ, in Chananæam profecti ſunt. 27. Cum autem ad locum perveniſſent, ubi pernoctari neceſſe erat, ſaccum unus eorum ſolvit, ut aſino pabulum daret, eóque reſerato pecuniam ſuam videt. 28. Rem illico fratri-

litæ. Sic Pſ. XLIV, verſ. 23. צאן טבחה *tſon tibbhah*, *oves mactationis*, ſunt oves ad mactandum comparatæ.

20. *Fides conſtabit*] יאמנו *jeamenou*, quod LXX. verterunt *& credentur* πιστωθήσονται, ſed plenam vim verbi adſequuti non ſunt. נאמן *neeman* in participio *fidus* eſt & *conſtans*, ſeu qui fidem non fallit; itaque in Futuro haud aliter eadem vox verti poteſt quàm *fides conſtabit*. Vide Pſ. LXXVIII, 37.

21. *Dicebant poſtea alii aliis*] *Et dixerunt quiſque ad fratrem ſuum.* Qui priùs invidiâ & irâ occæcati, aut nullum, aut leve peccatum admittere ſe in fratrem cenſuerant, ex ſua ipſorum experientia quàm crudelis ſit hominis, ſupplicis preces ſpernere, cognoſcunt. Quos præcepta meliores non faciunt, ii ex ipſis rebus diſcant neceſſe eſt. Pro צרת *tſarath*, eſt in Samaritico בצרת *btſarath*.

In haſce anguſtias adducti ſumus] Latini, ſervatâ eadem metaphorâ, ſic exprimunt quod Hebræi inverſâ phraſi efferunt, *hæc anguſtia venit ad nos.* Samaritæ legunt *omnis anguſtia hæc* כל הצרה: *chol hattſarah.*

22. *Dixi vobis*] Pro אמרתי *amarthi*, habet Codex Samaritanus דברתי *dibbarthi*, hoc eſt, ἐλάλησα, ut vertunt οἱ LXX.

Sanguis ejus repoſcitur] Vide not. ad Gen. IX, 5.

23. *Inter eos fuerat interpres*] Quamvis multa haberent Linguæ Ægyptiaca & Hebraïca adfinia, attamen ſat magnum eſſe inter eas potuit diſcrimen, ut vulgò ſe invicem Chananæi & Ægyptii non intelligerent; ut nec Galli hodie Hiſpanos aut Italos vulgò intelligunt, neque ab iis intelliguntur, quamquam omnes Linguas ex Latina ortas habent. Sic tempore Regum, Judæorum vulgus Chaldaïcam Linguam non intelligebat, ut liquet ex 2 Reg. XVIII, verſ. 26. Ex hoc autem loco, apparet Jacobi filios Chananæâ linguâ loquutos, niſi Chaldæam quis malit, non quæ uni familiæ eorum propria eſſet, unde enim comparari potuiſſet interpres? niſi Jacobi aliquis ſervus in Ægyptum confugiſſet, quod non legimus.

24. *At cùm ab iis ſeceſſiſſet*, &c.] *Et avertit ſe ab iis flevit*, &c. hoc eſt, in aliquod vicinum conclave ſeceſſit, ut Cap. XLIII, 29.

Reverſus] *Et rediit ad eos, & alloquutus eſt eos.*

Simehonem] Hoc cùm non conſtet an conſentientibus fratribus fecerit, an poteſtate ſuâ uſus, integrum nobis eſt conjicere Simehonem ab Joſepho electum, ut in vinculis eſſet, interea dum fratres redirent; quia omnium maximè invidiâ & irâ in ipſum flagrarat, & totius fortè ſceleris in Joſephum fratribus auctor fuerat. Dum ergo alii liberi abibant, hic in ſummo ſine dubio metu, in Ægyptiaco carcere, vixit.

25. *Juſſit deinde impleri*, &c.] *Et juſſit Joſephus & impleverunt.* Sed conſtructionem mutavimus, quia ſequitur להשיב *lhaſchib*, *referri.*

26. *Impoſitâ aſinis ſuis annonâ*] Ex ſequente verſu & tota narratione liquet tot aſinos fuiſſe quot erant viri, hoc eſt, decem, unde hæc naſcitur difficultas: quî ex loco aliquot dierum itinere remoto in Ægyptum irent, ut tantillum annonæ compararent? Antea ad Cap. XL, 15. obſervavimus Jacobum circa Chebronem ſedes fixiſſe, quod ex ipſo itinere, quod narratur Cap. XLVI, 1. colligere eſt; nam ut Beerſabeâ in Ægyptum veniens tranſiret, oportet eum ad ſeptemtrionem ejus loci priùs tetendiſſe. Illinc autem haud multò minùs ſex dierum itinere, per breviſſimam viam, homini expedito proximos Ægypti Nomos remotos fuiſſe Tabulæ docebunt. Diei etiam uni circiter decem Germanica milliaria tribuimus, quod in æſtu Judææ & Arabiæ, per ardentes arenas, diurnum iter longiſſimum eſt. Jam ſi reputemus aſinos fuiſſe onuſtos primùm tritico, deinde pabulo, & aquâ in aliquot dies; quorum in Arabiæ parte, quæ tranſeunda, penuria eſt; plures dies in eo itinere conſumtos facilè intelligemus. Quod cùm ita ſit, ſi quæramus quot pondo tritici ab unoquoque aſino bajulari potuerint per tantum iter, haud multò plura quàm ducenta ab iis vecta fuiſſe comperiemus. Quantilla

Digitized by Google

mihi pecunia mea eſt, ecce eam in ſacco meo. Illi verò exanimati & trepidi, quid hoc rei eſt, ajunt aliis alii, *quod* fecit nobis Deus? 29. Cùm perveniſſent in Chananæam, ad Jacobum patrem, quæcumque ſibi accidiſſent narrarunt, his verbis: 30. Aſperè nos regionis dominus alloquutus eſt, & quaſi ejus regionis exploratores habuit. 31. Diximus verò ei: veraces ſumus, non exploratores. 32. Duodecim fratres fuimus, patris *unius* filii, unus interiit, natu minimus etiamnum cum patre in terra Chananæa eſt. 33. Vir autem ille, regionis dominus, nobis, hoc pacto, inquit, veraces vos eſſe cognoſcam; unum ex fratribus mecum relinquite, *quod ad levandam* famem familiarum veſtrarum *opus eſt* capite, & abite. 34. Deinde minimum natu fratrem ad me adducite, & vos cùm exploratores non eſſe, ſed veraces cognoveto, fratrem veſtrum

tribus indicat, qui ſolutis quiſque ſaccis in omnibus ſingulorum pecuniam., ſumma cum admiratione, inveniunt; neque rem ſine Numine, quamvis quare facta eſſet non caperent, eveniſſe ſibi exiſtimarunt. 29. *ad* 34. Redire tamen ad Joſephum inconſultum rati, ad patrem pergunt, & cùm ad eum veniſſent rem, miranti parenti, ordine narrant.

35. Vanos non eſſe eorum ſermones vidit ſenex, cùm effuſis ſaccis ſingulorum pecuniæ faſciculos integros conſpexit; quà re & pater & filii, dolum ſuſpicati, mirum in modum conturbati ſunt. 36. Jacobus etiam ſe, per ipſos filios, aliis orbatum queri cœpit; qui poſtquam Joſephus interierat, Simeon captivus in Ægypto tenebatur, Benjaminem poſci finge-

tilla autem fuit annona hæc Jacobi familiæ, etiam excluſis ſervis, qui radicibus aut vilioribus frugibus veſci poterant? Certè cùm ſexaginta ſex eſſent è *femore Jacobi egreſſi*, præter filiorum uxores, credibile eſt centum homines fuiſſe qui frumento veſcerentur. Bis mille autem pondo, in duos menſes, iis non ſuffeciſſe quis non videt? Itaque ſæpiùs intra annum in Ægyptum fuiſſet deſcendendum, quod incommodiſſimum fuit.

Duo ſunt, quæ hiſce ſolvendis nodis multùm conducere poſſe cenſemus. Primum eſt, Ægyptios, niſi vellent horrea ſua exhauriri, non debuiſſe ingenti copiâ ſimul triticum peregrinis potiſſimùm vendere, ne procul aveheretur; ſatis enim iis frumenti non fuit, ut remotiſſimas etiam regiones ſuſtentarent. Itaque, ut in fame fieri ſolet, magnum frumenti numerum uni viro ſimul non vendebant; quo factum, ut ſæpiùs ad eos eſſet redeundum. Alterum eſt, quamvis fames maxima fuerit, tantam tamen per ſeptennium integrum non fuiſſe, nihil ut prorſus terra ederet frugum, nullæque ſererentur. Annus quo frumentum exiguâ copiâ provenit, hordei, aliarúmque ſegetum interdum ferax eſt, aut ſaltem iis prorſus non deſtituitur. Itaque in Ægyptum altero famis anno deſcendiſſe videntur Jacobi filii, ut frumentum dumtaxat coëmerent, eóque ſæpiùs erant ituri; cùm aliunde æquè commodè nanciſci, aut majore ſimul copiâ non poſſent.

Profecti ſunt] *Et impoſuerunt*, &c. *& profecti ſunt.*

27. *Unus ex illis*] Hîc & verſ. 35. hoc factum ita deſcribitur, quaſi unus ſaccum ſuum hoc tempore aperuerit, alii verò in Chananæa, præſente demum patre. At infrà Cap. XLIII, 20. rem ita narrat Juda, quaſi omnes eodem in loco, quo primo die redeuntes in Chananæam pernoctarant, pecuniam ſaccis ſuis ineſſe deprehendiſſent. Quæ varietas ex Orientali in narrando ἀκυρολογίᾳ orta eſſe videtur, ut dicemus ad verſ. 35.

In loco in quo pernoctaturi erant] Sequuti ſumus LXX. Intt. qui habent οὗ κατέλυσαν *ubi diverterant*, non *Hieronymum* qui habet *diverſorium*, quod hoſpitium publicum ſignificat, qualia tunc temporis non erant. מלון *malon* quemvis locum in quo pernoctatur ſonat, non tantùm בית מתבא *domum diverſorii*, ut habet *Onkelos*. Vide quæ diximus ſuprà ad Cap. XIX, 2. Fortè ſub arboribus, ut ſolet ea in regione fieri, aut in aliqua valle pernoctarunt.

Illi verò exanimati & trepidi] *Atque exiit cor eorum, & trepidarunt.* LXX. ἐξέστη ἡ καρδία αὐτῶν. Vulg. *exſtupefacti, turbatique.* Phraſis ויצא לבם *vejjetſe libbam, exiit cor eorum*, vehementem commotionem, quæ ex inexſpectata aliqua re aut audita, aut conſpecta oritur, ſignificat. Similis huic eſt quæ occurrit infrà Cap. XLV, 26. Atque hoc quoque indicat vox ἐξέστη, quâ uſi οἱ LXX. ut docuit *Dav. Clericus*, patruus meus ὁ μακαρίτης, *Quæſtionum Sacrar.* XIII. quam vide.

Quod fecit nobis Deus] Hæc exclamatio ab unoquoque ſaccum apertum fuiſſe ſatis indicat; neque enim mirum eſſe poſſet in unius ſacco pecuniam fuiſſe repertam, qui Præfecti annonæ feſtinantis error eſſe potuit. Sed poſtquàm in omnibus ſaccis pecuniam eſſe viderunt, inuſitatum quidpiam ſubeſſe haud immeritò judicarunt, ideóque in exclamationem erumpunt: *Quid hoc rei eſt, quod nobis fecit Deus!* Deo enim Hebræi inuſitata & inſperata omnia, quaſi αἴτιος ea procuraret, tribuunt. Sic 2 Sam. XVI, 10. Deus dicitur juſſiſſe Semeïn maledicere Davidi: *dixit illi Jehova maledic Davidi.* Vide & XVII, 14. XXIV, 1. Vide infrà ad Cap. XLVI. 5.

29. *Cùm perveniſſent*] *Et venerunt*; &c. *& narrarunt*, &c. *dicendo.*

30. *Aſperè*] Vide ad verſ. 7.

Regionis dominus] אדני *adone*, ante quam vocem eſt איש *iſch*, *vir domini.* Vide ad Cap. XXXIX, verſ. 2. Regionis dominus καταχρηστικῶς dicitur pro Præfecto. Vide not. ad 6. comma.

Habuit] Heb. *dedit nos ut exploratores.*

33. *Quod ad levandam famem opus eſt*] Heb. unâ voce רעבון *rababon*, *famem.* Manifeſtum eſt idem ſignificari, quod, ubi primùm narratur hæc hiſtoria, dicitur שבר רעבון *ſcheber rababon*, frumentum famis; igitur *fames* vocatur quod eſt famis objectum, ut *cupiditas* pro

ſtrum vobis reddam, atque hanc terram negotiandi causâ circumibitis.
35. Cùm poſtea ſaccos ſuos effunderent, ecce unicuique pecuniæ ſuæ faſciculus in ſacco erat, quos pecuniarum ſuarum faſciculos videntes ipſi & pater metu perculſi ſunt. 36. Tum iis pater Jacobus, me, inquit, orbaſtis. Joſephus nullus eſt, Simehon quoque nullus eſt, & Benjaminem abduceretis? contra me hæc omnia ſunt. 37. Ruben verò patri, duos, inquit, filios meos morte adficias, niſi eum ad te reduxero; da eum in manum meam, atque ad te reducem faciam. 38. At ille, non deſcendet, ait, filius meus vobiſcum, cùm frater ejus mortuus ſit, ſolúſque ſuperet; mali quidpiam ei in via quam ingrediemini accidet, & canitiem meam in inferos mœrentem demittetis.

XLI. Ja-

fingerent, filios in ſe conſpiraſſe clamitans, ſed ſe ſibi illudi non paſſurum. 37. Tum Ruben, ut intelligeret pater nihil fraudis ſubeſſe, ait, ſi credere ſibi Benjaminem vellet, ſe contrà duorum filiorum capita oppigneraturum, quos, niſi reducem faceret Benjaminem, morte mulctaret avus, ſi vellet. 38. Jacobus verò tam abſurdam orationem aſpernatus, Benjaminem cum illis in Ægyptum ire paſſurum ſe negavit; ne prorſus liberis, quos ſuſceperat ex cariſſima conjugum Rachela, orbaretur; etenim in itinere Ægyptiaco, facilè ei humanitus aliquid poſſe contingere; quod ſi eveniret, ut acerba hoc ætatis ſibi mors eſſet, per filios factum iri, dicebat.

P A-

pro te *capita*. Vide not. ad Cap. XLIX, 26.

34. *Negotiandi causâ circumibitis*] תסחרו *thsbbaron*, unde סחר *ſobher* mercator. Vide not. ad Caput XXXIV, 10. Quia è Chanahanitide, quæ mercatoribus erat referta, unde כנען chnahan, *mercatorem* ſignificat, veniebant fratres Joſephi, ideò cum iis quaſi cum mercatoribus agit. Hæc circumſtantia antea, ubi ipſe Sacer Hiſtoricus rem narrat, omiſſa eſt; planè contra morem aliorum Hiſtoricorum, qui rem illico accuratè narrant, deinde, ſi repetenda eſt, paucis eam adtingunt, nedum ut novam circumſtantiam antea omiſſam proferant. Hoc jam obſervavimus ad Cap. XLI, 17, 21. Vide & ad Cap. XLVIII, 22. Hinc quoque diſcere eſt, ut ex multis aliis locis, quamvis directæ orationes referantur, non ipſa tamen recitari verba.

35. *Cùm poſtea*, &c.] *Et fuit illis evacuantibus ſaccos & ecce*, &c. ויהי הם מריקים *vajjehi hem mrikim*. Samaritæ legunt ויהיו *vajjihjou*, *& fuerunt effundentes*, fortè quòd verbum ſingulare cum nomine plurali conjungi nollent. Sed & מריקים poteſt eſſe inſtar *ablativi abſoluti*, ut loquuntur Latini Grammatici, & conſtructio Hebræa patitur verbo ſingulari addi nomen plurale. Vide notata ad Caput I, 14.

Quos pecuniarum, &c.] *Et viderunt faſciculos, & metu perculſi ſunt*. Vide quæ ad verſ. 27. Ut hæc cum Cap. XLIII, 20. in concordiam redigamus, non videtur alia commodior ratio, quàm ſi quod jam novem Jacobi filiis ſemel in via evenerat, cùm omnes in eo loco in quo pernoctarunt ſaccos aperirent, iterum accidiſſe dicatur; quamquam hîc, quaſi primùm omnes præſente Jacobo in ſaccis pecuniam ſuam vidiſſent, res narratur. Ac ſanè cùm patri ſuo in ſaccis pecuniam, quemadmodum eam repererant, oſtenderent, & in animum quæ ſibi contigerant revocarent, non potuit non iterum in eorum animo admiratio metu miſta oriri. In carcerem compactus fratrum unus, donec natu minimus abduceretur in Ægyptum, dura Ægyptii, ut videbatur, præfecti verba, & pecunia in ſaccos relata, neſcio quid mali portendere videbantur.

36. *Simehon quoque nullus eſt*] Metuebat ne ab Ægyptiis occideretur, Benjamine in Ægyptum non eunte; cùm enim mittere nondum apud animum ſuum ſtatuiſſet.

Contra me hæc omnia ſunt] Videtur Jacobus ſuſpicatus aliquam, in hoc negotio, fratrum fuiſſe fraudem. Hæc enim ſunt hominis jacturam ſuam, à filiorum jactura (quæ tamen eadem erat, ſi fraterno animo inter ſe vixiſſent) ſejungentis; quaſi diceret: hæc filiorum meorum infortunia ad me ſolum ſpectant, vos ea non curatis.

37. *Duos filios meos morte adficias*] Non potuit capita filiorum ſuorum neci ſtultiùs oppignerare Ruben. Nam unde ſcire poterat reducturum ſe ex Ægypto Benjaminem, cujus reditus ex Præfecti Ægyptii libidine pendebat? Benjamine autem non redeunte, an jacturam ſuam minuiſſet, aut luctum levaſſet avus, innoxiorum nepotum injuſtâ cæde?

38. *Mali quidpiam*] אסון *aſon*, ut ſupra, verſ. 4.

Canitiem meam in ſepulcrum, &c.] Hoc eſt, ultimis vitæ annis in perpetuo mœrore transactis moriar, lugubres etiamnum veſtes, propter filiorum mortem, indutus.

Mœrentem] ביגון *bjagon*, in mœrore. Inf. Cap. XLIV, 29. eſt ברעה *brahah*, in malo, quod idem eſt.

C O M-

XLI. Jacobi filii à patre Benjaminem in Ægyptum ſecum abducendum impetrant. Joſephus eos trepidos benignè alloquitur, & convivio excipit.

CAPUT XLIII. FAME in regione ingraveſcente, 1. abſumta cùm eſſet annona, quam ex Ægypto advexerant, redite, ait eis pater, & aliquantulum victûs nobis emite. 2. Tum ei Juda, confirmavit, inquit, nobis vir ille, &, non videbitis, ait, faciem meam, niſi vobiſcum ſit frater veſter. 3. Si velis mittere fratrem noſtrum nobiſcum, deſcendemus, ac tibi victum comparabimus. 4. Sin verò mittere nolis, non

PARAPHRASIS.

1. INTEREA cùm ingraveſceret fames, & annona quam ex Ægypto advexerant Jacobi filii abſumta erat, nec unde, niſi eò redirent, frumentum compararent noverant. Jacobus ergo iis in Ægyptum redeundum eſſe, ut triticum emerent, ſignificat. 2. Juda verò patrem eorum, quæ reduces ex Ægypto dixerant, commonefecit, & à ſe Præfectum annonæ in Ægypto adiri non poſſe, niſi fratrum minimus ſecum eſſet; virum enim confirmaſſe eos admiſſum non iri, niſi eum videret. 3. Itaque ſi vellet pater ſecum Benjaminem mittere, ituros in Ægyptum atque annonam comparaturos; 4. ſin verò dimittere eum nollet, ſe eò proficiſci non poſſe, poſtquàm Præfectum annonæ, ne ſine fra-

COMMENTARIUS

In CAPUT XLIII.

1. A*Bſumta cùm eſſet annona*] *Et fuit cùm abſolverant comedere annonam.*

2. *Confirmavit nobis*] חעד העד בנו *bahed hebed banou*, *teſtando teſtatus eſt in nos.* עד quod propriè eſt *teſtari*, paſſim *adfirmare*, *confirmare* eſt. Sic Pſalm. L, 7. *Audi popule mi & eloquar, aurem præbe Iſraël, & teſtabor in te*, i. & tibi quid fieri velim dicam. Hinc cùm aliàs, tum Pſalm. CXIX. ſæpiùs עדות *hedoth*, teſtimonia dicuntur Dei præcepta. Rectè ergo Vulg. *denunciavit nobis*; ſed malè, *ſub adteſtatione jurisjurandi.*

3. *Si vis mittere*] Heb. *Si es mittens.* Ejuſmodi phraſi haud raròutnutnr Hebræi, ad ſignificandum cujuſpiam rei faciendæ conſilium. Sic ſupra Cap. VI, verſ. 17. *Diluvium terris inducturus ſum* מביא mebi. Vide & Capp. XIX, 13. XX, 3.

6. *De nobis, déque noſtra cognatione*] לנו *lanou*, præfigitur & ſequenti voci ל, quod hîc ſignificat *de*. Vide ſup. XLII, 9.

Interrogavit] *Interrogando interrogavit.*

His verbis] *Dicendo.*

Prout diximus] *Secundùm verba illa.*

Sciebamus] *Sciendo ſciebamus*, unde ἔμφασιν in repetitione hac verbi nullam eſſe colligere eſt. Nam ſi *interrogando interrogavit* eſt idem ac *diligenter percunctatus eſt*; ut quidam volunt; *ſciendo ſcire* erit idem ac *certò ſcire*, quod ineptum huic loco. Ideóque tantùm abeſt ut ἔμφασιν, quâ intenditur vocis ſignificatio, huic loquutioni tribuant, ut vertant: *poteramúſne ullo pacto cognoſcere.*

7. *Liberique noſtri impuberes*] טפנו *tappbenou.* Vide ad Cap. XXXIV, 29. De loquutione *vivemus & non moriemur*, vide ad Cap. XI, 30.

8. *Peccati in te admiſſi reus*] *Peccavere* חטאתי *bhatathi*; hoc eſt, numquam mihi parcas, ſed quaſi abdicatum me habeas. Sic 1 Reg. I, 21. mater Salomonis: *erimus*, inquit, *ego & filius meus Salomo peccatores* חטאים *bhataim*, hoc eſt, quaſi læſæ majeſtatis rei, pœnas luentes.

9. *Niſi*] Præponitur huic voci כי *chi*, quod plerumque ὅτι vertitur; ſed hîc abundat, ut alibi non raro, ideóque rectè eſt ab *Hieronymo* omiſſum. LXX. Εἰ μὴ γὰρ, ubi γὰρ etiam παρέλκει, more Græcis haud ignoto. Quæ obſervatio hoc in loco magni non videtur eſſe momenti, ſed in difficilioribus locis, ubi eadem particula abundat, non animadvertentibus Intt. nequaquam ſpernendi eſt uſûs. Manifeſtò παρέλκει Pſalm. CXVIII, 10, 11, 12. CXXII, 5.

10. *Quæ maximè hac in regione celebrantur*] מזמרת הארץ *mizzimrath haerets*, *è cantatione terræ.* Hoc eſt, è Syriæ fructibus, aut aliis in ea provenientibus, quæ omnium maximè apud vicinas gentes famâ celebrabantur. Sic Cap. XLIX, 26. *cupiditas collium*, eſt quidquid è collibus maximè concupiſcitur.

Reſinæ, &c.] Vide not. ad Cap. XXXVII, 25. Pro לט *lot*, legunt Samaritæ לוט, ut ſuprà Cap. XXXVII, 25.

Piſtacia] בטנים *botnim*, ἀπὸ τοῦ בטן *beten*, quod *ventrem* & quamvis *protuberantiam* ſonat; quo factum ut avellanas plurimi interpretarentur, alii aliud nucum genus. *Plinii* verba de avellanis Lib. XV. Cap. 23. huc apprimè faciunt: *Umbilicus illis intus in* VENTRE *medio.* Joſuæ Cap. XIII, verſ. 26. mentio fit loci, qui tribui Gad ceſſit, & qui בטנים *btonim* vocatur, fortè à nucum proventu, nam regionem, quæ circa lacum Geneſareticum eſt, celebrat *Joſephus* Lib. III. Bell. Jud. Cap. 36. in Græcis, quòd præter calidarum regionum morem nuces haberet. Καρύαι μὲν γε φυτῶν τὸ χειμερινώτατον ἄπειροι τεθήλασι, ἔνθα φοίνικες, οἳ καύματι τρέφονται, καὶ τὰ ἑξῆς: *nuces, quæ arborum maximè frigoribus gaudent, infinitæ illic floreſcunt; ibi & palmæ, quæ calore aluntur*, &c. At LXX. & Vulg. *Terebinthum* vertunt, arborem & fructum in Syria frequentiſſimum.

For-

non deſcendemus, dixit enim nobis vir ille: niſi frater veſter vobiſcum ſit, faciem meam non videbitis. 5. Iſraël verò, quare, inquit, hoc malo me mactaſtis, ut illi num vobis eſſet frater indicaretis? 6. De nobis, inquiunt, déque noſtra cognatione *nos* interrogavit vir ille, his verbis: vivitne adhuc pater veſter, éſtne vobis frater? tum illi, prout diximus, rem expoſuimus; an ſciebamus eum dicturum: adducite fratrem veſtrum? 7. Dixit præterea Juda patri Iſraëli, mitte adoleſcentem mecum, ſurgemúſque & ibimus, atque *eo pacto* vivemus, neque nos, tu, *liberi*ſque noſtri impuberes moriemur. 8. Ego pro eo fidejubeo, eum è manu mea requirito; niſi eum ad te reduxero, & coram te ſtitero, peccati in te admiſſi reus per omnes dies *meos* ſim. 9. Niſi cunctati eſſemus, jam bis illinc rediiſſemus. 10. Tandem

fratre redirent, audiverant interminantem. 5. Tum Jacobus quærere, quare, niſi patri moleſtiam creare voluiſſent, homini ſibi undecimum eſſe fratrem indicaſſent? 6. Illi verò repoſuerunt, annonæ Præfectum ſciſcitatum eſſe à ſe, an patrem haberent ſuperſtitem, an præterea frater ſibi eſſet; ſe autem rem, ut erat, faſſos, neque potuiſſe divinare hominem abſentem fratrem ad ſe adduci poſtulaturum. 7. Cùm omnes rem ita ſe habere confirmaſſent, Juda præ ceteris orare patrem cœpit dimitteret Benjaminem, ut poſſet annona advehi; antequàm omnes eò deveniſſent, ut fame pereundum ſibi neceſſariò eſſet. 8. Se vadem futurum pro Benjamine, & niſi eum reducem faceret, velle ſe quidem per totam vitam (quod abominabatur, neque Deus ſineret) ſibi infenſum, atque iratum eſſe cariſſimum patrem. 9. Certè niſi illa cunctatione patris, Benjaminem dimittere nolentis, impediti fuiſſent, interea bis iter in Ægyptum potuiſſe confici, & bis annonam referri. 10. Tandem Jacobus famis periculo,

Fortè legerunt, aut legendum putarunt בטמים *botmim*, nam Syris בטמתא *betmetho* & Arabibus בטמן *butomon*, *terebinthum* ejuſque fructum ſignificant. Certè, in Syria, ea arbor feliciſſimè proveniebat. *Theophraſtus* Hiſt. Plant. Lib. III. Cap. 15. περὶ Δαμασκὸν τῆς Συρίας μέγα καὶ πολὺ καὶ καλόν. ὄρος γὰρ τί φασιν εἶναι παμμέγιστον τερεβίνθων, &c. *circa Damaſcum Syriæ, magna, copioſa & pulchra eſt; montem enim ajunt eſſe maximum terebinthorum.* Fructum ejus ita deſcribit, poſtquàm maſculæ terebintho nullos eſſe fructus, ſed fœminæ dumtaxat docuit: Τῶν δὲ θηλειῶν, ἡ μὲν ἐρυθρὸν εὐθὺς φέρει τὸν καρπὸν ἡλίκον φακὸς, καὶ ἄπεπτος. ἡ δὲ χλωρὸν ἐνέγκασα, μετὰ ταῦτα ἐρυθραίνει, καὶ ἅμα τῇ ἀμπέλῳ πεπαίνουσα, τὸ ἔσχατον ποιεῖ μέλανα, μέγεθος ἡλίκον κύαμον· ῥητινώδη δὲ καὶ θυωδέστερον: *fœminarum verò alia fructum protinus rufum magnitudine lentis fert, qui concoqui nequit; alia viridem edit, quem poſtea rubore inficit, & matureſcens cum vite, poſtremò nigrum facit magnitudine fabi, reſinoſum & ſulfuroſum.* Si vera eſt τῶν LXX. aut conjectura, aut lectio, hi fructus ad Joſephum delati videbuntur; quamquam quos in uſus adhiberentur neſcimus. Interpres Samaritanus habet פיצטקין *phitstakin*, hoc eſt, piſtacia. Ita & Arabs nondum editus. Sic & *R. Salomo Jarchi* ex quodam R. Machire, פיסטקים Dioſcorides Lib. I. c. 177. Πιστάκια τὰ μὲν γεννώμενα ἐν Συρίᾳ, ὅμοια στροβίλοις, εὐστόμαχα. ἐσθιόμενα δὲ καὶ πινόμενα ἐν οἴνῳ λεῖα, ἑρπετοδήκτοις βοηθεῖ: *piſtacia, quæ quidem in Syria gignuntur, pineis nucibus ſimilia ſtomacho amica ſunt. Sive edantur, ſive trita in vino bibantur, contra ſerpentium morſus auxiliantur.* Vide *Sam. Bochart.* Chanahane Lib. I. c. 10. Prætulimus hanc vertendi rationem, quia aliis nucibus pretioſiora ſunt piſtacia.

12. *Alteram pecuniam*] כסף משנה *cheſeph miſchneh*, *pecuniam iterationis*, hoc eſt, alteram pecuniam, eadem ſummâ quâ priorem. Vide Cap. XLI, 43. Inf. verſ. 22. כסף אחר *pecunia alia* dicitur.

13. *Omnipotens*] De voce שדי *ſchaddai* vide ad Cap. XVII, 1.

Miſericordiam ejus movere] *Miſericordia eorum homine.*

Sin verò orbatus fuero, orbatus ero] Hoc eſt, ſi me orbari liberis neceſſe ſit, orbitatem eam quàm patientiſſimè potero feram. Similis eſt loquutio Eſth. IV, 16. ubi Eſthera jubet Mardochæum & Judæos orare pro ſe, ut liceat tutò ad Regem accedere, dieſque ſe etiam cum ancillis jejunaturam, ac tandem ſubdit: כאשר אבדתי אבדתי chaaſcher abadthi abadthi, *ſin autem periero, periero*; hoc eſt, ſi me oportet hoc in conatu perire, æquo animo mortem oppetam.

14. *Surgentes deſcenderunt*] *Et ſurrexerunt, & deſcenderunt.*

15. *Cùm Joſephus conſpexiſſet*] *Et vidit Joſephus, — & dixit*, &c.

Mactato pecudem] טבח טבח *thoabh tebahh*, *macta mactationem.* LXX. Intr. θύματα, Vulg. *victimas.* Sed cùm nulla hîc ſacrificii mentio ſit, maluimus *pecudem* vertere, & convivio parandam, qualis erat vitulus, quo omnes Ægyptii veſcebantur, intelligere. Atque ita ſumitur vox טבח Proverb. IX, 2. ubi Sapientia parans convivium, ſic inter alia deſcribitur: טבחה טבחה *tabehhah tibhhah*, *occidit pecudes ſuas.* Vide & 1 Sam. XXV, 11.

Meridie mecum comedent] Prandebunt mecum, unde diſcimus de die convivari ſolitos Ægyptios, quod apud Græcos infame. Vide inter alios *Ev. Feithii* Ant. Homericas Lib. III. Cap. 3.

16. *Domum ejus*] *Domum Joſephi.*

17. *Trepidi*, &c.] *Et timuerunt*, &c. *& dixerunt.*

Primâ vice] Nempe, quâ in Ægyptum deſcenderant. בתחלה *batthehhillah*, *in principio.* Vide ad Cap. XIII, 3.

Ut ſe hic ſupra nos volutet] Hoc eſt, ut de nobis, quaſi injuriâ laceſſitus, acerbam ultionem ſumat. Videtur metaphora eſſe ex lucta deducta, ubi qui alterum in terram dejecit ſupra proſtratum, pro arbitrio, volutatur. Luctam Orientalibus eo ævo non fuiſſe ignotam, liquet ex Cap. XXXII, 24, 25. *Chemmitas* etiam, in

dem illis pater Iſraël, ſi ita *eſt*, inquit, nunc hoc facite, ſumite in vaſibus veſtris aliquantum eorum quæ maximè hac in regione celebrantur, & deferte ad virum munus, *nimirum*, aliquantum mellis, ſtyracem, ladanum, piſtacia, & amygdalas. [11] Alteram etiam pecuniam ſumite in manibus veſtris, & eam, quæ repoſita in ore ſaccorum veſtrorum fuit, in manu veſtra referte, ſi fortè is fuerit error. [12] Fratrem veſtrum adſumite, ſurgite, atque ad hominem redite. [13] Deus autem omnipotens det vobis miſericordiam ejus movere, dimittátque & alterum veſtrum fratrem, & Benjaminem; ſin verò orbatus fuero, orbatus ero.

[14] Sumſerunt ergo homines munus hoc, alterámque pecuniam & Benjaminem; tum ſurgentes deſcenderunt in Ægyptum, & ſe coram Joſepho ſtiterunt. [15] Cùm hic conſpexiſſet Benjaminem cum iis, dixit domûs ſuæ præfecto: domum ducito hoſce homines, mactato pecudem ac parato, nam meridie mecum comedent. [16] Fecit ille, prout juſſit Joſephus, homineſque domum ejus deduxit. [17] Trepidi verò illi, quòd Jo-

culo, & filiorum dictis compulſus, Benjaminem cum illis iter facturum conſenſit. Sed monuit, ut annonæ Præfecti gratiam ſibi conciliarent, munus eſſe ad illum deferendum, ex iis quæ in Chananæa pretioſiſſima habebantur, & ab Ægyptiis maximi fiebant. Sumerent ergo reſinam, mel, ſtyracem, ladanum, piſtacia & amygdalas in ſaccis, atque hiſce hominem donarent, ſi fortè munere placari poſſet. [12] Tum etiam duplicem pecuniam eſſe ad illum referendam, fortè enim per errorem factum, ut ſingulis pretium annonæ quam emerant redderetur. [13] Quibus paratis, adjuncto ſibi fratre Benjamine, abirent. [14] Deum autem Opt. Max. ſe animitus orare placabilem illis hominem faceret, ut & Simeonem & Benjaminem incolumes ad ſe reducerent. Sin verò aliter divinæ Providentiæ viſum eſſet, ſe orbitatem, prout poſſet, laturum.

[15] Parato munere, & pecuniâ duplici ſecum ſumtâ, unà cum Benjamine viam Ægypti capeſſiverunt; quò cùm incolumes perveniſſent, rectà ad Joſephum, matutino tempore, in horrea regia ſe conferunt. [16] Hic ubi eos, unáque Benjaminem conſpexit, Procuratorem ſuum jubet homines domum ducere, & cibum parare, quo exciperentur, ſecum enim eo die pranſuros. [16] Illico ſervus jubet eos ſe domum heri ſequi, [17] ii verò trepidi inter ſe dictitare ſine dubio ſe domum hominis duci, ut furti accuſarentur, quòd, non ſoluto pretio, priore itinere abiiſſent. Gravem fortè vindictam de

in *Thebano* Nomo, ludis gymnicis, ab antiquiſſimis temporibus, Perſea Græco more celebraſſe auctor eſt *Herodotus*. Lib. II. Cap. 91. In ejuſmodi autem ludis, luctam fuiſſe nemo neſcit. Ejus deſcriptionem, in quâ victor in victo volutetur, ſi quis aveat, legat *Luciani* Dialogum *de Gymnaſiis*, ubi ab ipſo initio luctatores ἐν τῷ πηλῷ συγκαταφύροντες κυλινδούμενοι, ὥσπερ σύες, *cœno ſe volutantes miſcent, inſtar ſuum*; deinde qui alterum humi adflixit, ἐπ' ἐπικαταπεσὼν ἀνακύπτειν οὐκ ἐᾷ, συνωθῶν κάτω εἰς τὸν πηλὸν, *in eum irruens caput erigere non ſinit, deprimens in lutum*: τέλος δὲ ἤδη περιπλέξας αὐτῷ τὰ σκέλη κατὰ τὴν γαστέρα, τὸν πῆχυν ὑποβαλὼν τῷ λαιμῷ ἄγχει ἄθλιον, *tandem ventre cruribus circumdato, & ſubjecto gutturi cubito miſerum præfocat*. Hæc eſt hominis, ut hîc Jacobi filii loquuntur, *ſupra alium ſe volutantis* haud inelegans imago. Sic & Job. XXX, 14. ubi de iis qui ipſum proſtratum contumeliâ adfecerant, inter alia παλαιστῇ φορᾷ uſus, *ſub luto*, inquit, *me volutarunt* תחת שאה התגלגלו *thabbath ſchoah bithgalgalou*; nam ita שאה ex Arabiſmo interpretamur, ſenſu alioqui carens.

Aut in nos irruat] ולהתנפל *oulbithnappbel*, particulam ו *aut* vertimus, quia fortè intelligebant Jacobi filii ſe ab eo occidendos; nam *irruere in aliquem*, paſſim eſt occidere. Sic & ſequens ו etiam reddidimus. Si quis tamen malit hæc aliter accipere, & in eadem metaphora hærere; idem poterunt ſignificare voce התנפל, quod Lucianus verbo ἐπικαταπεσεῖν, hoc eſt, *in jacentem irruere*. Hiſce autem verbis ſignificabunt quod expreſſit *Onkelos*: לאתרברבא עלנא ולאסתקפא עלנא *ut dominetur nobis & quærat occaſionem contra nos*; hoc eſt, ut furtum prætexens nos in ſervitutem redigat. Sic & Vulg. *ut devolvat in nos calumniam, & violenter ſubjiciat ſervituti*; ante eum LXX. τοῦ συκοφαντῆσαι ἡμᾶς, καὶ ἐπιθέσθαι ἡμῖν. Vim verborum non adſequuti, ſenſum, quem tamquam Lunam per nubila videbant, aliquatenus expreſſerunt.

19. *Oramus, inquiunt, Domine*] בי *bi* vertimus *oramus*, non *quæſo*, quia qui loquitur nomine omnium loquitur. Ita *Hieronymus*, & ante eum οἱ LXX. δεόμεθα. Sic & Onkelos, בבעו bebahou, *rogamus*.

Cum deſcendiſſemus] *Deſcendendo deſcendimus — & fuit cùm venimus*, &c. & *aperuimus*, &c.

20. *Eam pondere eodem*, &c.] *Pecunia noſtra eſt in pondere ſuo, & eam adtulimus*, &c. Videntur tum non ſignato argento uſi, ſed in certa pondera diviſo. Hinc שקל *ſchekel*, quod ſemuncialis monetæ argenteæ nomen eſt, derivatur à שקל ſchakal *ponderavit, adpendit*. Vide notata ad Caput XXIII, 16.

22. *Pax vobis ſit*] Hæc ſunt non ſalutantis, ſed bene ſperare jubentis, idémque ſignificant, ac *eſſe bono animo*. Vide not. ad Cap. XXXVII, 14. LXX. Interpr. habent ἵλεως ὑμῖν, quæ loquutio eſt Matth. XVI, verſ. 22. Subauditur Θεὸς, ſed apud Matthæum averſantis eſt, & quaſi eſſet, *avertat hoc Deus*; hîc verò eſt, ut diximus, hortantis, quaſi diceretur, *eſtote tranquillo animo*. Vide *Nicol. Fullerum Miſcell.* Lib. II. Cap. 2. & *Hug. Grotium* ad Matthæum.

Deus veſter, Deúſque patris, &c.] Non intelligit duos Deos, aut duo variorum Deorum genera, ſed unum eumdémque. Vide notata ad

Joſephi domum ducerentur, dicebant: propter pecuniam primâ vice in ſaccos noſtros relatam, ducimur, ut ſe *hic* ſupra nos volutet, aut in nos irruat, aut capiat nos ſibi ſervos futuros, aſinóſque noſtros. 18. Itaque adeunt domûs Joſephi præfectum, atque ad fores ædium alloquuntur. 19. Oramus, inquiunt, domine, audias nos; ad emendum victum cùm primùm *huc* deſcendiſſemus, 20. & ad locum in quo eramus pernoctaturi *abeuntes* perveniſſemus, apertis ſaccis noſtris, ecce cujuſque pecunia in ore ſacci ſui erat. Eam pondere eodem retulimus in manu noſtra, 21. prætereáque aliam pecuniam in manu noſtra adtulimus ad comparandum victum, neque *enim* quis pecuniam in ſaccis noſtris poſuerit ſcimus. 22. Tum ille, pax vobis ſit, inquit, ne metuatis, Deus veſter, Deúſque patris veſtri vobis theſaurum in ſaccis veſtris dedit, in manus meas venit pecunia veſtra. Deinde Simehonem ad eos eduxit, 23. hominibúſque intromiſſis domum Joſephi, aquam quâ abluerent pedes, & pabulum aſinis dedit. 25. Paraverunt verò *illi* munus, interea dum Joſephus meridie veniret, ſe enim ibi panem comeſturos audiverant.

25. Cùm

de ſe ſumtum iri, ſed minimùm jumentis mulctatos in ſervitutem addictum omnes iri, niſi quàm primùm bonâ fide in eo negotio, ut inter probos decet, ſe egiſſe oſtenderent. 18. Igitur antequam Joſephi ædes ingrederentur, Procuratorem ejus, in veſtibulo, compellant. 19. Narrant ſe cùm primùm in Ægyptum veniſſent, annonæ emendæ causâ, adpendiſſe quidem coëmti frumenti pretium, atque in manum vendentis tradidiſſe; 20. verùm cùm hinc profecti in locum perveniſſent, ubi nocte oppreſſi, pernoctaturi erant, inveniſſe ſingulos, non ſine admiratione, pecuniam eamdem in ſaccis ſuis. Se autem eam nunc eodem pondere ad Præfectum annonæ retuliſſe, ut intelligeret probos ſe homines, non fures eſſe. 21. Habere præterea ſe aliam pecuniam, quâ frumentum ſibi denuò compararent; neque enim ſe conſciis factum eſſe, ut pecunia, quam adpenderant priori itinere, in ſaccos referretur. 22. Procurator verò, qui rem probè norat, eos bono animo eſſe juſſit, nec ſine Numine factum ait, ut veluti theſaurum in ſaccis invenirent. Poſtea Simehonem è vinculis ſolutum ad eos lætantes adduxit, 23. intromiſſiſque aquam, quâ pedes ablucrent, adferri, atque aſinis pabulum dari curavit. 24. Cùm ſe ad prandium vocatos à Præfecto annonæ ſcirent, interea dum hora prandii eſſet, iſque domum reverteretur, munus quod adtulerant è ſaccis depromunt, ut advenienti Joſepho offerrent.

25. Cùm

ad Caput XXXI, 29. In Samaritico eſt אבותיכם *patrum veſtrorum.*

Dedit vobis theſaurum] Miraculum fingit, ut perturbatos eorum animos erigat.

In manus meas venit] *Ad me venit.*

23. *Hominibúſque intromiſſis*] *Et intromiſit vir ille homines — & dedit*, &c.

24. *Panem comeſturos*] Hoc eſt, ut rectè LXX. Intt. ἀριϛᾶν *pranſuros. Panem comedere* paſſim convivari ſignificat. Vide Exod. II, 20.

25. *Eúmque in terram demiſſi ſalutarunt*] *Et incurvaverunt ſe ei.* Vide ad Cap. XLII, 6.

26. *Satiſne rectè*] *De pace.* Vide not. ad Cap. XXXVII, 14. In ſequentibus verbis ἀντὶ τ̃ *bene habet*, &c. eſt in Heb. *pax eſt ſervo tuo*, &c.

Poſt reſponſum hoc filiorum Jacobi, ſequuntur in Samaritico codice hæc verba: ויאמר ברוך האיש ההוא לאלהים *& dixit* (nempe, Joſephus) *benedictus vir ille Deo*, εὐλογημένος ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος τῷ Θεῷ, ut habent LXX. Intt. qui ea in Codice ſuo legerunt. Neque enim, ut quidam cenſent, ex Græco Codice hæc verba in Samariticum tranſlata crediderim; cùm neque umquam verſionem illam magni fecerint Samaritæ, utpote à Judæis profectam; neque credibile ſit verba narrationi non neceſſaria ex Codice Græco ſumſiſſe Samaritas, qui paſſim, ut vel ex Chronologia liquet, ab eo diſcrepant.

Demiſſo capite, inclinatóque corpore] יקדו וישתחוו jikkedou vajiſchthahhavou, *& demiſerunt caput, & incurvarunt ſe.* Vide ad Cap. XXIV, 26.

28. *Tunc conjecit*, &c.] *Et ſuſtulit oculos, & vidit*, &c.

Subjecitque] *Et dixit.*

Fili mi] Benignior eſt adpellatio, non ætatis multò minoris ſignificatio, cùm non eſſet Joſephus Benjamine major natu, niſi ſeptem aut octo annis, & Benjamin decem jam liberos genuiſſet, ut liquet ex Cap. XLVI, 21.

29. *Citato gradu ſe proripiens*] *Et feſtinavit Joſeph — & quæſivit ad flendum.*

Cùm amor ejus in fratrem intus æſtuaret] Pro *amore* eſt רחמים *rahhamim*, quod *miſericordiam* vertimus verſ. 13. Sed hìc de miſericordia ſermo non eſt, neque enim miſerior erat Benjamin fratribus; ſed de tenerrimo illo adfectu quo fratres ſe invicem proſequuntur, & quem barbarè *teneritudinem* vocamus. Ita intelligenda eadem vox Hamoſi I, 11. ubi de Idumæis, qui crudeliter Iſraëlitas diripuerant, *non parcam ei, quia perſequutus eſt gladio fratrem ſuum, & corrupit* רחמיו rahhamau *amorem ſuum*, hoc eſt, fraternam caritatem abjecit. Is adfectus, non minùs ac miſeratio, lacrimas movere ſolet, ut omnes norunt, atque hæc hiſtoria ſatis docet. LXX. Intt. συνεςρέφετο τὰ ἔγκατα αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, *commota ſunt viſcera ejus ſuper fratre ſuo*, ut habet *Vulgatus.* Exiſtimarunt pluralem eſſe numerum nominis רחם *rehhem*, quod mihi veriſimile non ſit; quia hæc vox non viſcera quælibet, ſed *uterum* ſignificat. Si igitur in ſingulari numero exſtet, quærenda eſt potiùs Hab. III, 2. *In ira* רחם rahem *miſericordiæ recordaberis*; ſed fortè eſt infinitivus *Pihel*, ideóque hoc ſenſu carere hanc vocem ſingulari credibilius eſt.

30. *Tum ablutâ facie, regreſſus*, &c.] *Et lavit faciem, & rediit*, ne, nimirum, lacrimatum eſſe eum convivæ animadverterent.

Non

25. Cùm domum veniſſet Joſephus, obtulerunt ei munus, quod manibus ſuis in ædes *ejus portaverant*, eúmque in terram demiſſi ſalutarunt. 26. Quæſivit ſatíſne rectè iis *eſſet*, & tecténe etiam, inquit, patri veſtro ſeni, quem dixeratis? vivítne adhuc? 27. Bene habet, inquiunt, ſervus tuus pater noſter, adhuc vivit; & demiſſo capite, inclinatóque corpore, *Joſephum* venetati ſunt. 28. Tunc conjectis *in eos* oculis, Benjaminem fratrem, matris ſuæ filium vidit; &, éſtne, ait, frater veſter natu minimus, quem mihi dixetatis? ſubjecítque, Deus tui miſereatur, fili mi. 29. Deinde citato gradu ſe ptoripiens, cùm amor ejus in fratrem *intus* æſtuaret, quæſivit locum ubi fleret, atque ingreſſus conclave *aliud*, in lacrimas erupit. 30. Tum ablutâ facie; regreſſus eſt, continuítque ſe & dixit: adponite cibum. 31. Seorſim illi, fratribus ſeorſim, ſeorſim item Ægyptiis cum eo comedentibus adpoſuerunt; neque enim Ægyptii cum Hebræis panem comedere ſuſtinent, abhorréntque ab hoc Ægyptii. 32. Sederunt *illi* coram eo, primogenitus pro jure primogeniti, & minimus natu pro ætate minore, atque alios alii adſpicientes ſtupebant. 33. Deinde ille à ſe ad eos ferri dapes juſſit, & ferculum Benjaminis quintuplò majus omnium illorum ferculis fecit; ac biberunt, liberalitérque ſe cum illo invitarunt.

XLII. Jo-

25. Cùm verò ille domum veniſſet, munus illico offeruot, hominémque undecim fratres in terram proni venerantur. 26. Is munere accepto, ſatiſne rectè omnia, ab iis quærit, & de patris valetudine potiſſimùm ſciſcitatur. 27. Illi, rectè omnia habere; & patrem etiamnom incolumem eſſe reſpondent; iterúmque Joſephum, prono in terram vultu, ſalutant. 29. Conſpecto autem Benjamine, atque illico agnito, attamen, ut diſſimulare cœperat, ſine eſſet fratrum natu minimus, quem apud patrem eſſe dixerant, rogat; illiſque adnueotibus, à Deo Opt. Max. fauſta illi omnia adprecatus eſt. 29. Sed cùm ſentiret vix à ſe præ adfectu contineri lacrimas, ſubitò ſe in aliud conclave, ubi fletui indulgere liberè poſſet, proripuit. 30. Deinde oe lacrimarum exſtarent indicia, abluto aquâ vultu rediit, ſibi faciliùs, effuſo primo lacrimarum impetu, vim facturus, & convivis adponi cibum juſſit. 31. Erant in triclinio duæ menſæ, quarum altera Joſepho & Ægyptiis adpoſita eſt, altera Jacobi filiis, quia Ægyptiis cum aliis gentibus veſci religioni habetur. 32. Juſſi ſedere Joſephi fratres ordine, pro ætate, ſederunt; & quò tandem hominis, qui in ſe durior fuerat, evaſura inuſitata humanitas eſſet admirabundi, & taciti exſpectabant. 33. Joſephus verò carnes à Structore iis dividi, & Benjamini quidem partem quintuplò ampliorem adponi curavit. At illi lautioribus epulis excepti, hilariter convivati ſunt.

P A-

Non malè exprimas diſſimulationem Joſephi verbis *Plinii* Ep. 16. Lib. III. de diſſimulatione Arriæ loquentis: *Cùm diu cohibitæ lacrimæ vincerent, prorumperéntque, egrediebatur, tum ſe dolori dabat. Satiata, ſiccis oculis, compoſito vultu, redibat.*

Panem] לחם hoc eſt, cibum; ſynecdochicè *panis* quemlibet cibum ſignificat, aut cùm hæc vox, ut alii cenſent, cibum propriè ſonet, pro pane etiam, ciborum præcipuo, ſumitur. Vide *Valent. Schindlerum.*

31. *Neque enim Ægyptii cum Hebræis panem comedere ſuſtinent.*] Non ſunt Hebræi exiſtimandi ſoli populorum, quibuſcum edere noluerint Ægyptii. Cum Græcis etiam veſci noluiſſe auctor eſt *Herodotus* Lib II. Cap. 41. ubi refert carnem Græco cultro inciſam Ægyptiis illicitam habitam. Metuebant ne, ſi cum Græcis aliiſque comederent, carnibus veſcendum eſſet cultro impuro, ſectione vaccæ fœminæ, quas ſacras omnes habebant, pollutis: τὰς βοῦς τὰς θηλέας Αἰγύπτιοι πάντες ὁμοίως σέβονται, *boves fœminas Ægyptii omnes ſimiliter colunt*: τῶν εἵνεκα οὔτ' ἀνὴρ αἰγύπτιος, οὔτε γυνὴ ἄνδρα Ἕλληνα φιλήσειε ἂν τῷ στόματι· οὐδὲ μαχαίρῃ ἀνδρὸς Ἕλληνος χρήσεται, οὐδ' ὀβελοῖσι, οὐδὲ λέβητι, οὐδὲ κρέως καθαροῦ βοὸς διατετμημένου Ἑλληνικῇ μαχαίρῃ γεύσεται, *qua de cauſa, neque Ægyptius, neque Ægyptia virum Græcum in ore oſculetur; nec cultro Græci utatur, neque verubus, neque lebete; nec guſtet carnem bovis puri, cultro Græco diſſecti.* Verba ſunt *Herodoti*. Igitur hoſpitio exceptos, in eamdem menſam admittere non audebant Ægyptii.

Abhorrent hoc] Heb. תועבה *thohebah*. LXX. Intt. βδέλυγμα *abominatio*. Hieronymus, *profanum*. Cùm verbum תעב *averſari* ac *faſtidire* ſignificet, ut docent Lexica etiam vulgaria; תועבה, more Hebraïco, res eſt *quam quis averſatur*, aut *faſtidit*, quacumque de cauſa hoc fiat, ſeu ſit grave ſcelus, ſeu quidpiam exigui momenti; nam hæc vox modò atrocia, modò levia ſignat.

Pro jure primogeniti] Hebræi unâ voce: כבכרתו *chibchoratho*. LXX. Intt. κατὰ τὰ πρεσβεῖα αὐτοῦ, potuiſſent commodiùs κατὰ τὰ πρωτοτόκια. Barbari *primogenituram* dicunt. Vide ad verſ. ſeq.

Minimus natu, &c.] Heb. *Parvus*, *pro parvitate ſuâ*.

33. *Ferri juſſit*] Heb. וישא vajiſſcha, & *tulit*, non ipſe ſine dubio, ſed ſervo ferendum tradidit. Haſce Scripturæ convivales antiquitates, quæ vetuſtate æquent, cùm nullas, apud alios Scriptores, habeamus; ex Homericis temporibus, eas illuſtrabimus. Primò Heroës Homeri non promiſcuè, ut fit, ad rotundam menſam, adſidebant, ſed pro dignitate quiſque ſuâ, aut pro honore quo is qui convivio excipiebat convivam quempiam adficere volebat. Sic Hector fugienti Diomedi hoc exprobat Iliad. Θ

— περὶ μέν σε τίον Δαναοὶ ταχύπωλοι
Ἕδρῃ τε, κρέασίν τε, ἰδὲ πλείοις δεπάεσσι,

honorabant te Danai celeribus equis inſtructi, ſellâ, carnibus, & plenis poculis. Ἕδρα videtur eſſe προεδρία, ut ad eum locum habet *Euſtathius.*

XLII. Joſephus fratres dimittit, atque ex itinere ficto furti crimine revocat; ſed territis ſeſe agnoſcendum præbet, atque in Chananæam, muneribus onuſtos, ut Jacobum patrem accerſant, amandat.

1. POSTEA præfecto domûs ſuæ mandata dedit, his verbis: virorum illorum ſaccos annonâ imple, quantam poterunt ferre, & cujuſque pecuniam in ore ſacci ejus repone. 2. Præterea pateram meam, pateram argenteam, & pretium ejus annonæ in ore ſacci minimi natu pones. Fecit ille, prout dixerat Joſephus,
3. & cùm mane illuxiſſet, homines cum aſinis dimiſſi ſunt.

4. Urbe egreſſi non procul aberant, cùm Joſephus præfecto domûs ſuæ, ſurge, inquit, perſequere viros, & cùm eos adeptus eris, iis dices: quare malum pro bono reddidiſtis? 5. Nonne *pateram habetis*, in qua herus meus bibit, & quâ in divinando utitur? Rem malam feciſtis. 6. Eos ille adeptus iis verbis homines alloquutus eſt. 7. Illi verò, quare, inquiunt, dominus ita loquitur? Abſit ut ita ſe gerant ſervi tui! 8. Ecce,

PARAPHRASIS.

1. CUM amotæ eſſent menſæ, Procuratorem ſuum Joſephus vocat, jubétque dari hominibus frumentum; & pecuniam quam adpendiſſent, clam iis, unà in ſingulorum ſaccos, ut priùs factum fuerat, ingeri. 2. Sed præterea in ſaccum natu minimi ſimul cum pecunia, pateram argenteam, quâ ipſe Joſephus uti ſolebat, condi. Mandata heri exſequutus eſt Procurator, 3. & ſequente die, primâ luce, homines cum aſinis & annona dimiſit.

4. Nondum procul ab urbe erant, cùm Joſephus juſſit eumdem ſervum eos quàm celerrimè poſſet ſequi, & cùm eſſet adſequutus, ingratum animum graviſſimis verbis exprobrare. 5. Furatos enim eſſe, poſtquàm amicè & lautè excepti fuerant, pateram, in qua herus biberet & qua in divinationibus uteretur; quo flagitio fingi fœdius nullum poſſet. 6. Proficiſcitur illico ſervus cum aliquot aliis, haud multò pòſt eos adipiſcitur, & prout herus præceperat, objurgat. 7. Illi verò pernegare quidquam ſimile à ſe admiſſum, atque à furto alieniſſimos ſemper ſe

thius. Hæc autem qualis eſſet capiemus, ſi ſecundo loco meminerimus menſas Veterum illorum longas fuiſſe: quo poſito, intelligemus Rubenem in extremitate, quæ ſumma habebatur, ſediſſe, deinde fratres, pro ætatis ordine. Longas certè fuiſſe Homericis Heroïbus menſas, indicat phraſis quâ utitur Odyſſ. H. verſ. 174.

——— παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν,
Juxta autem politam extendit menſam

& K. 370. ubi *Euſtathius* ait hiſce verbis ſignificari quod modò dicebamus, τραπέζας μὴ στρογγύλας, ἀλλὰ προμήκεις. Tertiò, ut hìc apud Moſem, ſic apud *Homerum*, unicuique convivarum ſua carnis pars, æquâ diviſione, diſtribuitur; niſi ſi quis, honoris causâ, majore portione donatur. Atque hinc *Homerus*, judice *Athenæo* Lib. XI. δαῖτας ἐΐσας vocat, *convivia æqualia*, ab æqualitate partium, quæ convivis dividebantur. Fiebat hoc ὑπὸ τοῦ δαιτροῦ, vel δαιτυμόνος, qua de re vide allata loca ab *Ever. Feithio* Ant. Hom. Lib. II. Cap. 5. Brevitatis causâ, loco allato, ubi de Diomede ſermo eſt, contenti hìc erimus; ex quo liquet ei majorem carnis portionem in conviviis, ob ſtrenuitatem, ſæpe conceſſam. Idem hoc in loco, honoris causâ, erga Benjaminem fieri jubet Joſephus.

Liberalitérque ſe invitarunt] וישכרו *vajiſchberou. oi* LXX. ἐμεθύσθησαν, *inebriati ſunt*, ut Vulg. Non eſt credibile Jacobi filios, animi etiamnum anxios, & primùm vocatos ad virum primarium, eúmque ignotum, ſeſe inebriaſſe; licèt fortè paullò largiùs, quàm domi ſolebant, bibiſſent. Certè infamis erat, apud Ægyptios, antiquis temporibus, ebrietas. Ex Sacerdotum commentariis refert *Diodorus* Lib. I. Bibl. P. 64. fuiſſe ipſis Regibus morem τροφαῖς ἁπλαῖς χρῆσθαι, κρέα μόσχεια καὶ χηνῶν μόνον προσφερομένους, οἴνου δὲ τακτόν τι μέτρον πίνοντας, μὴ δυνάμενον πλησμονὴν ἄκαιρον ἢ μέθην περιποιῆσαι, *uti ſimplici victu, carnéſque vitulinas & anſerinas iis adpoſitas, bibere vini certam menſuram, quæ intempeſtivam repletionem, aut ebrietatem parere non poſſet.* Nec dubium eſſe videtur, quin Præfecti regii ſe ſe ad id exemplar compoſuerint.

COMMENTARIUS

In Caput XLIV.

4. *ET cùm eos adeptus eris*] *Et adſequeris eos.*

5. *Et quâ in divinando utitur*] *Et ipſe divinando divinat per eam.* Sic LXX. οἰωνισμῷ οἰωνίζεται ἐν αὐτῷ, & Vulg. *in quo augurari ſolet.* Divinationis, quæ ope pateræ fieret, nuſquam meminere Scriptores Sacri; nec quidquam huc faciunt quæ viri doctiſſimi, de vini in Sacrificiis Hebræorum effuſione, quæ σπονδείῳ, ſeu phialâ, aut paterâ fiebat; cùm hinc captata auguria nuſquam legamus. Sed apud Vett. Græcos, ex ſtrepitu vini in honorem Numinis effuſi, omen capiebatur. *Euſtathius* in Odyſſ. Pag. 1470. Ed. Rom. ἀμέλει καὶ κατά τι ἔθος τῶν σκευμάτων ἰσθμῶν, τὴν θείαν οἰωνιζόμενοι ἠχώ, *diligenter & per aurem vaſorum effundebant, divinum augurium captantes.* Diis aliquando libantes, antequàm aliquid adgrederentur, eos orabant fauſta ſibi ſigna mitterent, cujus rei exemplum habemus Ilia-

ce, pecuniam, quam in ore ſaccorum noſtrorum inveneramus, ad te ex Chanahani-
tide retulimus; quomodo ergo aurum, aut argentum è domo heri tui furaremur?
9. Cuicumque è ſervis tuis reperietur, is morietur, & nos etiam domino ſervi erimus.
10. Nunc ergo, inquit ille, prout dicitis, cui reperietur patera is mihi ſervus, vos
verò immunes eritis. 11. Feſtinanter unuſquiſque ſaccum ſuum in terram demiſit, at-
que aperuit. 12. Scrutando *Joſephi ſervus* à maximo natu incepit, & in minimum na-
tu deſiit, atque in Benjaminis ſacco reperta eſt patera. 13. Tunc laceratis veſtibus,
quiſque aſino ſuo *iterum* onus impoſuit, ínque urbem regreſſi ſunt. 14. Ivit Juda, ejúſ-
que fratres, domum Joſephi, ubi etiamnum erat, & in terram coram eo prociderunt.
15. Iis verò Joſephus, quodnam facinus, ait, perpetraſtis? an neſciebatis virum mei
ſimilem *quod factum erat* divinaturum? 16. Juda autem, quid domino, ait, dice-
mus? quid loquemur? quâ purgatione utemur? peccatum ſervorum tuorum depre-
hendit

ſe fuiſſe vociferari. 8. Quod vel hinc cognoſce-
re poterat, quod pecuniam, quam in ſaccis ſuis
abeuntes anteà repererant, ſummâ fide ex Chana-
næa ad Præfectum annonæ retuliſſent; nedum ut
argenteum, vel aureum vas ei furripere vellent.
9. Ergo, cùm innocentiæ ſuæ ſibi conſcii eſſent,
ſi quis fratrum auferre pateram deprehenderetur,
capite eum pœnas, ſe volentibus, luiturum, &
reliquos præterea libertate mulctatum iri. 10. Pro-
curator verò Joſephi, ſatisfactum ſibi fore ait, ſi
is in cujus ſacco patera deprehenderetur, hero in
ſervitutem daretur, ceteros verò ſine noxa abitu-
ros. 11. Statim ergo illi è jumentis ſaccos deji-
ciunt, eóſque aperire incipiunt; 12. & præter-
quàm quòd in ſingulis ſaccis pretium annonæ in-
venit Joſephi Procurator, cùm ad ſaccum Benja-
minis poſtremò deventum eſt, conſpecta eſt illi-
co argentea patera. 13. Tum verò ſummo dolo-
re perciti, veſtes lacerant, & ad Joſephum om-
nes redire ſtatuunt, ut fratris ſervitutem depreca-
rentur, hominiſque miſericordiam, ſi poſſent, fle-
cterent. Impoſitâ igitur jumentis annonâ, in ur-
bem redeunt, 14. atque ad ædes annonæ Præfecti
miſerabili agmine tendunt. Nondum domo exie-
rat Joſephus, exſpectans eos ad ſe adduci; ad quem
cùm venerunt, ad ejus pedes omnes provoluti ſunt.
15. Hic, ſimulatâ ſeveritate, acriter fratres caſtigat,
quòd pro beneficentia, quâ erga eos uſus erat, fla-
gitioſiſſimo furto vaſa domo ſuâ abſtuliſſent; &ne
hoc quidem in animum revocaſſent, virum eâ di-
vinandi quâ præditus erat peritiâ, rem illico cogni-
turum fuiſſe. 16. Tum Juda, qui patri ſe Benja-
minem reducturum ſanctiſſimè pollicitus erat, exo-
randi Præfecti annonæ partes ſibi ſumſit. Sive au-
tem fraudem non ſenſiſſet, ſeu inconſultum exiſti-
maret, eam animadvertiſſe videri; non dixit, co-
ram ſe non eſſe impletos ſaccos, ideóque ab aliis,
criminis ipſis conflandi causâ, pateram in Benja-
mi-

Iliados Ω, verſ. 208. & ſeqq. ubi libat Priamus, Jovémque ſibi dextrum alitem mittat orat, quod & impetrat. Interdum vinum libatum in ignem effundebant, unde quò major emicaret flamma, eò melius erat omen. *Virgilius* Georg. IV. verſ. 381. & ſeqq. Cyrenen inducit ita loquentem;

Oceano libemus. — Simul ipſa precatur
Oceanúmque patrem rerum, &c.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam,
Ter flamma ad ſummum tecti ſubjecta reluxit,
Omine quo firmans animum, &c.

Conſtat quidem ex 2 Sam. XXIII, 16. effuſam interdum Deo aquam, ſed omina inde ab Hebræis petita nuſquam docet Scriptura. Itaque Ægyptiis, quibus multa ad Religionem pertinentia debebant Græci, eumdem ac hiſce morem, libando Numinis favorem veluti explorare, credibilius eſt fuiſſe, atque eò reſpicere Joſephum.

Aliæ Interpretationes, aut ſtructuræ vocum, aut earum receptæ ſignificationi adverſantur. Structuræ rationem non habent qui exponunt: *conſuluit augures de eo*, quaſi vellet Joſephi ſervus, Joſephum, amiſsâ paterâ, conſuluiſſe divinos, ut ſciret à quibus eſſet ablata. Significationi vim inferunt, qui *experiri* aut *probare* vertunt, ut ſit ſenſus Joſephum iis adpoſuiſſe ſcyphum illum argenteum, eo animo ut eos probaret, an probi eſſent, an verò fures. Vetus Scholiaſtes à *Nobilio* laudatus teſtatur Samariticum habere πειρασμῷ πειράζει ἐν αὐτῷ, quod conſentit cum noſtra Verſione Samaritana, quæ habet: נסי ינסה בה *tentatione tentat in ea.* Sed נחש ſignificatione *tentandi* nuſquam occurrit, nam locus qui hanc in rem adfertur Gen. XXX, verſ. 27. aliter intelligendus, atque ex uſitata vocis ſignificatione, ut oſtendimus.

Rem malam feciſtis] *Malè vos geſſiſtis, in eo quod feciſtis.*

6. *Eos adeptus*] *Et adſequutus eſt*, &c. *& allocutus eſt.*

7. *Quare, inquiunt*, &c.] Hæc & alia verba, quæ plurium nomine recitantur, ſenſum potiſſimarum rationum, quæ ab uno, aut aliquot ex iis allatæ fuerant, continent.

9. *Is morietur*] ומת vameth, *& mortuus*. Eſt in Samaritico, יומת jonmath, *morte adficiatur*, ut habent LXX. Intt. ἀποθνησκέτω. Sed participio מת utuntur hoc modo Hebræi. Vide ſuprà XX, 3. & infra verſ. 22. Graves pœnas non deprecantur, ſi rei ſint, quia ſe omnino innocuos exiſtimabant. Mirum tamen adeò temerè loquutos, cùm non vidiſſent impleri ſaccos ſuos (nam alioqui dolum ſenſiſſent) nec eos ſolviſſent ex quo impleti fuerant, cùm jam antea ſe inſciis pecuniam in ſaccos relatam animadvertiſſent. Sed neque probos, neque prudentes hos homines fuiſſe, ex reliqua eorum hiſtoria, ſatis conſtat.

10. *Cui reperietur patera*, &c.] Mollit pœnas, quia noverat furti non eſſe reos. Quando autem dicit *is mihi ſervus*, heri nomine loqui videtur; neque enim Atrienſis hoc ſibi juris tribuiſſe, ut ipſe ſervos haberet, qui heri furati eſſent utenſilia, veriſimile eſt. Sed quando quis

hendit Deus, ecce nos domino ſervos, & nos & eum apud quem inventa eſt patera.
17. *Joſephus verò*, abſit, inquit, ut hoc faciam, apud quem inventa eſt patera, is
erit mihi ſervus, vos incolumes ad patrem veſtrum adſcendite. 18. At propiùs ac-
cedens Juda: oro *audias me*, domine; loquatur, obſecro, ſervus tuus audiente do-
mino; neque in ſervum tuum ira tua accendatur, *mihi* enim es inſtar Pharahonis.
19. Interrogavit dominus ſervos ſuos, atque, éſtne, dixit, vobis pater, aut frater?
20. Diximus verò domino: eſt nobis pater ſenex, & *frater* adoleſcens in ſenectute
ei editus, natu minimus, cujus frater mortuus eſt; ſoluſque cùm ex matre ſua ſu-
perſtes ſit, pater ejus eum *præ ceteris* amat. 21. Dixiſti autem ſervis tuis, adduci-
te eum ad me, ut eum videam. 22. Repoſuimus domino, non poterit adoleſcens
à patre diſcedere; ſi diſcedat à patre, peribit *pater*. 23. Tu verò ſervis tuis, niſi
vobiſcum, inquis, deſcendat frater natu minimus, non ampliùs faciem meam vide-
bitis. 24. cùm verò adſcendimus ad ſervum tuum, patrem meum, tum illi verba
do-

minis ſaccum eſſe conditam; ſed omni oratione ad percellendam miſericordiam compoſitâ, unde initium apud eum loquendi facturus eſſet ignorare ſe ait; neque in manifeſto peccato, ullam ſibi purgationem placere. Se & fratres vindictâ divinâ urgeri, itaque veniſſe ut cum Benjamine libertatis jacturâ ſurreptæ pateræ omnes pœnas luerent. 17. Quo in loco interpellat eum Joſephus, negátque hoc ſe admiſſurum, ut ex innocentibus pœnas exigeret; itaque decem quidem fratribus abeundi ad patrem poteſtatem à ſe fieri; ſed eum, in cujus ſacco reperta erat patera, ſibi ſervum poſthac futurum. 18. Juda verò paullò propiùs accedens, loquendi veniam ab Joſepho petit, orátque ne ſibi pluribus ea de re agenti indignetur; ſe nullâ impudentia aut temeritate actum dicere apud eum cauſam deſperatam velle; neque enim minori ejus teneri reverentia, quam Regis ipſius teneretur, ſi adeſſet; ſed neceſſitate compulſum ſuam, fratrumque miſerrimam conditionem ob oculos poſiturum. 19. Deinde in memoriam revocat, quid in priore itinere Joſepho dixiſſent; ipſi enim ſciſcitanti patérne ſibi ſuperſtes, aliusve eſſet frater? 20. reſpondiſſe ſe, id quod res erat, patrem ſenem in Chananæa vivere, fratrémque natu minimum cum eo domi manſiſſe; quem ille cariſſimum haberet, quòd & ſeni ſibi natus eſſet, & unicus ex eâ uxore, poſtquam obiiſſet alter filiorum, quem ei pepererat, ſuperaret. 21. Tum annonæ Præfectum ſe juſſiſſe, fratrem illum natu minimum in Ægyptum adducere; 22. & quamvis reſpondiſſent non poſſe à patre abduci adoleſcentem, quin ſenis vita in ſummum periculum vocaretur; 23. attamen Præfectum annonæ negaſſe ſui compellandi ipſis copiam facturum, niſi minimum natu fratrem adducerent. 24. Pro-
fectos

quis alterius nomine agit, ita ejus perſonam induit, ut perinde ac ipſe loquatur. Vide not. ad Cap. XVI, 13.

Immunes eritis] Heb. נקיים *nkijim*, innocentes, hoc eſt, omnis pœnæ immunes. Sic ea vox occurrit 1 Reg. XV, 22. Quia nondum quis reus eſſet conſtabat, omnes alloquitur, ut ſup. Cap. XLII, 16, 18.

11. *Feſtinanter*, &c.] *Et feſtinaverunt & deduxerunt*, &c.

12. *Scrutando*] *Et ſcrutatus eſt, in magno incepit, & in parvo finiit.*

13. *Tunc laceratis veſtibus*] *Et lacerarunt veſtes ſuas & impoſuit*, &c. Si quid triſtius eveniret, ſcindebant veſtes. Vide ad Cap. XXXVII, verſſ. 29, & 34.

15. *Divinaturum*] *Divinando divinaturum.* Idem verbum ac ſuprà verſ. 5. Videtur Joſephus, inter Ægyptios, vates habitus, quòd ſomnia Pharahonis feliciter interpretatus eſſet. Hoc fratribus notum ratus, eos hiſce verbis alloquitur, quamvis fortè omnia à ſe divinari ſeriò dicturus non fuiſſet.

16. *Quid dicemus?* &c.] Facile erat dicere à ſe non eſſe clauſos ſaccos ſuos, quales acceperant ſuſtuliſſe; atque ut antea pecunia, ſic nunc & pateram & pecuniam in ſaccos, ab iis qui eos clauſerant, fuiſſe relatas. Sed cùm fraus eſſet ſatis manifeſta, veritus fortè eſt Judas, ne magis Joſephum irritaret, ſi ſe ab eo ludos fieri quereretur. Credidit, ut videtur, faciliùs ſe elapſurum cum fratribus, ſi criminis, quod non commiſerant, veniam peteret: quàm ſi operosè docere Joſephum adgrederetur, quod probè norat. Itaque ejus fidem implorat, & quaſi dolum non intellexiſſet, miſericordiam ejus, aliunde petitis rationibus, movere conatur.

Qua purgatione utemur?] מה נצטדק mah nitſtaddck, *quid juſtificabimus nos?* τί δικαιωθῶμεν, ut habet οἱ LXX. Hoc eſt, quâ excuſatione utemur? quod perinde eſt ac ſi diceret; nos tibi hac de re purgare non adgrediemur, confitentes habes reos. Hieronymus: *quid juſtè poterimus obtendere?* ſignificatione vocis neglectâ. *Excuſare*, aut *purgationem ſuppeditare*, ſeu *oſtendere quempiam eſſe innocentem*, hoc verbum in hac conjugatione ſignificat. Job. XXXIII, 32. Jerem. III, 11. Ezek. XVI, 52.

Peccatum ſervorum tuorum deprehendit Deus.] Hoc eſt, cùm plurimorum peccatorum rei eſſemus, divinitus factum eſt, ut huc eorum quæ impunè tuleramus pœnas daturi deſcenderemus. Quia cùm ignoratur ſcelus quodpiam, aut ſceleris auctor, hic impunè abit; ideò *invenire iniquitatem*, quod contrarium eſt, perinde eſt ac ejus pœnas exigere. Sic Hoſeæ XII, 9. *Verùm, inquit Ephraim, ditatus ſum, inveni mihi opes, neque invenient mihi iniquitatem*; hoc eſt, neque quiſquam paratarum malis artibus divitiarum pœnas à me exiget.

17. *Joſephus verò*] Hæc verba etiam à LXX. Intt. & Vulgato ſupplentur. Nominativus, qui alibi plus quàm neceſſe eſt repetitur, interdum ubi neceſſarius eſt non occurrit. Vide Caput XLV, verſſ. 1, 3, 4.

Apud quem] *In cujus manu.*

Incolumes] *In pace.* Vid. not. ad Cap. XXXVII, verſ. 4.

18. *At*

domini recitavimus, 25. & cùm diceret pater noſter, redite atque aliquantulum
victûs nobis emite; 26. nos poſſe deſcendere negavimus; at ſi ſit, *ajebamus*, frater
noſter natu minimus nobiſcum, deſcendemus; quia viri faciem videre non poteri-
mus, niſi frater noſter minimus nobiſcum ſit. 27. Tunc nobis ſervus tuus pater
meus, duos mihi, inquit, *filios* ab uxore mea editos eſſe noſtis. 28. Unus à me
exiit, quem diſcerptum eſſe opinor, necdum vidi. 29. An a conſpectu meo hunc
quoque abduceretis, ut mali quidpiam ei accideret, & canitiem meam mœrentem
in ſepulcrum demitteretis? 30. Nunc autem cùm ad ſervum tuum patrem meum
veniam, nec erit nobiſcum adoleſcens, cùm ſit anima ejus hujus animæ conjuncta;
31. quando, *inquam*, videbit non adeſſe adoleſcentem, morietur, & canitiem ſervi
tui

fectos igitur in Chananæam, cùm ad patrem venissent, quid ſibi accidiſſet narraſſe; quod ille ægerrimè tulerat.
24. Iterum tamen cùm à patre in Ægyptum, emendæ annonæ gratià, venire juberentur,
26. patri dixiſſe ſe ſine fratrum natu minimo in conſpectum Præfecti annonæ venire non poſſe.
27. Tum verò ſenem lacrimis & luctu confectum reſpondiſſe, ex duobus filiis ſibi ex cariſſima conjuge natis,
28. alterum dudum à fera diſcerptum interiiſſe;
29. ſi ſolus ſuperſtes à ſe abduceretur, & humanitus quidpiam in Ægyptiaco itinere ei eveniret, ſe quod ſibi vitæ reliquum foret, in ſummo mœrore acturum & brevius etiam filiorum culpâ hoc futurum. Tandem tamen ipsâ neceſſitate victum, Benjaminem ſecum in Ægyptum venire ægrè eſſe paſſum.
30. 31. Jam autem ſi redirent ad patrem, ſine fratre, quem ille unicè amaret, deeſſe eum non priùs viſurum eſſe, quàm acerbiſſimâ morte extingueretur, quod æterni mœroris ſuperſtitibus filiis cauſa futurum eſſet.
32. Hoc verò

18. *At propiùs accedens*] *Et acceſſit ad eum.*

Audiente domino] *Verbum in auribus domini mei.*

20. *In ſenectute*, &c.] *Natus* (ילד *jeled* quod idem ac בן *ben* ſup. Cap. XXXVII, 3.) *ſenectutis*, *parvus*; quæ verba Vulg. Int. deceperunt, habet enim: *puer parvulus*, quod de Benjamine plurium jam liberorum patre dici nequit.

Cùm ſuperſtes ſit] *Et ſuperſtes eſt.*

21. *Ut eum videam*] *Et ponam oculum meum ſuper eum.* LXX. Int. ἐπιμελῦμαι αὐτῦ *curam illius geram.* At ex hiſtoriæ narratione, nihil ejuſmodi voluiſſe Joſephum ſatis apparet, ſed tantùm juſſiſſe adduci undecimum fratrem, ut hinc de eorum ſinceritate judicium ferret. Attamen *ponere oculum ſupra aliquem* alibi, apud Hebræos, id ſignificat quod expreſſere οἱ LXX. Vide Jerem. XXIV, 6. & XXXIX, 12.

22. *Repoſuimus*] *Et diximus.*

A patre diſcedere] *Relinquere patrem*, & *reliquerit patrem*, & *mortuus.*

23. *Non ampliùs*, &c.] *Non addetis videre.*

25. *Et cum diceret*] *Et dixit.*

26. *Nos poſſe deſcendere negabamus.*] *Diximus, non poterimus deſcendere.*

27. *Ab uxore mea*] Rachelam videtur κατ' ἐξοχὴν uxorem vocare Jacobus, quia eam ſolam ambierat, & præcipuo proſequebatur amore.

28. *Quem diſcerptum eſſe opinor*] *Et dicens profectò diſcerpendo diſcerptus eſt.* Hoc eſt, puto, exiſtimo diſcerptum. Vide not. ad Cap. XLIII, 6.

29. *Ut mali quidpiam ei accideret*] *Et accidet ei quidpiam mali.* Vide not. ad Cap. XLII, 4.

Canitiem meam mœrentem, &c.] Vide ad Cap. XLII, 38.

30. *Anima ejus hujus animæ conjuncta*] Vel *adligata*, quâ loquutione arctiſſimæ amicitiæ vinculum ſignificatur, quod ne morte quidem filii ſolvi poſſet. Occurrit & 1 Sam. XVIII, 1. LXX. Int. & Vulg. ἡ δὲ ψυχὴ αὐτῦ ἐκκρέμαται ἐκ τῆς τούτου ψυχῆς, *anima illius ex hujus anima pendet*, hoc eſt, vita patris ex filii pendet, neque huic pater ſuperſtes eſſe poterit.

32. *Dixeritque*] *Dicendo.*

34. *In quod incidet pater meus*] *Quod inveniet patrem meum.* Hoc ſenſu verbum *invenio* occurrit Pſ. CXVI, 3. CXIX, 43. Fortè eſt loquutionis inverſio, ἀντὶ τῦ *malum quod pater inveniet.*

In Caput XLV.

1. *Notum ſe fratribus fecit*] Additur in Hebræo nominativus *Joſeph.* Vide ad verſ. 17. Capitis ſuperioris.

2. *Flevit, ejulavitque*] *Dedit vocem ſuam cum fletu.* Hæ lacrimæ, poſtquàm diu ſe continuiſſet Joſephus, ſubitò erumpentes non ſine aliquo ejulatu emitti potuerunt. Quæ taciti doloris indicium ſunt lacrimæ, eæ ſenſim volvuntur, aut cum gemitibus, non cum clamore; hîc verò miſta eſt cum gaudio miſeratio, acceditque fraterni amoris æſtuatio ſubita, quæ ſine aliquo ejulatu erumpere diu coërcita non poſſunt. Similis phraſis eſt Num. XIV, verſ. 1.

3. *Quod ejus vultu conturbarentur*] Ejus quem crudeliter vendiderant, aut vendi ſatis conſtanter non impedierant fratres, vultum ferre non poterant. Animadverterant fortè quidem Joſephi fratres in ejus vultu ſimilitudinem aliquam cum vultu fratris, quem vendiderant. Sed quia numquam è ſorte ſervili ad tantam dignitatem perveniri poſſe credidiſſent, hominémque Ægyptiacè loquentem audiverant, nihil ſuſpicabantur; quamquam ſtatim ac Hebraïcè loqui, & ſe aperire cœpit Joſephus, fratrem agnoverunt.

4. *Ille verò*, &c.] *Et dixit Joſephus.*

Ad me accedite] Videntur procul humi procidiſſe, excepto Juda qui propiùs acceſſerat.

5. *Neque in vos ipſi indignemini*] *Neque ira ſit in oculis veſtris*; hoc eſt, neque nimium animos angat commiſſi in me peccati memoria.

5. *Ut vitæ veſtræ conſuleret*] למחיה *lmihhjah*, εἰς ζώωσιν, ut verterat *Aquila*, ad *vivificationem.*

tui patris noſtri mœrentem in ſepulcrum demittent ſervi tui. [32] Cùm *præterea* ſer-
vus tuus pro adoleſcente à patre *abducto* ſpoponderit, dixeritque, niſi eum ad te
adduxero, in patrem admiſſi peccati, omnibus *vitæ meæ* diebus, reus ero; [33] nunc,
quæſo, maneat ſervus tuus, loco adoleſcentis, mancipium domino meo, atque ado-
leſcens cum fratribus adſcendat ([34] quomodo enim ad patrem, adoleſcente me-
cum non *redeunte*, adſcenderem?) ne malum in quod incidet pater meus videam.

CAPUT XLV.

[1] Non potuit Joſephus *ampliùs* ſe continere, coram iis omnibus qui adſtabant,
clamavitque: quemvis à me abducite; nec quiſquam adſtitit cum eo, quando no-
tum ſe fratribus fecit. [2] Flevit, ejulavitque; audiverunt *eum* Ægyptii, audivit
Pharahonis domus. [3] Tum fratribus, ego, inquit, ſum Joſephus, an adhuc pa-
ter

verò cùm omnibus miſerrimum, & luctuoſiſſimum accidere neceſſe eſſet, ſibi privatim prorſus intolerandum fore; qui præ ceteris pro fratre ſpopondiſſet, iræque paternæ, ex ſponſione, per totam vitam obnoxius foret. [33] Sui ergo miſereretur annonæ Præfectus, & ſi omnes non dimitteret, ſe ſaltem, Benjaminis loco, mancipium futurum ſervaret, adoleſcentémque miſſum cum fratribus faceret. [34] Se enim non ſuſtinere ad patrem, relicto Benjamine, redire, neque umquam lugentem atque animam, præ dolore, efflantem ſenem conſpecturum.

[1] Cùm ad eas anguſtias fratres adduxiſſet Joſephus, & miſerabili Judæ oratione commotior eſſet, quam ut ulterius fraternum animum diſſimulare poſſet; omnes, præter Hebræos, conclavi egredi juſſit, ſoluſque cum iis remanſit. [2] Tum adfectum in eos diu coercitum totum effundens vehementer lacrimari cœpit, réſque illico toti Regiæ & Ægyptiis, qui in oppido erant, innotuit. [3] Fratribus ſe Joſe-

nem. Vidimus autem ad Cap. XLII, 18. *vivite* perinde eſſe ac *vitæ veſtræ conſulite*.

Miſit me Deus] Ut fratrum animos à ſceleris ſui recordatione averteret, eorum culpâ miſsâ, præ oculis eis ponit quàm feliciter Deus mala eorum conſilia in utilitatem & ipſorum & fratris convertiſſet, quaſi eos hiſce verbis compellaret: tantùm abeſt, ut doleam nunc me olim à vobis venditum, ut in Ægyptum abducerer, ut contrà hac de re mihi gratuler, quia Deus operâ meâ ad vos ſervandos utitur. Hoc ergo ſibi vult, non ſine Dei providentia factum, ut in Ægyptum, potiusquàm in aliam regionem, abducendus venderetur; quia in regione fertiliſſima, dum copioſa eſſet annona, coacervari eo numero potuit, ut in multos famis annos ſufficeret, non Ægypto dumtaxat, ſed etiam vicinis regionibus. Quando dolorem commiſſi peccati minuere volumus, quid boni inde fluxerit memoramus, aut etiam non defuiſſe Numini rationes quibus, quod impedire potuerat, permiſerit oſtendimus; non ut Deum peccati incuſemus, abſit! ſed ut animos nimiùm dejectos erigamus. Veteres Ethnici idem facere ſolebant; ſic *Priamus* Lib. Iliad. III. ut Helenæ dolorem, bellum propter ſe accenſum videntis, levet, ita loquitur:

Οὔτι μοι αἰτίη ἐσσί, Θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν,
Οἵ μοι ἐφώρμησαν πόλεμον πολύδακρυν Ἀχαιῶν.

Non mihi cauſa es, Dii mihi cauſa ſunt, qui mihi immiſerunt bellum lacrimoſum Achivorum.
Sic & *Virgilius* Æneid. II.

Nam neque Tyndaridis facies inviſa Lacænæ,
Culpatúſve Paris, Divûm inclementia, Divûm
Has evertit opes.

Sic & apud *Plautum*, in Aulularia, adoleſcens qui virgini vitium obtulerat, facinus excuſat Act. IV. Scen. 10.

Deus impulſor mihi fuit, is me ad illam illexit.—
Deos credo voluiſſe, nam ni vellent non fieret, ſcio.

6. *Neque aratio*] חריש *hhariſch*, ἀροτρίασις, deficiente, nimirum, ſemine; unde *Onkelos* זרוע *zeroha*, ſeminatio.

7. *Miſit me Deus ante vos*] Repetit hoc, iterum, iterúmque, ut fratres, ſceleratam conjunctiſſimi capitis venditionem animo verſantes, à tam triſti cogitatione revocet, útque omnis vindictæ cupiditate exutum ipſum intelligant. Certè, niſi multa hanc in rem dixiſſet, non poterant non timere tacitas ejus cogitationes, & ſceleris memoriâ non terreri. Tam crudeliter ſanctiſſima conſanguinitatis jura violarant, ut ne pluribus quidem poſtea annis, cùm fato functus eſſet Jacobus, ſatis ſibi placatum Joſephum cenſerent, ut docemur ultimo hujus libri Capite.

Ut inter terræ reliquias eſſetis] *Ad ponendum vobis reſiduum in terra*, i. non modò ut reliquiæ aliquæ in terra ſupereſſent è ſuis, nam nemo ex Iſraëlis proſapia fame periit; ſed ut tota ea familia inter eos eſſet, qui ſuperſtites fuere. Sic 2 Sam. XIV, 7. in Thekohitidis Apologo, fingitur filius unicus ejus mulieris ad ſupplicium à conſanguineis fuiſſe repetitus; *ne*, inquit illa, *ponatur viro meo nomen & reſiduum in terra*; quibus verbis ſignificat nullum ex viri proſapia ſuperſtitem futurum fuiſſe, ſi adoleſcens capitis pœnas luiſſet. שארית *ſcheerith*, reliquiæ haud raro dicuntur, qui ex aliqua ingenti clade ſuperſunt. Vide Eſai. XIV, 30. XXXVII, 32.

Utque ingenti liberatione vitæ veſtræ conſuleret.] Heb. *Et vivificandum vobis, in liberationem magnam.* Poſſet etiam intelligi פלטה *pheletah*, de ſuperſtitibus, ut Eſdr. IX, 14. ubi cum שארית conjungitur. Senſus eſſet: ut vitam vobis ſervaret, adeò ut ingenti numero fami ſuperſtites eſſetis; dum aliarum familiarum, inter vicinas gentes, vix exiguæ erunt reliquiæ. חיות *hhajoth*, *vivificare*, ut barbarè loquuntur, eſt vitæ conſulere, aut vitam ſervare, ut Exod. II, 17. ubi idem verbum eſt in Conjugatione *Pihel*.

8. *Vos ergo me huc non miſiſtis*] Vide ad verſſ. 5 & 7.

Patrem Pharahoni] Ut pater liberos regit, prout videtur: ſic Pharahonis, poſtquàm ei, ut verbis utar *Juſtini* (Lib. XXXVI. Cap. 2.) tan-

Digitized by Google

ter meus vivit? at ei fratres ejus reſpondere, quòd ejus vultu conturbarentur, non poterant. 4. Ille verò, ad me, inquit, accedite: & cùm acceſſiſſent, ego, ait, ſum Joſephus frater veſter, quem in Ægyptum *abducendum* vendidiſtis? Nunc autem ne doleatis, neque in vos ipſi indignemini, quia me huc *venturum* vendidiſtis; etenim ante vos, ut vitæ *veſtræ* conſuleret, miſit me Deus; 6. quoniam cùm duobus abhinc annis fames in regione ſit, *erunt* adhuc quinque anni, quibus neque aratio, neque meſſis *erit*. 7. Miſit me Deus ante vos, ut inter terræ reliquias eſſetis, útque ingenti liberatione vitæ veſtræ conſuleret. 8. Vos ergo huc me non miſiſtis, ſed Deus; *is* me patrem Pharahoni, dominum univerſæ ejus domui, & rectorem totius Ægypti conſtituit. 9. Celeriter ad patrem meum adſcendite, eique dicite: ſic ait filius tuus Joſephus, fecit me Deus univerſæ Ægypti dominum, deſcende ad me, ne cuncteris. 10. Incoles terram Goſenitidem eriſque mihi vicinus, túque & filii tui, ac filii filiorum, oves item tuæ, boves tui, denique quidquid tibi eſt. 11. Te eo in loco alam, erit enim adhuc

ſephum eſſe, Hebræo ſermone, dixit, atque an re verâ pater Jacobus viveret percunctatus eſt; verùm fratres vultu ejus agnito, auditáque voce notâ, & patria Lingua utente, adeò perturbati erant ſceleris in eum admiſſi memoriâ, verbum ut nullum reponerent. 4. At Joſephus illis propiùs accedere juſſis, iterum ait fratrem ſe eſſe, quem illi olim in Ægyptum abducendum Madianitis vendiderant. 5. Ne tamen nimiâ triſtitiâ eorum conficerentur animi, oſtendit ſine divina Providentia non eſſe factum ut in Ægyptum duceretur, quandoquidem hoc ſaluti iis nunc futurum eſſet; 6. nam præter duos annos famis, qui jam exacti erant, elapſuros præterea quinque, quibus neque ſatio, neque meſſis, propter nimiam ſiccitatem, erat futura. 7. Divina ergo providentiâ præmiſſum ſe fuiſſe in Ægyptum, ut patrem & fratres, univerſáſque eorum familias ſuſtentaret, ne cum innumeris aliis fame interirent. 8. Non eos dumtaxat ut in Ægyptum veniret effeciſſe, ſed Deum ipſum, qui facilè ne venderetur, neve in Ægyptum abduceretur impedire potuiſſet, rem ita ſapientiſſimâ Providentiâ ſuâ rexiſſe; ut Regis Ægypti à ſanctioribus conſiliis fieret, totíque regno præficeretur, ut poſſet annonâ patrem & fratres ſublevare. 9. Igitur eos debere quàm primùm

tanta ſui experimenta dederat, ut non ab homine, ſed à Deo reſponſa dari viderentur, regnum ſummâ auctoritate adminiſtrabat. Ut probus filius nihil agit alicujus momenti, quin patrem priùs conſulat: ſic quoque Rex Ægypti nihil, non conſcio Joſepho, edicebat. Ita ſumitur vox אב Jud. XVII, 10. ubi Micha Levitæ: *Sis mihi לאב leab, in patrem & ſacerdotem. Elmacinus* Hiſtor. Saracenicæ Lib. II. Cap. 6. de *Harone Raſchido* Chalifa XXVI. ex verſione *Thom. Erpenii: Raſchidus autem Chalifa factus Jahjam f. Chalidis f. Barmaci Conſiliarium ſuum conſtituit, &* PATREM *ſuum appellavit, cúmque Conſiliarium eum faceret, dixit: negotiis te meis præficio, eáque à cervice mea in tuam conjicio, itaque ea adminiſtra, ut viſum tibi fuerit.* Joſephus etiam, apud Pharahonem, eodem loco erat ac ſolebant Sacerdotes, imò ſuperiore; eos autem de rebus omnibus conſulebat Rex, ut ex *Diodoro Siculo* oſtendimus ad Cap. XLVII, 22. Ei erant εἰσηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι. Hinc apud Hebræos & Græcos, *pater* eſt appellatio honorifica, quâ ſenes quos reverebantur compellabant. Vide 1 Sam. XXIV, 12. 2 Reg. II, 12.

Dominum ejus domui, &c.] Vide not. ad Cap. XLII, 6.

9. *Celeriter adſcendite*] *Feſtinate & adſcendite.* Vide Cap. XXIV, 18.

10. *Incoles terram Goſenitidem*] Hinc ſatis liquet, quanta eſſet Joſephi auctoritas, apud Regem Ægypti, qui auderet polliceri quod nondum à Rege petierat. Goſenitidem ſitam eſſe oportuit in inferiore Ægypto, & primo quidem nomo Ægypti, quem ex Chananæa venientes ingrederentur, cùm infra Cap. XLVI, 28. Jacobus illinc profectus ſtatim ac Goſenitidem ingreſſus eſt, ſignificet Joſepho ſe adeſſe. LXX. Intt. Γεσὲμ ſcribunt, Vulg. *Geſſen*, ſed neutrius nominis veſtigia ſuperſunt. Conſtat ex iis quæ modò diximus haud procul Tani fuiſſe Goſenitidem; ac ſanè Pſalm. LXXVIII, 12. in agro Tanitico facta dicuntur Moſis, quæ initio Exodi narrantur, miracula. LXX. Intt. in Arabico Nomo Goſenitidem videntur collocare, cùm habeant ἐν γῇ Γεσὲμ Ἀραβίας. Vide & ad verſ. 28. Cap. XLVI. Si poſſemus fidere Codicibus LXX. Intt. ita ut nobis conſtaret eos legiſſe גֶּשֶׁם, in exemplari ſuo Hebraico, facile eſſet rationem nominis reddere, nam ארץ גשם eſſet *terra pluviæ*, hoc eſt inferior Ægyptus, in qua pluit, cùm nulla ſit pluvia, aut rariſſima in ſuperiore. Vide *Herodotum* Lib. II. C. 13, 14. & Lib. III. Cap. 10. de Thebaïde, & *Thevenotium* de inferiore Ægypto Itin. per Orientem Lib. II. C. 71. ubi in ora maritima magnas eſſe pluvias adfirmat. Fortè Ægyptiacè גשן *goſchen*, idem fuit ac Hebraicè גשם *geſchem.*

Eriſque mihi vicinus] Oportebat Joſephum perpetuò in Aula verſari, quippe qui Regiæ Præfectus eſſet; ideóque Pharahonum, illis temporibus, Regiam in inferiore Ægypto haud procul ab Arabia fuiſſe neceſſe eſt. Nec malè *Tanis*, ſive *Tſóhan*, ut efferunt Hebræi, Ægypti inferioris Regibus ſedes adtribuetur, cùm *Tanitæ* dicantur à priſcis Chronographis; qua de re conſulendus, qui eorum ſententias collegit & contulit, *Joan. Marshamus* ad Sæc. I. rerum Ægyptiacarum.

Oves] צאן *tſon*, quæ vox minores omnes pecudes, hoc eſt, & capras & oves, æquè complectitur. Vide ad Caput XII, 16. XXXVIII, verſ. 12.

12. *Vobiſcum loquentis os vident*] *Quòd os meum loquitur ad vos.* Non alium audiſtis qui me incolumem narraret, & nomine meo vos alloqueretur, atque in Ægyptum vocaret, dubia

Digitized by Google

adhuc fames per quinquennium, ne tu, domúſque tua, & omnes tui in paupertatem delabimini. 12. Ecce oculi veſtri, oculi fratris Benjaminis vobiſcum loquentis os vident. 13. Narrabitis ergo patri meo omnes *hoſce* meos honores, *quibus* in Ægypto *ornatus ſum*, & quidquid vidiſtis. Properabitis deinde patrem meum huc adducere. 14. Irruit poſtea in collum fratris Benjaminis, & flevit, & in ejus collo lacrimatus eſt Benjamin. 15. Tum oſculatus eſt omnes fratres, & ſuper iis flevit, ac poſtmodum cum eo colloquuti ſunt.

16. In domo Pharahonis, vox audita eſt dicentium, venerunt fratres Joſephi, quæ res Pharahoni ejúſque ſervis placuit. 17. Pharaho itaque Joſepho, dic, inquit, fratribus tuis, hoc facite, onerate jumenta veſtra, atque in terram Chananæam ite. 18. Adſumite illinc patrem veſtrum, & familias veſtras, atque ad me venite. Dabo vobis opimum Ægyptiæ terræ *tractum*, & pinguedine regionis veſcemini.

mùm in Chananæam redire, ut expoſitis quæ viderant, pater in Ægyptum ſine mora ad filium toti Taniticæ Dynaſtiæ Præfectum veniret. 10. Effecturum autem ſe ut in agro paſcuis copioſiſſimo ei, familiæque ſedes darentur, in quibus cum gregibus commodiſſimè, nec procul à ſe, vivere poſſent. 11. Se ei, ſuiſque omnibus per quinquennium, quo fames adhuc futura erat, frumentum gratis ſuppeditaturum, ne ad extremam inopiam redigerentur. 12. Patrem autem nuncium, quem ad eum delaturi erant, in dubium revocare, tot oculatos teſtes, & Benjaminem præſertim fratrem non paſſuros. 13. Irent ergo, narrarent ei ad quantos honores in Ægypto fratrem evectum vidiſſent, & quam ocyſſimè ad ſe adducerent. 14. 15. His dictis, in fratris Benjaminis amplexum ruit, reliquóſque decem fratres flens flentes pariter complexus eſt; atque eo demum tempore, alloqui eum ſuſtinuerunt.

16. Illico per regiam ſparſus eſt rumor adventûs fratrum Joſephi, qui ad Regem & Purpuratos delatus, gaudium, propter ſummam gratiam, quâ apud omnes valebat Joſephus, toti aulæ maximum creavit. 17. Rex etiam vocatum ad ſe jubet fratribus frumentum dividere, ut oneratis jumentis, in Chananæam quàm primùm redirent, 18. patrem unibia enim res vobis eſſe poſſet; ſed me ipſum ipſi vidiſtis, & audiviſtis loquentem. A verbis abit interpretatio *Onkeloſi*, quem ſequutus eſt vir ſummus, & qui habet: *veſtrâ linguâ loquor vobiſcum.*

13. *Omnes hoſce meos honores*] *Omnem gloriam meam in Ægypto.*

Properabitis deinde] *Et properabitis & deſcendere facietis*, &c.

14. *Irruit in collum*, &c.] *Et cecidit in cervices.* Ut Cap. XXXIII, 4.

In ejus collo lacrimatus eſt] Lacrimis ſuis collum ejus madefecit.

15. *Colloquuti ſunt*] Additur *fratres*, quod in noſtra Tranſlatione è ſuperioribus repetendum.

16. *Dicentium*] *Dicendo.* Hoc eſt, ejus rei rumor in Pharahonis aulam pervenit.

Quæ res Pharahoni, &c.] *Et bonum fuit in oculis Pharahonis*, &c.

18. *Opimum Ægyptiæ terræ tractum*] Hoc eſt, pinguiſſimam Ægypti inferioris partem, & alendis pecoribus aptiſſimam. Totum autem Delta χώραν περιέχει ΚΑΛΛΙΣΤΗΝ τῆς Αἰγύπτου, ποταμόχωστος γὰρ οὖσα, καὶ καταῤῥύτος, πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς ἐκφέρει καρποὺς, *tractum complectitur pulcherrimum Ægypti, cum enim ſit fluvio aggeſta & irrigua, multos & omnis generis fructus profert.* Verba ſunt *Diodori* Pag. 30. Lib. 1. qui & paullò inferiùs docet pecudi aptiſſimum fuiſſe ſolum. Ejus verba ad verſ. 36. Cap. XLVI. recitabimus.

Pinguedine regionis veſcemini] *Comedetis adipem regionis*; hoc eſt, laudatiſſimis atque ex ubertimo tractu collectis fructibus veſcemini. Vide Deuter. XXXII, 14. Pſalm. LXXI, 17.

20. *Neque vos pigeat relinquere*, &c.] *Oculus veſter non parcat ſuper vaſa veſtra*, &c.

Cùm hoc Latinè intelligi non poſſet, παραφραστικῶς vertere coacti ſumus. Senſus eſt quem expreſſimus: ne præ ſtudio omnium rerum veſtrarum convaſandarum, diu cunctemini, nihil eſt cur ſtudioſius utenſilia omnia veſtra ſervetis; ſatis vobis erit in Ægypto, unde alia, ſi neceſſe ſit, comparare poſſitis. Ea ergo potiùs amittite, ut quàm primùm veniatis. Hebræi *oculum parcere* dicunt iis quæ ſervantur, *non parcere* iis quæ perduntur. Vide Deut. VII, 16. XIX, 18, 21. Cùm non ſit incommodus hic ſenſus, ineptè tamen non conjecerit quiſquis כלים chlim, *inſtrumenta*, ea potiſſimùm quibus in Agricultura utebantur interpretatus fuerit; cùm enim plerorúmque omnium aliorum ſuus etiam in Ægypto uſus eſſet, ligonibus, raſtris gravioribus, & aratro, nullus erat. Ὅλως γὰρ πᾶσα γεωργία παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι μετὰ μεγάλων ἀναλωμάτων καὶ ταλαιπωριῶν διοικεῖται, παρὰ δ' Αἰγυπτίοις μόνοις ἐλαχίστοις δαπανήμασι καὶ πόνοις συγκομίζεται: *nam omnis prorſus, apud gentes ceteras, agricultura magnis ſumtibus & moleſtiis exercetur, apud Ægyptios ſolos minimis ſumtibus & laboribus colliguntur fruges.* Vide & alia hanc in rem, apud *Diodorum* Bib. I. Pag. 32.

Opima quæque totius Ægypti] *Omne bonum omnis Ægypti.* Idem ſignificatur, ac verſ. 18. Neque enim Ægyptiorum bona, quod invidioſiſſimum fuiſſet, pollicetur Pharaho, ſed partem agri regii, qui in opimo Ægypti tractu erat. Sic *Dido* Trojanis, ſi ſecum vellent Carthagine conſidere, *Æneid.* I.

Urbem, ait, *quam ſtatuo, veſtra eſt.* Hoc eſt, ſedes vobis in mea urbe, unà cum Tyriis, attribuam; non, quidquid eſt in urbe, id proprium vobis dabo.

21. *Et commeatum in viam dedit*] *Dedit eis Joſeph currus*, &c. *& dedit eis victum in viam.*

 22. *Bi-*

cemini. 19. Tu quoque *à me* juberis *dicere* : hoc facite, ſumite vobis ex Ægypto currus impuberibus , & uxoribus veſtris, atque adſumto patre veſtro venietis. 20. Neque vos pigeat relinquere ſupellectilia veſtra, quia opima quæque totius Ægypti veſtra ſunt.

21. Sic ergo fecerunt filii Iſraëlis , eíſque Joſephus , ex mandato Pharahonis , currus & commeatum in viam dedit. 22. Singulos etiam binis veſtibus, Benjaminem verò quinis , prætereáque trecentis argenteis donavit. 23. Quin & patri ſuo decem aſinos opima Ægypti ferentes, & decem aſinas frumento , pane, & victu, quo veſceretur pater in itinere , onuſtas miſit. 24. Dimiſit itaque fratres ſuos, & proficiſcentibus, ne, inquit, in via rixemini.

25. Adſcenderunt *illi* ex Ægypto, & cùm in terram Chananæam , ad Jacobum patrem, veniſſent, 26. *rem* ei nunciarunt, his verbis: vivit adhuc Joſephus, & totius Ægypti rector eſt; *is* verò animi deliquium paſſus eſt, neque iis credebat. 27. Recitarunt deinde ei omnia verba, quæ dixerat eis Joſephus, viditque currus quos miſerat, quibus veheretur , ac *tandem* animum collegit pater eorum Jacobus; 28. & ſatis eſt, inquit, ſi modò Joſephus filius meus vivat, ibo, eúmque antequàm moriar videbo.

XLIII. Ja-

univerſámque ejus familiam accerſituri ; ſe enim, ſi in Ægyptum deſcendere ad ſe vellent, pinguiſſimum regni tractum incolendum iis daturum. 19. Imò verò, ſi ita videretur, currus Joſephus fratribus ſuppeditaret, quibus patrem, uxoréſque ſuas & impuberes liberos adveherent. 20. Neque eos pœniteret relinquere illic quæ ægrè vehi poterant, facilè enim eam jacturam fertiliſſimis Ægypti agris penſatum iri.

21. Regiis mandatis inſtructus Joſephus fratribus currus & commeatum dedit, quibus in itinere indigebant. 22. Singulos quoque è ſuo geminâ veſte, Benjaminem verò quinâ & trecentis ſiclis donavit, ut intelligerent omnes eum ſibi omnino eſſe reconciliatum. 23. Munus etiam patri adjecit, decem aſinos pretioſiſſimo Ægypti proventu onuſtos, decémque aſinas omne commeatûs genus, quo pater in itinere veſceretur, vehentes. 24. Tandem fratres dimittens, ne propter ſe in via inter ſe rixarentur, morámque ullam necterent , diligenter hortatus eſt.

25. Profecti ergo ex Ægypto , ad patrem quàm celerrimè potuerunt iverunt; 26. cui cùm non modo vivere Joſephum, ſed & toti Taniticæ Dynaſtiæ Præfectum nunciaretur , tum verò ſenex, præ adfectu in filium, animi deliquium paſſus eſt, nec tamen iis credere omnino poterat. 27. At illi omnibus ſingillatim narratis , curribus etiam quos adduxerant fidem dictis fecerunt; quo factum ut filii amantiſſimus ſenex animum colligeret, 28. & ſatis ſibi eſſe diceret, modò filius Joſephus ſuperſtes eſſet ; ſe ſine cunctatione iturum , eum antequàm fato fungeretur, viſurum, eóque conſpecto mortem æquo animo oppetiturum.

P A-

22. *Binis veſtibus*] *Omnibus dedit , unicuique mutationes veſtium. Hieronymus* poſt LXX. *binas ſtolas*; neque aliter poteſt intelligi , nam veſtes , ut mutari queant , geminas ſaltem eſſe oportet. Hoc manifeſtum eſt ex Jud. XIV, 12. ubi *triginta mutationes veſtium* , ſunt veſtes triginta viris detractæ , verſ. 19. In Samaritico Codice , pro חליפות שמלת *hhaliphoth ſchmaloth* , eſt in ſingulari חליפת *hhaliphath* , *mutationem* , eodem ſenſu. Ut inter divitias Veterum erant veſtes , multos in annos repoſitæ, & variis etiam ſtaturis aptæ : ita & inter dona ſæpe recenſentur. *Jacobus* Ep. Cap. V, 2. *Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt* , quibus verbis exprobrat divitibus , quòd mallent putreſieri , atque à tineis abſumi ſibi veſtes , quàm eas dare pauperibus. Quod egregiè hoc *Martialis* Epigrammate illuſtratur , quod eſt 46. Lib. II.

Tu ſpectas hiemem ſuccincti lentus amici,
(Proh ſcelus!) & lateris frigora trita mei.
Quantum erat, infelix, pannis fraudare duobus
(Quid renuis?) non te, Nævole, ſed tineas?

Trecentis argenteis] Nimirum , ſiclis. Vide not. ad Cap. XXXVII, 28. Hic quoque χρυσοῦς habent οἱ LXX. fortè quod liberalitas Joſephi iis minor videretur , ſi argenteos poſuiſſent.

23. *Quin & patri ſuo*] *Et patri ſuo miſit* כזאת chzoth , *ut hoc* , hoc eſt , *ut ſequitur*. LXX. & Vulg. referunt ad præcedentia , habent enim illi , καὶ τὰ αὐτὰ , hic : *tantumdem pecuniæ & veſtium mittens patri ſuo*. Sed oporteret ſequi ועשרה *vehaſcharah* , ET *decem* , &c. quæ conjunctio non modo abeſt ab Hebræo Exemplari, ſed etiam à Samaritico. Propterea, quamquam כזאת ad ſuperiora ſolet referri , ſequentium potiùs rationem habuimus.

23. *Opima Ægypti*] Hîc טוב מצרים *toub Missrajim* , fructus ſignificat , ut ſupra 18. & 20. terram. Hebræi , ut alibi obſervavimus , utuntur in eadem narratione vocibus iiſdem , ſenſu non eodem. Vide not. ad Cap. XXXII, 21.

24. *Et proficiſcentibus dixit*] Heb. *Et profecti ſunt , & dixit* ; hoc eſt , cùm proficiſcerentur, dixit; nam paſſim præterita per imperfecta exponenda ſunt.

Ne rixemini] אל תרגזו *al thirgezou* , quod poſſet etiam verti *ne iraſcamini* , nimirum , alii aliis. Dum auctores venditionis Joſephi inſectatur qui repugnarat , nempe , *Ruben* , cui adjungendus Joſephi frater ὁμοπάτερος & ὁμομήτερος *Benjamin* ; ingentes rixæ poterant inter fratres naſci , quibus differri neceſſe fuiſſet reditum, aut etiam alia creari incommoda. Ideóque hoc videtur vetare eos Joſephus , quem offendere ampliùs non audebant.

25. *Cùm veniſſent*] *Et venerunt , — & nunciarunt.*

Et

XLIII. Jacobus in Ægyptum, Deo volente, proficiſcitur, cum univerſa familia, quæ recenſetur. Obvium ei procedit, & cum eo congreditur Joſephus; fratréſque ad Pharahonem intromiſſurus, quid dicendum ſit docet.

1. PRofectus Iſraël, cum omnibus ſuis, Beerſebam venit, & Deo patris ſui Caput
Iſaaci victimas immolavit. 2. *Ibi* Deus, in viſo nocturno, Iſraëlem alloquu- XLVI.
tus dixit: Jacobe, Jacobe. Reſpondit *ille*, ecce me. 3. Tum *Deus*, ego,
inquit, ſum Deus, Deus patris tui; in Ægyptum ne verearis deſcendere, faciam enim
ut illic in gentem magnam evadas. 4. Ego tecum deſcendam in Ægyptum, ego te
educam, atque etiam adſcendam, & Joſephus manum oculis tuis imponet. 5. Exin
Beerſebâ movit Jacobus, & avexerunt filii Iſraëlis parentem, impuberes *liberos*, &
conjuges, vehiculis quæ ad eum devehendum miſerat Pharaho. 6. Egerunt etiam
pecudes ſuas, & opes quas in terra Chananæa comparaverant, venerúntque in Ægyp-
tum Jacobus, & univerſa ejus ſoboles. 7. Filios ſuos & filiorum filios, unà filias ſuas,
filiorúmque filias, & omnem prolem ſecum in Ægyptum duxit.

8. Hæc

PARAPHRASIS.

1. IGitur ex Mamrenſi agro tentoriis refixis, ad Meridianum tractum iter fecit Jacobus, & Beerſebam quidem venit, ubi patrio Deo Opt. Max. ſacra ſollemni ritu fecit. 2. Hoc in loco cùm pernoctaret, Dei vocem ſibi in ſomnis audire viſus eſt, cui nomine ſe appellanti, paratum ſe ejus imperiis parere reſpondebat. 3. Deus verò, ſe Deum eſſe, qui ſempiternum Iſaaco ejus parenti favorem pollicitus, nunc filio erat adfuturus. Ne anxius eſſet, quòd fame in Ægyptum ire cogeretur, quia ſimili de cauſa proficiſci eò Iſaacum ejus patrem olim vetuerat; effecturum enim ſe ut ejus liberi mirum in modum illic creſcerent, atque in ingentem populum evaderent. 4. Se ejus & poſterorum in Ægypto curam ſingularem geſturum, & aliquando eos illinc in Chananæam revocaturum; interea Joſephum ei morienti, quod non ſperaverat, adfuturum, atque oculos compoſiturum. 5. Beerſebâ deinde profecti viam Ægypti inierunt Jacobi filii, & vehiculis ab Rege acceptis patrem, uxores, & liberos impoſuerunt. 6. 7. Itaque convaſatis omnibus, actóque ſecum pecore, Jacobus cum filiis, nu-

Et totius, &c.] Eſt in Heb. וכי הוא vechi hon, *& quod ille.* Aut redundat כי ut aliàs, quod obſervavimus ad Cap. XLIII, 9. aut refertur ad antecedens verbum,

Animi deliquium paſſus eſt] ויפג לבו vajjaphog libbo, *& defecit cor ejus*, nam cùm פוג *phong*, apud Chaldæos & Syros, *langueſcere & deficere* ſonet, dubium non eſt quin eâ quoque ſignificatione hîc intelligendum ſit. Ideò LXX. habent ἐξέστη τῇ διανοίᾳ, de quâ loquutione vide *Dav. Clerici* Quæſt. Sacram XIII. Nimis audacter *Hieronymus*, *quo audito quaſi de gravi ſomnio evigilans.* Ad mentionem Joſephi & quidem viventis, licèt rei fidem non haberet, deliquium paſſus eſt ſenex, qui aliorum filiorum conſolationem reſpuerat, præ ſummo filii Rachelæ amore. Non videntur ei narraſſe quo pacto à ſe venditus eſſet, nec fortè hoc eorum ſcelus umquam reſcivit. Mentionem illatam filii, quaſi viventis, deliquium Jacobo creaſſe non mirabimur, ſi ſubito gaudio plurimos exſtinctos meminerimus. Qua de re legendus *A. Gellius* Noct. Attic. Lib. III. Cap. 15. Unum exemplum huic ſimillimum proferemus. *In noſtris*, inquit, *annalibus legimus, quâ tempeſtate apud Cannas exercitus Pop. Rom. cæſus eſt, anum matrem, nuncio de morte filii allato, luctu atque mœrore adfectam eſſe. Sed is nuncius non verus fuit, atque is adoleſcens non diu pòſt ex ea pugna in urbem rediit. Anus repente filio viſo, copiâ atque turbâ, & quaſi ruinâ incidentis inopinati gaudii, oppreſſa, exanimatáque eſt.*

Animum collegit] *Cor ejus revixit*, hoc eſt, ex languore, in quem delapſus fuerat, rediit. Contra *cor mori* dicitur, quando metu, aut dolore languet animus, ut 1 Sam. XXV, 37.

28. *Et ſatis eſt, inquit*] *Et dixit Iſraël*, (repetito more Heb. nominativo) *multùm quod Joſephus filius meus vivit:* μέγα μοί ἐστιν, ut LXX. Hieronymus, *ſufficit mihi*, &c. Quam expoſitionem ſequuti ſumus, ob alia loca in quibus vocula רב *rab* ita ſumitur. Suprà Cap. XXXIII, 9. Vide Exod. IX, 28. Num. XVI, 3, 7. Deut. I, 6. II, 3. Commodiſſimus eſt ſenſus, vult enim Joſephi vitam ſatis ſibi eſſe, quamvis divitiis non adfflueret, neque ad tantam dignitatem evectus eſſet.

COMMENTARIUS.

In Caput XLVI.

1. PRofectus, &c.] *Et profectus eſt, & omnia quæ ei, & venit.* Profectus videtur Chebrone, aut locis circa eam urbem ſitis. Vide not. ad Cap. XL, 15.

Beerſebam] Vide ad Gen. XXI, 14, 33. Cùm eſſet ad meridiem Chebronis, per eam tranſeundum fuit, ut in Ægyptum deſcenderet.

Deo patris ſui Iſaaci] Vide not. ad C. XXXI, verſſ. 29 & 42. Hoc in loco Abrahamus ſacra olim Deo fecerat, & quercetum, volente Abimelecho, cujus imperio ea ſubjecta erant loca, plantaverat. Puteum ibi effoſſum rurſus Iſaacus ſibi vindicarat. Gen. XXI, 33. XXVI, 32, 33. Credibile eſt in ara, ab Abrahamo illic erecta, oblatas à Jacobo fuiſſe victimas.

8. Hæc ſunt nomina filiorum Iſraëlis, qui in Ægyptum iverunt. Jacobus, ejúſque filii.

Primogenitus Jacobi Ruben, 9. & filii Rubenis Chanoch, Phallou, Chetsron, & Charmi.

10. *Simehon* & filii Simehonis Jemuel, Jamin, Ohad, Jachin, Tſochar, & Saül, mulieris Chananææ filius.

11. *Levi*, & filii Levis Gerſon, Kehath & Merari.

12. *Juda*, & filii Judæ Her, Onan, Sela, Pherets & Zerach. At Her & Onan in Chananæa obierant, & fuere filii Pheretſi Chetsron & Chamul.

13. *Iſſaſchar*, & filii Iſſaſcharis Thola, Phuva, Job & Simron.

14. *Zabulon*, & filii Zabulonis Sered, Elon & Jachleel. 15. Hi filii Leæ fuere, quos peperit Jacobo in Phadan-Aram, *ut* & Dinam filiam. Omnes animæ filiorum, filiarúmque ejus triginta tres.

16. *Gad*,

nuribus, nepotibúſque & neptibus ad inferioris Ægypti fines pervenit. 8. Hæc autem eorum ſunt nomina, quæ ordine ſubjiciemus.

9. RUBEN natu maximus, cum filiis Chanocho, Phallovo, Chetsrone & Charmi.

10. SIMEHON cum filiis Jemuele, Jamine, Ohado, Jachine, Tſochare & Saulo Chananææ filio.

11. LEVIS cum filiis Gerſone, Kehatho & Merari.

12. JUDA cum filiis Hero, Sela, Zeracho & Pheretſo, cui nati erant Chetſron & Chamulus; nam Herus & Onan dudum, ut diximus, in Chananæa obierant.

13. ISSASCHAR cum filiis Thola, Phuva, Jobo & Simrone.

14. ZABULON cum filiis Seredo, Elone & Jachleele. 15. Atque hi quidem fuere filii Leæ, quos in Meſopotamia peperit, & quibus, junctâ ſorore DINA, conficitur numerus triginta trium capitum.

16. GA-

3. *Faciam ut in gentem magnam evadas*] *Ponam te in gentem magnam.*

4. *Ego tecum deſcendam in Ægyptum*] Ut Deus *iis adeſſe* dicitur, quibus favet: ita hîc *deſcenſurum* ſe quaſi comitem Jacobi pollicetur, ut conſtantem ſuam in illum voluntatem ſignificet.

Ego te educam] Hoc eſt, poſteros tuos. Paſſim gentes quaſi unica perſona habentur, & majores cum poſteris miſcentur. Vide C. XXXIV, 30.

Atque etiam adſcendam] *Etiam adſcendendo.* Hic eſt infinitivus *Kal*, cùm præceſſerit futurum *Hiphil*; unde colligo poſterius ad Deum, prius ad Jacobum referri. Alioqui dicendum fuiſſet ואעלך העלה *hahale uhalecha*, *faciendo adſcendere faciam te adſcendere.*

Manum oculis tuis imponet] Hoc eſt, claudet tibi oculos, prout apud plurimas Gentes uſitatum. *Penelope* ad *Ulyſſem*, de *Telemacho*:

Dii precor hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Idem etiam ab Ulyſſe Laërtæ præſtari officium monet oportere:

Reſpice Laërten, ut jam ſua lumina condas,
Extremum fati ſuſtinet ille diem.

Plura hanc in rem lege, ſi opus eſt, apud *Joan. Kirchmannum*, de Funer. Rom. Lib. I. cap. 6. Duo ergo hîc pollicetur Jacobo Deus, parentibus gratiſſima, ſuperſtitem ei futurum filiorum cariſſimum, eúmque morienti adfore, & ſuprema curaturum.

5. *Beerſebâ movit*] *Et ſurrexit è Beerſeba.*

Impuberes liberos] טפם *tappham.* Vide not. ad Cap. XXXIV, 29.

6. *Egerunt*] *Et ſumſerunt.*

7. *Filias ſuas*] Hîc intelligi poſſent, unà cum Dina filia Jacobi, nurus, ut ſuprà C. XXXVII, verſ. 35. niſi duo obſtarent. Unum eſt ſermonem hîc, ut etiam verſ. 15. eſſe de ſola Jacobi progenie; alterum infrà verſ. 23. *filios* dici unum ut ſup. XXI, 7. XXXVI, 25. & Num. XXVI, verſ. 42. ſine dubio eodem modo, quo hîc Dina *filiarum* vocabulo deſignatur. Nihil videtur commodius, quàm ſi Hebraïcæ Linguæ ἄκυρον hîc eſſe dicamus; quæ *filios* & *filias* unum filium, unámve filiam aliquando vocet, in prolis recenſione. Ne mirum videri hoc queat, faciunt Latinorum *antiqui oratores*, *hiſtoriæque aut carminum ſcriptores*, *qui etiam unum filium, filiámve* LIBEROS *multitudinis numero appellarunt. Id nos*, ait Gellius Lib. II. Cap. 13. *quum in complurium Veterum libris ſcriptum aliquotiens animadverterimus, nunc quoque in libro Sempronii Aſellionis rerum geſtarum quinto, ita poſitum eſſe offendimus*, &c. *Ejus verba de Tib Graccho tribuno plebi, quo in tempore interfectus in Capitolio eſt, hæc ſunt:* Orare cœpit ut ſe defenderent, liberóſque ſuos; cum quem virilis ſexûs tum in eo tempore habebat, produci juſſit, populóque commendavit propè flens.

10. *Simehon*] Debere hanc vocem ſubaudiri, ut & reliquorum Patriarcharum nomina, antequàm recenſeantur eorum liberi, vix neceſſe erat monere. Quemadmodum ergo Rubenis nomen verſu 8. recitatur, idem faciendum in reliquis Jacobi filiis.

Mulieris Chananææ filius] Hoc obſervari videtur, quòd reliqui uxores duxerint, fortè è proſapia Abrahami aut Loti, aut ex Edomi familia; ſi tamen Judam excipias, de quo vide Cap. XXXVIII. quamquam hoc de eo, hoc quidem in loco, non dicitur, quia jam narratum erat.

15. *Hi filii Leæ fuere*] Hoc eſt, hi fuere Leæ filii, qui nati ſunt in Meſopotamia; unà cum ſobole, quam in Chananæa ſuſceperunt. Hic iterum eſt ἄκυρον, & quidem gravius.

Omnes animæ] *Capita* dicunt Latini, ſed ei Hebraïſmo adſueti ſumus.

Fi-

Digitized by Google

16. *Gad*, & Gadis filii Tſiphjon, Chaggi, Suni, Etsbon, Heri, Arodi & Areli.

17. *Aſer*, & filii Aſeris Jimna, Jiſva, Jiſvi, Beriha, & ſoror eorum Serach. Filii Berihæ, Cheber & Malchiel. 18. Hi ſunt filii Zilphæ, quam Leæ filiæ ſuæ dederat Laban, atque hos peperit Jacobo, ſexdecim animas.

19. Fili Rachelæ, uxoris Jacobi, *fuere* Joſephus & Benjamin; 20. & nati quidem ſunt Joſepho, in Ægypto, quos ei peperit Aſnatha filia Photipheræ Oniorum ſacerdotis, Manaſſe & Ephraim. 21. Benjaminis verò filii fuere Bela, Becher, Asbel, Gera, Nahaman, Echi, Ros, Mupphim, Chupphim & Ard. 22. Hi ſunt filii Rachelæ, qui Jacobo nati ſunt, quatuordecim admodum animæ.

23. *Dan*, & filii Danis Chuſchim.

24. *Nephthali*, & filii Nephthalis Jachtſeel, Guni, Jetſer, & Sillem. 25. Hi ſunt filii Bilhæ, quam Rachelæ filiæ ſuæ dedit Laban; & peperit hoſce Jacobo, ſeptem ad-

16. Gadus, cum filiis Tſiphjone, Chaggi, Suni, Etsbone, Heri, Arodi, & Areli.
17. Asser, cum filiis Jimna, Jiſva, Jiſvi, Beriha, & filia Seracha; nepotibuſque ex Beriha, Chebero & Malchiele. 18. Qui ſexdecim à Jacobo ex Zilpha, dotali Leæ ancilla, ſuſcepti ſunt.
19. Josephus & Benjamin ex Rachela nati, prior quidem in Meſopotamia, poſterior verò in Chananæa. 20. Illi Aſnatha, Sacerdotis Heliopolitani filia, peperit in Ægypto Manaſſen & Ephraimum. 21. Huic verò omnium natu minimo numeroſiſſima nata eſt progenies; ſuſcepit enim decem filios, & nepotes, Belam, Becherum, Asbelem, Geram, Nahamanem, Echim, Roſum, Mupphimum, Chupphimum & Ardum. 22. Itaque cùm Jacobus in Ægyptum profectus eſt, præter duos filios, duodecim nepotes ſibi ex Rachela ortos habebat.
23. Dan, cum Chuſimo filio.
24. Nephthalis, cum filiis Jachtſeele, Guni, Jetſero, & Sillemo. 25. Atque hi ſeptem ex Bilha, dotali Rachelæ ancilla, oriundi ſunt.

Filiarum] Vide ad verſ. 7.

Triginta tres] Excluſis duobus filiis, qui Judæ in Chananæa obierunt, & numerato Jacobo.

18. *Atque has peperit*] Vel *hos*, qui ſunt *ſexdecim animæ*. Hoc eſt, Gadum & Aſerum, quorum liberi & nepotes ſexdecim capita conficiunt.

20. *Manaſſe & Ephraim*] Addunt hîc LXX. Intt. Ἐγένοντο δὲ υἱοὶ Μανασσῆ, οὓς ἔτεκεν αὐτῷ ἡ παλλακὴ ἡ Σύρα, Μαχίρ. Μαχὶρ δὲ ἐγέννησε τὸν Γαλαάδ. Υἱοὶ δὲ Ἐφραὶμ ἀδελφοῦ Μανασσῆ, Συταλαὰμ, καὶ Ταάμ· υἱοὶ δὲ Συταλαὰμ Ἐδώμ. Quæ tranſlata ſunt ex 1 Paral. VII, 14. & fortè olim ad marginem ab aliquo fuerant adſcripta, deinde Textui illata. Certè non exſtant in Codice Samaritico, ſed his quinque numeratis, fiunt ſeptuaginta quinque capita, ex Jacobo oriunda, quæ ſeptuaginta tantùm ſunt in Samaritarum & noſtris Codicibus. LXX. Intt. ſequutus eſt Lucas Act. VII, 14. Qua de re hîc non agemus, uti nec de lectionum diſcrepantiis, quæ ſunt inter hanc recenſionem & quæ habetur Numer. XXVI. & 1 Paral. IV. Ad Numeros hac de re dicemus, de illa ſat multa Novi Teſtamenti Intt.

22. *Filii Rachelæ*] Aut ejus nepotes, qui Jacobo ejúſque filiis nati ſunt, ut ſup. verſ. 15.

23. *Filii Danis*] Vide ad verſ. 7.

25. *Peperit hoſce*] Ut verſſ. 15 & 22.

26. *Ex ejus femore*] *Ex ejus lumbis*, ſicut alibi loquitur Scriptura, ut Gen. XXXV, 11. quæ ſunt honeſtæ circumloqutiones.

28. *Præmiſit*] *Miſit ante faciem ſuam* לפניו *lphanau*, quod bis reperitur.

In Goſenitidem] Hæc quoque vox iterum in fine verſûs occurrit. LXX. Intt. hîc audacter admodum συναντῆσαι αὐτῷ καθ' Ἡρώων πόλιν, εἰς γῆν Ῥαμεσσῆ, *ut ipſi occurreret ad Heroum urbem, in terram Rameſſe*. Quæ paraphraſis ſi vera eſſet, oporteret falſam eſſe deſcriptionem eorum locorum, quam habemus apud *Strabonem*; cùm enim Moſes fertilem & pecudibus alendis aptam fuiſſe tradat, ſterilem & arenoſam eam regionem deſcribit Geographus Lib. XVI. Pag. 522. ubi de receſſu ſinûs Arabici, qui versùs Heroum urbem porrigitur: in hunc, ait, ἐκ Πηλουσίου ἡ ὑπέρβασις ἐπιτομωτέρα, δι' ἐρήμων δὲ καὶ ἀμμωδῶν χωρίων αἱ ὑπερβάσεις ἐπὶ καμήλων· πολὺ δὲ καὶ τὸ τῶν ἑρπετῶν ἐν αὐταῖς πλῆθος: *compendioſius eſt iter à Peluſio, ſed camelis conficiendum per loca deſerta, & arenoſa, magna eſt ſerpentum in iis locis multitudo.* Deſertam quoque & ſterilem eam oram deſcribit *P. Belonius* Lib. II. qui bis illac in Arabiam deſertam eundo ex urbe Kairo, illincque redeundo in eamdem urbem, iter fecit. Sic & alii Recentiores, quos conſulere licuit. Unde mihi veriſimile fit LXX. Intt. non modò audacter feciſſe, quod conjecturam ſuam textui inſeruerint, ſed etiam perperam conjeciſſe. Vide quæ diximus ad Cap. XLV, 10.

29. *Tum Joſephus juncto curru*] *Et ligavit Joſeph currum ſuum, & adſcendit in occurſum.* Si ex vocula *adſcendit* conjecturam facere liceret, poſtquàm ſedem regiam in urbe Tani poſuimus, hinc colligeremus Goſenitidi ad Auſtrum Tanim fuiſſe; nam à Septemtrione ad Auſtrum *adſcenditur*. Sed cùm dubiæ ſit ſignificationis, nihil adfirmamus.

In conſpectum cùm veniſſet] *Et conſpectus eſt ei & cecidit in cervices ejus*. Vide Cap. XXXIII, 4. XLV, 14.

30. *Es adhuc es in vivis*] כי עודך חי *quia adhuc es in vivis*. Τὸ כי videtur hîc eſſe inſtar copulæ, aut conjungendum cum verbo antecedenti, *vidi faciem tuam*; vel etiam cum verbo, *moriar*.

32. *Paſtores ſunt gregum*] *Viri paſtores ſunt*; hoc eſt, *illi paſtores ſunt*, nam apud Hebræos haud rarò האנשׁ *haenoſch* & האישׁ *haiſch*, *vir* aut *homo*, ſunt demonſtrativi loco, ut apud Græ-

admodum animas. 26. Omnes animæ ad Jacobum pertinentes, quæ in Ægyptum ierunt, egreſſorum ex ejus femore, præter uxores filiorum Jacobi; omnes, *inquam*, *hæ* animæ ſexaginta ſex fuere. 27. Filii Joſephi, qui in Ægypto ei erant nati, duas animas *conficiebant*; itaque omnes animæ è familia Jacobi Ægyptum ingreſſæ ſeptuaginta *fuerunt*.

28. Judam autem ad Joſephum præmiſit, ut in Goſenitidem *adventare ſe* ſignificaret, quò *omnes tandem* venerunt. 29. Joſephus verò, juncto curru, in Goſenitidem obviam Iſraëli parenti proceſſit, & in conſpectum cùm veniſſet, in collum ejus ruit, & ſuper eo etiam flevit. 30. Tum Iſraël Joſepho, nunc, inquit, moriar, poſt-

ſunt. 26. Itaque Jacobus cum ſexaginta ſex capitibus ex[ſe] ortis, præter nurus, in Ægyptum ivit; 27. & cùm Joſepho eſſent duo filii, qui jam erant in Ægypto, unà cum patre, Jacobi familia, ipſo numerato, ſeptuaginta capitum fuit; unde intelligere eſt Deum, qui ei numeroſiſſimam ſobolem pollicitus erat, promiſſa jam tum exſequi cœpiſſe.

28. Cùm autem Ægypti inferioris tractui mari vicino, qui Goſeniticus dicitur, vicinus eſſet Jacobus, cum tota familia, præmiſit Judam, qui Joſepho patrem adventare nunciaret. 29. Quo audito in Goſenitidem, juncto curru, confeſtim advolavit, patrémque amantiſſimè complexus, ſuiſque & ejus lacrimis perfuſus, prout filium decebat, excepit. 30. Pius verò ſenex, poſtquàm cariſſimum filium vi-

Græcos & Latinos ἀνὴρ & ἄνθρωπος, vir & *homo*. Vide Cap. XLIV, 1.

33. *Opificium veſtrum*] Aut *opus veſtrum* מעשיכם, hoc eſt, ars veſtra, quâ vitam ſuſtentatis. Huc adprimè faceret, niſi res eſſet recentior, quod de lege apud Ægyptios, à quibus eam habuerunt Athenienſes, ab Amaſi lata refert *Herodotus* Lib. II. Cap. 77. Ἀποδεικνύναι ἔτεος ἑκάστου τῷ Νομάρχῃ πάντα τινὰ Αἰγυπτίων, ὅθεν βιοῦται· μηδὲ ποιεῦντα ταῦτα, μηδὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζόην, ἰθύνεσθαι θανάτῳ: *oſtendere quotannis unumquemque Ægyptium Provinciæ Præſidi unde viveret, & qui hoc non faceret, nec vitam ad leges juſtam oſtenderet, eum morte adfici.* Sed fortè Amaſis eam legem olim latam, & tempore abrogatam renovavit; ac ſanè Athenis eam à Dracone, qui paullò ante Amaſin vixit, eſſe latam auctores ſunt *Lyſias* & *Plutarchus*. Qua de re vide Intt. *Diogenis Laërtii* ad Lib. I. § 55. Fortè igitur Rameſſes, more Ægyptiaco ab iis temporibus vigente, de arte Iſraelis filiorum quæſivit.

34. *Pecuarii*] *Homines pecoris.*

Ut Goſenitidem incolatis] Oſtendimus ad Cap. XLV, 10. Goſenitidem in inferiore Ægypto, & quidem ea parte, quâ eam ex Syria venientes ingrediebantur; ex hoc præterea loco, pinguibus paſcuis fuiſſe in Ægypto celebrem diſcimus; alioquin hominibus paſtoribus, ut opimus tractus, non offerretur. De inferiore Ægypto *Diodorus* Lib. I. Pag. 32. οἱ χερσεύειν ἐάσαντες τὴν ἐπικλυσθεῖσαν χώραν τοῖς ποιμνίοις ὄντες μηλόβοτοι, διὰ τὸ πλῆθος τῆς νομῆς, δὶς τεκόντα, καὶ δὶς ἀποκαρέντα τὰ πρόβατα καρποῦνται, *qui poſt inundationem, regionem quæ inundata fuit relinquunt gregibus paſcendam, oves habent, præ paſcuorum copia, quæ bis tondentur, & bis pariunt.* Antea etiam oportet eam regionem paſtoribus Ægyptiis adtributam, qui ſejuncti ab aliis Ægyptiis vivebant; quî enim colligere potuiſſet Joſephus fratribus, arte editâ, eum tractum incolendum conceſſum iri, niſi ex more gentis? Atque hoc ex ſequentibus verbis ſatis liquet.

Nam à paſtoribus omnibus ovium abhorrent Ægyptii.] *Averſatio* (תועבה) *Ægyptiorum omnis paſtor* צאן *tſon*; hoc eſt, ovium, aut caprarum, ut alibi monuimus. Hìc duo quærunt viri eruditi; an apud Veteres Ethnicos teſtimonium aliquod exſtet, quo conſtet Ægyptios conſortium paſtorum fugiſſe? deinde qua de cauſa paſtores averſati ſint? Quibus quæſtionibus paucis ſatisfacere conabimur.

Ad priorem quod adtinet, hìc de omnibus omnino paſtoribus ſermo non eſt, ſed tantùm de iis qui *oves*, aut *capras* paſcebant; idcóque quæſtio de omnibus paſtoribus ſine diſcrimine, ex hoc quidem loco, proponi nequit. Erant ſeptem genera Ægyptiorum, auctore *Herodoto* Lib. II. Cap. 164. *Sacerdotes, milites, bubulci, ſubulci, mercatores, interpretes, nautæ.* De Bubulcis nuſquam legimus eos ab Ægyptiis ſpretos, ſed de Subulcis disertè teſtatur idem Hiſtoricus Cap. XLVII. ubi matrimonia jungere cum Subulcis reliquos Ægyptios negat. Apud Mendeſios, ſi ei credimus (Cap. XLVI) in præcipuo honore erant Caprarii, quia capras colebant. At iidem, quibus capras immolare nefas erat, religioni non ducebant ovibus cæſis ſacra facere; contra quàm ſolebant Thebani, ut idem tradit, Cap. XLII. Hæc *Herodotus*, qui omnium ſubtiliſſimè perſequutus eſt, de paſtoribus; qua tamen in re haud ſatis ſecum conſentit, cùm enim duos ordines faciat Bubulcorum & Subulcorum, quidni & Caprariorum, & Opilionum & reliquorum paſtorum varias claſſes conſtituit? Certè omnis generis paſtores fuiſſe in Ægypto ſatis liquet, ex hac Joſephi Hiſtoria & Exod. IX. *Diodorus Siculus* Lib. I. Pag. 67. rectiùs videtur Ægyptiorum indicare genera, cùm ob alias cauſas, tum quia neque Subulcorum, neque Bubulcorum meminit, quaſi claſſium diverſarum hominum, ſed omnes ejuſmodi vitæ addictos Νομίων *paſtorum* nomine complectitur. Sed qua in exiſtimatione inter alios Ægyptios eſſent, non docet.

Exiſtimarim ego, cùm non una eſſet Ægyptiacæ ſuperſtitionis facies, tempore Joſephi in Tanitico regno eſum ovium illicitum habitum fuiſſe; & cùm paſtores aut ſolerent, aut crederentur interdum iis veſci, vitatum eſſe ab aliis Ægyptiis eorum conſortium familiare: quemadmodum piaculum ducebant Græcos oſculari, quòd hi vaccas fœminas, quæ impensè in Ægypto colebantur, comedere non dubitarent; qua de cauſa ne cultro quidem, aut

poſtquàm faciem tuam vidi, & adhuc es in vivis. 31. Dixit deinde Joſephus fratribus & familiæ patris; adſcendam & nunciabo Pharahoni, eique dicam: fratres mei, familiáque parentis, quæ in Chanahanitide erat, ad me venerunt. 32. Paſtores ſunt ovium, & pecuarii cùm ſint, oves & boves, omniáque ſua *armenta huc* egerunt. 33. Cùm ergo vos Pharaho vocabit, & dicet, quodnam eſt opificium veſtrum? 34. dicetis: pecuarii ab infantia noſtra ſervi tui hactenus fuimus, & nos, & patres noſtri; ut Goſenitidem incolatis; nam à paſtoribus omnibus ovium abhorrent Ægyptii.

XLIV. Jo-

vidiſſet; quem per plures annos mortuum crediderat, acerbam ſibi non fore mortem dixit. 30. At Joſephus, celebrato omni hilaritatis genere patris & fratrum adventu, ſibi ad Pharahonem redeundum eſſe cenſuit, ut Regem rei certiorem faceret. 31. Sed priùs fratres monuit ſe ei dicturum ovium paſtores eos eſſe, & cum gregibus adeſſe; 33. quod etiam Regi quà arte vitam ſuſtentarent, more Ægyptio, quærenti reſpondendum illis erat, 34. ut tractum ab eo obtinerent Goſeniticum; ubi ſumma erat paſcuorum copia, & quò paſtores ovium Tanitæ, ab eorum conſortio abhorrentes, amandare ſolebant.

P A-

aut lebete è Græcia allato, ne fortè vaccæ carnes priore ſectæ, aut in poſteriore coctæ fuiſſent, uti ſuſtinebant. Certè quamvis *Herodotus* à Mendeſiis oves ſolitas immolari, ac proinde comedi tradat, idem Thebanos, quorum longè major erat auctoritas, ab iis abſtinuiſſe auctor eſt, nec παρὰ τούτοις quoſdam etiam Ægyptios ovibus noluiſſe veſci diſſimulat, Cap. XLII. *Strabo* Lib. XVII. Pag. 552. apud ſolos Nitriotici Nomi incolas, immolatas oves contendit. *Plutarchus* verò de Iſide & Oſiride p. 380. μόνοι, inquit, ἔτι νῦν Αἰγυπτίων Λυκοπολῖται πρόβατον ἐσθίουσιν, ἐπεὶ καὶ λύκος, ὃν θεὸν νομίζουσι: *ſoli etiamnum hodie Ægyptiorum Lycopolitæ ovem comedunt, quia eas comedit lupus, quem Deum putant.* Quod potuit etiam in inferiore Ægypto, iiſdem aut ſimilibus de cauſis, fieri. Hinc *Diodorus Siculus* Lib. I. Pag. 77, inter animalia, à quibus Ægyptii omnes abſtinebant, oves recenſet; cujus abſtinentiæ præter rationes arcanas, quas non efferebant Sacerdotes, has tradi ſolitas ait: τὰ πρόβατα δὶς τίκτειν, καὶ τοῖς ἐρίοις τὴν σκέπην ἅμα καὶ τὴν εὐσχημοσύνην περιποιεῖν, τῷ δὲ γάλακτι καὶ τῷ τυρῷ τροφὰς παρέχεσθαι προσηνεῖς ἅμα καὶ δαψιλεῖς: *oves bis fœtum edere, & lanis amictum & ornatum ſuppeditare, lacte verò & caſeo edulia jucunda & larga præbere.* Cùm ergo hiſce, aut aliis de rationibus, ovillâ carne ſe abſtinerent nonnulli Ægyptiorum; quid mirum, pro eorum moribus, ſi eos quos veſci ea ſuſpicabantur, aut ſciebant, averſarentur? Atque hoc pacto ſatisfit etiam alteri quæſtioni; cur, nimirum, conſortium fugerent Ægyptii paſtorum ovium, & certam eis regionis ſuæ partem adtribuerent.

Dubitant quidem viri doctiſſimi, an ab illis temporibus certa Idololatriæ in Ægypto oſtendi poſſint veſtigia. Sed quod illi reperiſſe ſe negant, hoc docet Moſes Exod. VIII, 26. & Iſraëlitæ Idololatræ in Ægypto facti erant, quod illis exprobrat Ezek. XX, verſſ. 7, 8.

Abhorrent Ægyptii] תועבת *averſatio Ægyptiorum.* Qua ratione eam ſuam averſationem in paſtores ovium teſtarentur, colligere licet, ex eo quod de Subulcis narrat *Herodotus* Lib. II. Cap. 47. οἱ συβῶται, ἐόντες Αἰγύπτιοι ἐγγενέες, ἐς ἱρὸν οὐδὲν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἐσέρχονται, μοῦνοι πάντων: *Subulci, quamquam Ægyptii indigenæ, ſoli omnium nullum templum in Ægypto ingrediuntur.* οὐδέ σφι ἐκδίδοσθαι θυγατέρα οὐδεὶς ἐθέλει, οὐδ' ἄγεσθαι ἐξ αὐτῶν· ἀλλ' ἐκδιδόνται οἱ συβῶται, καὶ ἄγονται ἐξ ἀλλήλων: *nemo aut filiam cuipiam eorum nuptum dare vult, aut ex iis ducere; ſed ipſi inter ſe ſubulci dant, accipiúntque filias.* Similiter Opilionum connubia refugiebant, neque cum iis familiariter verſabantur, ut cum mundioribus Ægyptiis; ideóque agros iis tribuebant peculiares. Fortè iidem fuerunt, qui poſtea *Bucolia* dicta ſunt, de quibus *Hieronymus* in vita *Hilarionis* ſub finem, ubi narrat cupiiſſe Anachoretam *rurſum ad Ægyptum navigare, hoc eſt, ad ea loca quæ vocantur Bucolia, in quibus nullus Chriſtianorum eſſet, ſed barbara tantùm & ferox natio.*

COM-

XLIV. Joſephi fratres & pater coram Pharahone ſiſtuntur, agros regios in Goſenitico tractu incolendos accipiunt, atque à Joſepho frumento ſublevantur.

CAPUT XLVII.

1. IVit ergo Joſephus, nunciavítque Pharahoni, & pater meus, inquit, fratréſque, oves, bovéſque eorum, & quæcumque iis ſunt ex Chananæa venerunt, atque ecce *tibi* eos in Goſenitide. 2. Tum adſumtos quinque è fratribus in conſpectu Pharahonis ſtitit. 3. Dixit ejus fratribus Pharaho: quodnam eſt opificium veſtrum? *illi* verò, paſtores ovium ſervi tui, inquiunt, & nos *ſumus*, & patres noſtri *fuerunt*. 4. Dixerunt quoque Pharahoni: in hac regione peregrinaturi venimus, quia nulla erant *ampliùs* paſcua ovibus quæ ſervis tuis ſunt, nam gravis eſt in Chananæa fames; nunc ergo, oramus, ſervi tui in Goſenitide conſideant. 5. Pharaho verò Joſepho, pater tuus, inquit, & fratres ad te venerunt. 6. Terra Ægyptia in conſpectu tuo eſt, in opimo regionis *tractu* fac conſideant pater & fratres, Goſenitidem in-

PARAPHRASIS.

1. PRofectus Joſephus rem Pharahoni, ut dixerat, nunciat, quo jubente in conſpectum ſuum vocari eorum nonnullos; 2. quinque, ex undecim fratrum numero, ad eum intromiſit. 3. Rex ab his illico, ex legibus Ægyptiacis, quo opificio victum ſibi quærerent ſciſcitatus, reſponſum, prout convenerat & ut res erat, accepit, ovium paſtores illos eſſe, ut majores ſui fuerant. 4. Adjecerunt tantam per totam Chananæam ſiccitatem eſſe, ut paſcuis deſtituti, quibus greges alerent, in Ægyptum deſcendiſſent, in qua eorum copiam eſſe norant; itaque ſe Regem orare ut ſi ſe regno excipiendos cenſeret, ſedes ſibi in paſcuis agris adtribui juberet. 5. 6. Tum Rex ad Joſephum converſus, gratum ſibi eſſe ait, quòd pater ejus & fratres in Ægyptum deſcendiſſent, & velle ſe, honoris ejus causâ, illos regno excipi. Agros ergo, prout videretur, iis divideret, & cùm pecuarii

COMMENTARIUS

In CAPUT XLIII.

1. O*Ves*] Hoc de induſtria dicit Joſephus, propter rationem ad ultimum comma antecedentis Cap. allatam.

2. *Tum adſumtos quinque è fratribus*] *Et ab extremitate fratrum cepit* (addit Samar. עמו *ſecum*) *quinque viros.* מקצה *miktſe* poſt LXX. Intt. ita reddidimus, habent enim ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. Sic intelligenda ea vocula Ezek. XXXII, 2. Vulg. tamen habet *extremos fratres*, quod alii de maximis, alii de minimis natu interpretantur. Sed hæc interpretatio ſola notatione vocis, quâ nihil fallacius, nititur; neque ullum exemplum ſimile adfertur. Alii *ex omnibus fratribus ſuis*, & loca proferunt ubi מקצה, ut putant, hoc ſignificat; ſed non eſt ſimilis conſtructio. Nam ea vox ſola occurrit, ſine adjectione numeri, ut hîc. Vide dicta ad Gen. XIX, 4. Alii denique partem exponunt ut מקצת Dan. I, 2. & מקצות Ibid. 5. Sed nec vocibus illis quidquam adjungitur, ut hîc.

3. *Paſtores ovium*] Significanter *paſtores ovium* dicunt, ut oſtendimus ad Cap. XLVI, 34. Pro eo quod eſt in noſtris Codicibus *paſtor ovium*, רעה צאן habet Samariticus meliùs רעי צאן *paſtores ovium:* quomodo verti neceſſariò debuit, cum LXX. Intt. & Vulgato.

4. *Nulla erant ampliùs paſcua ovibus*] Meritò addunt, *nam gravis eſt in Chananæa fames*; nam ut deſint paſcua ovibus, oportet eſſe ſummam ſiccitatem, adeóque ſterilitatem ac famem; cùm eæ pecudes vel breviſſimum gramen depaſcere ſoleant.

5. *In conſpectu tuo eſt*] Hoc eſt, tibi aperta, ut quocumque voles patris familiam mittas. Vide ſupra Capp. XIII, 9. XX, 15. XXXIV, 10.

In opimo regionis] Vel *in optimo*. Vide ad Cap. XLV, 11. Intelligendum autem hoc de agris regiis. Regionis in tres partes diviſæ δευτέραν μοῖραν οἱ βασιλεῖς παρειλήφασιν εἰς προσόδους, ἀφ' ὧν εἴς τε τοὺς πολέμους χορηγοῦσι καὶ τὴν περὶ αὑτοὺς λαμπρότητα διαφυλάττουσι: *ſecundam portionem reges* (Ægypti) *ceperunt ad reditus, ex quibus ſumtus in bella ſuppeditant, & ſplendorem regium tuentur.* Verba ſunt Diodori Lib. I. Pag. 66.

6. *Viros induſtrios*] *Viros fortitudinis*, hoc eſt, qui ſtrenuè omnia paſtorum munia obire poſſint, quales eximios habuit Ægyptus. *Diodorus* Lib. I. Pag. 67. poſtquàm Agricolas laudaſſet: ὁ δ' αὐτὸς λόγος ἐστὶ καὶ περὶ τῶν νομέων, οἳ τὴν θρεμμάτων ἐπιμέλειαν ἐκ πατέρων ὥσπερ κληρονομίας νόμῳ παραλαμβάνοντες ἐν βίῳ κτηνοτρόφῳ διατελοῦσι πάντα τὸν τοῦ ζῆν χρόνον· καὶ πολλὰ μὲν παρὰ τῶν προγόνων πρὸς θεραπείαν καὶ διατροφὴν ἀρίστην τῶν βοσκημάτων παρειλήφασιν, οὐκ ὀλίγα δ' αὐτοὶ διὰ τὴν εἰς ταῦτα ζῆλον προσευρίσκουσι: *eadem ratio eſt Paſtorum, qui pecudum curâ, tamquam hereditatis jure à patribus acceptâ, iis alendis omne vitæ tempus collocant. Multa quidem à progenitoribus de optima curandi, ac paſcendi pecudes ratione accepta habent; ſed non pauca, æmulationis ſtudio, etiam ipſi adinveniunt.*

Eos pecudibus, quæ mihi ſunt, præficies] *Conſtitues præfectos pecoris* שרי מקנה ſchare mikneh, *ſuper id quod mihi eſt.* Ut Reges Ægypti ex agris ſibi adtributis reditus aliquos perciperent, aut eos elocabant, aut greges à ſe coëmptos in iis alebant. Sic & alii Reges Orientis. Vide 1 Sam. XXI, 7. 1 Paral. XXVII, 29. *& ſeqq.* & collecta hanc in rem à *Sam. Bocharto* Hieroz. Part.

incolant. Tum ſi noris eſſe inter eos viros induſtrios , eos pecudibus quæ mihi ſunt præficias.

7. Poſtea adduxit Joſephus patrem ſuum Jacobum, eúmque in conſpectu Pharahonis ſtitit, & Jacobus Pharahoni bene precatus eſt. 8. Pharaho autem Jacobo, quot ſint, ait, anni vitæ tuæ? 9. Jacobus verò Pharahoni, anni peregrinationum mearum centum triginta ſunt; paucique & mali fuere vitæ meæ anni , nec annos vitæ patrum meorum, cùm peregrinarentur, adtigere. 10. Deinde poſtquàm bene precatus eſſet Jacobus Pharahoni, ab hujus conſpectu egreſſus eſt.

11. Joſephus ergo patri & fratribus ſedes adtribuit, deditque poſſeſſionem in Ægypto, in opimo regionis tractu, in terra Rameſis, ut juſſerat Pharaho. 12. Aluit etiam Joſephus patrem ſuum & fratres, omnémque domum paternam , *diviſo iis victu* , ut impuberibus fieri ſolet. 13. Nec panis *aliunde* in tota regione *ſuppetebat* , graviſſima enim fuit fames ; Ægyptúſque & Chananæa fame conficiebantur.

XLV. Fa-

ctarii eſſent, ex Goſenitidis paſcuis regiis quæ vellet iis adtribueret ; imò etiam, ſi arte & induſtria in curandis pecudibus , Ægyptios ab iis ſuperari videret, regiis gregibus præficeret.

7. Intromiſſus etiam ad Pharahonem Jacobus , qui Regi bene precatus, 8. de ætate ab eo interrogatus eſt; 9. reſponditque natum ſe triginta & centum annos eſſe, ac perpetuis, moleſtiſque peregrinationibus vitam traduxiſſe ; quæ, quamvis longa fortè videretur , nondum majorum ſuorum ætatem æquaret. 10. Deinde incolumitatem Pharahoni iterum precatus ex ejus conſpectu exceſſit, atque ad ſuos rediit.

11. Joſephus vero , juſſu regio, patri & fratribus in lætiſſimis regiorum Goſenitidis agrorum paſcuis, ſedes adſignavit 12. Quinimò toti paternæ familiæ frumenti demenſa, pro capitum numero, per reliquos famis annos, diviſit. 13. Neque enim aliunde ſuppetebat, quàm ex regiis horreis , cùm & Ægyptus & Chananæa diuturnâ fame planè exhauſtæ eſſent.

P A-

Part. I. Lib. 2. Cap. XLIV. Col. 444.

7. *Bene precatus eſt*] *Benedixit* , hoc eſt , eum ſalutando , vota pro ejus ſalute concepit , ut ſolebat fieri ab iis qui Reges adibant. Sic Eſd. II, 2. *Rex in æternum vive*. Similis eſt formula Dan. II, 4. VI, 6. Sic & *Sinætes*, apud Ælianum Lib. I. Cap. 32. βασιλεῦ (φησὶν) Ἀρταξέρξη δι' αἰῶνος βασιλεύοις , *Rex Artaxerxes , in æternum regnes*; ad quem locum vide *Joach. Kuhnium*. *Benedicere* ἀντὶ τοῦ ſalutare , haud rarum eſt (Vide 1 Reg. IV, 29.) quia , nimirum , ſalutantes bene precabantur , ut vel ex hac formula liquet שלום לך ſchalom lcha , *pax tibi*.

8. *Anni*] Heb. *Dies annorum*. Hebraïſmus notus , in quo redundat *dies* , ſatis enim eſſet dicere , *quot ſunt anni vitæ tuæ*. Sic Hebræis, in ſua breviloquentia, multa παρέλκει. Vide Cap. XXV, 7. & in ſeqq. aliquoties.

9. *Anni peregrinationum*] *Peregrinationes* vitam ſuam vocat , quòd Iſaaco patre Nomade & Scenitâ natus ipſe ſimilem vitam egiſſet, cùm in Chananæa , tum in Meſopotamia. Quamvis in Chananæa natus eſſet , attamen nullius urbis civis fuit , uti nec pater ; ſed volentibus urbium incolis , in earum agro vagabatur, aut in deſerta loca pecus ſuum agebat. Vide dicta ad Cap. XL, 15.

Cùm peregrinarentur] *In diebus peregrinationum ſuarum*. Nondum quidem moribundus erat Jacobus , nec ante decimum ſeptimum annum , ex quo Ægyptum ingreſſus fuit , fato functus eſt ; ſed tunc temporis, propter ſenectutis incommoda , ſe morti vicinum exiſtimabat. Abrahamus autem centum ſeptuaginta quinque annis , Iſaacus centum octoginta vixerat. Porrò *malos* vocat annos ſuos Jacobus , propter difficilia tempora quæ expertus erat , ob odium Heſavi , fraudem Labanis , & ſcelus filiorum qui fratrem vendiderant ; quæ ſingularia ei erant , quamquam majorum vita nequaquam beata fuerat.

10. *Poſtquàm bene precatus eſſet*] Hoc eſt , & ſalutato iterum Pharahone , ab eo diſceſſit. Vide ad verſ. 7.

11. *In terra Rameſis*] רעמסס *rahmeſes*. Hic ſignificari non poteſt urbs , quæ Exod. I, 11. ab Iſraëlitis , diu poſt Joſephi obitum , condita dicitur ; nec hominibus Nomadibus ac Scenitis urbe initio opus erat. Alii itaque tractum regionis Goſen intelligunt. Optimè omnium conjeciſſe videtur *Joan. Marshamus*, qui nomen eſſe Regis & caſu quidem genitivo cenſet. Vidimus ad verſ. 5. Regibus Ægypti adtributam fuiſſe tertiam Ægypti partem; perinde ergo eſt , ac ſi diceret Moſes ex agris regiis partem aliquam Jacobo ejúſque familiæ conceſſam. Certè ex *Syncelli* laterculo , regnaſſe tunc temporis in Ægypto *Rameſſen Tubaeten* oſtendit vir doctiſſimus ad Sæc. VII. qui potuiſſet etiam ſententiam ſuam , obſervatione de agris regiis modò allatâ , firmare.

12. *Diviſo iis victu , ut impuberibus fieri ſolet.*] Pane *ſecundùm impuberem* , לחם לפי הטף *lehhem lphi battaph*. LXX. σῖτον κατὰ σῶμα, Vulg. *præbens cibaria ſingulis* , ſenſum non verba ſequuti. Alii , *juxta numerum puerorum* ; ſed & viros oportebat ali.

13. *Fame conficiebantur*] ותלה vatthelah , *& laboravit terra Ægypti & terra* , &c. תלה eſt pro תלהה *thilheh* , à להה vel לאה *laſſari* , *deficere*. In Samaritico ultima littera eſt *Aleph*.

XLV. Fame confecti Ægyptii omnia ſua vendunt, ad comparandam annonam, receptíſque agris à Rege, geminas decimas quotannis, in perpetuum vectigal, pollicentur.

14. OMNEM pecuniam, quæ in Ægypto & Chananæa inventa eſt, pro annona,
quæ emebatur, *acceptam* corraſit Joſephus, 15. & domum Pharahonis con-
tulit. 16. Cùm igitur defeciſſet ex Ægypto & Chananæa pecunia, omnes
Ægyptii ad Joſephum veniunt, & da nobis panem, inquiunt, quare in conſpectu tuo
interiremus, eò quòd deſit nobis pecunia? 17. Date, ait, ait Joſephus, pecudes ve-
ſtras, & pro pecudibus, ſi pecunia deſit, *annonam* dabo. 18. Egerunt itaque pecudes
ſuas ad Joſephum, ac pro equis, ovibus, bobus, & aſinis panem eis dedit; & eo an-
no pane, pro omnibus eorum pecudibus, *tradito* eos ſuſtentavit. 19. Exacto eo anno,
altero ad eum veniunt; nec celabimus, inquiunt, dominum conſumtam eſſe pecuniam,
itémque pecudum greges, *eóſque* ad dominum *actos*; præter corpora noſtra, & agros
nihil in conſpectu domini reliquum factum eſt. 19. Quare coram te interiremus? quin
nos

P A R A P H R A S I S.

14. 15. QUIDQUID etiam fuit pecuniarum, per
utramque regionem, in ærarium Regis
Ægypti, venditione frumenti, pervenit. 16. Tum
vero Chananæis certa imminere pernicies, quibus
nulla erat pecunia, nec gratis dabatur frumentum;
Ægyptii autem ad Joſephum ire, abſumtam planè
pecuniam ſuam emendâ, præteritis annis, zeâ di-
cere; nec quidquam ſibi ſupereſſe, niſi ut in ejus
conſpectu interirent, ſi ſibi annonam gratuitam ne-
garet. 17. Hic Joſephus ſe ab iis quidem pecuniam,
quam non haberent, exigere nolle ait; ſed ſi
quid ſupereſſet pecudum, eas ad ſe agerent, &
frumentum quo indigerent accepturos. 18. Omnes
quibus ſupererant aut equi, aut boves, aut oves,
aut aſini, paruerunt, iiſque loco pecuniæ tradi-
tis, annonam abſtulerunt, quâ per eum annum
ſuſtentati ſunt. 19. Et ſic quidem ſexto famis an-
no victitarunt, at ſeptimo, cùm eadem ubique
eſſet ſterilitas, ad Joſephum redeunt, & ſibi jam
quidquam, præter corpora & agros, ſupereſſe ne-
gant;

C O M M E N T A R I U S

In CAPUT XLVII.

14. P*Ro annona*] בשבר bſcheber, *in annona*, quod poteſt etiam exponi, ope annonæ. Sed vide verſ. 17.

15. *Et domum*, &c.] Hîc repetitur accuſativus *pecuniam*.

16. *Omnes Ægyptii*] Qui, nimirum, Tanitico regno parebant. Chananæos non addit Moſes, quia eodem jure ac Ægyptii gaudere non poterant.

Quare in conſpectu tuo, &c.] Hoc eſt, nulla ratio eſt, quare nos fame perire ſinas, cùm frumentum habeas, nóſque ſimus pecunia deſtituti.

17. *Pro pecudibus*] במקנכם bmiknechem, *in pecudes veſtras*, ut verſſ. 14, & 18. Non multum potuit eſſe pecus reliquum, cùm paſcua in Chananæa deeſſent, & fames ex ſiccitate nimia, ſeu parca exundatione Nili, orta eſſet. Si enim ſatis fuiſſet humoris, ut paſcua ubique læta eſſent, ſerere potuiſſent Ægyptii, ac ſegetibus ſuis vitam ſaltem ſuſtentare. Itaque ſine dubio pretium pecoris, annonæ pretio ſuperabatur. Præterea omnibus Ægyptiis non erant pecudes, ſed tantùm iis qui prædia ruſtica aut propria, aut conducta habebant; quibus tamen negatum eſſe frumentum non eſt credibile. Reſpublica enim non minùs innumeris ſellulariis artificibus, quàm paſtoribus, & agricolis indiget.

18. *Pro equis, ovibus*, &c.] *In equos, & in gregem* (מקנה) *ovium, & in gregem boum, & in aſinos.*

19. *Exacto eo anno*] *Et exactus eſt annus ille, & venerunt*, &c.

Et agros] *Et terram noſtram*, ut in ſeq. commate.

Da nobis ſemen] Hoc ſeptimo anno famis factum hinc liquet, quo nihil quidem in Ægypto frumenti collectum eſt, ſed quem ultimum famis, ex prædictione Joſephi, futurum ſciebant; quam prædictionem veriſſimam eſſe, cùm præterlapſi anni ſatis oſtendebant, tum etiam Nilus, eo fortè tempore, ad juſtam altitudinem elatus confirmabat. Eo autem in alveum regreſſo, Zeâ, quam ſererent in ſpem futuræ meſſis, indigebant.

Vivemus, neque moriemur] Occurrit & ſuprà Cap. XLII, 1. Cap. XLIII, 7. Vide not. ad Cap. XI.

23. *Omnem Ægyptiam terram*] Hoc eſt, quidquid erat agrorum, regiis & ſacerdotalibus exceptis. Tertia pars fuit militum, qui eos aliis locabant, cùm ipſi agriculturæ ignari eſſent. Ejus rei haud evanidum veſtigium eſt apud *Herodotum*, qui quamquam immunes agros militibus adtributos narrat, attamen ſatis oſtendit proprios eorum non fuiſſe, cùm quotannis mutarentur: ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι ἅπασι ἦν ἐξαραιρημένα· τάδε δὲ ἐν περιτροπῇ ἐκαρποῦντο, καὶ οὐδαμὰ ὡυτοί: *hæc quidem omnibus* (μαχίμοις) *erant exemta, ſed his per vices in orbem fruebantur, numquam iidem.* Lib. II. Cap. 168.

21. *Ab extremis finibus*, &c.] *Ab extremitate termini Ægypti, ad ejus extremitatem.* Hoc,

nos & agros noſtros eme, nos, *inquam*, & agros noſtros pane; erimúſque nos, & agri noſtri Pharahoni mancipati. Da nobis ſemen, & vivemus, neque moriemur, aut agri noſtri deſolabuntur. 20. Itaque omnem Ægyptiam terram Pharahoni emit Joſephus, Ægyptii enim quiſque agrum ſuum, quia inter eos invaluerat fames, vendiderunt, & ſolum Pharahoni fuit. 21. Populum etiam in urbes *alias*, ab extremis Ægypri finibus, ad extremos fines migrare juſſit. 22. Agros dumtaxat ſacerdotum non emit, quia erat à Pharahone certum ſacerdotibus demenſum; & cùm demenſo, quod illis dabat Pharaho, veſcerentur, agros ſuos non vendiderunt.

23. Tunc Joſephus populo, vos, inquit, hódie agróſque veſtros Pharahoni emi, en vobis ſemen, quo terram conſeratis. 24. Proventuum quintam *partem* Pharahoni pendetis, quatuor *reliquæ* partes vobis, cùm in agrorum ſementem, tum etiam in veſtrum, familiarúmque, & impuberum veſtrorum victum erunt. 24. *Illi* verò, tu nobis, inquiunt, vitam dediſti, gratiam apud dominum inveniamus, & ſimus Pharahonis ſervi. 26. Hoc tributum, in hodiernum uſque diem *manens*, Ægypto impoſuit Joſephus, ut Pharahoni quinta *pars proventuum* eſſet. Solorum dumtaxat agri ſacerdotum Pharahoni non fuere.

XLVI. Com-

gant; 19. itaque niſi vellet Ægyptum colonis planè deſtitui, daret ſibi zeam, quâ veſcerentur & quam ſererent, ſéque & agros, quandoquidem nihil erat ampliùs quo annonam emerent, Pharahoni mancipatum iri. 20. Conditionem accepit Joſephus, & zeâ virium diviſâ omnes Ægypti agros, qui privatis proprii hactenus fuerant, Regi adquiſivit; 21. atque ut ſolum Regis proprium eſſe conſtaret, è locis, quæ primùm inſederant, omnes Ægyptios migrare alio juſſit, prout Regi viſum eſt. 22. Soli ſacerdotes, qui publicè ali ſolebant, agros Regi non vendiderunt, adeóque immunes ſervarunt.

23. Hiſce peractis, edictum propoſuit Joſephus, quo ſignificavit emtis corporibus & agris, ſolum Regis eſſe proprium, ejuſque cultores veluti regios villicos; 24. qui in poſterum quotannis duas decimas omnium ſegetum eſſent Regi ſoluturi, octo verò reliquas partes ſibi, familiæque ſuæ ſervaturi. 25. Quod edictum Ægyptiis æquiſſimum viſum eſt, cùm is cui vitam deberent, & cui ipſi ſua addixiſſent corpora, unde lautè viverent benignè ſibi largiretur. 26. Itaque in hunc uſque diem totius Ægypti agri geminas decimas Regibus ſolvunt; exceptis iis qui Sacerdotibus, ſacrorum causâ, adtributi ſunt.

P A-

Hoc, ut rectè *Salomo Jarchius* obſervat, factum, ut inde appareret agros Ægyptiorum proprios non fuiſſe; atque hoc ipſum de Militibus ad antecedens comma adnotavimus, ex *Herodoto*. Non diſſimulabimus tamen alteram eſſe in Samaritico Cod. lectionem hujus loci, nam pro ויעבר אתו לערים *fecit eum migrare in urbes*, legunt Samaritæ העביד אותו לעבדים *hebebid otho lababadim*, hoc eſt, redegit eum in ſervitutem. Sic legerunt etiam LXX. Intt. κατεδουλώσατο αὐτὸν εἰς παῖδας. Eos ſequutus eſt Vulg. qui habet: *ſubjecit eam Pharahoni, & cunctos populos ejus.* Atque in hac lectione nihil ſubandiendum, cùm in noſtra ſupplenda ſit vox אחרים ahherim, *alias*, aut ſimilis; alioqui *tranſire in urbes*, ſignificaret ex agris migrare in urbes, quod careret hîc ſenſu, cùm agrorum ſuorum curam Ægyptii abhinc non neglexerint.

22. *Agros dumtaxat Sacerdotum*, &c.] *Herodoti* ævo, hic etiamnum in Ægypto mos vigebat. Hæc ſunt ejus verba Lib. II. Cap. 168. ubi ita loquitur de militibus: Γέρεα δέ σφι ἦν τάδε ἐξαραιρημένα μούνοισι Αἰγυπτίων, πάρεξ τῶν ἱρέων, ἄρουραι ἐξαίρετοι δυώδεκα ἑκάστῳ ἀτελέες: *his ſolis Ægyptiorum, præter ſacerdotes, hoc eximii honoris habebatur, ut ſingulis duodecim Aruræ eſſent exemtæ & immunes.* Ex tribus partibus, in quas diviſa erat Ægyptus, primam ſibi Sacerdotes, ut auctor eſt *Diodorus Siculus* Lib. I. Pag. 66. vindicabant, atque ex agrorum eorum reditu ſumtus in res ſacras faciebant, & dignitatem ſuam tuebantur: οὗτοι δ᾽ εἰσὶ πάντων τῶν ἀτελεῖς, καὶ δευτερεύοντες μετὰ τὸν βασιλέα, ταῖς δὲ δόξαις καὶ ταῖς ἐξουσίαις: *hi omnium onerum ſunt immunes, & primas à Rege honoris & poteſtatis obtinent*, quæ verba ſunt *Diodori*.

Certum Sacerdotibus demenſum] חק hhok, *decretum*, hoc eſt, conſtituta certa menſura, aut *ſtatuta cibaria*, ut habet Vulg. *Aquila* ἀκριβασμὸν, *Symmachus* σύνταξιν verterat, quæ idem ſonant. Hoc factum tempore famis, quo agrorum reditibus ceſſantibus, non poterat ampliùs ordo ſacerdotalis, uti antea ſolebat, ἐκ τούτων τῶν προσόδων (ut verbis utar *Diodori*) τάς τε θυσίας ἁπάσας τὰς κατ᾽ Αἴγυπτον συντελεῖν, καὶ τοὺς ὑπηρέτας τρέφειν καὶ ταῖς ἰδίαις χρείαις χορηγεῖν: *ex his reditibus omnia per Ægyptum ſacrificia procurare, miniſtróſque alere, & ſuis propriis uſibus ſuppeditare.* Nec dubium eſt quin eadem eſſet mens veterum Regum Ægypti, iis temporibus, ac recentiorum; cùm ea gens priſcis inſtitutis pertinaciter adhæreret, & omnes ritus peregrinos ſperneret. Ægypti autem Reges οὔτε τὰς τῶν θεῶν τιμὰς ᾤοντο δεῖν ἀλλάττειν, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἀεὶ καὶ παραπλησίως συντελεῖσθαι· οὔτε τοὺς πάντων προβουλευομένους ἐνδεεῖς εἶναι τῶν ἀναγκαίων: *neque Deorum honores mutari, ſed ab eiſdem eodem ritu peragi, neque in commune omnibus conſulentes neceſſariorum copia deſtitui fas eſſe judicabant.* Καθόλου γὰρ περὶ τῶν μεγίστων οὗτοι προβουλευόμενοι συνδιατρίβουσι τῷ βασιλεῖ, τῶν μὲν συνεργοί, τῶν δὲ εἰσηγηταὶ καὶ διδάσκαλοι γινόμενοι: *hi enim, de rebus maximis primi omnino conſulti, verſantur cum Rege, alia operâ ſuâ adjuvantes, aliorum inſtitutores & doctores.*

23. *Quo terram conſeratis*] *Et ſeretis terram.*

24. *Proventuum quintam partem*] *Et erit in proventibus, & dabitis quintam.*

In veſtrum] *In cibum veſtrum*, nam אכל *ochel* bis repetitur.

25. *Tu vitam dediſti*] החיתנו *hebhejithanou*, ei-

XLVI. Commoratio Jacobi in Ægypto, qui æger Joſephum ad ſe vocat. Hunc jurejurando adigit, ut ſe mortuum majorum ſuorum monumento inferat. Filiis ejus bene precatur, & Joſephum ex ſextante heredem ſibi futurum, in Chananææ agris dividendis, pronunciat.

27. INcoluit Iſraël in Ægypto Goſenitidis tractum, poſſeſſiones in eo habuerunt *ejus filii*, creverúntque, & vehementer aucti ſunt. 28. Septemdecim annos in Ægypto vixit Jacobus, *omnéſque* anni ejus vitæ centum quadraginta ſeptem anni fuere. 29. Cùm autem dies mortis Iſraëlis inſtaret, filium Joſephum *ad*

PARAPHRASIS.

27. INsraa Jacobus & filii ſibi datos in Goſenitide agros coluerunt, & mirum in modum in iis creverunt. 28. Jacobus iis in locis; annis ſeptemdecim, in rerum omnium copia vixit. 29. Sed cùm languere cœpiſſet, & ſibi mortem inſtare ſentiret, Joſephum filium accerſit, eúmque in lectulo ſedens, ſubjectâ femori manu, jurejurando adegit ne ſe in Ægypto ſepeliret, 30. ſed in Chananæam cadaver ſuum, in ſpeluncam duplicem, in qua ſepulti erant Majores ſui, deferendum curaret. 31. Cùm

σέσωκας ἡμᾶς, ut habent LXX. Intt. Nam ſine conſilio Joſephi, de maxima Ægypti parte actum erat.

Gratiam inveniamus] Nobis faveas, ut hactenus feciſti, ſcitóque nos beneficii loco habituros, ſi Pharahoni ſervire liceat. Vide not. ad Cap. XXXIII, verſ. 15.

Pharahonis ſervi] Hæc vox dubiæ eſt, apud Hebræos, ſignificationis, nam עבד *bebed* non *mancipium* modò ſignificat propriè dictum, ut *ſervus* apud Latinos; ſed etiam *miniſtrum*, ὑπηρέτην & ὑπουργόν, ut paſſim Hebræi Regum ſuorum dicuntur *ſervi*; tum *ſubditum*, ut populi Regi vectigales; denique nomen eſt, quo utuntur qui inſignem dignitate virum quempiam alloquuntur, quamquam nullâ memoratarum rationum ſervi ſunt. Sæpe eo ſenſu, in ſermonibus fratrum Joſephi, occurrit Capp. XLII. & ſeqq. Hoc in loco, videntur Ægyptii velle mancipia Pharahonis haberi, cùm antea ei dumtaxat vectigales eſſent; ac ſanè corpora ſua vendiderant. Itaque in poſterum non regium modò, ſed & herile in eos imperium, exerceri à Pharahone potuit.

26. *Hoc tributum*] Vel, *hoc ſtatutum*, eſt enim לחק *lhhok*; ſed ut ſupra חק *certum demenſum* vertimus verſ. 21. ita hîc, re ſic poſtulante, *tributum* interpretati ſumus, hoc eſt, conſtitutum certum vectigal.

In hodiernum uſque diem] Ad tempora, nimirum, Moſis; nec videtur poſtea magna huic rei mutatio allata. Saltem *Diodorus*, ex agris regiis, ſat magnos reditus fuiſſe Ægyptiorum Regibus auctor eſt, ut neceſſe non haberent nimia populo imponere tributa: *τοὺς ἰδιώτας διὰ τὴν ἐκ τούτων εὐπορίαν οὐ βαπτίζουσι ταῖς εἰσφοραῖς*, *privatos, quia affatim ex his agris eis ſuppetit, tributis non demergunt.* Nec ſanè multùm erat in fertiliſſima regione, duas decimas, aut quintam ſolvere, cùm una reliquarum quatuor partium ſatis eſſet ad alendam familiam, ut liquet ex hiſtoria famis; ubi quinta in ſingulos annos ſuffecit. Alibi ab aliis Regibus decima tantùm exigebatur, niſi quid extraordinarium eveniret. Vide notata ad Cap. XLI, 34. *Hiero* aliſque Siciliæ Tyranni *alia vectigalia non habebant*, niſi ex agrorum decimis, ut docet *Cicero* Verr. III. Poſteà Siciliæ civitates ſic in amicitiam fidémque receperant Romani, ut eodem jure eſſent quo fuiſſent; eadem conditione populo Romano parerent, quâ ſuis antea paruiſſent. Itaque exceptis nonnullis fœderatis, aliſque civitatibus, omnis ager Siciliæ decumanus erat; itémque ante imperium Populi Romani, ipſorum Siculorum voluntate & inſtitutis, fuerat. Sed præter haſce decimas, quas aut repræſentari, aut pecuniâ ſolvi oportebat, ſolebant Prætores alteras decimas ex Senatûs-conſulto emere pecuniâ publicâ, quas Romam mittebant. Attamen eâ ratione, duabus decimis è Sicilia avectis, Siculis arare expediebat, ut *Cicero* oſtendit in laudata oratione. *Ita res*, inquit n. 43. *conſtituta erat, ut & populo Romano ſatis frumenti ex Sicilia ſuppeditaretur, & aratoribus tamen arare atque agros colere expediret.* Imò verò præter ſolitas decimas, & frumentum emtum, interdum tertias decimas ſolvebant: *Impoſitis decimas*, ait Orator num. 599. *patiuntur; alteras, temporibus veſtris ſerviendum putant; dent emtum præterea, dabunt ſi voletis.* At his detractis, puri ac reliqui ad dominos pervenire multùm non poterat.

COMMENTARIUS.

In Caput XLVII.

28 F*Uere*] ויהי vajjehi, *& fuit anni*, &c. Vide not. ad Cap. XLII, 35. Samariticus tamen habet ויהיו *& fuerunt.*

29. *Cùm autem dies*, &c.] *Et adpropinquaverunt dies Iſraëlis ad moriendum, & vocavit*, &c. Hoc eſt, inſtante tempore mortis.

Si gratiam apud te nactus ſum] Hoc eſt, ſi me amas, ſenſu paullùm diverſo ab eo quem ſupra habuimus verſ. 25.

Pone manum tuam ſub meo ſemore] Vide not. ad Cap. XXIV, 2.

Piéque & veraciter erga me te geras] *Facies mecum miſericordiam*, vel *pietatem & veritatem.* Vide ad Cap. XXIV, 49.

Nec me in Ægypto ſepelias] Non videtur alia cauſa fuiſſe Jacobo optandi in majorum ſepulcro ſepeliri, non in Ægypto; niſi quæ multis aliis fuit, & eſt quotidie, qui ſimilia cupiunt. Cujus cupiditatis cauſam ſi exquiras diligentiùs, nihil

Digitized by Google

ad ſe vocavit, atque ei, ſi gratiam, inquit, apud te nactus ſum, pone, quæſo, manum tuam ſub meo femore, piéque ac veraciter erga me te geras, nec me in Ægypto ſepelias; 30. ſed cùm obdormiero cum patribus meis, auferas me ex Ægypto, & me in eorum ſepulcro condas. Repoſuit *Joſephus*, faciam, ut dicis. 31. Jura mihi, inquit *ille*; juravit ei Joſephus, atque ad lecti cervical reclinavit ſe Iſraël.

1. Poſthæc dictum eſt Joſepho: ecce pater tuus ægrotat. Adſumtis *ille* ſecum duobus filiis, Manaſſe & Ephraïmo, 2. nunciari Jacobo juſſit, & dici: ecce filius tuus Joſephus ad te venit. Tum vires collegit Iſraël, & in lecto ſedit, 3. ac Joſepho: Luzæ, inquit, in Chananæa adparuit, benedixítque mihi Deus omnipotens: 4. & augebo, ait, ac **CAPUT XLVIII.**

31. Cùm juraſſet Joſephus, eum pater dimiſit, & languidum caput iterum in lecti cervical reclinavit.

1. Non multò poſt nunciatum eſt Joſepho Jacobum periculoſiùs ægrotare; quo factum ut ſe ad patrem, cum duobus filiis Manaſſe, & Ephraïmo, contulerit, benedictionem ejus cum fratribus excepturus. 2. Præmiſſo qui ſe ad patrem cum filiis venire nunciaret, offendit ſenem, viribus collectis, in lectulo ſedentem; 3. qui acceptâ & redditâ ſalute, cœpit commemorare, qua ratione ſe è Chananæa in Meſopotamiam abeuntem, atque illinc in Chananæam reducem Deus in ſomnis Luzæ appellaſſet, 4. & numeroſam ſobolem, totámque Chana-

nihil invenies niſi amorem erga progenitores, qui in multis etiam moribundis ita ſe prodit, quamquam nullâ certâ ratione nituntur.

30. *Cùm obdormiero*, &c.] *Et cubabo cum patribus meis, & auferes me*, quod poſſet etiam hoc modo exponi: ne me in Ægypto ſepelito, ſed fac in eodem monumento jaceam, ac patres mei; ideóque cadaver meum ex Ægypto auferas, &c.

31. *Atque ad lecti cervical reclinavit ſe*] וישתחו על ראש המטה vajiſchthahhou hal roſch hammittah, *in caput lecti reclinavit ſe*, qui ſitus eſt corporis hominis ægri, poſtquàm aliquamdiu in lecto ſedit, & feſſus in eum revolvitur. Ita 1 Reg I, 47. poſtquàm David audiit vota & gratulationes purpuratorum ſuorum, ob regiam dignitatem in Salomonem tranſlatam, ישתחו על המשכב *jiſchtahhou hal hammiſchchab*, reclinatus eſt in cubile, quia, nimirum, in eo ſedens, aulicos exceperat, ut Jacobus Joſephum ſedens excipit infrà XLVIII, 2. Dubitari nequit quin convenientiſſimus ſit huic loco ſenſus, & verba ita verti queant; nam שחה non modò *curvare* corpus, ſed etiam planè *dejicere* in terram ſonat, ut docent Lexica; nec minùs dici poteſt de iis, qui in latus aut dorſum recumbunt, quàm de iis qui in faciem procidunt. Attamen LXX. Intt. habent προσεκύνησεν Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, *adoravit Iſraël in extremitate baculi ſui*; legentes, nimirum, ultimam vocem המטה *hammatteh*, quorum verſionem ſequutus eſt Apoſtolus ad Heb. XI, 21. Alii, qui vocem ultimam commatis eodem modo ac nos legerunt, & de cervicali interpretantur, verbum ישתחו pars de adoratione religioſa, pars de civili intelligunt. Vulg. *adoravit Deum converſus ad lectuli caput*. *Aquila*: προσεκύνησεν ἐπὶ κεφαλὴν τῆς κλίνης. *Symmachus*: ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κλίνης. Jonathan: *& ſtatim revelata eſt gloria divinitatis* (שכינתא) *Jehovæ, & adoravit Iſraël ad caput lecti*. Jeroſolimitanus: *laudavit*, nempe, Deum. Alii volunt ſcipionem fuiſſe in manu Joſephi, muneris ejus inſigne, ad quod Jacobus corpus inflexerit. Sed, ſi verum fateri velimus, ſi LXX. Intt. vertiſſent, ut nos fecimus, poſt non unum ex Recentioribus; aut ſi numquam ab Auctore Epiſt. ad Hebræos allata eſſent eorum verba, otium Interpretibus feciſſent; neque aliunde tot argutiæ, quibus ſcatent, originem duxerunt. Certè multò ſimplicior, reique, & verbis convenientior eſt interpretatio noſtra, ut oſtendimus. Verbum שחה nemo dixerit ſine additione vocis *Dei*, ſine ulla alia circumſtantia, eò pertinente, *adorationem* religioſam ſonare, cùm nullum ejus rei exſtet exemplum. Itaque vis infertur huic voci à LXX. Intt. & aliis. Scipionem qui Jacobo, quo ſe in lecto ſedens ſuſtentaret, tribuunt, rem & inuſitatam & incommodiſſimam fingunt. Infrà Cap. XLVIII, 2. ſedens deſcribitur in lecto, ſed ſcipionis nulla mentio. Pulvinaribus, quibus lumbi ſuſtentarentur, non ſcipione indiguit. Denique quid ſibi vult hæc phraſis, *adorare ſuprà extremitatem baculi*? ubi ſimile quidpiam legitur? Quæ de ſceptro Joſephi dicuntur, ea merâ nituntur conjecturâ, exemplis etiam omnibus deſtitutâ, & quam Hebraïca reſpuit phraſis; neque enim minùs totum ſceptrum, quàm ejus extremitatem adorare potuit Jacobus; imò verò non ſceptrum, ſed Joſephum venerari eum oportuit. Deinde quis credat patrem decumbentem & pænè moribundum, advocato in cubiculum filio ejuſmodi honorem exhibiturum? Una hiſce rationibus opponi poteſt Scriptoris ad Hebræos auctoritas; quæ tamen nihil ad rem facit. Si is Scriptor, nemine præeunte, ſic Hebraïca verba eſſet interpretatus, poſſet ſanè ejus auctoritas urgeri; ſed quis Interpretes docuit, eum ex Tranſlatione LXX. Intt. piâ συγκατάβασιν, ut Helleniſtas Judæos Chriſto lucrifaceret, conſectaria, & ratiocinationes non duxiſſe; non quaſi eas per ſe invictas crederet, ſed quia maximum pondus, apud eos quos alloquebatur, iis eſſe ſciebat? Certè *Hieronymus* ab hac ſententia alienus non fuit. Sic & ejuſdem Epiſtolæ Cap. IX, 16. ex ambiguo ſignificatu vocis διαθήκη, ratiocinatur Apoſtolus, aut vir Apoſtolicus, quicumque ſit, quæ ratiocinatio apud Helleniſtas tantùm valere poterat, nam in Hebraïca Lingua nullum ei eſt fundamentum.

In Caput XLVIII.

1. *Poſt hæc*] *Poſt hæc verba.*
Dictum eſt] Eſt quidem ויאמר vajjomer, (*& dixit*)

ac multiplicabo te; faciam cœtus populorum evadas, & hanc terram tuæ poſt te ſoboli, in perpetuam poſſeſſionem, dabo. 5. Nunc ergo duo filii tui, qui donec ad te venirem in Ægyptum hîc tibi ſunt nati, Ephraim & Manaſſe, inſtar Rubenis & Simehonis, mei erunt; 6. ſoboles verò, quam poſt eos generabis, tua erit, & ſub fratrum nomine in hereditatem ſuam vocabitur. 7. Cùm venirem ex Phadane, mortua mihi eſt Rachel in Chananæa, in itinere, cùm exiguum terræ ſpatium ſupereſſet, ut Ephratham perveniremus; atque eam illic ſepelii in via Ephrathæ. Hæc autem eſt Bethlehem.

8. Tum conſpectis Joſephi filiis, cujus illi ſunt? inquit Iſraël. 9. Mei, ait patri Joſephus, ſunt filii, quos mihi hic dedit Deus. Admove quæſo, inquit ille, eos mihi, iiſque benedicam. 10. Cùm oculi Iſraëlis præ ſenectute caligarent, neque poſſet cernere, accedere ad ſe juſſos oſculatus, atque amplexus eſt. 11. Et viſurum me, inquit Joſepho Iſraël, faciem tuam cùm non crederem, præterea prolem tuam conſpiciendam præbuit mihi Deus. 12. Joſephus verò, amotis illis ab ejus

nahanitidem ab ea incolendam promiſiſſet; quam nunc filiis dividere, antequam eò redirent, decreverat. 5. Velle ſe Ephraimum & Manaſſen adoptare, eóſque filiorum ſuorum loco & jure, in hereditate Chananææ herciſcunda eſſe; ſi verò quæ alia proles Joſepho naſceretur, hanc quaſi adpendicem Tribuum Ephraimi & Manaſſæ habitum iri, & agros cum his ſortituram. 7. Tum ſi fortè Joſephus & Benjamin, eorumve poſteri vellent Rachelæ, quâ orti erant, in duplicem ſpeluncam reliquias inferre; locum, in quo ſepulta à ſe fuerat, accuratè indicavit.

8. Cùm præ ſenectute hebetes eſſent ejus oculi, nec coram ſe ſtantes Ephraimum & Manaſſen agnoviſſet, quinam illi eſſent quæſivit. 9. Filios ſuos eſſe reſpondit Joſephus, eóſque ad avum ſic jubentem, ut preces ejus exciperent, accedere juſſit. Quos ille complexus atque oſculatus, eſſe quod gratias Deo propterea ageret, ait, quòd cùm Joſephum numquam à ſe conſpectum iri ſperaſſet, poſtquàm cruenta ejus tunica ad ſe allata fuerat, non ipſum modò, ſed etiam filios ex eo natos videret. 12. Tum Joſephus ad patris genua advolutus, 13. Ephraimum ad dextram ſuam, & Jacobi ſiniſtram, Ma-

dixit) pro punctatione hodierna, ſed quoniam deeſt nominativus, vertimus quaſi legeremus *jeamer*, in Niphal. Sic LXX. & Vulg. ἀνηγγέλη *nunciatum eſt*. Subauditur nominativus אומר *dicens* quod & in verbo קרא obſervavimus. Vide notata ad Cap. XI, 9. XXXVIII, 3. & infrà ad verſ. 2.

Adſumtis, &c.] *Et cepit duos filios.*

2. *Nunciari juſſit & dici*] *Et nunciavit & dixit*, non ipſe, neque enim quiſquam adventûs ſui nuncius eſt. Poſſet etiam verti, *& nunciatum eſt & dictum*, quaſi eſſet ויגד ויאמר *vajjuggad*, *vajjeamer*. Iterum LXX. Int. ἀνηγγέλη, & Vulg. *dictum* eſt ſeni. Vide ad verſ. 1.

3. *Benedixit*] Obſervarunt meritò viri docti Deum non votis benedicere, ſed factis; attamen hîc non tam eſt benefacere, quàm bene polliceri. Vide Cap. XXVIII, 13.

Omnipotens] שדי *ſchaddai*. Vide notata ad Caput XVII, 1.

4. *Faciam cœtus populorum evadas*] *Dabo te in cœtum populorum.*

5. *Mihi erunt*] Hoc eſt, cenſebuntur non quaſi nepotes mei, uniúſque ex filiis heredes, ſed quaſi eos ipſe genuiſſem; quorum uterque unciam ſuam, in hereditate regionis mihi promiſſæ, accipiet. Alioqui ſi inſtar Joſephi liberorum habiti fuiſſent, unciam tantùm unam, ex avitæ hereditatis aſſe, ſortiti eſſent. Ejus rei rationem ad verſum 22. adferemus.

6. *Sub nomine fratrum*] Heb. *ſupra nomen fratrum*, hoc eſt, nomen peculiare novarum Tribuum non ferent, ſed quaſi *appendices*, ut loquitur *Hieronymus* in *Traditionibus Hebr.* duarum Tribuum *Ephraimi & Manaſſe* habebuntur.

7. *Cùm venirem ex Phadane*] Hoc eſt, Meſopotamia. Vide not. ad Cap. XXV, 20. Quærunt Intt. cur Jacobus narrare hæc adgrediatur, cùm notiſſima Joſepho eſſent, nec ullum, quod ad rem faciat, hinc deducat conſectarium? Volunt multi excuſare ſe tacitè Jacobum, quòd à filio id peteret, quod ipſe matri ejus non præſtiterat; ſed cùm hoc non cupiiſſet Rachela, non erat quòd purgaret ſe. Deinde hæc purgatio commoda non eſt, potuit enim cadaver Rachelæ ex agro Bethlehemitico deferri in ſepulcrum Abrahami; neque enim procul admodum remotum fuit, nec cadavera apud Orientales illico ſepeliebantur, ut conſtat exemplo Abrahami Cap. XXIII. Exiſtimarim potiùs obiter loci, quo Rachela ſepulta erat, meminiſſe Jacobum, ut ſi fortè ipſe matris oſſa in ſpeluncam duplicem transferre vellet Joſephus, quo loco ea invenire poſſet ſciret; quamquam hoc non addit Jacobus, re filii judicio permiſſâ.

Mortua mihi eſt Rachel] Cap. XXXV, 18. *& ſeqq.* Addit Samariticus codex אמך immecha, *mater tua*, & LXX. Intt. ἡ μήτηρ σου.

Cùm eſſet adbuc exiguum] Vide Cap. XXXV, verſ. 16. & ad eum locum notata.

8. *Conſpectis Joſephi filiis*] Hoc eſt, cùm animadvertiſſet duos homines Joſephum eſſe comitatos, (neque enim præ ſenectute oculis caligantibus, ut docet Moſes infrà verſ. 10. vultus eorum agnoſcere poterat) quinam eſſent rogavit.

Admove eos mihi] *Capito eos ad me.*

10. *Cùm oculi caligarent*] *Et oculi Iſraëlis graves erant* כבדו *chabedou*. Latini oculos *graves* dicunt moribundorum aut ſomno oppreſſorum, qui vix eos aperire poſſunt; ſed hîc agitur de infirmitate viſûs ex ſenectute orta. Hæc autem verba, ſi ordinis ratio haberetur, deberent in medio commate 8. legi, quod et Paraphraſi

Digitized by Google

ejus genibus, in terram demiſſo vultu, inclinatóque corpore *patrem* veneratus eſt. 13. Deinde ambos filios adſumſit, Ephraïmum ad dextram ſuam, ſiniſtrámque Iſraëlis, Manaſſen verò ad ſiniſtram ſuam, Iſraëliſque dextram, eóſque huic admovit. 14. Iſraël verò dextram exſeruit, impoſuítque capiti Ephraïmi, quamquam minor is erat natu, & ſiniſtram capiti Manaſſis. De induſtria, manus *ita* diſpoſuit; alioqui primogenitus erat Manaſſes. 15. Tum benepyecatus eſt Joſepho, & Deus, inquit, in cujus conſpectu inceſſere patres mei, Abrahamus & Iſaacus; Deus, qui ex quo ſum, ad hunc uſque diem, me paſcit; 16. Angelus, qui me ex omni malo eripuit, hiſce adoleſcentibus benedicat. De nomine meo & nomine patrum meorum, Abrahami, & Iſaaci vocentur, atque in hac regione piſcium inſtar augeantur.

17. *Ibi* cùm animadvertiſſet Joſephus, à patre dextram capiti Ephraïmi impoſitam, res ei diſplicuit, patríſque manum, ut eam amoveret à capite Ephraïmi, *atque* ad caput Manaſſis *transferret* adprehendit; 18. & patri, non ſic, inquit, mi pater, nam hic ptimogenitus *eſt*, capiti hujus dextram impone. 19. Sed renuit pater,

Manaſſen verò ad ſiniſtram ſuam, patris dextram, genua flectere juſſit; eo animo ut dextram Manaſſæ, ſiniſtram Ephraimi capiti pater imponeret. 14. Jacobus verò, cùm boc animadvertiſſet, de induſtria decuſſatim manus nepotum capitibus impoſuit; ut dextra minoris natu, ſiniſtra majoris capiti incumberet. 15. Deinde à Deo, quem conſtanter & ſanctè coluerant Abrahamus & Iſaacus, & à quo ipſe quaſi à paſtore, ovis ritu, per omnia vitæ tempora curatus benigniſſimè fuiſſet; 16. atque ab Angelo, qui ſe omnibus periculis eripuiſſet, omnia felicia adoleſcentibus exoptare cœpit. Velle ſe dixit, quamvis apud alium populum, ex Ægyptia muliere, natos, ſuos tamen filios, Majorumque ſuorum legitimos poſteros haberi; atque iis, non ſecus ac aliis filiis, numeroſiſſimam ſobolem naſci Deum Opt. Maximum precatus eſt. 17. Hìc decuſſatim poſitas manus Jacobi eſſe animadvertit Joſephus, & cùm minorem natu majori ſic caſu, ut rebatur, præferri nollet, patris manus adprehendit, 18. monuítque aliter eſſe collocandas. 19. At noluit Jacobus mutari manuum ſuarum ſitum, & datâ operâ factum à ſe ſignificavit; quòd quamvis Manaſſes magni populi conditor eſſet futurus, attamen mi-

raphraſi noſtra liquet. Sed Hebræi ſæpe ordinem in narrando negligunt. Vide not. ad Cap. XLIX, 23, 25.

Vix poſſet cernere] *Non poterat videre*; hoc eſt, ægrè objecta ſecernebat, nam videbat aliquatenus. Vide ad verſ. 8.

11. *Cùm non putarem*] *Non putavi*, *& ecce etiam*, &c.

12. *Ab ejus genibus*] Jacobus videtur ita lecto inſediſſe, ut crura ejus extra lectum penderent; atque ad utrumque ejus genu ſteiiſſe Joſephi filii. Vide ad Cap. XLIX, 33.

Vultu in terram demiſſo] *Incurvavit ſe in faciem ſuam in terram.* Ipſe ante patrem videtur genua flexiſſe, atque ad latera ſua idem facere filios juſſiſſe.

13. *Ephraimum ad dextram ſuam, ſiniſtrámque Iſraëlis*, &c.] Quia, nimirum, ſciebat beneprecaturum iis patrem, impoſitâ eorum capitibus manu. Itaque eos ita collocarat, ut primogenito eſſet imponenda dextra, minori natu ſiniſtra, quia dextra ſiniſtræ præferebatur. Hæc dno, inter Iſraëlis poſteros, numquam exolevere. Nam præterquàm quòd manus imponebant iis quibus munus quodpiam demandabant, ut Num. VIII, 10. XXVII, 12, 20. Deut. XXXIV, 9. Act. VI, 6. 1 Tim. IV, 14. ſi cui eſſet benedicendum, χειροθεσίᾳ utebantur, ut liquet ex Matth. XIX, 13. ubi ad Chriſtum προσέφερον παιδία, ἵνα τὰς χεῖρας ἐπιθῇ αὐτοῖς, καὶ προσεύξηται, *adducuntur puerili, ut iis manus imponat, & oret.* Ad dextram etiam collocabant eos, quos honorificentiùs excipiebant. Salomon matrem ad dextram ſedere jubet 1 Reg. II, 19. atque hæc erat proximæ Regiæ dignitatis ſedes. Vide Pſ. XLV, verſ. 10. CX, 1. 3. Eſd. IV, 29. Tertius locus erat ad ſiniſtram, unde mater Joannis & Jacobi Matth. XX, 21. *Dic ut ſedeant*, ait, *filii mei unus ad dextram tuam* (nempe, major natu) *& unus ad ſiniſtram* (minor natu) *in regno tuo.*

14. *De induſtria manus ita diſpoſuit*] Heb. שכל *ſchiccbel*, quod propriè eſt *intelligere fecit.* Notationis vocis, cum *Onkelo* & recentioribus Intt. rationem habuimus; quia nulla alia erat ratio commodæ ſignificationis eruendæ. Alioqui dubium vix eſſe poteſt quin ſenſus ſit, à Jacobo manus eſſe decuſſatim poſitas, unde LXX. Intt. verterunt: ἐναλλὰξ τὰς χεῖρας, & Vulg. *commutans manus.* Verùm an hæc propria ſit vocis ſignificatio non conſtat.

Alioqui] כי *chi*, quod ut plurimùm vertitur ὅτι, ſed hîc aliud, ut paſſim, ſignificat. Poſſet tamen creberrima ſervari ſignificatio, ſi ellipticum ſermonem eſſe malimus, hoc pacto: Manus decuſſatim poſuit Jacobus, quia Manaſſes primogenitus erat adeóque ad dextram ejus prociderat, nec tamen ejus capiti dextram imponere decreverat. Non ineptè etiam *quamvis* vertas, ut *Chr. Noldius*, *ſign.* 15.

15. *Beneprecatus eſt Joſepho*] LXX. Intt. hîc pro Joſepho habent αὐτοὺς, & Vulg. *filiis Joſephi.* Verùm bene precando filiis Joſephi, eorum patri eadem operâ bene precatur Jacobus; & pleræque benedictiones, quæ Cap. ſequenti habentur, magis ad poſteros filiorum Jacobi, quàm ad ipſos pertinebant. Videtur tamen Joſepho etiam bene precatus pater, poſtquàm ante eum genua flexerat verſ. 12. quamquam ea circumſtantia omittitur.

In cujus conſpectu inceſſere] Hoc eſt, ut LXX. Intt. ᾧ εὐηρέστησαν, *cui placuerunt*; aut, ut Onkelos, די פלחו *di phlabhou*, quem coluerunt. Vide not. ad Cap. V, 22. His autem verbis & ſequentibus, & Deum & Angelum ita deſcribit, cùm ut alios Deos & Angelos excludat,

 tum

ter, & ſcio, ait, mi fili, ſcio; erit hic quoque populus, hic quoque magnus evadet: at profectò frater minor natu eo major erit, ejúſque proles gentes explebit. 20. Benedixit quoque illis eo die, his verbis: in te benedicet Iſraël, & eodem in ſtatu, inquiet, te conſtituat Deus, quo Ephraimum & Manaſſen. Iterum Ephraimum Manaſſi præpoſuit.

21. Dixit præterea Joſepho Iſraël: ecce ego morior, ſed erit vobiſcum Deus, vóſque in Majorum veſtrorum terram reducet. 22. Te autem parte una, pluſquàm fratribus tuis, quam gladio & arcu meo Emoræis eripui, dono.

XLVII. Ja-

minoris natu Ephraïmi numeroſior futura erat proles. 20. Adjecit utrúmque tantas gentes progenitu-rum, ut formulà ex iis deſumtà maximum ſobolis incrementum optatura poſtera ſæcula, *ſimilis eſto Ephraïmo & Manaſſe*, eſſent dictura; ubi iterum Manaſſæ Ephraimum antepoſuit.

21. Se quidem ſibi mortem proximam eſſe ſentire Joſepho & fratribus præterea dixit, nec umquam in Chananæam rediturum; ſed ne dubitarent poſteros ſuos a Deo illuc reductum iri, ut eam poſſiderent. 22. Cùm autem armis eam regionem ſubegiſſent, velle ſe, in agris dividendis, Joſephi poſterorum eamdem rationem ac duarum Tribuum haberi.

P A-

tum etiam ut ex beneficiis, quibus ipſe & Majores ſui à Deo, Angelorum miniſterio, adfecti fuerant, colligant nepotes quæ ab eo exſpectare poſſent, ſi ex ejus præceptis vitam inſtituerent.

Ex quo ſum] מעודי *mehodi*. LXX. Intt. ἐκ νεότητος, Vulg. *ab adoleſcentia mea*. Senſus eſt, non propria vocis notio. Vide Num. XXII, 30.

Me paſcit] Hoc eſt, me regit & ſuſtentat, ut Pſalm. XXIII, 1. LXXX, 2. Vide ad Cap. ſequens verſ. 24.

16. *Angelus*] Alii hîc, & in ſuperioribus verbis, ſolum Deum creatorem deſcribi cenſent; quia Deus alibi גואל *goel* dicitur. Vide Pſalm. XIX, 15. Eſai. XLIII, 14. XLVII, 4. Sed quamvis, ſi propriè loquamur, Deus ſit unicus noſter liberator, quippe quo jubente liberamur, & cujus poteſtate utuntur Angeli, quando piis opem ferunt; attamen nihil obſtat quominus, dilutiore ſenſu, Angeli liberatores noſtri vocentur. Nec quiſquam dubitare poteſt quin una, eadémque vox modò ἐμφατικωτέρως, modò dilutiùs intelligenda occurrat; quínve de inſtrumento eodem modo interdum loquamur, ac de præcipua cauſa. Ac ſanè hîc duriſſimum eſt ante ipſam ἐνσάρκωσιν fingere, ad tutandum unum hominem, mitti ὑπὸ τ πρώτης ὑποστάσεως τὴν δευτέραν, quæ propterea tantùm induat perſonam legati. Neque hoc concoquere potuerunt non ſpernendi Scripturæ Intt. Vide Not. ad h. l. *Th. Hackſpanii*. Itaque alii, ut in ſuperioribus Deum ſignificari exiſtimant, hîc Angelum ſingularem, cujus curæ Jacobum commiſerat, intelligendum cenſent. Idem ille eſt Angelus, qui luctatus cum Iſraële narratur Cap. XXXII, 24. Angelis nunc pluribus, nunc ſingularibus in Scriptura piorum curam, & ultionem in impios adtribui nemo neſcit. Vide ſup. Cap. XXIV, 7, 40. XXXII, 1, 2. 2 Reg. VI, 16. XIX, 35. Pſalm. XCI, 11. Eccleſ. V, 5.

Neque mirum videri poteſt Angelum Deo ſubjungi in Jacobi votis; cùm neque Deo æquetur propterea, neque ſine Dei voluntate bene facere poſſe ſtatuatur. Sic Iſraëlitæ Exod. XIV, 31. *crediſſe Deo & Moſi* dicuntur, qui ſine dubio Moſem Deo non æquabant. Vide & 1 Sam. XII, 18. 2 Par. XX, 20.

Hiſce adoleſcentibus benedicat] Non eſt hæc invocatio Angeli, ut rectè obſervarunt viri docti, ſed votum; quale ſed contrarium legitur Pſ. XXXV, verſ. 6. *Angelus Jehovæ perſequatur eos*. De benedictione Angeli vide not. ad Cap. XXXII, 26.

De nomine meo & nomine patrum, &c.] *Vocetur in illis nomen meum*, &c. Hoc eſt, ut ſup. verſ. 5. dicantur *Iſraëlis filii*, *nepotes Iſaaci*, &c. Vide not. ad Gen. IV, 26. Sic & Eſai. IV, 1. inducuntur mulieres, quæ viri uxores dici cupiebant, his verbis eum alloquentes: *vocetur nomen tuum ſuper nobis*, hoc eſt, nos dici uxores tuas patiare.

17. *Cùm animadvertiſſet Joſephus*] *Et vidit Joſephus.*

Res ei diſplicuit] *Malum fuit in oculis ſuis.*

18. *Non ſic*, *inquit*] Additur *Joſeph*, quod ex præcedentibus ſatis hîc intelligitur.

19. *Scio*, *ait*] Oſtendit ſe non caſu manus decuſſatim poſuiſſe, aut errantem. Vide ad verſ. 14. Prævidebat tum Jacobus, prophetico ſpiritu, quid nepotibus ſuis futurum eſſet; itaque hoc majoris & minoris natu diſcrimen, quod indicat in ſequentibus verbis, non ex Jacobi votis, ſed Dei voluntate pendebat.

Gentes explebit] *Erit* מלא mlo, *plenitudo gentium*; hoc eſt, ingens hominum multitudo. Sic Eſai. XXXI, 4. *plenitudo* מלא *paſtorum*, ſunt multi paſtores. Metaphora à vaſibus ducta, quæ majorem copiam eorum quæ iis injecta ſunt continent plena, quàm ex parte tantùm referta. Paulus Rom. XI, 25. πλήρωμα ἐθνῶν ingentem Idololatrarum numerum vocat. Implementum autem hujus vaticinii vide Num. I, 32, 33, 35. II, 18, 20. XXVI, 34, 37. Confer & Deut. XXXIII, verſ. 17. & Joſ. XVII, 17. Dignum eſt obſervatu Moſem, in brevi hiſtoria, & in qua innumera maximi momenti prætermittuntur, diligenter obſervare primogenitos plures jure ſuo excidiſſe, aut inferiores virtute fratribus natu minoribus fuiſſe. Sic Caïn primogenitus non ita acceptus erat Deo, ac frater, & jure tandem primogeniti excidit, Gen. IV. Semus videtur Japhetho præferri Gen. V. & IX. Abrahamus Harani Gen. XI. Iſaacus Iſmaëli Gen. XVII. Jacobus ipſe Heſavo præponitur. Inter Jacobi liberos, Ruben amittit πρωτοτόκια, quæ partim Judæ, partim Joſepho conferuntur, ut oſtendemus ad Cap. XLIX, 4. Joſephi filiorum minor natu majori antefertur.

Si

XLVII. Jacobus filiis bene precatur, futuram poſterorum ſortem prædicit, & ſe in Majorum ſuorum monumento ſepeliri jubet.

1. VOCAVIT poſtea filios ſuos Jacobus, & dixit: convenite, & quid vobis poſteris diebus eventurum ſit aperiam. 2. Congregamini & audite, filii Jacobi, audite Iſraëlem patrem veſtrum. CAPUT XLIX.

3. RUBEN primogenitus meus es, robur meum & virium mearum primitiæ. Præ-

PARAPHRASIS.

1. 2. AD ſe etiam ceteros filios vocavit, paullò ante mortem, Jacobus; ut, iis audientibus, futuram poſterorum, per ſequentia ſæcula, ſortem moribundus prænunciaret, quod ſic facere orſus eſt.

3. RUBEN, inquit, te quidem primum omnium libe-

Si liceret conjicere, haud abſurdè quis cenſeret Moabitas, Hammonitas, Iſmaëlitas & Idumæos, qui ex primogenitis orti erant, jus ſibi aliquod propterea in Iſraëlitas, ubi potentiores fuerunt, vindicare voluiſſe; ideóque Moſem in Iſraëlitarum potiſſimùm gratiam, & uſum ſcribentem, non ſine cauſa minoribus poſtpoſitos majores natu ſæpiùs obſervaſſe. Quin & ipſe Moſes, natu minor, fratri Aharoni fuit antepoſitus, non ſine aliqua fratris invidia. Numer. XII.

20. *In te benedicet*] Hoc eſt, tu benedictionis formulam Iſraëlitis ſuppeditabis, quæ formula ſequitur. Vide not. ad Gen. XII, 3. Addemus hîc, ut formulam benedictionis ſuppeditare dicuntur, qui felices judicantur: ita etiam *maledictionem ſumi*, ex iis qui cenſentur miſerrimi, Hebræos dicere. Jerem. XXIX, 22. *Omni captivitati Judæ deſumetur ex iis maledictio, dicendo: ponat te Jehova ut Tſidkiam & Echabum, quos igne torruit Babylonis Rex.*

Eodem in ſtatu] *Ponat te Deus ut*, &c.

21. *Morior*] אנכי מת anochi meth *ego mortuus*, hoc eſt, brevi moriar. Sic Latini, *Perii*, *Actum eſt*, &c.

Erit vobiſcum] Vide not. ad Cap. XXXIX, 2.

In majorum veſtrorum terram] Hoc eſt, In regionem in qua peregrinati ſunt, quæ & alibi dicitur *terra Hebræorum*. Vide ad Cap. XL, 15.

22. *Partem unam*, &c.] Alii rem præteritam ſignificari cenſent, quæ narratur Cap. XXXIV. ubi urbs *Sichem* capitur & diripitur, nemine impediente, à Jacobi filiis; quod, quamvis improbaret Jacobus, tamen ei Sichemum ſubdidit, cùm nemo eam ſibi vindicaret. Nec plerorumque populorum jura aliunde manant, quàm ex victoriis, dolóne an virtute reportatis nihil intereſt. Ac ſanè Ephraïmitæ Sichemum poſſederunt. Joſ. XLVI, 1. XX, 7. Atque eò etiam alludi videtur, quia vox, quam *partem* vertimus, eſt ipſum urbis vocabulum שכם *Schechem*. Alii exiſtimant propheticè de re futura, quaſi facta, loqui Jacobum, & ſibi tribuere quod liberi olim facturi erant, propter nominis, ſanguiniſque communionem. Hanc interpretationem priori præferunt, quia factum hoc filiorum plus ſemel deteſtatur Jacobus. (Vid. Cap. XXXIV, verſ. 30. & XLIX, 5.) & quia Sichemenſes non *Emoræi* ſed *Chivvæi* erant, ut docemur initio Cap. XXXIV.

Gladio & arcu meo] Hoc eſt, liberorum, aut poſterorum meorum, quocumque modò res intelligatur. Pater & poſteri quaſi homo unus habentur, ut ſup. XLVI, 4. & alibi paſſim.

Emoræis] Hoc eſt, fortè idololatris, ut Joſ. XXIV, 8. Hamos. II, 9. Alioquin erant Chivvæi. Cap. XXXIV, 2.

COMMENTARIUS

In CAPUT XLIX.

1. V*Ocavit poſtea*] Heb. *Et vocavit.*

Poſteris diebus] Heb באחרית הימים *beahharith hajjamim*, hoc eſt, *in diebus qui poſtea erunt*, quâ phraſi continetur tempus omne, quod nondum elapſum eſt; ſeu inſtare, ſeu remotum adhuc eſſe intelligatur. Hinc in Prophetiis, quæ non omnes idem tempus reſpiciunt, paſſim occurrit. Vide Num. XXIV, 14. Deut. IV, 30. Τὸ אחרית ahharith *pars poſterior*, quantæcumque ſit longitudinis, opponitur τῷ ראשית reſchith, *parti priori*, Deut. XI, verſ. 12. Job. XLII, 12. Attamen LXX. Intt. ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν: *Hieronymus*, *in diebus noviſſimis*: Onkelos, בסוף יומיא bſoph jomaja, *in fine dierum*, verterunt, quaſi de eo tempore, quod extremum mundi diem proximè antecedet, ageretur. Quo factum eſt ut Chriſtiani Intt. nonnulli hac loquutione tempora Meſſiæ, poſt quæ rerum univerſitas finem habebit, intellexerint. Hoc etſi, nonnullis in loci Novi Teſtamenti, verum eſſe poteſt, attamen in Vetere, ex Hebraïcæ phraſεως vi nunquam extundi poterit. Neque ex rebus ipſis, quæ hîc à Jacobo dicuntur, ſimile quidquam collegeris, quoniam, conſentientibus omnibus Intt. longè potiſſima earum pars, pluribus ante Chriſti adventum ſæculis, impleta eſt.

3. *Ruben*, &c.] Hæc ſunt quidem tumidiori ſtylo, verſibus tamen non conſtant: nec, exceptis pauculis locis, quibus vitari non potuerunt, ulla in iis occurrunt ὁμοιοτέλευτα. Ceterùm an hæc αὐτολεξεὶ à Jacobo dicta, an verò à Moſe, aut Iſraëlita quopiam alio, Jacobo vel æquali vel recentiore, noviſſimorum Jacobi verborum ſenſus dumtaxat expreſſus fuerit, non conſtat.

Primogenitus meus es] Heb. *Primogenitus meus tu*; poſt quod pronomen, ſubauditur paſſim verbum ſubſtantivum, ut infra verſ. 8. ad quem vide not.

Robur meum] Hoc eſt, quem viribus integris, cùm primùm uxorem duxeram, genui.

Præcellentia dignitatis, præcellentia potentiæ ⁴ inſtar aquæ effuſa eſt, & (ne te quaſi præcellentiorem geras, quandoquidem cubile patris tui conſcendiſti) ex quo ſtratum meum polluiſti, evanuit.

⁵ Si-

liberorum ſuſceperam, & jure primogeniti heres meus ex ſextante futurus eras, fratribuſque dignitate præiturus. At illâ tuâ præcellentiâ, ⁴ poſtquàm violaſti paternum thorum, excidiſſe te ſcito, neque poſthac primogeniti jura, à me partim in Judam, partim in Joſephum tranſlata, tibi vindicato.

⁵ Si-

Ita Gen. IV, verſ. 11. כח choach, *vis* telluris dicitur *fructus*, quem noudum effœta tellus edere ſolebat.

Primitiæ virium mearum] Cùm vox ראשית *principium*, & *primitias* ex æquo ſignificet; *primitias* interpretari maluimus; quòd aptior ſit, ad ſignificandum primogenitum, metaphora ex frugibus petita. Ita etiam primogeniti vocantur Deut. XXI, 17. Pſ. LXXVIII. 51. CV, 36. unde fruſtra eos eſſe qui vertunt, principium doloris mei, ſatis apparet. Non eſt accurati Interpretis ex verbis Scripturæ, prout vertuntur, commodum dumtaxat ſenſum exſculpere poſſe; niſi & loquutionis, certo in loco poſitæ, ſententia ex uſu Linguæ, qui omnibus ratiocinationibus potior eſt, oſtendatur. Ceterùm LXX. Intt. ſenſum potiùs quàm verba reſpexere, quando verterunt: ἀρχὴ τῶν τέκνων μου, *initium filiorum meorum*; neque enim crediderim ἀντὶ τοῦ אוני *oni*, eos legiſſe בני *banai*.

Præcellentia] Hebraïca vox יתר *jether*, propriè *reliquum*, ſeu *quod ſupereſt* Latinè ſonat. Dein per tranſlationem id quo res quæpiam, præ ceteris, abundat aut excellit ſignificat. Poſtquàm alicujus dignitas, cum aliorum dignitate collata, non modò eam æquaſſe, ſed etiam ſuperaſſe deprehenſa eſt; idquod ſupereſt, quo ſupra alios ornatus eſt, eleganter vocari poteſt יתר שאת *reliquum dignitatis*. Atque hoc ſenſu vox יתר legitur Pſalm. XXXI, 24. ubi Deus dicitur plectere יתר עשה גאוה eam *excellentiam*, ſeu *præcellentiam quæ ſuperbiam creat*. Sic & Job. IV, 20. de hominum caduca gloria: נסע יתרם niſſah jithram, *profecta eſt eorum præcellentia*, hoc eſt, evanuit. Etiamſi eſt aliqua inter pleroſque Intt. varietas, in vertenda, hoc in Geneſeωs loco, voce יתר; attamen in eo conſentiunt ut præſtantiam Rubenis, jure primogeniti nixam, ſupra fratres intelligant; exceptis τοῖς LXX. qui, ut ferè ſolent in obſcuris locis, durè & audacter verterunt: σκληρὸς φέρεσθαι καὶ σκληρὸς αὐθάδης, *durus ferri & durus pervicax*. Elegantiùs & veriùs vertebat *Iſaac. Caſaubonus*, in Exercit. I. contrà *Baronium*: πλεονέκτημα ἀξίας, *præcellentiam dignitatis* Latinè, niſi quòd vox πλεονέκτημα multò accuratiùs Hebraïcæ vim exprimit.

Dignitatis] Hebr. שאת *ſcheth*, cujus thema eſt נשא *naſcha*, quod, inter alios ſignificatus, *extollere* cùm *ſitu*, tum etiam *dignitate*, ſonat; unde & quæ dignitatem ſignificant nonnulla derivata habet, qualis eſt vox נשיא naſchi, *Princeps*. Inter hæc etiam eſt vocula, quâ utitur hîc loci Jacobus, quæ propriè quidem *tumorem* paſſim; ſed per tranſlationem, *elationem* aut *animi* aut *dignitatis*, ſeu in bonam partem, ſeu in ſequiorem trahatur, denotat. Quo ſignificatu, præter hunc Geneſeωs locum, & verba Cap. IV, 7. legitur Pſ. LXII, 25. ubi τιμὴ *honor*, non *pretium*, ut habet Vetus Int. à LXX. Intt. exponitur.

Videtur, ut diximus, Jacobus hîc reſpicere τῶν πρωτοτοκίων jura, quibus excidit Ruben. Ea quamvis illis temporibus aliqua eſſent, ut obſcuriùs Gen. IV, 7. manifeſtius indicavit Hiſtoricus divinus Gen. XXV, 31. ubi quo pacto ea Jacobus ab Heſavo emerit narrat; attamen qua in re præcipuè ſita eſſent non ita liquet. *Hieronymus* quidem, in *Traditionibus Hebraicis*, *Onkeloſo* aliiſque Judæis conſentientibus, tria eſſe vult quibus fratribus anteferretur primogenitus; hereditatem, ſacerdotium & regnum. At unde collegerint primogenitos, Patriarcharum ævo, ſemper fuiſſe Sacerdotes & Reges neſcio. Certè familiis terrarum aliquo tractu ſeparatis, ſua ſibi ſacra faciebat, ſuiſque præerat, niſi ſuperior in locis in quibus degebat, eſſet poteſtas, quivis Paterfamilias. Videtur potiùs dignitas intelligi aliqua, & duplò major in hereditate pars, quæ primogenito tribuatur; & quæ in hereditate Jacobi, in duodecim uncias diviſa, ſextans fuit. Eo certè ſextante Ruben excidit, Joſephúſque ejus loco donatus eſt, ut vidimus ad Capitis XLVIII, verſ. 22. Præterea dignitate ceteras omnes Tribus, ne Rubenis quidem poſteris exceptis, Judæ Tribus præceſſit. Hæc egregiè confirmantur 1 Paral. V, 1, 2. quæ verba, quia interpretationis loco eſſe poſſunt, hîc recitabimus: *cùm enim primogenitus eſſet & polluiſſet cubile patris ſui, datum eſt jus primogeniti, quod habebat, poſteris Joſephi, Iſraëlis filii; ut non ampliùs recenſeretur Ruben primogeniti loco; quia Juda quidem potentiſſimus fuit inter fratres, & ex eo electus eſt qui dux eſſet, Joſepho verò fuit jus primogeniti.*

Potentiæ] Præcellentiâ potentiæ, quâ fratres ſuos ſuperaturus erat, niſi inceſto concubitu patrem offendiſſet, prorſus exciderat Ruben: quemadmodum & honore, de quo modo diximus. Vocula עז *boz* non vires modò corporis, aut animi fortitudinem ſignificat, ſed potentiam quamlibet, & de Deo pariter ac hominibus uſurpatur. Pſalm. CL, 1. hortatur Pſaltes homines laudent Deum, *propter firmamentum*, vel *in firmamento* עזו huzzo, *potentiæ ejus*; & Pſalm. CX, 2. *virga potentiæ* עז *boz*, dicitur ſceptrum regium. Hoc in Geneſeωs loco potentia Rubenis imminuta eſſe dicitur, quòd ex hereditate parentis Jacobi, pro ſextante, qui πρωτοτοκίων jure ei debebatur, unciam acceperit.

4. *Effuſa eſt*] Heb. פחז *phabbaz*: Duo hîc potiſſimùm obſervanda ſunt, quorum prius vocabulorum ſtructuram, alterum ſignificationem verbi פחז ſpectat. Primò τὸ יתר jether, *præſtantia*, conjungatur neceſſe eſt cum verbis פחז & עלית; quorum hoc quartum comma claudit, illud incipit. Alioquin hiulca ac ſine ſenſu, quod liquebit inſpectis recentioribus Intt.

ora-

5. Simehon & Levi fratres *ſunt*, & eorum ſponſiones inſtrumenta contumeliæ. 6. In ſecretum eorum *concilium* ne eat anima mea, ne gloria mea ſe eorum adjungat cœtui; quia in ira ſua hominem interfecerunt, atque in laſcivia taurum

rum

5. Simehon & Levis non modò eadem matre nati, ſed indole etiam ſunt ſimiles. Sponſione ſororis, Chamori & Sichemo, per fidem deceptis, inſidias ſtruxerunt. 6. Cujus facinoris, clam inter eos agitati, ut conſcius non fui: ita abſit ut laudator ſim! Numquam homines ſuperbi,

bi,

oratio eſt. Nec obſtare poteſt verſuum hodierna diſtinctio, quam à manu Moſis non eſſe ſatis inter Eruditos conſtat. Samaritanus quidem Codex habet, in ſecunda perſona, פחזת *phahhatzha*, quod fuit etiam in Codd. LXX. Intt. & Hieronymi, qui vertunt ἐξύβρισας & *effuſus es*. Sed quoniam in fine commatis rurſus occurrit tertia perſona עלה, quæ quò referatur non habebit, Codd. noſtrorum præferenda videtur lectio.

Secundò, cùm verbum hoc פחז *phahhaz* dubiæ ſit ſignificationis, & Vett. etiam Interpretibus non ſatis notæ, ut ex eorum inconſtantia in eo vertendo ſatis apparet; videndum an conjiciendo quid ſibi velit adſequi poſſimus. Cùm derivata ejus conjungantur cum vocibus *vanitatem* & *mendacium* ſonantibus, conjecere Lexicographi levitatem & inconſtantiam eo ſignificari. Vide Jud. IX, 4. Jerem. XXIII, 32. & Sophon. III, 4. Sed petulantiæ ac laſciviæ notio æquè bene convenit. At hîc, ubi cum *aqua* conjungitur, nulla aptior, ſeu ea metaphorica ſit, ſeu propria ſignificatio, ei tribui poſſe videtur, eâ quam *Hieronymo*, ut omittam LXX. Intt. de quibus poſtea, debemus, *effuſa eſt ſicut aqua*. Oſtendit Rubeni Jacobus præcellentiam ejus, inſtar aquæ, quæ effuſa & in vapores reſoluta evanuit, nullam ampliùs eſſe. Ita Jobi XI, 16. par adhibetur ſimilitudo de moleſtiis, quarum nulla ſupereſt memoria; *inſtar aquæ*, ait Scriptor Sacer, *tranſierunt* כמים עברו, *chammajim haberou*.

Sed præter hanc ſignificationem, quam poſtulat, ut videtur, adjecta aquæ mentio, hoc potiùs verbo, quàm uſitatiore, crediderim uſum eſſe Jacobum; quòd apud Chananæos, ut etiamnum apud Syros, *libidinoſum* ac *impudicum* eſſe præterea ſignificaret; propter libidinem autem jure primogeniti Rubenem ſpoliaret. Utrumque certè haud infeliciter expreſſere hîc LXX. Intt. voce ἐξύβρισας, quæ cùm illudere mulieri ſignificet, metaphoricè de exundantibus amnibus dicitur, ut in *Indice* oſtendemus.

Ne te, &c.] Hæc parentheſi, licet duriore, ut ſtructurâ orationis apparet, includenda eſſe cenſuimus. Multæ occurrunt, in Dithyrambico hocce ſtylo, & παρενθέσεις & παρεκβάσεις. Vide Eſai. VIII, 11, 12, 13.

Quaſi præcellentiorem geras.] Quoniam voce יתר *jether* præcellentiam ſignificari oſtendimus ad 3. comma; ſequitur verbo תותר deſignari, *quaſi præcellentiorem te geras*. Qui vertunt *ne excellas* numerant potiùs verba, ut unam vocem unâ voce reddant, quod putidum eſt, quàm ſensûs & veræ ſignificationis vocis rationem habent. At paſſim ab accuratiſſimis Intt. quod unicâ voce à Scriptore aliquo Vetere dictum eſt, id pluribus, propter egeſtatem Linguæ quâ utuntur, exprimitur. Deinde conjugatio Hiphil ſæpe ſimilem habet ἔμφασιν.

Cubile patris tui] Concubuerat Ruben cum Bilha Gen. XXXV, 22.

Ex quo] Heb. אז *az* quod *tunc* quidem ſonat, ſed quod etiam, ut eſt harum particularum multiplex uſus, *quando*, *ex quo* ſignificat.

Evanuit] Heb. עלה *halah*, hoc eſt, *adſcendit*; ſed ubi dicitur de aqua, aut de rore, idem eſt ac in vaporem reſolvi, evaneſcere. Vide Exod. XVI, 14. Pſalmo verò CII, 25. interitum hominis ſignificat. Ezek. XI, 24. de viſione quæ evanuerat uſurpatur. *Hieronymus*, cùm non videret quò hæc referretur vox, eam vertere omiſit; LXX. habent ὃ ἀνέβης, non quòd legerint אשר עלית בו *aſcher halitha bo*; ut legi oporteret, ſi eorum accurata verſio eſſet; ſed quia aliter ſenſum exculpere non poterant. Nam hæc vocula eodem modo in Samaritico, ac in Aſſyrio Codice legitur.

4. *Eorum ſponſiones*] Heb. מכרתיהם *mcherothehem*, quæ vox haud parum torſit Interpretes, quòd ſemel in Sacris Hebræorum Codd. legatur. Alii vertunt *in habitationibus eorum*, quaſi ſit præpoſitio ב prætermiſſa; & vox מכרה *mchera* idem ſonet ac מבורה *mboura*, quam volunt, apud Ezekielem *habitationem* ſignificare. Alii eamdem eſſe ac μάχαιραν contendunt, ut Jacobus dicat filios hoſce ſuos gladiis ſuccinctos vim injuſtam Sichemitis intuliſſe. Hinc multùm abire non videtur Vulgatus Int. qui habet *vaſa iniquitatis bellantia*, ſenſum palpando, ut potuit, potiùs quàm certam vocis ſignificationem ſequutus. Alii *conventiones* interpretantur, quia radix מכר *machar*, vendere ſignificat; alii *machinationes*, aut *fraudes*, quia eadem radix, apud Arabas, *machinari* ac *fallere* ſonat. *Lud. de Dieu*, vir Orientalium Linguarum peritus, mavult vocis ſignificationem ex Æthiopica Lingua petere, in qua *conſilium* ſignificat. Hunc ſequitur *Edm. Caſtellus*, qui præterea hanc interpretationem LXX. habent potiſſimùm Intt. auctoritate fulcire nititur, hi enim ἐξαίρεσιν *conſilium* tranſtulerunt. Harum omnium interpretationum ſenſum ſatis idoneum eſſe perſpiciet, quiſquis aut Interpretes varios conſuluerit, aut Hiſtoriam Gen. XXXIV. quæ Jacobi animo obverſabatur, in memoriam revocarit; nec, ſi ſolum ſenſum ſpectes, quam tandem aliis præferas ſatis dijudicabis.

Nos tamen, poſt tot eruditos viros, quibus in re obſcura conjecturis indulgere licuit, Chaldaïcæ Linguæ uſum, utpote Hebraïcæ propioris, ſequi maluimus, favente præterea hiſtoriâ quam reſpiciebat Jacobus. In ea autem Lingua, מכר *mchar*, eſt *deſpondere*; & ſororis Dinæ ſponſione fictâ, Sichemum circumvenerunt Simehon & Levi, ut narravit Moſes Gen. XXXIV. Ἀπὸ τοῦ מכר *machar*, ſecundùm Grammaticam Analogiam, derivatur מכרה *mchera*, ut ἀπὸ τοῦ מלח *malahh* מלחה *mlehha*,

ἀπὸ

rum ſubnervarunt. 7. Maledicta ſit eorum ira, quoniam violenta; & excandeſcentia, quoniam dura eſt. Eos in Jacobo diſpertiam, & in Iſraële diſpergam.

8. Tu

bi, & crudeles mihi placuerunt, qui per laſciviam maximum detrimentum aliis creare, & irati eos trucidare non dubitant. 7. Abhorreant omnes ab ejuſmodi iracundia, arcaniſque in ſcelera conſpirationibus; atque eas Deo non probari intelligant, quod eorum poſteris, ne umquam in ſimilia facinora coire poſſint, continentes agros ſit negaturus, eóſque per Chananæam disjecturus.

8. Tu

ἀπὸ τοῦ מרר *marar*, מררה *mrera*, &c. Nec ulla cauſa eſt quare derivetur ἀπὸ τοῦ כרה *charah*, *fodit*, ut quibuſdam videbatur.

Inſtrumenta contumeliæ.] Hoc eſt, inſtrumenta quibus utuntur, ut inimicos ſuos contumeliâ, aut injuriâ adficiant. Ita Pſalm. VII, 15. כלי מות chle maveth, *inſtrumenta mortis*, ſunt tela quibus occiduntur hoſtes. Sponſio Dinæ veluti laqueus fuit, quo Sichemum & populares captos ludibrio habuerunt Simehon & Levi. Sic *Ariobarzani* filiam, ſi *Juſtino* credimus, deſpondit *Mithridates*, qui eum perdere cupiebat. Tigranem Armeniæ Regem impulit *ut Ariobarzani bellum inſerret; & ne quis dolus ſubeſſe videretur, filiam ſuam ei Cleopatram in matrimonium tradit.* Lib. XXXVIII. Cap. 3. Vide & 1 Sam. XVIII, 17. & ſeqq.

Contumeliæ] Heb. חמס *hhamas*, de qua voce vide not. ad Gen. XVI, 5.

6. *In ſecretum eorum*] Heb. בסודם *bſodam*. Hac voce non rem tantum arcanam ſignificari, ſed aut locum à turba remotum, aut congreſſum ipſum in quo ſecreta agitantur conſilia, cùm ex hoc, tum ex pluribus aliis V.T. locis apparet. Pſalm. CXI, 1. βουλὴ à LXX. Intt. vertitur, & Jerem. XI, 11. συναγωγὴ. Reverâ in Hemiſtichio huic oppoſito, quo idem ſenſus paſſim exprimi ſolet, τῷ סודם *ſecreto eorum concilio*, opponitur קהלם *cœtus eorum*.

Ne gloria mea ſe adjungat.] Heb. אל תחד כבודי *al thechad chbodi*, ubi תחד eſt tertia perſona fœminini generis, cùm כבודי ſit maſculini. Eſt aut ſimplex Enallage generis, quales multæ hiſce in libris occurrunt; aut conſtructio κατὰ τὸ σημαινόμενον quòd voce כבודי *gloria mea*, idem intelligatur ac in priore Hemiſtichio voce נפשי *anima mea*, quæ fœminini generis eſt. Vertere etiam potuiſſemus *ne uniaris, ô gloria mea*, ut ſit 2. perſona maſculina, idémque ſenſus. De Enallage generis vide not. ad Gen. IV, 7. *Anima mea* & *gloria mea* hîc ſunt ἀντὶ τοῦ *Ego*. De priore nemo dubitet, qui Scripturam legerit aut Lexica conſulere poſſit; ad poſterius quod adtinet, laudatur Pſalm. VII, 6. ubi David ita loquitur: *Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulverem dejiciat.* Cui ſimilis locus legitur Pſalm. XVI, 9. *Propterea lætatum eſt cor meum, & exſultavit gloria mea.* Vide quæ de hoc Geneſeos loco obſervavit *David Clericus* in Quæſt. Sacr. XXIII.

In ira ſua interfecerunt hominem, &c.] Videtur hæc loquutio eſſe παροιμιώδης, & velle ſignificare Jacobus, hoſce ſuos filios laſcivioris & crudelioris eſſe indolis; qui dum adfectibus indulgent, alienas facultates diripere non dubitarent; imo & ipſam vitam, ſi gravior incideret commotio, eripere religioni non ducerent; ut qui laſciviendo vicinum pecus ſubnervarent, & rixâ obortâ, ſine cunctatione paſtores occiderent. Hîc veluti gradus adfectuum deſcribuntur, quibus conſentaneæ tribuuntur actiones; qui laſciviendo alieno pecori poplites cædere ſuſtinent, hi vehementiori irâ commoti pecoris dominis haud ægrè vim inferant. Similis occurrit παροιμιώδης jactatio Lemeci Gen. IV, 23. ubi vide notata. Alii Intt. volunt adludi ad Hiſtoriam Gen. XXXIV. quod verum quidem eſt; nec obſtat tamen quominùs horum verborum generalior ſit ſenſus, qualis eſſe Parœmiarum ſolet.

In laſcivia] Heb. ברצונם *birtſonam*. Ratio oppoſitionis poſtulat, ut hac voce minor ſignificetur adfectus, quàm voce אף *aph*, *ira*. Ideò *laſciviam* vertimus, ſeu petulantiam. Alibi רצון *ratſon*, inter alia, ſignificat liberum animi adfectum; quo quivis ad aliquid faciendum, nullâ urgente neceſſitate, aut graviore causâ impellitur.

Quod præ mera laſcivia fit, id à ſola libidine, hoc eſt, à voluntate temerè ſuſcepta proficiſcitur. Ideò hîc LXX. verterunt ἐν ἐπιθυμίᾳ *in cupiditate*, & Hieronymus, *in voluntate*.

Subnervarunt taurum] Heb. עקרו שור *hikkerou ſchor*, ἐνευροκόπησαν ταῦρον, ut habent οἱ LXX. hoc eſt, ſucciderunt poplites, aut ſuffragines taurorum; quo maleficio, operi ruſtico prorſus inutiles fiebant. Ita ſubnervati equi à Joſua Cap. XI, 9. juſſu Dei, ne Iſraclitæ equeſtres ullas copias haberent, qua de re pluribus agentem leget qui voluerit *Sam. Bochartum* Hieroz. Part. I. Lib. 2. Cap. XI. initio.

Ex ſuperioribus ſatis, ut opinor, apparet ſenſum eſſe, prout poſt LXX. Intt. vertimus, & prout hæc verba interpretati ſumus, commodiſſimum. Attamen Vulg. Int. plurimíque alii, & Judæi & Chriſtiani, vocem שור *ſchor*, eodem modo intellexerunt ac ſolet verti *ſchour* שור, cum *ſchurech*, verterúntque *ſuffoderunt murum*. Sed cùm ſenſus ex noſtra punctatione fluens haud paullò commodior ſit, nulla eſt ratio quæ nos hiſce Intt. adſentiri cogat. Præter LXX. Intt. quos ſequuti ſumus, etiam Samaritana Verſio habet תור *thor*, hoc eſt, *taurum*. Deinde ex aliorum interpretamento aut nulla, aut contorta exſurgit ſententia; nam cùm Jacobus manifeſtò filios laſcivientes dicat כי עקרו תור, iraſcentes verò hominem interfecere; dubium non eſt quin Hebræis vocibus ſignificetur facinus minùs arrox, quàm homicidium, & quod ſit hujuſmodi ut à laſcivientibus juvenibus, animi causâ fieri poſſit; quod de muri ſuffoſſione dici, ut opinor, nequit.

7. *Diſpertiam eos in Jacobo.*] Hoc eſt, eorum ſedes in Chananæa terra non erunt contiguæ, nec uno perpetuo tractu ſitæ. Simehonis ſedes in mediis tribûs Judæ agris fuere, ut docemur Joſ. XIX, 1. & cùm priſcæ ſedes non ſufficerent tantæ capiendæ multitudini, aliquantum agri cùm Idumæis, tum Chananæis vi ademerunt, tum

8. Tu es JUDA, laudabunt te fratres tui, manus tua in cervice hoſtium tuorum *erit*, coram te filii patris tui procumbent. 9. Catulus *eſt* leonis Juda; adſcendiſti, fili

8. Tu verò, JUDA, meritò nomine laudem ſignificante adpellaris, fratrum enim laudibus cumulaberis. Non hoſtes duntaxat vi ſuperatos videbunt ſibi obnoxios poſteri tui, ſed & ipſis fratribus Reges olim ex tribulibus ſuis imponent, quibus illi ſupplices procumbent. 9. Bella feliciter & ſumma cum fortitudine geret; hoſtium ſpoliis onuſti redibunt, & latè formidati impunè à nullo

licèt ſeriùs. 1 Paral. IV, verſ. 33. *& ſeqq.* Levitica verò Tribus urbes ex unaquaque Tribu ſibi adtributas habuit. Ergo cùm Simehonitarum, tum Levitarum agri ſparſi *per Jacobum*, hoc eſt, per Iſraëlitarum reliquorum ſedes fuere. Hic enim *Jacob & Iſraël*, ut paſſim, ejus viri, cui Jacobo & Iſraëli nomen fuit, poſteros ſignificant.

Diſpergam] Hoc hemiſtichiò, quod antecedenti ἰσοδύναμον eſt, dicitur Jacobus facturus, quod fecerunt ejus poſteri; qui forte Simehonitis ſedes adtribuerunt, & Levitas per totum Iſraëlem diviſerunt. Licèt poſtea Levitica Tribus Sacerdotium conſequuta ſit, & præmia ſat magna in victimis, decimis, aliiſque ad Sacerdotalia jura pertinentibus habuerit, ſi duodecim Tribus perpetuò concordes in una Republica egiſſent: hæ non tanti fuere, ac ſi continuum aliquem terrarum tractum accepiſſet, quem perpetuò tenuiſſet; quia dubium non eſt quin decem Tribus, in Idololatriam delapſæ, & aliis Sacerdotibus uſæ, ſacerdotalia jura Levitis negaverint. Igitur illa diviſio agrorum, quæ per totum Iſraëlem in gratiam Levitarum facta erat, quaſi harum minarum Jacobi implementum, licèt aliis etiam de rationibus acciderit, ſpectari poteſt. Simehonitarum agri non ita quidem fuere diviſi, ſed ſatis eſt eos non continuos fuiſſe inter ſe, neque prædiis ad totam Leviticam Tribum pertinentibus finitimos, ut impletum etiam fuiſſe hac in re Jacobi vaticinium cenſeatur. Minatur enim hic duo; fratrum, in vi Sichemitis inferenda concordium, liberos non habituros agros vicinos, ne malo parentum exemplo corruptæ duæ Tribus communi conſilio quidquam ſimile olim adgrederentur; deinde ne ipſos quidem contribules continuum terrarum tractum inculturos. Utrumque autem, ut oſtendimus, evenit.

8. *Tu es Juda*] Heb. יהודה אתה יודוך אחיך. Eſt Paronomaſia inter יהודה *jehouda*, & ידוך *jodoucha*, a quo verbo derivatur nomen Judæ Gen. XXIX, verſ. 35. Hac figurâ admodum delectatos eſſe Hebræos, ex plurimis ejus, quæ in Scriptura occurrunt, exemplis colligimus. Quibus iis opus erit, hi adire poterunt *Sal. Glaſſium* in Rhetorica Sacra, Tr. 2. Cap. 2. Ea Paronomaſia, ut nec aliæ pleræque, in aliam transfundi nequit Linguam, niſi fortaſſe in Græcam, mutando nomen *Judæ* in nomen *Æneæ*, quod idem Græcè ſignificat: σὺ εἶ Αἰνείας, διὸ καὶ αἰνέσουσί σε οἱ ἀδελφοί σου: *meritò vocaris nomine quo laus ſignificatur, nam te laudabunt fratres tui.* Similem prorſus habemus Paronomaſiam ad nomen proprium Matth. XVI, 17. σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, *tu es Petrus, & ſuper hac petra ædificabo Eccleſiam meam.* Ceterùm in vertendo verbo ידוך *jodoucha*, ſequuti ſumus LXX. & Vulg. Intt. qui tamen alibi ſolent vertere hoc verbum ὁμολογεῖν, *confiteri*, ſed loca expendentibus apparebit ὁμολογίαν hancce nihil eſſe, præter publicam laudum celebrationem, aut virtutum, vel beneficiorum agnitionem. Vide not. ad Cap. XXIX, 35.

Manus tua erit in cervice hoſtium tuorum, &c.] Hæc & quæ ſequuntur cauſas exprimunt, ob quas Judæ Tribus laudes à ceteris conſequutura erat. *Manum habere in hoſtium cervice*, idem eſt ac hoſtium terga cædere, quod non fit, niſi fugiente hoſte, adeóque hoſtem fugare. Vide Exod. XXIII, verſ. 27. Joſ. VII, 12. Atque hoc ſuis temporibus impletum erga ſe eſſe David primus Rex è tribu Juda diſertè agnoſcit, Pſalm. XVIII, 41.

Procumbent] Aliquem ex tribulibus tuis Regem ſuum adorabunt; aut honore tribules tuos proſequentur, qualis primogenitis tribui ſolet. Vide not. ad Gen. XXVII, 29.

9. *Catulus es Leonis*, &c.] Hic quoque gradatio eſt, confertur enim primùm Juda catulo Leonis, deinde adulto Leoni, denique Leænæ quæ terribiliùs utroque furit; quâ figurâ, res fortiter geſtæ à Tribu Judæ, ejúſque incrementa, donec regnum Iſraëlis ei proprium delatum ſit, deſcribuntur. Primam aciem in exercitu duodecim Tribuum habuit Num. X, 14. Jud. XX, 18. Prima veteres colonos ex agris ſibi à Joſua diviſis migrare coëgit Jud I, 2. *& ſeqq.* Primus Judex, liberator à Deo Iſraëlitis miſſus, ex hac eadem Tribu fuit. Jud. III, 11. Prima denique familia, cui perpetuum in Iſraëlitas regnum conceſſum eſt, ad hanc Tribum pertinuit. 2 Sam. VII, 13.

Adſcendiſti] Leones, poſt prædam è locis montibus ſubjectis raptam, in montes, ubi luſtra habent, adſcendunt, quod Scripturæ Sacræ atque Ethnicorum teſtimoniis illuſtravit *Sam. Bochartus* Hieroz. P. I. Lib. 3. C. 11. *de natura Leonum.*

Poſt prædationem] Heb. מטרף *mitterepb*, à laceratione, vel à præda. LXX. verterunt ἐκ βλαστοῦ *ex germine*, aut *ramulo*, quod planè ἀπροσδιόνυσον eſt, licèt טרף *tarapb* id ſignificet. Multò meliùs *Aquila*, ἀπὸ ἁλώσεως, *à captione*, & Symmachus ἐκ θηριαλώσεως *ex feræ captione*. Clariùs viſum eſt *poſt prædationem*, quod Hebraïcæ voci non minùs conſentaneum, quàm *à præda*.

Inſtar leænæ] כלביא *cblabi*. Recentiores Intt. *leonem annoſum* eſſe volunt, ex traditione Rabbinica, quâ nihil incertius. Leænam cum *Hieronymo* vertimus, permoti rationibus *Sam. Bocharti* in Hieroz. ubi de Leonum nominibus P. I. Lib. 3. C. I. Ezekielis XIX, 2, 3. לביא de fœmina dictum occurrit, unde à Maſſorethis effertur *lbija*; ſed idem vir doctiſſimus ſatis oſtendit *labi* etiam fœminam, ex Hebraïcæ Linguæ uſu, dici poſſe.

Crura flexit] Heb. כרע *charah*, hoc eſt, propriè *crura flexit*, unde כרעים *cbirbajim* cru-

fili mi, poſt prædam; inſtar leonis & leænæ crura flexit, recubuit, quis illum excitabit? 10. Donec venerit Schiloh, neque ſceptrum à Juda, neque legiſlator è me-

lo laceſſentur. 10. Regnum non in Rubenitas; qnorum, ut dixi, pater primogeniti jure excidit, ſed Judæ ſtirpi collatum in ea perpetuum manebit; donec eo, ad quem pertinet, adveniente, pe-

crura. Neqne LXX. neqne Vulg. Intt. proprietatem vocabuli ſatis expreſſere vocibus *ἀναπεσὼν* & *requieſcens*. *Aquila* propiùs acceſſit vertendo *κάμψας*, ſed obſcuriùs, quia deeſt *γόνατα*, aut *σκέλη*. *Symmachus* verò, *more ſuo*, nt verbis utar *Hieronymi*, *manifeſtiùs*, *ὀκλάσας*, *genubus flexis*. Graphicè hîc deſcribitur Leæua ſatura iu antrum redux, quæ crura primùm flectit, deiu toto corpore in terram procumbit. Quod etiamſi in reliquis quadrupedibus, poſt paſtum, obſervatur, attamen hoc habet in Leonibus ſingulare; qnod hi, ubi prædæ quod ſatis ſit invenerunt, per dies aliqnot, in antro recumbentes dormiant. *Ariſtoteles* Hiſt. Animal. Lib. VIII. Cap. V. de Leone: *τῇ βορᾷ ἀθρόᾳ χρῆται λάβρως, καὶ καταπίνει πολλὰ οὐ διαιρῶν· εἶθ' ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς ἀσιτεῖ, δύναται γὰρ διὰ τὸ ὑπερπεπλῆσθαι*: *cibo verò incontinenter utitur, & multa devorat non diſcerpta. Deinde duos aut tres dies ſine cibo perdurat, quod poteſt quia nimiùm impletur.* Pſalm. CIV, 20. *Diſponis tenebras & nox eſt. Eâ omnis beſtia ſilvæ erepit. Leunculi ruginnt ad prædam & à Deo petunt eſcam ſuam. Oritur Sol, recipiunt ſe & in luſtris ſuis recubant.* Vide Numer. XXIII, 24. & XXIV, 9. ubi ſimilia de toto Iſraële Balahamus pronunciat iis quæ de Jnda hîc habet Jacobus.

Quis illum excitabit?] Quamvis ſnmtâ eſcâ Leo mitior ſit, nt auctor eſt *Ariſtoteles* Lib. IX. Cap. 44. Hiſt. Auimal. attamen, ſi quis in antro recubantem excitare adgrediatnr, collectâ irâ, totam ferocitatem prodit. Hæc autem interrogatio de Leone videtur *παροιμιώδης*, quoniam ea etiam uiitur Balahamus Num. XXIV, 9. Ejuſmodi iuterrogationibns vehementem contineri negationem plurima & Scripturæ & τῶν ἔξω exempla nos docent. Vide ad Cap. XLI, 15, 37.

Sententia porrò hnjus comparationis, cujus *ἀπόδοσις* deeſt, hæc eſt: Quemadmodum Leonem ſaturum, in autro recubantem, licèt non ita ferociat ac famelicus, excitare, ſiue maximo periculo, nemo poteſt: ita Judæ tribum ſpoliis gravem, & domi depoſitis armis, quieſcentem, nec de bello cogitantem, nemo laceſſere ſiue malo ſuo poterit; propter ſtrenuos viros, & rei bellicæ peritos, quibus abundabit. Horum aliquot nomine appellantur I Paral. XI, & XII.

10. *Donec veniat Schiloh*, &c.] Quoniam vix ullus eſt in Scriptura locns, qui cùm Judæos, tum Chriſtianos Intt. magis exercitos habuerit; condonabit nobis Lector, ut ſperamus, paullò prolixiorem expoſitionem; in qua tameu ab aliena omni quæſtione prorſus abſtinebimus. Ante omnia, ſententiam totius loci, prout à variis capitur Intt. in medium adſeremus, de ſingulis poſtea vocibus diligentiùs acturi.

I. Tres Chaldæi Paraphraſtæ, *Onkelos*, *Jonathan* & Jeroſolimitanus, ſuccinentibus plurimis Rabbinis, quorum ſuffragia à viris doctis collecta ſunt, eximium illum liberatorem, cui *Meſſiæ κατ' ἐξοχὴν* nomen inditum eſt, voce *Schiloh* ſignificari volunt. Unns ferè celebrior Rabbinns *Aben-Ezra* popularibus ſuis adverſatur, Davidémque ex Tribn Judæ Regem deſignari contendit. Sed primò, etiamſi honoria aliquâ prærogativâ gaviſa eſt, à Jacobi tempore, Tribus Jndæ, ut oſtendimus; attamen penès eam, potiùs quàm reliquas, neque *Sceptrum* fuit, neque *Legiſlator*, anteqnàm David rerum potiretur. Ab ejus ſententia, iu communi Reip. adminiſtratione, nequaquam pendebant reliquæ Tribus; imò & Tribns Benjaminis Regem ex tribulibus ſuis prior vidit, quàm Judæ Tribus. Igitur nou potuit dici futurum Judæ ſceptrum & legiſlatorem, donec David ad ſolium eveheretur. Qnamvis etiam hoc concederetur, quo ſeuſu potuit dici regnum futurum penès Judam, donec is veniſſet qui primùm ei Tribui perpetuum diadema adeptus eſt?

II. Chriſtiani Intt. poſt Jndæos, ſummo conſenſu, hîc aliquid promitti aut Tribui Judæ, aut toti populo Hebræo, quod adventn Meſſiæ, aut panllò pòſt, finem habiturum eſſet, ſtatuunt. Qui Tribu Judæ inſuper habitâ, totam Reinp. Hebræorum à Jacobo oriundorum hîc reſpici volunt, ii non obſervant, hoc in loco, Jacobum unicuique Tribui ſingillatim ſortem ſuam aperire, uec ullum exemplum ex Scriptnra proferre poſſuut, in quo *Juda* univerſus vocetur Iſraël, ante Babylonicam Captivitatem.

Igitur neceſſe eſt aliquid peculiare Tribui Jndæ hoc loco prædici. Voluerunt Veteres qnidam adminiſtrandæ Reip. Hebrææ jus ſummnm penès Judam fuiſſe ab eo tempore, quu bæc pronunciavit Jacobus, ad Chriſtum uſque. Atqui, neque aute Davidem Regem, neque poſt Sedekiam, ullus è Tribn Judæ *Rex* fuit, ut norunt qui Hiſtoriam Sacram à limine ſalutarunt. Alii propterea fatentur & ante Davidem, & poſt Sedekiam, Regem nullum fuiſſe iu Tribn Judæ; ſed nec eo minùs verè dici poſſe contendunt, antequàm Meſſias venerit, in perpetnum diſſolutam non eſſe Judæ Remp. quoniam ex bac Tribu reduces Hebræornm opes paullatim recuperavere, & Reip. aut Regni ſpeciem ad Chriſtum uſque ſervavere. Verùm Jacobus non pollicetur penès Judam fore ſceptrum, quod in perpetuum ei non dematur, donec Meſſias venerit; ſed quod *non recedat ab eo*, quæ loquntio continuitatem regni, nullis calamitatibus interrupti, deſignat.

III. Judæi nonnulli volunt, Judæ prædici non receſſuram ab eo *virgam*, quâ cædatur, nec aliquem, qui leges ei pro imperio ferat, donec venerit Meſſias. Sed præterquàm quòd hæc nou patiuntur ſingula, quibus hoc vaticinium conſtat, verba; falſum hoc eſt, ſeu de Judæ Tribu, ſeu de toto Iſraële intelligatur, ut ſatis ex Hiſtoria Veteris Teſtamenti, & præſertim regnorum Davidis & Salomonis, conſtat.

Hæc

mediis ejus pedibus abſcedet ; atque apud eum etiam *erit* conventus populorum.
11. Viti pullum ſuum, generoſo palmiti filium aſinæ ſuæ adligabit. Veſtimentum
in

penitus evertatur. In agrum Judæ nepotum convenient fratrum ejus poſteri ; aut cultùs divini
cauſâ, aut ab Regibus convocati.
12. Tractus
quem illi inſidebunt generoſiſſimis, & feraciſſimis
vi-

Hæc pluribus non perſequemur, quæ voluminis juſti argumentum ſuppeditarent, ſi eſſent ſubtiliter excutienda. Conſuli poterit *P. Daniel Huëtius* Demonſtr. Evangel. Prop. IX. Cap. IV. ubi prolixè varias ſententias, partéſque earum ſingulas expendit. Cui adjiciendus erit *Pugio Fidei* P. 2. Cap. IV. cum obſervationibus *Joſ. de Voiſin*, ubi Rabbinorum potiſſimùm colliguntur ſententiæ. Addemus nos hìc & aliam, quam non adtigere, ſententiam ; quæ Grammatico, ut ita dicam, verborum ſenſui, & eventibus ſimul magis conſentanea multis fortè videbitur. Nolim tamen propterea, aut damnari receptam ſententiam, aut imperitiæ argui eos, qui eam ſequuntur. Nec ipſe in textu, ac in Paraphraſi aliam protuli. Quæ invidiam à me amoliri debuiſſent, ſi qua eſſet æquitas adverſariorum ; quibus tamen ignoſcat Deus & meliores cogitationes injiciat.

IV. Sunt qui velint Jacobum Judæ aliud nihil polliceri, niſi poſtquàm ſemel in ejus Tribu dignitas fuerit regia, nullum alium in locum tranſlatum iri ; ſed in ea perſeveraturam, donec prorſus intercidat. Hi interpretantur שלה Schiloh, *finis ejus*, ſeu *ceſſatio ejus* ; nempe, ſceptri, & regiæ poteſtatis ; quod quibus rationibus nitatur, in ſingulorum verborum expoſitione, videbimus. Hoc autem ſi verum eſſet vocis interpretamentum, nihil in Jacobi verbis vel minimam crearet difficultatem. Manifeſtum enim ex hiſtoria eſt, ex quo David in ſolio Iſraëlis ſedit, ejus poſteros Reges, ſine aliorum miſtura, Judæ tribui præfuiſſe ; donec prorſus deſtructum ſit Judæ regnum. Contrà, in Decem Tribuum regno, regia dignitas, antequàm à Salmanaſſare planè peſſumdaretur, non in una ſteterat Tribu, ſed in variis, pro varia Regum proſapia, fuerat. Objici tamen huic ſententiæ potiſſimùm poterit, eâ oraculum Chriſtianis, ab ipſis Judæis conceſſum, quo Meſſiam veniſſe contra hoſce feliciter probare illi ſolent, eripi. Verùm non ſemper ſpectandum Interpretibus, quid per Judæos liceat, aut quid cauſæ expediat, ſi verum ſit ; ſed quid veritati re ipsâ conſentaneum, non minùs ac ſi nulli nunc in rerum natura Judæi eſſent, nec ullæ umquam de Meſſiæ adventu concertationes nobis cum illis fuiſſent, cenſeri queat. Licèt in exſpectatione Liberatoris fruſtra non fuerint Judæi ; omnia tamen loca, quæ de illo exponenda putant, præ nimia, eáque nunc præpoſtera ejus adventûs cupiditate, ideò eum non reſpiciunt, quia Judæis viſum eſt. Plurima ſanè V. T. dicta ad Meſſiam à Rabbinis detorqueri, ſine ulla ratione, ſatis notum iis qui aut eos, aut Chriſtianorum ex iis collectanea verſarunt. Ut ergo verè traditum eſt, ab antiquioribus Judæis, adventurum aliquando Iſraëlis Liberatorem : ſic in ſingulorum locorum V. T. in quibus de eo agi crediderunt, falli interdum potuere.

Ceterùm hæc eò non dicimus, quòd hanc poſtremam vaticinii Jacobi interpretationem aliis omnibus, ſeu quæ inventæ ſunt, ſeu inveniri poſſunt, præferendam cenſeamus, quaſi indubitatam hujus loci ſententiam ; ſed, ut probè expenſis omnium, etiam olim receptarum, ſententiarum fulcris, aut unde ſtet verum, aut ubi & quâ ratione ſit quærendum ; aut denique quare inveniri nequeat, liquidiùs appareat. Nec ſi quis, ex recepta de voce *Schiloh* ſententia, contra Judæos invictum argumentum peti poſſe putet, eóque libenter utatur, intercedimus quominùs ita ſe gerat : quamvis ex miraculis & reſurrectione Jeſu Chriſti multò firmiora petantur. Sed patiatur viciſſim Chriſti divinam miſſionem aliunde nos malle probare, niſi velit leges aliis imponere, quas ipſe admittere ab aliis impoſitas nollet, quod eſt iniquum. Jam ad ſingula verba veniemus.

Donec veniat] Horum dubius eſt ſenſus, quippe quæ poſſunt ita intelligi, ut dicat Jacobus, *antequàm venerit Schiloh*, vel id quod hac voce ſignificatur, non deſtructum iri Judæ regnum, licèt id regnum poſtea aliquamdiu ſtet ; vel, ut innuat regnum hoc finem habiturum fuiſſe, adveniente Meſſiâ, nec ulteriùs futurum. Utrum ſit intelligendum, ſolus eventus docere poteſt ; ſed priùs debet nobis de ipſo eventu, qui hìc reſpicitur, conſtare. Notum præterea eſt voce *donec* non ſemper excludi tempus, quod ſequitur eum eventum, cui ea particula præfigitur. Vide ad Cap. XXVIII, 15. Quomodo autem ſit exponenda, res ipſa, ſi modò loquenti ſatis nota fuit, oſtendit. Chriſtiani, ex eventu interpretationem petentes, aiunt vaticinium in eo impletum eſſe, quòd in Judæ Tribûs agro, & inter Judæ poſteros nondum extinctum prorſus eſſet regnum, cùm Jeſus verus Meſſias natus eſt. Qui finem regni proſapiæ Judæ ſpectari crederet, is vocem *donec* frequentiſſimo ſenſu exponeret, eáque notari Davidicæ ſobolis regni terminum contenderet.

Schiloh] Heb. שילה Vocem Hebraïcam, in ipſo Tranſlationis noſtræ contextu, retinuimus ; ne obſcuræ voci ſenſum nimiùm confidenter addidiſſe videremur, quod haud rarò fecerunt ipſi LXX. Intt. ubi voces non intellexerunt ; néve interpretationes vulgò receptas ex ipſo contextu veluti excluderemus.

Ceterùm de hac vocula, veluti in duas partes abeunt Intt. alii enim ita legendam, ut nunc legimus in Codicibus noſtris, noménque ſubſtantivum eam eſſe exiſtimant ; alii verò alia ei puncta addunt, *Jod* quod in ea eſt omittunt, pronoménque eam relativum, cum pronomine adfixo tertiæ perſonæ, eſſe dictitant, hoc eſt, idem ac שלו *ſchello*. Omnes Interpretationes in medium adferre non adgrediemur, ſed eas proferemus quæ præcipuæ videntur, & ſenſum complectuntur non omnino ſpernendum.

Sunt qui putent eſſe שילה nomen Meſſiæ, undecumque tandem ea vox deducatur, cùm

in vino, atque in ſanguine uvarum amiculum ſuum lavabit. [22] Rubicundi *erunt* ei oculi ex vino, & dentes ex lacte candidi.

[13] ZA-

vinetis conſitus erit, [12] paſcuíſque lætiſſimis abundabit.

[13] ZABULONIS ſoboles agros mari proximos occupabit, navéſque peregrinas merces advehentes

propter traditionem Majorum, à Chaldæis Paraphraſtis expreſſam, tum quia litteræ יבא שילה, pro earum in numeris poteſtate, eamdem ſummam ac litteræ vocis משיח *maſchiahh* efficiunt; nempe, 358. Sed conjecturæ Rabbinorum, ex Arithmetica litterarum poteſtate, incertiſſimæ ſunt; nec traditio adeò accurata nunquam fuit, ut circa ſingula Scripturæ loca ſemper urgeri poſſit. Alii derivantes vocem שלה ἀπὸ τοῦ שלה *ſalvus, tranquillus fuit, pacificum* interpretantur; ſed non ita facilè poteſt ea derivatio admitti, ſi ſcribatur שילה cum Jod; ut multi, quibus hoc arridet interpretamentum, ſcribendum cenſent. Alii deducunt hanc voculam ab eadem radice ac שליה ſchiljah, *ſecundina*, & putant verti poſſe *filius ejus*, nempe, Judæ, ex quo Meſſias eſt oriundus; aut ab eadem radice ac שליל quod *abortivum fœtum*, aut *embryonem* ſignificat, apud Rabbinos. At eæ conjecturæ nullo alio nituntur fundamento; niſi levi adfinitate ſignificationum *embryonis, ſecundinæ & filii*; quæ tenuior eſt, quàm ut ſatis tutò quidquam ei inædificari queat. Idem dixerim de viri eruditi interpretatione, ex Arabica Lingua petita, ubi שיל ſchil, *profluvium* ſignificat; unde vertit שילה *ſemen ejus*, quod, nempe, ex Juda profluxit. Alii denique interpretantur cum Vulg. Int. *miſſum* aut *mittendum*, quaſi aut שלוח *ſchalouahh* vel, Chaldaïco more, שליח *ſchliahh* ſcriptum eſſet, aut ſecundùm quampiam dialectum & frequentem gutturalium confuſionem, שלה idem eſſet ac שלוח *ſchalouahh*. Verùm hæc interpretatio conjectanti Vulg. Int. potiùs quàm aliter legenti, debetur, & caret ſimili, in voce שלח, exemplo.

Qui volunt de Meſſia quidem hîc ſermonem eſſe, ſed aliter legunt, ii olim lectum fuiſſe cenſent *ſchelloh*. Eâ autem voce ita pronunciatâ ſignificatur *cujus*; nempe, *cujus eſt regnum*, aut *ſceptrum*, vel *quod ei*. Scilicet hîc ה eſt loco ו pronominis adfixi 3 perſ. quod exemplis ſæpe fieri oſtendemus. Sic legiſſe videntur *oi* LXX. qui habent: τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, *quæ repoſita ſunt ei*, quod in quibusdam Codd. exponebatur vocibus ᾧ ἀπόκειται *cui repoſita ſunt* (nempe, *omnia*, aut βασιλεία) poſtea in textum, ut videtur receptis. Interpretibus LXX. adſentitur Onkelos, ut & Jeroſolimitanæ Paraphraſis Scriptor, quandoquidem voculam hanc ſic παραφράζουσι: דדילית היא מלכותא *cujus eſt regnum*. Atque hæc interpretatio confirmatur verbis Ezekielis XXI, 27. ubi ſimilis occurrit loquutio: *Obliquam ponam eam* (tiaram) *eo modo quo non fuit*, עד בא אשר לו המשפט ונתתיו *donec veniat cui eſt judicium, atque ei dabo eam.* אשר לו *aſcher lo* idem planè eſt ac שלו *ſchello*. Lectioni quoque huic favere videntur Samaritici Codd. qui habent שלה ſine Jod. Verùm licèt eam rejicere prorſus nolim, ob auctoritatem Intt. quâ nititur, durior tamen hîc videbitur, omnibus diligenter rem expendentibus, Ellipſis nominativi; quem ſubaudiri neceſſe eſt, ſi hanc lectionem ſequamur. Hoc enim pacto, ſenſus vaticinii prorſus ambiguus fit; quandoquidem pro *regno*, quod ſupplent Paraphraſtæ, aut alia vocula receptis interpretationibus conſentanea, quidvis aliud, æquo jure, ſubaudiri poterit; ut *deſtructio*, aut quidpiam ejuſmodi. Ideóque in Ezekielis loco modò allato poſt לו ſequitur המשפט *judicium*, ne dubitaret Sedekias, quem alloquitur Propheta, aut Judæi qui Jeroſolimæ cum Sedekia erant, quin eſſet ei in perpetuum diadema eripiendum. Τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ quæ eſſe dicentur? Quænam erunt, ſi hanc ſequimur interpretationem, quæ Judæ *repoſita erant*, aut *imminebant*? Ne LXX. enim Intt. dicturos fuiſſe reor, ſi rogati fuiſſent.

Quoniam potiſſimas hujus loci expoſitiones adferre cœpimus, ſupereſt ut oſtendamus quî cum ſenſu hujus vocis conſentiat ea, quam ſuprà minoribus incommodis laborare dicebamus. שלה igitur poteſt eſſe, ut jam indicavimus, ἀντὶ τοῦ שילו, quemadmodum hoc ipſo Capite verſ. 11. eſt עירה & כותה ἀντὶ τοῦ עירו & כותו. Ita & 2 Reg. XIX, 23. eſt קצה pro קצו & alibi aliquoties. Deinde שיל, ex Hebraïcæ Linguæ Analogia, deduci poteſt à radice שול, ut גיל ἀντὶ τοῦ גול, חיל ἀντὶ τοῦ חול, ציץ ἀντὶ τοῦ צוץ, עיר ἀντὶ τοῦ עור, aliáque ſimilia. Verbum autem שול idem ſignificabat ac שלה, ut חול idem eſt ac חולה, prout ſolent earum formarum verba confundi. Apud Chaldæos porrò, שלה eſt *ceſſare, deſinere*, unde & Arabicè סאל *ſchaala* eſt *defecit, imminutus fuit*. Hinc, apud Hebræos, שול *ſchoul* eſt *limbus, ora veſtis*; nempe, quaſi ejus finis; atque hinc etiam שיל ſchil, *finis* aut *ceſſatio* verti poterit. Hoc poſito, *finis ejus* poterit ad *legiſlatorem* aut ad *ſceptrum* referri, aut etiam ad ipſum Judam, ut ſententia verborum ſit: donec Judæ Tribus incolumis erit, numquam regnum amittet ſemel ſibi, in Davidica familia, collatum. Nec multum intereſt, ſenſúmne hunc ſequamur, an ſuperiorem. Nam Judæ Tribus ſplendorem omnem, adeóque incolumitatem amiſit, in captivitate Babylonica; nec redux ſtatum priſtinum, quo ſub Regibus è tribu ſua vivebat, umquam recuperavit.

Si vox שילה ſit ἅπαξ λεγόμενον, quod cum omnibus Intt. fatendum, ſaltem hujus loquutionis *venit finis*, ubi agitur de Rerumpub. exſcidio, non deſunt exempla. Jeremias LI, 13. ita Babylonem alloquitur: בא קצך *venit*, inquit, *finis tuus*. Vide & Lament. IV, 18. Ezekiel. Cap. VII, 2. *Sic dixit Dominus Jehova terræ Iſraëlis: finis venit, finis* (קץ בא הקץ) *in quatuor regionis extremitates*. Bis repetitur ejuſdem Cap. verſu 6.

Sceptrum] Heb. שבט *ſchebeth*, quâ voce Hebræi nonnulli volunt ſignificari *fuſtem*, quo in immorigeros ſervos domini utuntur, ut Pſ. LXXXIX, 33. & Job. IX, 33. Sed hæc ab eventu, ut monuimus, confutatur expoſitio, & præterea ſequens vox מחקק *mhhokek* oſtendit de ſceptro regio agi. Alii *tribum* vertunt, ſed du-

13. Zabulon ad portum marium habitabit, ipſe ſtatio navium, & latus ejus ad Sidonem uſque *erit*.

14. Issaschar aſinus *erit* robuſtus, inter repagula recubabit. 15. Locum in quo

tes portubus ſuis excipiet, & mercaturâ florentes Sidonios finitimos habebit, quà vicinitate augebuntur ejus divitiæ.

14. Issascharis poſteri agriculturæ & vitæ quie-

durior eſt interpretatio, *non recedet Tribus à Juda*; vix dici poteſt ἀντὶ τ͂, *Juaa non deſinet eſſe Tribus*, nec ſimile uſpiam exemplum eſt. Nonnulli Reip. ſpeciem, quod eodem incommodo laborat. Quidam Synedrii Magui auctoritatem, quod exemplo Scripturæ caret, nec Hiſtoria Sacra, aut Rabbinica etiam nititur; cùm συνέδρους ex Judæ Tribu oriundos eſſe neceſſe non fuerit. Præterea, ſingulari Diatribâ, Synhedrii illius perpetuitatem figmentum eſſe, ad Libros Hiſtoricos oſtendimus. Itaque nulla commodior eſt, & Linguæ Hebraïcæ uſui accommodatior interpretatio, ea quâ ſtatuitur שבט eſſe *ſceptrum* regium; unde LXX. Intt. ſenſûs potiùs quàm verborum curioſi, ἄρχων interpretati ſunt. *Aquila*, σκῆπτρον, *Symmachus*, ἐξουσία *poteſtas*, *Theodotion*, ut LXX. ἄρχων. Suffragantur Paraphraſtæ Chaldæi, quorum Oukelos habet עבר שלטן habed ſchoultan, *exercens dominium*, reliqui duo מלכיא malchaja, *Reges*.

A Juda] Non omnes Iſraëlitas, ſed ſolos Judæ poſteros, hîc ſignificari jam diximus; cùm quia huic uni Tribui ſingulare quidpiam promittitur, tum quòd ante Captivitatem, numquam omnes Jacobi poſteri eo nomine appellati ſint. יהודים *jehoudim*, Judæi cœperunt demum dici quidquid erat in Palæſtina Iſraëlitarum, unde vocabulum ad ceteros omnes, ubicumque eſſent, tranſlatum eſt, poſt captivitatis Babylonicæ ſolutionem; quòd primi reduces ex Judæ potiſſimùm eſſent Tribu. Nec dici poteſt Jacobus omnes poſteros ſuos hoc vocabulo deſignaſſe, quia norat Spiritus Sanctus, qui ejus ore loquebatur, fore ut tempore illo, quo hæc erant eventura, omnium Tribuum commune nomen eſſet, *populus Judæ*, ſive *Judæi*, & terra *Judæa*. Etenim dum alloquitur Tribus ſingulas, Jacobus ea dicit tantùm quæ ad ſingulas pertinent, nec quidquam miſcet de communi omnium ſorte. Vide verſ. 28. Deinde ſi poſtrema hujus εὐχῆς verba de toto Iſraële intelligi poſſint, quidni & priora? Hoc autem conceſſo, quî poſſent dicere Intt. τ͂ *Schiloh* oportuiſſe ex Judæ proſapia eſſe?

Legiſlator] Heb. מחקק *mhhokek*. Idem hac voce ſignificatur ac antecedente שבט *ſceptrum*, pro more Hebræorum Synonymis paſſim utentium. Hinc οἱ LXX. habent ἡγούμενος, hoc eſt, *dux* ut interpretantur *Vulgatus*, ſenſum etiam potiùs, quàm vocabuli proprietatem ſequutus. חק *hhok* eſt *lex*, aut *edictum*, inde מחקק *mhhokek* eſt aut qui leges condit, aut qui jus ex legibus dicit, quod faciebant Reges ex Juda oriundi, aut certè Judices ab iis conſtituti. Hinc *Rex*, *Judex* & *Mhhokek* interdum quaſi Synonyma conjunguntur. Eſ. XXXIII, verſ. 22. *Jehova Judex noſter*, *Jehova* מחקקנו *mhhokekenou*, *Jehova rex noſter*. Atque ut intelligas hunc Tribui Judæ titulum peculiariter convenire, Pſalm. CVIII, 9. à Pſalte Juda dicitur מחקקי *legiſlator meus*, quo in loco à LXX. Intt. βασιλεὺς vertitur, ut apud Eſaïam ἄρχων. In hoc Geneſeos loco, Oukelos habet ספרא *ſaphra*, ſcriba, hoc eſt, *legis interpres*. De judicibus Ieroſolimitanis vide 2 Paral. XIX, 8.

A mediis ejus pedibus] οἱ LXX ἐκ τ͂ μηρῶν αὐτȣ̃, *de femore ejus*, ut habet Vulg. qui in locis difficilibus ſæpe τοὺς LXX. potiùs ſequitur, quàm Hebraïca verba. Satis quidem conſtat ex hac tranſlatione, eos non aliter legiſſe in Codd. ſuis, quàm nos hodie in noſtris legimus; tametſi enim magna eſt adfinitas, inter *pedes* & *femora*: tamen ירכו *jerechau* vix cum רגליו *raglau* confundi à Librariis potuit. At non ita liquet quare è *femoribus* verterint, niſi fortè voluerint *Legiſlatorem* hunc *è femore* Judæ proditurum; quod quidem verum eſt, ſed Linguæ Hebraicæ uſu non nititur, quamvis enim poſteri dicantur *ex femore* φυλάρχου *egredi*, attamen *è mediis pedibus ejus* nuſquam leguntur. Deuter. XXVIII, verſ. 57. ſecundina dicitur *è mediis pedibus* mulieris egredi, ſed de viro nihil ejuſmodi uſquam occurrit; nec qui dicunt honeſtam eſſe genitalium circumloquutionem ullum aliud exemplum adferunt. Deinde ſupplendum eſſet יצא jotſe, *legiſlator* exiens *è medio pedum ejus*. Si hæc lectio genuina eſt, videretur potiùs Jacobus voluiſſe dicere numquam defuturos Judices, dum Judæ Tribus ſtaret, qui ad pedes Regis tribulis ſui ſederent, aut prociderent ejus mandata accepturi. Sed fortè hoc in loco emendatior videatur Samariticus Codex, qui habet דגליו daglau, *è mediis ejus vexillis*. Facilè mutari *Daleth* in *Reſch*, cùm in Hebraïco, tum in Aſſyriaco charactere, propter figuræ adfinitatem, potuit; quod & alibi accidit, ut ipſi obſervavere Maſſorethæ. 2 Reg. XVI, 6. Ceterùm *vexilla Judæ*, dicentur ejus poſteri, metaphorâ ex re militari ductâ. *Non recedet è mediis ejus vexillis*, idem erit ac ſi diceret Jacobus, juris dicendi Jus ſemper erit penes aliquem eorum, qui evocati ad militiam vexilla Judæ ſequerentur. Unicuique autem Tribui fuiſſe ſua vexilla docemur Num. II. *Recedere* autem *regnum* à gente quapiam dicitur, non quando intercidit in ejus agris omnis Reip. forma, ſed cùm ad peregrinam familiam transfertur. Sic Zachar. X, 22. שבט, inquit, מצרים יסור *ſceptrum Ægypti recedet*, hoc eſt, ab Regum familia, in qua diu fuerat, transferetur ad aliam; quæ Lagidarum fuit.

Atque apud eum] Heb. ולו *vlo*, *& ei*. Hanc voculam alii referunt ad eum, quem putant nomine שלה *ſchiloh* deſignari. Ita LXX. Intt. quos ſequitur Vulg. αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν, *& ipſe erit exſpectatio Gentium*. Atque hoc ſuffragiis ſuis firmant omnes penè, qui hiſce vocabulis Meſſiæ regnum deſcribi putant. Sed quemadmodum duo pronomina adfixa, quæ hoc antecedunt, (ſi ה in שלה pro ו ſit) referuntur ad Judam: hoc etiam eodem referri orationis ſeries poſtulare videtur.

quo requieſcet bonum, tractúmque terræ amœnum eſſe videbit ; inclinabit humerum ſuum ad bajulandum, & vectigalis fiet.
16. Dan populum ſuum, æquè ac quævis tribuum Iſraëlis, judicabit. 17. Erit
Dan

quietæ addicti erunt ; 15. ac fertiliſſimam regionem fortiti ejus deliciis mollientur , maléntque pacis causâ aliis ſervire , quam armis libertatem tueri.

16. Ex Danis ſtirpe ; non minùs ac ex aliis,
orietur Tribuum , ex me prognatarum , Judex ;
neque ejus Magiſtratus aliis ſapientiâ & auctoritate inferiores habebuntur. 17. Erunt etiam Danitæ
in-

Conventus populorum] Heb. יקהת, quæ vox bis in Scriptura occurrit, hîc & Proverb. XXX, verſ. 17. ubi vertitur à LXX. Intt. γῆρας & à Vulg. *partus*, qui tamen hoc in Geneſeos loco *exſpectationem* tranſtulerunt, unde conjectantes vertiſſe credibile fit. Attamen poſterior interpretatio hîc ſenſui convenientior eſt, tum etiam magis conſentanea etymo vocis *jikath*, quæ deduci poteſt à קוה *exſpectare* , mutato ו in ת, quod frequentiſſimè fit. Alii vertunt *obedientia*, etiam , ut videtur , ex mera conjectura; propter locum Proverbiorum, cui haud incommoda eſſet, uti nec huic Geneſeos commati, ea ſignificatio. Nos tamen *conventum* potiùs interpretati ſumus, quia radix קוה in conjugatione Niphal *adgregari* ſignificat ; qui ſenſus hîc aptiſſimus eſt. Iſraëlitæ enim, duplici de cauſa, in agrum Tribûs Judæ conveniebant. I. Si quid eſſet litis difficilioris inter eos, ad Judices regios Jeroſolimitanos , aut ad Regem etiam ipſum conveniebant. Vide 2 Paral. XIX, 8. Si qua in re, quæ ad obſervationem rituum ſacrorum pertineret, dubitarent ; eòdem etiam ad Pontificem Maximum & Levitas conſulendos ire oportuit , ut ex eodem loco, aliiſque ubi Pontificem Max. conſulere jubentur ſatis liquet. Præterea ad Templum, coram Deo, ter unoquoque anno convenire juſſi ſunt Exod. XXIII, 17. II. Hæ erant rationes conveniendi Jeroſolimam, ſive regia convocatione ; ſed à Rege convocati militiæ causâ, armati eò ſe conferebant , cujus convocationis exempla ſunt 2 Sam. X, 17. 2 Par. XI, 1. & alibi plura. Optimè igitur huic loco *conventûs* ſignificatio convenit , nec levis erat hac in re Judæ præ ceteris Tribubus prærogativa ; licèt rebelles Tribus, poſt Salomonis tempora , ejus majeſtatem non ampliùs obſervarint.

Hæc cùm ita ſint, ſuperſedere tamen non poſſumus à lectione Samaritici Cod. adferenda, ubi pro יקהת eſt יקהתו *jikkabathon*, quam Samaritanus Int. exponit יתנגדו jithnaggedou, *coram ſe ſiſtent* , vel *adducentur*. Si legeremus אליו non ולו *ad ipſum* , non *ei* , in voce proximè præcedenti , haud ægrè fortè crederemus aut קהת eſſe priſcam radicem Hebraïcam, quamvis nuſquam alibi inveniatur ; aut mendum eſſe, *ἀντὶ τοῦ* יקהלו *jikkabalon*, à radice uſitatiſſima קהל *kahal*, cujus conjugatio *Niphal* ſolet cum præpoſitione אל conjungi. Non diſſimulabo tamen id verbum cum dativo, literulâ ל deſignato , conſtrui 2 Paral. XX, 28. Samaritanum Lamed cum Thau à feſtinante librario potuit facilè confundi.

Populorum] In iis quæ modò dicebamus de Tribuum conventibus Jeroſolimam indictis, eas voce *populorum* intelligi poſſe monuimus, quod & in aliis locis obſervare eſt haud infrequenter, ut infrà verſ. 16. & Deut. XXXIII, 3. At plerique Intt. Chriſtiani hîc Gentilium vocationem ad Evangelium reſpici exiſtimant, quæ pia ſententia expoſitione non indiget. Nonnulli in hoc vaticinio quatuor eſſe animadvertenda cenſent 1. promitti regnum in Tribu Judæ futurum : 2. idque donec venerit Schilo, ſeu Meſſias : 3. id temporarium & terrenum regnum, tempore Meſſiæ , in æternum ac cœleſte mutandum : 4. tum etiam Ethnicos huic regno ſubditum iri. Duas haſce poſteriores enunciationes obſcuriùs contineri cenſent poſtremis vaticinii verbis, *& apud eum erit conventus populorum*. Hanc ſententiam defendit vir doctiſſimus *P. D. Huetius* in *Dem. Evang.* Prop. IX. Cap. IV. Verùm ex iis quæ dicta ſunt, ſatis liquet eam haud paullò ceteris duriorem eſſe interpretationem ; præſertim ſi *ἀντὶ τοῦ conventus* ponatur *exſpectatio* , quâ enim ratione Ethnici dici poſſunt exſpectaſſe Meſſiam, de quo ne in ſomnis quidem cogitabant? Atque hæc ſatis ſupérque , ad vaticinium hoc, dicta ſunto ; cetera paucioribus verbis expediemus. Non exiſtimavimus opus eſſe confutari, quæ à nonnullis nobis invidioſè & malignè objecta ſunt. Qui Hebraïcè ſciunt noſtram interpretationem adtentè perlectam cum aliis contendant, & judicium ferant. Nullus eſſet contentionum finis, ſi cuilibet noſtra torquenti, & contra quàm ſentimus interpretanti reſpondere neceſſe eſſet. Reſpondeant ipſi ſibi, qui probè norunt quàm malâ fide agant, patiantúrque nos tacere.

11. *Viti pullum ſuum*] Qui volunt hîc ſignificari tantam fore vitium in Tribu Judæ fecunditatem, ut vel ex unius fructu aſinus onerari poſſet ; hoc tamen ex ipſa phraſi certò colligi non oſtenderunt. Ea magis eorum favet ſententiæ, qui exiſtimant tantam copiam racemorum, eo in tractu, fuiſſe futuram innui, ut vulgò aſini viribus alligarentur , nec an teneriores palmites, aut racemos aſini comederent cuiquam curæ eſſet ; quod non fit in iis locis, ubi rariores ſunt racemi. Vitibus frequentem tractum illum fuiſſe mox oſtendemus. Pro עירה habet Samariticus עירו, quod emendationem ſapit.

Ib. Generoſo palmiti.] Heb. לשרקה *laſſcborekah* LXX. Intt. τῷ ἕλικι, quæ palmitis extrema pars eſt. Vulg. *ad vineam*. Rectè quoad ſenſum, ſed τὸ שורק præſtantiſſimam vitis ſpeciem ſignificare liquet ex Eſa. V, 2. & Jerem. II, 21. Fuit quidem in Philiſthæorum finibus , haud procul Gazâ, vallis *Sorek*. Jud. VI, 4. verùm an ea nomen racemis fecerit, an ipſa ſuum à vitibus ita dictis duxerit non conſtat. De vitibus, quæ etiamnum hodie in eo tractu coluntur , conſulendus *Pet. Belonius* Obſervat. Lib. II. Cap. 79. *& ſeqq.* Vide & locum Ariſteæ quem citamus ad Exod. III, 8.

Filium aſinæ] Literulam י in voce בני *bni* eſſe pa-

Digitized by Google

Dan ſerpens in via, ceraſtes in ſemita, mordens calces equi, & ſeſſor retrorſum cadet. [18] Salutem tuam exſpectavi, Jehova.

[19] Gadum cohortes prædonum invadent, ſed ipſe tandem *ex aliis* prædas aget.

[20] Ex

inſidiarum ſtruendarum periti, atque arte hoſtes ſuos adgredientur. [18] Tu verò, ô Deus, ut ſemper promiſſis tuis fretus ſperavi, me & meos periculis omnibus eripere digneris.

[19] Gadi ſoboles Hammonitarum, vicinorimque populorum incurſionibus interdum agros ſuos vaſtari videbit; ſed mox etiam ipſa hoſtium agros infeſto exercitu populabitur.

[20] Tractus,

paragogicam, quemadmodum in אסרי *oſri*, *ligans*, duximus; quod cùm LXX. Intt. tum aliorum auctoritate firmatur, & à ſententia ipſa poſtulatur; neque enim alius eſſe ſenſus poteſt ſecundæ partis commatis ac primæ, ut conſtat ex more Hebræorum, & exemplo proximè ſequente. Qui vertunt *fili mi* duriſſimam inſertionem faciunt. Cum voce עיר *bajir* pullus conjungi ſolet *filius aſinæ*, ut notum eſt vel ex celebri vaticinio Zachar. IX, 9.

Veſtimentum in vino] Hæc ingentem copiam vini, ut ſuperiora, ſignificant; neque enim vino poſſunt veſtes ablui. Sed quando vino idem uſus ac aquæ tribuitur, ſignificatur æquè vile ac aquam futurum; hoc eſt, copioſiſſimum. Quæ promiſſio in inferiore Ægypto degentibus haud ſpernenda videri poterat, quòd ea regio, propter ſtatas inundationes, vineis careret, niſi ubi colles eminebant, cereviſiáque vulgò uteretur. Herodotus Lib. II. Cap. 77. de iis Ægyptiis, οἱ περὶ τὴν σπειρομένην Αἰγύπτου οἰκέουσι, *qui circa partem frumentariam habitant:* οἴνῳ, inquit, ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται· οὐ γάρ σφι εἰσὶ ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελοι, *vino utuntur facto ex hordeo, deſunt enim in ea regione vites.* Cujus potûs inventionem Oſiridi tribuebant Ægyptii, ut auctor eſt *Diodorus Siculus* Lib. I. Edit. Rhodom. Pag. 17. In Ægypto etiam inventum, ob vini penuriam, docet *Athenæus* in Deipnoſ. ſub finem Lib. I.

In ſanguine uvarum] Hoc eſt, in vino, ut ſuperiore hemiſtichio; cujus appellationis ratio manifeſta eſt. Vide Deut. XXXII, 14. 1 Macchab. VI, 34. Sirach. XXXIX, 26. & L, 15.

Amiculum ſuum] סותה *ſoutho*, quæ vox hîc tantùm exſtat. At Samariticus Codex habet כסותו *chſoutho*, quod à radice כסה *texit*, & alibi etiam plus ſemel occurrit, ut ſuprà Cap. XX, 16. Sed ſeu hæc ſit vera lectio, ſeu emendatio Critici, eumdem eſſe oportet ſenſum. Suſpicetur quiſpiam ex ingenio Critici ה adfixum in ו mutatum, quod frequentius; ſed facilè excidere ex Codicibus noſtris potuerit initialis littera כ.

12. *Rubicundi ei erunt oculi ex vino*] *Rubicundus* erit *oculis ab vino*, מיין *mijjajin*. Hîc iterum vino abundaturum tractum, quem Judæ poſteri habituri eſſent, ſignificat Jacobus. Iis enim *rubent oculi*, præ vino, qui multum bibunt. Proverb. XXIII, 29. *Cui væ, cui egeſtas, cui rixæ, cui loquacitas, cui vulnera ſine cauſa, cui rubor oculorum* חכלילות עינים hhachlilouth henajim? *Sequentibus vinum, euntibus ad quærendum muſtum.* Ille quidem rubor vitio vertitur, ſi in ſe ſpectetur, ſed ut contrahatur, copiam vini eſſe oportet, quam ſolam hîc ſpectat Jacobus. Prædicit hîc filiis nonnulla per ſe quidem non laudanda, ſed quæ tamen ſine optantandis rebus eſſe non poterant. Vide verſ. 27. & quæ obſervavimus ad Cap. XVI, 12. Non eſt ergo cur à propria ſignificatione vocis חכלילי *hhachlili* (ut liquet ex loco Proverbiorum) abeamus, ut Jacobi promiſſio optandum quiddam complecti videatur.

Attamen LXX Intt. habent χαροποιοὶ *grati*, & Vulg. *pulchriores*, quos alii ſequuti ſunt. At Proverbiorum loco laudato, habent illi πελιδνοὶ *lividos oculos*, hîc *ſuffuſionem oculorum*; ut appareat eos, prout judicabant ſenſum poſtulare, non ex certa cognitione ſignificationis vertiſſe.

In Samaritico legitur חכלילו *hachlilo* quod deducit Edm. Caſtellus ab Radice Arabica כלל *chalala*, quæ *ſplendere* ſignificat, ut *ſplendor* oculorum hîc ſignificetur; quod ille videtur præferre 1. propter conſenſum variorum Intt. poſt Græcos, *ſplendentes*, *pulcros* oculos, vertentium; quem conſenſum confutavimus: 2. propter auctoritatem Samaritici Codicis; quæ hîc nulla eſt, cùm in his verbis nullus ſit ſenſus: *ſplendidum fecit eum oculis ex vino*, & ſubſtantivum חכלילות quod exſtat in Proverbiis ſic legendum hîc, ut legimus, oſtendat: 3. quòd rubor oculorum in bonam partem non ſumatur, quæ ratio eſt à nobis confutata: 4. quòd in Linguis Orientalibus nullum ſit hujus vocis veſtigium; ſed poteſt eſſe μονήρης, ut multæ aliæ.

Igitur nihil eſt commodius, quàm ut ingentem vini copiam in agris Judæ poſterorum futuram intelligamus, cum *Onkelo*, qui habet: *montes ejus rubebunt* (יסמקון) *vineis ſuis, deſtillabunt colles ejus vino.*

Ex vino] מיין mijjajin, quod poteſt etiam exponi *pluſquàm vinum*, ὑπὲρ οἶνον ut habent LXX. Intt. quos ſequutus Vulg. qui vertit, *pulchriores vino.* Sed cùm vinum copioſiùs hauſtum ruborem oculorum creet, aptior videtur ſenſus quem ſequuti ſumus; ac ſanè præpoſitio מן *min* frequenter ſignificat *propter.* Vide Exod. VI, 9. Deut. VII, 7. & alia exempla allata à *Chr. Noldio* ſign. 29.

Dentes ex lacte candidi] *Candidus dentibus ex lacte.* Non conſtat quidem eis, qui lacte veſcuntur, dentes candidiores fieri; ſed nec hoc vult Jacobus. Significat dumtaxat ingentem futuram lactis, ac proinde gregum copiam, in Tribu Judæ. Sic infantes, cùm lac majore copiâ ſuxerunt, totum os candidum, lacte exundante, habere videntur. *Onkelos* hîc habet: *dealbabuntur campi ejus frumento, & gregibus ovium.*

13. *Ad portum marium*] Ejus Tribûs agri à Tiberiadis lacu ad mare porrigebantur. Vide Joſ. XIX, 10. & ſeqq. Cùm junior eſſet Zabulon Iſſaſchare, attamen illi priori benedixit Jacobus, qui in ceteris ordinem ſervat, & Moſes Deut. XXXIII, 18. qua de cauſa non conſtat.

Statio navium] Vel *in ſtationem navium.* Si-

 do-

20. Ex Asere pinguis victus, hic delicias regias ſuppeditabit.

21. Nephthalis *erit* cerva dimiſſa, & quæ *ſibi* placebunt dicta dabit.

22. Sur-

20. Tractus, quem incolet Aser, omnis generis delicias ſuppeditabit.

21. Nephthalis nepotes ſumma libertate fruentur, eámque factis & dictis uſurpabunt.

22. Josaphus erit inſtar arboris ad fontem plantatæ, quæ ut copioſiſſimos atque altiſſimos emittit

doniorum vicinia, quorum maximæ fuerunt navigationes, faciebat ut interdum ad littora Zabulonitarum adpellerent, & merces eò advehe-rent.

Latus ejus ad Sidonem] *Latera* regionum dicuntur earum fines. Vide Jud. XIX, 19. Jerem. VI, 22. Itaque vult Jacobus Zabulonis poſteros finitimos fore Sidoniis. Hinc autem poſſumus colligere Tyrum tunc temporis non fuiſſe conditam, aut à Sidoniis Tyrium agrum fuiſſe poſſeſſum; nam cùm Tyrus ſit inter Zabulonis agros, & Sidonem, potiùs dixiſſet Jacobus *ad Tyrum*, quàm ad *Sidonem*. Hinc Eſaiæ XXIII, verſ. 12. *filia Sidonis* dici creditur à *Joan. Marshamo*, qui & multis aliis indiciis Sidonem Tyro antiquiorem fuiſſe oſtendit ad Sæc. X. Pag. 290. Ed. Lond. *Onkelos* exiſtimavit Jacobum ſignificare Zabulonitas opes ſibi navigatione quæſituros, qui habet, inter alia: *ſubjiciet provincias navibus, & bona maris comedet*; quod an evenerit nobis ſatis non conſtat. Sunt tamen qui eò reſpici velint Deut. XXXIII, 18. ubi vide notata.

14. *Aſinus robuſtus*] *Aſinus* גרם garem *oſſis*. Quæ quamvis ſit alibi ſola vocis ſignificatio, in Libris Sacris; ſunt tamen rationes quæ ſuadeant eſſe nomen Adjectivum, quod de quovis egregio jumento uſurpari ſoleret. Vide quæ diximus ad Cap. X, 3. in vocem *Thogarma*. Robuſtum autem vertimus, cùm ea de cauſa, tam quòd ea ſunt robuſtiſſima jumenta, quæ oſſa omnium maxima habent. Hinc Vulg. *Aſinus fortis*.

Videtur autem ſignificare Jacobus Iſſaſcharis poſteros fore inſtar jumentorum, & quidem aſinorum, laborioſos. Quando enim quiſpiam animali confertur, ei videtur tribui quod in eo animali inſigne eſt. Vide quæ notavimus ad Cap. XVI, 12. de Iſmaële, qui onagro confertur. *Philo* de Sacrificiis *Abelis & Caini*: πόνου μὲν ὄνος, τλητικὸν γὰρ τὸ ζῶον, *laboris aſinus eſt ſymbolum, eſt enim animal patiens*. Quia autem labore & induſtriâ opes comparantur, *Onkelos* עתיר בנכסין *potentem divitiis*, hæc verba διαφερίζει.

Hæc cùm vera videantur, non omittendum tamen Samariticum Codicem habere גרים quod poteſt legi *gerim*, hoc eſt, *peregrinantium*, quemadmodum legunt Samaritæ, nam Interpres Samaritanus habet hîc תותבים *peregrinorum*. Qui tamen ſenſus à ſuperiore re ipsâ non diſſentit, nam robuſtioribus tantùm aſinis ad peregrinandum utebantur. Aſinos itineribus adhibitos nemo neſcit. Vide ſuprà Gen. XXII, verſ. 3. & *Sam. Bochartum* Hieroz. Part. I. Lib. I. Cap. 13.

Inter repagula] משפתים miſchphathajim *repagula* vertimus, quia inter gemina repagula (quod vocis hujus formâ duali optimè exprimitur) in ſtabulis jumenta labore feſſa quieſcunt. Eò reſpicere videtur Debora Jud. V, 16. *Quare ſediſti inter repagula, ad audiendum ſibilos gregum? in partibus Rubenis, magni viri ſunt ſcrutationibus cordis.* Ubi משפתים videtur ἐν μαχείλων opponi ταῖς פלגות phlaggoth *diviſionibus*; unde colligere eſt repagula ſignificari, quibus à ſe invicem ſeparantur jumenta. Favet & vocis notatio, nam שפת *ſchaphath* eſt *ordine diſpoſuit*, nec greges ordine in ſtabulis continentur, niſi repagulorum ope. Alii cum Vulgato & Onkelo vertunt *terminos*, intelligúntque *terminos*, ſeu *fines* Tribuum finitimarum; quod voluiſſe videntur LXX. Intt. qui habent κλήρων, hoc eſt, agros ſorte diviſos. Alii cum hiſce Jud. V, 16. διγομίας *duas ſarcinas* reddunt.

Videtur autem ſignificare Jacobus Iſſaſcharis poſteros quietis amantes fore, atque inter vicinarum Tribuum agros quieturos, ut aſinus feſſus inter repagula recumbit. Zabulonitæ navigaturi erant, & remotiores terras petituri, ſed Iſſaſcharitæ domi, cultu agrorum occupati, remanſuri. Moſes Deut. XXXIII, 18. *Gaude, Zabulon, exitu tuo, & tu Iſſaſchar in tentoriis tuis*, hoc eſt, domi. Sequentia ſenſum hunc eſſe oſtendunt.

15. *Locum in quo requieſcit*] מנוחה mnoubha, quod non modò *requiem*, ſed locum in quo quis requieſcit frequenter ſignificat. Vide Num. X, 35. & Deut. XII, 9. Itaque intelligitur tractus Chananææ; in quo, poſt longa itinera, Iſſaſcharis poſteri ſedes erant fixuri. Pro טוב *tob* Samariticus habet טובה *tobah*, ut genere ſubſtantivo reſpondeat.

Tractúmque terræ] הארץ haarets *terra*, quam incolendam, poſt diviſionem agrorum, ab Joſua accepit. Notum eſt vocem *terræ* modò amplioris, modò arctioris eſſe ſignificationis.

Amœnum eſſe] Agri Iſſaſcharis erant inter agros Tribuum Zabulonis, Nephthalis, Aſeris & Ephraimi, & ad Jordanem uſque extendebantur, ut docet nos Joſua Cap. XIX, 23. Fertiliſſimam autem & amœniſſimam fuiſſe eam Chananææ partem, quam inſederunt Iſſaſcharis poſteri, intelligemus, ſi meminerimus eorum quæ de Galilæa inferiore, quæ hujus Tribûs agros complectebatur, ſcripſit *Joſephus*, cùm alibi, tum de Bello Judaïco Lib. III, Cap. 4. πίων τε, inquit, πᾶσα καὶ εὔβοτος, καὶ δένδρεσι παντοίοις κατάφυτος, ὡς ὑπὸ τῆς εὐπαθείας προσκαλέσασθαι καὶ τὸν ἥκιστα γῆς φιλόπονον: *pinguis omnis, & paſcuis plena, & arboribus omnis generis conſita, adeò ut fertilitate eos etiam, qui minimè colendæ terræ apti ſunt, invitet.* Ab horum rerum ſtudioſis ſequentia legi poterunt, ut & quæ habet idem Scriptor de tractu ad Geneſaretici lacûs occidentalem ripam porrecto Cap. XXXI. ejuſdem Lib. in Græcis.

Inclinabit humerum ſuum ad bajulandum] Quia contulerat Iſſaſcharis poſteros aſino, in eadem comparatione hæret, & jugum excipientes deſcribit, ut jumenta dorſo onera ſubeunt. Fertilium regionum incolæ, ſæpe omnium rerum

22. Surculus *erit* Josephus, ſurculus ad fontem, *cujus* rami ſupra murum porrigentur. 23. Exacerbarunt eum, telis petierunt, odio habuerunt ſagittarii; 24. ſed man-

tit ramos: ſic numeroſiſſima erit illius progenies. 21. Odio fuerat fratribus, graviſſimiſque ab iis injuriis adfectus; 24. verùm adverſarum rerum undis immerſabilis, à Deo Opt. Max. & ſummâ conſtantia donatus & periculis omnibus tandem ereptus eſt; ut ſterilitatis tempore nos, quaſi oves ſuas,

rum copiâ emolliuntur, & potiusquàm migrandi periculum ſubeant, aut vaſtentur eorum prædia, vectigales fiunt; quod hîc Iſſaſcharis poſteris prædicit Jacobus. Notæ ſunt in Romana hiſtoria *Capuanæ deliciæ*, quibus emollitus Annibalis exercitus. Attamen poſtremis temporibus Galilæi, ut docet *Joſephus* locis laudatis, fortiſſimi erant.

Vectigalis fiet] *Erit tributo ſerviens.* למס עבר *lmas hobed.* Hæc ſine dubio, tempore Judicum, impleta fuerint, quo Iſraëlitæ vicinis Regibus ſæpe vectigales fuere, & Iſſaſcharis quidem poſteri præ ceteris, propter ſoli fertilitatem. Vide Joſ. XVI, verſ. 10. ubi ſimilis occurrit loqnutio.

Hæc quamvis manifeſta videantur, attamen LXX. Intt. totum hunc locum aliter verterunt, quia, ut opinor, Iſſaſchari fauſta à Jacobo promitti oportere judicabant, non prædici calamitatem. Verùm, ab initio Capitis Jacobus ſe quod futurum erat, non quod liberis expediebat prædicturum dixit. Hæc eſt LXX. Viralis tranſlatio ſuperioris & hujus commatis: Ἰσσάχαρ τὸ καλὸν ἐπεθύμησεν (pro חמור hhamor *aſinus* potuerunt legere חמד hhamad *concupivit*, ſed τὸ καλὸν nihil habet affine voci גרם *garem*) ἀναπαυόμενος ἀνὰ μέσον τῶν κλήρων, καὶ ἰδὼν τὴν ἀνάπαυσιν ὅτι καλὴ, καὶ τὴν γῆν ὅτι πίων, ὑπέθηκε τὸν ὦμον αὐτοῦ εἰς τὸ πονεῖν (לסבל lisbol *ad bajulandum*) καὶ ἐγενήθη ἀνὴρ γεωργός. *Onkelos* etiam, pro ſervitute, quæ hîc Iſſaſcharitis prædicitur, victorias & imperium iis promittit. Nolebant fortè à Gentibus cognoſci, ipſum ἀρχηγέτην Judæorum Jacobum vectigales eos olim futuros prædixiſſe.

16. *Dan populum ſuum — judicabit*] דן ידין *dan jadin*, quæ Paronomaſia in aliam Linguam transferri nequit. Vide ſimiles verſ. 8. & 19. Videtur ſignificare Jacobus Danitas æquè Tribui ſuæ jura dicturos, ac aliarum Tribuum magiſtratus ſuis quoſque tribulibus. Quo ſenſu, עם *ham* Tribum ipſam Danitarum ſignificat. Sed Onkelos omnes Iſraëlitas intellexit, & ſic [illegible]: *de domo Dan eligetur & exſurget vir, in cujus diebus liberabitur populus ejus, & in cujus annis requieſcent Tribus Iſraëlis*, &c. Deſignat *Samſonem*, quem nomine appellant *Jonathan* & *Jeroſol.* Is certè Danita fuit, & per viginti annos Iſraëlem judicavit. Vide Jud. Cap. XIII. & *ſeqq.*

Quævis Tribuum] Hic primùm occurrit vox שבט *ſchebet* ad ſignificandam Tribum. Jacobus quaſi truncus ſpectatur, ex quo duodecim rami, ſeu *virgæ* enatæ ſunt; unde & duodecim illæ gentes, quæ ex eo oriundæ erant, dictæ ſint שבטים *ſchbatim*, & interdum מטות *mattoth*, quod idem eſt. Quin & minorem familiam ſonat Num. IV, 18. Simili metaphorâ, Chriſtus dicitur Eſai. XI, 1. *virga de trunco Iſai, & ſurculus è radicibus ejus.* Vide & verſ. 22.

17. *Serpens in via*] Vel *ſuprà viam*, aut *ad viam.* Quemadmodum ſerpens in via tranſeuntium calcibus inſidiatur: ita Dan aſtu hoſtes ſuos capturus dicitur. De ſerpentibus vide dicta ad Cap. III, 1. Inſidiis Danitæ Laiſitas circumvenerunt Jud. XVIII, verſ. 27

Ceraſtes] שפיפן *ſchphiphon.* Ex priori commatis parte, ſerpentis hîc ſpeciem ſignari manifeſtum eſt; ſed quæ ea ſit quæritur. *Ceraſtes* à Vulgato Interprete intelligitur, quem nos ſequuti ſumus, auctore *Sam. Bocharto*, qui Hieroz. P. 2. Lib. III. Cap. 12. ei ſerpenti optimè quæ hîc habentur convenire oſtendit. Apud Arabas etiam obſervat صف *Sipphon*, aut *ſupphon* dici *hæmorroum* ſerpentem huic ſimillimum, unde utrique idem nomen fuiſſe conjicit. Utrúmque veluti *claudicare* prodidit *Nicander*; unde vir ſummus Hebraïci nominis originem manifeſtam eſſe colligit. Nam apud Magiſtros, שפף eſt *claudicare*, & שפוף *ſaphouph*, claudus. Thalmudici etiam uno pede שפי *ſephi*, utroque verò שפיפן *ſephiphon* claudum vocant. Quod cùm nequaquam abſurdum ſit, attamen malim à verbo Hebraïco & Arabico שאף ſchaapha, *obſervare*, deducere. Vide not. ad Cap. III, 15. Atque hoc ipſum voluerunt LXX. Intt. cùm verterunt hîc ἐγκαθήμενος, hoc eſt, *inſidiantem*, *obſervantem*, nam aliquando hæc eſt ſignificatio vocis ἐγκάθημαι, ut ex *Æſchine* probavit *Gul. Budæus.* Ac ſanè hæc Ceraſtæ peculiaris natura, ut tranſeuntibus inſidietur, ut ex *Nicandro* & *Diodoro* oſtendit vir doctiſſimus, quem non vidiſſe rationem tranſlationis Græcæ miramur. *Plinius* de Ceraſte Lib. VIII. c. 23. *Vulgatum eſt —— Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina, quorum motu, reliquo corpore occultato, ſollicitent ad ſe aves.*

Mordens calces equi] Brutis non minùs ac hominibus infeſtos eſſe hos ſerpentes docet *Ælianus* Lib. XVI. Cap. 28.

Seſſor retrorſum cadet] *Equitans eum.* Equus, nimirum, ut rectè à viro doctiſſimo animadverſum, labat cùm in ſuffragines ſerpere incipit virus; in poplitibus enim atque inguine potiſſimùm mali vis ſeſe exſerit, ut obſervavit *Nicander*, in Theriacis.

18. *Salutem tuam*, &c.] Cùm hæc cum antecedentibus conjungi, grammaticâ verborum ſtructurâ, non videantur, negotium Interpretibus faceſſerunt. LXX. quidem Intt. habent: τὴν σωτηρίαν περιμένων κυρίου *ſalutem exſpectans domini*, quod refertur ad ἱππεὺς quod antecedit; ſenſu parum commodo; præterquàm quòd in Samaritico קותי kivvithi *exſpectavi*, æquè ac in Codicibus noſtris, legitur. Alii volunt Jacobum hoc ſignificare, exſpectare ſe à Domino ut Danitas, de quorum periculis tum cogitatio ſubiit, ex hoſtium inſidiis liberet; verùm hoc quoque durum eſt. Itaque alii hæc verba ad filios Jacobi non pertinere cenſent, ſed inſtar partheſeos à moribundo ſene proferri.

Quod

manſit arcus ejus firmus, & auctæ ſunt manum ejus vires; *quæ defluxerunt* ex manibus Potentis Jacobi, unde paſtor *&* lapis Iſraëlis; 25. ex patris tui Deo, qui te adjuvit, & omnipotente, qui benedictionibus cœli ex alto, benedictionibus abyſſi infra reſidentis, benedictionibus uberum & uteri, benedicet tibi. 26. Benedictiones patris tui be-

ſuas, paſtoris ritu, ſuſtentaret, & certo perfugio exciperet. 25. Ut autem ei adjutor fuit Deus quem colo & cui curæ ſum: ſic etiam ejus poſteros agris donabit, quos pluviæ fœcundabunt, fluviique & occulti latices irriguos facient. 26. Preces, quas in eorum gratiam concipio, multò ampliorem

Quod ſi ſit, quærendum ſupereſt qua de *ſalute* loquatur Jacobus, vox enim eſt in Scriptura πολύσημος. Poſſet ſubitò de ſua & ſuorum in Ægypto mora & ſervitute cogitaſſe; & Deum oraſſe ut promiſſionis Abrahamo factæ memor *ſervaret* poſteros ſuos, hoc eſt, eos ex Ægypto in Chananæam reduces faceret. Poſſet pericula quæ ſubituri eſſent poſteri ſui, in tot bellis quæ erant geſturi, in animum revocaſſe, victoriis quas Danitis promittebat admonitus; adeóque, quæcumque futura eſſent ea pericula, iis poſteros liberatum iri, Dei beneficio, dicere. Nam cùm ait ſe *exſpectare ſalutem* à Deo, perinde ferè eſt ac ſi ſe conſequutum diceret; cùm Deus numquam exſpectationem piorum, promiſſis ſuis fretam, deſtituat. Poſſet etiam ſublimius quiddam animo verſaſſe, atque hæc fuit ejus mens, ſi *Jonathani* credimus: *Dixit Jacob quando vidit* (nempe, ſpiritu prophetico) *Gedeonem filium Joabi, & Samſonem filium Manoachi: non liberationem Gedeonis exſpecto, neque liberationem Samſonis reſpicio; quia liberationes eorum, liberationes temporis; ſed liberationem tuam exſpecto & reſpicio, Domine, liberatio tua liberatio æternitatis.* Simili ſenſu hæc verba exponit Paraphraſtes Jeroſolimitanus.

19. *Gadum prædones* &c.] Paronomaſia eſt in Hebraicis vocibus, גד גדוד יגודנו gad gedoud jegoudennou, *Gadum cohors invadet eum.* Samariticus habet יגידנו jagidennou, ut à verbo גוד *goud*, non à גדד, ſed confunduntur eæ formæ, ad ſignificationem quod adtinet. Certè Gaditica Tribus Hammonitarum, aliorúmque Arabiæ populorum excurſionibus obnoxia fuit. Vox גדוד *gedoud*, propriè ſignificat *manum*, aut *globum prædonum.* Vide 1. Sam. XXX, 8. & 2. Sam. III, 22. ut & Judic. X, 7, 8. & Jerem. XLIX, 2. Nec eſt cur vim inferamus vocibus, ut alium quæramus ſenſum.

Tandem] עקב *hakeb.* Eſt adverbium, quod inter alia *tandem* ſignificat, ut Pſalm. CXIX, verſſ. 33, 112. Re verâ Gaditæ vicinis ſæpe clades intulere, ut liquet ex Jud. Cap. XI.

20. *Pinguis victus*] *Pinguis panis ejus*, לחמו *lahhmo*, quæ vox victum quemvis paſſim ſignificat, ut Gen. III, 19. XXI, 14. Aſeritarum ſors fertiliſſimam vallem, ad Charmelum montem, complectebatur. Vide Deut. XXXIII, 24. Joſ. XIX, 24. Hinc Onkelos: *Terra Aſer optima erit, & ipſe nutrietur delitiis Regum.*

21. *Nephthalis erit cerva dimiſſa*] Hîc locus cùm ſit difficillimus, in hiſce ultimis Jacobi dictis, primùm videbimus quid poſſit ex verbis, prout ea legimus, & prout ſingula exponi ſolent, colligi; deinde quid à viris doctis, aliter legentibus, conjectum ſit.

Si Nephthali *Cerva* tantùm diceretur, celeritatem pedum, quæ in bellatoribus ultima laus non eſt, ſpectari cenſeremus, atque huc adferremus Pſalm. XVIII, 34. ubi David gloriatur ſe *pedes cervarum* æquare, aliáque ſimilia. Sed cùm addatur שלוחה ſchlouhha, *miſſa*, debet aliquid intelligi, quod *cervæ miſſæ*, hoc eſt, liberè currenti quaquaversùm conveniat. Nihil autem eſt in cerva vaganti, ſeu numquam Paradiſi muris clauſa fuerit, ſeu inde ſit elapſa, ipsâ illâ libertate inſignius. Hinc videtur Sponſa, in Cantico Canticorum, *hinnulo cervorum* Sponſum conferre, quia liberè, quacumque placeret, vagabatur. Vide Cap. II, 9, 19. Verbo autem שלח *libertatem* ſignari non ex uno loco colligere eſt. Vide Eſa. LVIII, 6. Zachar. IX, verſ. 11. Imò verò de feræ emiſſione dicitur Job. XXXIX, 5. *Quis dimiſit* (שלח *ſchilleh*) *onagrum liberum, & vincula aſini ſilveſtris quis ſolvit?* Igitur dubium non eſt quin אילה שלוחה *ajalah ſchlouhha*, poſſit eſſe *vaga cerva*; & fortè cervæ Jacobus Nephthalim comparavit, quia in eo tractu Chananææ, qui inter Libanum & Charmelum eſt, & cujus partem inſedere Nephthalitæ, ingens erat cervorum copia, ut docet *Ælianus* ad Lib. V. calcem. περὶ τῶν ἐν τοῖς Σύροις ἐλάφων *de cervis apud Syros*, ubi Caput ſic orditur: οἱ ἐν Σύροις ἔλαφοι γίνονται μὲν ἐν ὄρεσι μεγίστοις Ἀμάνῳ τε καὶ Λιβάνῳ, καὶ Καρμήλῳ, *cervi Syri naſcuntur in montibus maximis Amano, Libano, & Carmelo.*

Quæ ſibi placebunt dicta dabit] הנתן אמרי שפר hannothen imre ſchapher, *dans dicta placiti*, hoc eſt, id dicens quod ſibi videtur; quod optimè convenit libertati, quam Nephthalitis tribui vidimus. Quamvis enim ſolis legibus, communi conſenſu latis, parere ſit potiſſima pars libertatis; non ſpernenda ea eſt, quæ in dicendo ex animi ſententia ſuffragio ſita eſt. Unde fit ut apud Græcos παῤῥησία ſæpe ἀντὶ τῆς ἐλευθερίας legatur, qua de re vide virum doctiſſimum *Henr. Hammondum*, in Joan. VII, 4. Viciſſim *libertas* ſæpe apud *Corn. Tacitum*, ἀντὶ τῆς παῤῥησίας; quod exemplis demonſtrare nihil adtinet.

Videndum an שפר *ſchepher*, ita, ut fecimus, verti poſſit. Hoc tantùm in loco exſtat, appellativo ſenſu, nam in nomine proprio occurrit Numeror. XXXIII, 23. Sed radix שפר *ſchaphar* bis in Hebraicis libris legitur, Pſalm. XVI, 6. *Hereditas mea* שפרה עלי ſchapherah halai *placet mibi*: & Job XXVI, 13. *ſpiritu ſuo cælos* שפרה ſchippherah *ornavit.* Sed apud Syros & Chaldæos frequens eſt, utroque illo ſignificatu *ornandi*, & *placendi.* Sic Dan. III, 32. שפר *placet mihi indicare.* Vide & Cap. IV, 24. VI, 1. ubi de Regis arbitrio ſermo eſt. Igitur hoc ſignificatu derivatum שפר *ſchepher*, intelligere poſſumus, ut ſignet *voluntatem*, aut *arbitrium*, prout hæc coactioni omni opponuntur; adeò ut אמרי שפר ſint verba quæ nobis dicenda viſa ſunt, qua-

benedictionibus progenitorum meorum ampliores ſunt. Capiti Joſephi, & vertici principis fratrum ſuorum ſint *omnes*, uſque ad id quod è collibus æternis concupiſcitur.

27. Ben-

rem ſortientur effectum, quàm qui fuit precum à parentibus meis, in mei gratiam conceptarum. In caput Joſephi, quem primogeniti jure ex parte donavi, omnia illa recident vota, & fructibus ac commodis campeſtrium locorum, montiumque ex æquo poſteri ejus abundabunt.

27. Ben-

qualia ab hominibus liberis, nullâ vi inſtante, proferuntur. Hebræi aliter dicerent דברי חפץ dibre hhephets *verba voluntatis*, ut Eccleſ. XII, 10. *Quæſivit Eccleſiaſtes invenire verba* (דברי חפץ) *voluntatis*; id eſt, quæ ſibi placerent.

Qui שפר hîc *pulcritudinem* ſignificare cenſent, *verba elegantia* interpretamur; verum, contra Hebræorum conſuetudinem, in hemiſtichio poſteriore ſenſum quærunt planè diverſum ab eo quem priori tribuerunt, quid enim *elegantibus verbis* cum *cerva*? Invenit tamen inter hæc nexum *Jonathan*, invenit & *Jeroſolimitanus* Interpres; quorum prioris hæc ſunt verba: *Nephthali nuncius velox, ſimilis cervo currenti ſuper rupes montium, adnuncians lætum nuncium; adnunciavit enim adhuc Joſephum vivere, & ipſe expeditus ſuit ut abiret in Ægyptum, & offerret inſtrumentum agri ſpeluncæ duplicis, in quo nulla erat Heſavo portio; & quando aperuit os ſuum in Synagoga Iſraëlis, ad laudandum, probatior erat reliquis linguis.* Similia Jeroſolimitanus. Sed haſce fabellas, ut ſenſus huic loco inveniretur, excogitatas meritò rejicit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. I. Lib. III. Cap. 18. ubi & alia nonnulla Judæorum interpretamenta confutat.

Fatemur nullis veteribus monumentis, nullóve Scripturæ loco alio nobis conſtare Nephthalitas aliis fuiſſe libertatis ſtudioſiores, ante captivitatem Babylonicam. Sed multùm abeſt ut nobis plena Hebrææ gentis ſuperſit hiſtoria, adeóque ut ejuſmodi omnes circumſtantias cognoſcere poſſimus. Hoc unum conſtat, Nephthalitam Barakum liberaſſe Iſraëlem Chananæorum jugo. Vide Jud. IV, & V. Sed ex aliis etiam Tribubus Judices exſtitere. Certum eſt, extremis temporibus Galilæos, quorum pars hujus Tribûs agros tenebat, nequaquam facilè alieno jugo collum ſubdidiſſe. *Joſephus* de Bello Jud. Lib. III. Cap. 4. in Græcis: πρὸς πᾶσαν ἀεὶ πολέμων πεῖραν ἀντέχον, μάχιμοί τε γὰρ ἐκ νηπίων, καὶ πολλοὶ πάντοτε Γαλιλαῖοι, καὶ οὔτε δειλία ποτὲ τοὺς ἄνδρας, οὔτε λειπανδρία τὴν χώραν κατέχει, *ſemper omnibus bello tentati reſtiterunt, nam pugnaces ſunt ex infantia Galilæi & omni tempore plurimi, neque formido unquam viros, neque eorum penuria regiones illas occupavit.* Si quis dubitaret an Galilæam Nephthalitæ tenuiſſent, conſpectis tabulis ei ſatisfieret, & his ejuſdem Scriptoris verbis è Libro V. Cap. I. ubi expoſitis Aſeritarum finibus, ita pergit: τὰ δὲ πρὸς τὰς ἀνατολὰς τετραμμένα μέχρι Δαμασκοῦ πόλεως καὶ τῆς Γαλιλαίας, τὰ καθύπερθεν Νεφθαλῖται παρέλαβον, ἕως τοῦ Λιβάνου ὄρους καὶ τῶν τοῦ Ἰορδάνου πηγῶν: *converſa ad orientem ad Damaſcum uſque, & Galilæam ſuperiorem Nephthalitæ acceperunt, uſque ad Libanum montem & fontes Jordanis.* Vide & Joſ. XX, 7.

Hæc cùm ita ſint, negavit tamen *Sam. Bochartus* ſe ſatis capere quid ſibi vellent Moſis verba, prout ea nunc legimus; quia nulla interpretatio, ex iis quæ viderat, viro doctiſſimo ſatisfaciebat, nec ſanè immeritò. Hinc factum ut aliter legendum cenſeret, nimirum: אילת שלוחה ונתן אמרי שפר *elath ſchlouhha venothen ammire ſchepher*, hoc eſt, Nephthali erit *arbor ſurculorum, & edet ramos pulcritudinis*; ut arbori patulæ conferatur Nephthali, ut Joſephus in ſequente commate. Sed quamquam ſenſus, quem profert vir ſummus, nequaquam abſonus eſt; invento tamen alio, ex recepta lectione, æquè commodo, nulla cauſa eſt, cur quidquam hîc mutandum ſuſpicemur. Præterea mutandum etiam eſſet נתן in *nothenah* נתנה, ut cum ſubſtantivo antecedente genere conveniret.

22. *Surculus*] בן פרת ben phorath *filius rami*, nam פרת non aliter interpretamur ac פארה *phorra* Eſai. X, 33. & פארות *phoroth*, Ezek. XVII, 6. XXXI, 5, 6, 12. Primum dubium eſſe nequit quin ſæpe inſeratur & omittatur א, ut alibi monuimus. Vide Ezek. XX, 37. 1 Reg. V, 11. Si nolimus legere פרה *phorah* in ſtatu abſoluto, פרת in ſtatu conſtructo idem erit, frequenter enim confunduntur ſtatus. Vide 2 Reg. IX, 17. Eſai. XXXIII, 6. Elegans eſt Hebraiſmus *ſurculum* vocari filium *rami*, & cui ſimiles plures in Vet. Teſtamento occurrunt, quos collegit *Sal. Glaſſius*, de Nomine Can. 36. Sic & Latini *matrem* vocant truncum arboris ramis collatum. Vide *Thom. Gatakerum* de ſtylo N. T. C. XVII.

At LXX. Intt. verterunt υἱὸς ηὐξημένος, & Vulg. *filius adcreſcens*, ſed deberet legi פרה *phore*, ut Deut. XXIX, 18. nam בן eſt maſculini generis. Samaritico tamen Codice noſtra confirmatur lectio, nec dubito quin LXX. & Vulg. eodem modo legerint, ſed illi conſtructionis parum obſervantes ſunt.

Surculus ad fontem] In calidis regionibus, quæcumque arbores ad fontes ſunt, aut aquarum decurſus, præter modum vireſcunt, & proceræ fiunt. Unde fit ut juſti dicantur fore *inſtar arboris plantatæ ad divortia aquarum, quæ fructum edit tempore ſuo, & cujus folia non cadunt*, Pſalm. I, 3. Vide & Ezek. XXXI, 4, 5. ubi cum arbore multâ aquâ rigata, adeóque altiſſimos ramos emittente confertur Ægyptus.

Rami ſupra murum porrigentur] *Filiæ incedunt ſupra murum.* Ut *filium rami ſurculum* expoſuimus: ita hîc *filias ſurculi* craſſioris facti ramos ejus interpretamur. Sic Pſalm. LXXX, 16. בן *filius* dicitur vitis palmes. Deſcribit hîc Joſephum, quaſi *ſurculum* ad fontem plantatum, qui humore ſoli & radices egit, & in arborem excrevit; cujus rami obumbrant muros, quibus fons circumdatus eſt. Ut Joſephus erat *filius rami* Iſaaci, nimirum, Jacobi: ſic Ma-

naſſe

27. Benjamin *inſtar* lupi prædabitur, mane comedet prædam, & veſperi ſpolia dividet.

28. Hæ ſunt omnes duodecim Tribus Iſraëlis; atque hoc eſt quod dixit eis pater, & be-

27. Benjaminis poſteri virtute militari præſtabunt, & magnas ex hoſtibus ſuis prædas agent.

28. Atque hi quidem fuere duodecim Iſraëliticarum Tribuum Patriarchæ, quibus ſingulis bene pre-

naſſe & Ephraïm erant *rami* Joſephi, qui in ſummam altitudinem excreverunt. Vide ad verſ. 16. *Onkelos*, quamquam verbis ſeſe non ſatis expediebat, ſenſum tamen hunc eſſe vidit, ſic enim [illegible]: *Filius creſcens Joſeph, filius qui benedicetur quaſi vitis, quæ plantata eſt, juxta fontem aquarum. Duæ Tribus egredientur ex filiis ejus, ſuſcipiéntque partem & hereditatem ſuam.*

Porrigentur] צעדה *tſabadah*, in ſingulari, quamvis anteceſſerit בנות, ut intelligamus ſingulos ramos muro altiores futuros. Vide Exod. XVII, 12. Eſth. IX, 23. ubi ſimilis conſtructio. Hoc in loco diverſus abit à noſtris Codex Samariticus, qui habet: בני צעירי עלי שור *bni tſehiri bale ſchor*, hoc eſt, *filius parvus meus ad murum.* Similiter legerunt duo priora verba LXX. Intt. cùm verterint υἱός μου νεώτερος, ſed duo ultima legerunt עלי שוב *balai ſeboub* πρός με ἀνάστρεψον. At noſtra lectio haud paullò melior videtur.

23. *Odio habuerunt*] Rectè obſervavit *Aben-Ezra* eſſe hîc quoddam ὕστερον πρότερον, ordo enim eſſet: *odio habuerunt, exacerbarunt, telis petierunt.* Non minùs verum, non modò ad hiſtoriam quod adtinet, ſed etiam collocationem verborum, quod ille obſervat ad finem Cap. XI. אין מוקדם ומאוחר בתורה *non eſt prius, neque poſterius in Lege.* Vide ad Caput XLVIII, 10. & infrà verſ. 25.

Sagittarii] *Domini ſagittarum* בעלי חצים *babale hhitſim.* Hebraiſmo ſatis noto, cujus exempla collegit *Sal. Glaſſius*, de Nom. Can. 35. Intelliguntur filii Jacobi, qui fratrem malè habuerunt, & quorum ſcelera in Joſephum quaſi tela habentur in eum conjecta.

24. *Manſit arcus ejus firmus*] *Manſit in fortitudine.* Ut ſub imagine ſagittariorum deſcribuntur Joſephi fratres, ipſe etiam, ſecundùm eamdem allegoriam, arcu inſtruitur, & quidem firmo; qui in longo prælio neque fractus eſt, neque flexilior factus. Quibus rebus, ejus conſtantia in adverſis ſignificatur. Contra arcus qui aut frangitur, aut flexilior fit uſu, dicitur קשת רמיה keſcheth remijah, *arcus fraudis*, aut fallax. Pſ. LXXVIII, 57.

LXX. Intt. hîc habent, καὶ συνετρίβη μετὰ κράτους τὰ τόξα αὐτῶν *& fracti ſunt vi arcus eorum.* Videntur legiſſe: ותשברנה קשתותם *vattbiſſchabarnah kaſchthotham*, quæ ſi vera eſſet lectio, deberent hæc verba de fratribus Joſephi intelligi.

Auctæ ſunt manuum ejus vires] ויפזו *vajjaphozzou*, confirmatæ ſunt. Vide 2 Sam. VI, 16. *Vires* vertimus זרעי *zrohe*, quod ſolet *brachia* verti, quia cùm poſſint dici *manus brachiorum*, quorum pars ſunt, nemo dixerit *brachia manuum.* זרוע *zroah* autem propriè brachium, ſed metaphoricè *vires* ſignificare plurimis ex locis liquet, quæ præ ceteris Lexicographis, collegit *Val. Schindlerus.*

Potentis] אביר *abir*, quod hîc ſubſtantivi loco eſt, & *Deum potentem* ſonat, quâ voce aut Deus omnium Creator, aut Angelus Jacobi cuſtos & præſidium ſignari poteſt, de quo ad Cap. XLVIII, verſ. 16. diximus. Certè Pſalm. LXXVIII, 25. Angeli אבירים *abbirim* dicuntur. Sed Deum intelligi oſtendunt ſequentia.

Unde Paſtor] משם *miſſcham* quod vertimus *unde*, ut Jud. XIX, 18. Senſus eſt, Joſepho inde ſuffectas eſſe vires, quibus tot calamitatibus reſiſteret; unde nunc ipſi Jacobo miſſus erat paſtor, & perfugium ad quod, tempore famis, confugeret. *Paſtor* enim *Iſraëlis* hîc videtur omnino eſſe Joſephus, qui certè patri & fratribus quaſi *paſtor* fuit, dum iis unde viverent ſuppeditavit, ut paſtor pecudibus aut fœnum dat, aut paſcuorum herbam. Alibi Deus ipſe dicitur *Paſtor Iſraëlis* & *Joſephi*, ſed ſublimiori ſenſu. Vide ſuperioris Capitis verſ. 15. & Pſalm. LXXX, verſ. 1. & XXIII, 1.

Lapis Iſraëli] אבן eben, *lapis* hîc videtur dici rupes, in quam difficili tempore perfugium eſt; unde tralaticio ſenſu auxilium quodvis ſignificat. Vide Pſ. XXVII, 5. XL, 3. Hinc fit ut ipſe Deus *rupes*, & *petra* dicatur, hoc eſt, is ad quem certum eſt miſeris perfugium. 2 Sam. XXII, 2. Hîc autem eſt ἀσύνδετον, nam eſt אבן pro ואבן veeben, quod frequens eſt in Lingua Hebraica. Vide ſupra Cap. XXVIII, 33. & *Chr. Noldium* num. 75.

Iſraëli] Subaudivimus hîc ל, quaſi eſſet אבן לישראל. Sic ſup. Cap. XLI, 12. eſt איש *iſch* pro לאיש *leiſch.* Vide eumdem ad hujus particulæ ſign. 22.

25. *Deo patris cui*] Vide notata ad Cap. XXXI, verſ. 29.

Qui te adjuvit] *Et adjuvit te.*

Et omnipotente] ואת שדי *veeth ſchaddai*, pro ומאת *oumeeth.* Repetendum מ ex prima commatis voce. Vide not. ad Cap. IV, 1.

Qui — benedicet tibi] *Et benedicet tibi.* Futuro hîc uſi ſumus, quia hæc Joſephi potiſſimùm poſteros ſpectant, ut oſtendemus ad ſequentia verba.

Benedictionibus cœli ex alto] *Benedictiones cœli* dicuntur tempeſtivi imbres, roréſque copioſi; quibus fœcundatur humus, ut uberes ſegetes emittat. Iis fit ut terra ſit *benedicta*, hoc eſt, fertilis. Hinc ברכות brachoth, *benedictiones* ſimpliciter interdum dicuntur pluviæ, ut Malach. III, 10. *Niſi aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem*, hoc eſt, pluviam. Vide & Pſalmum LXXXIV, 7. & quæ ſuprà diximus ad Gen. XXVII, 28. Confer etiam cum hoc loco Deut. XXXIII, 13.

Benedictionibus abyſſi] Ut inter haſce benedictiones & ſuperiores ſit oppoſitio, neceſſe eſt *abyſſum* hîc dici terram, aut potiùs ſubterraneos latices, quibus plantæ alantur. Ac ſanè Deut. VIII, 7. תהומות *thehomoth* manifeſtò voca-

bene precatus eſt. Benedictione ſuâ, unicuique eorum benedixit. 29. Mandatum præterea iis reliquit, &, ego, inquit, populo meo adgregor; apud patres meos, in ſpelunca, quæ eſt in agro Hephronis Chitthæi, ſepelite me; 30. in ſpelunca, *inquam*, du-

precatus eſt, aut futura vaticinatus pater Jacobus. 29. Hoc quoque iis moriens in mandatis dedit, ut ſe ſepelirent in ſpelunca, quæ Hephronis Chitthæi fuerat, 30. ad urbem Mamren in Chananæa ſita, &

cantur: *Jehova Deus tuus intromittet te in terram bonam, terram rivorum aquæ, fontium, & תהמות ſcaturiginum, in montibus & vallibus ſcaturientium.* Adde Ezekiel. XXXI, 4. Hoc quidem beneficio inferior Ægyptus fruebatur, ut ſolius Nili humore fœcundaretur; ſed illæ *benedictiones ex alto*, de quibus antea Jacobus, ad eam non pertinebant, cùm rariores iis in locis cadant pluviæ. Verùm hæc non ipſum Joſephum, ſed ejus poſteros ſpectabant.

Benedictionibus uberum & uteri] Ordo naturæ eſſet *uteri & uberum*, nam priùs *utero* concipiuntur infantes, quàm uberibus alantur. Similem inverſionem obſervavimus ad verſ. 23. Optat Jacobus Joſephi poſteris ſobolem, quæ ex felici partu matrum, & commoda puerorum nutritione oritur. His opponuntur abortus, & nutricis, aut nutritionis incommoda; quæ ab Hoſea Ephraïmitis prædicuntur Cap. IX, 14. Non opus eſt monere *benedictionem* paſſim poſterorum multitudinem ſignificare; cum in hoc libro multa ejus notionis exſtent exempla.

26. *Benedictiones patris tui*] Hoc eſt, majoribus bonis fruituros Joſephi poſteros, quàm ea fuerant, quibus ipſe potitus erat Jacobus; qui tamen numeroſâ duodecim filiorum ſobole auctus fuerat, maximáſque opes comparaverat, & Deo Opt. Max. per totam vitam curæ fuerat. *Patri* hîc addit Samariticus matrem, habet enim *patris tui* ואמך *veimmecha*, & matris tuæ; ut & LXX. Intt. καὶ μητρός σου.

Majorum meorum] הורי *barai*, ab הרה *hara*, *concepit*. *Patres* tamen videntur ſoli intelligi, Iſaacus & Abrahamus. Samariticus legit הרי *barai*, hoc eſt, *montes mei*; quemadmodum etiam legerunt οἱ LXX. qui habent ὀρέων.

Capiti Joſephi] Hoc eſt, in Joſephum effundentur, metaphorâ petitâ ex unguentis, quæ in caput effuſa per reliquum corpus ſpargebantur. Vide Pſ. CXXXIII, 2.

Principis fratrum ſuorum] Quia, nimirum, parte πρωτοτοκίων donatus erat, ut diximus ad verſ. 3. נזיר *nazir* principem vertimus, ex ſignificatione nominis נזר *nezer*, quæ *coronam*, aut ejuſmodi capitis inſigne ſonat. Vide Exod. XXIX, 6. Hinc LXX. Intt. ὧν ἡγήσατο ἀδελφῶν *fratrum quos duxit*, quamvis rectius fuiſſet ἀνδρὸς ὃς ἡγήσατο ἀδελφῶν. Similiter tranſlatio Samaritica habet כליל chlil, *corona*. Ex eadem radice מנזרים *minzarim* ſunt *principes* Nahum. III, verſ. 17. & מזרות *mazzaroth* Job. XXXVIII, verſ. 32. κύριοι, quomodo appellabantur Planetæ.

Omnes uſque, &c.] Supplevimus vocem *omnes*, quæ refertur commodiſſimè ad ſuperiores benedictiones, & cui ſimile quidpiam deeſſe neceſſe eſt. Integra phraſis eſſet: תהיינה כל הברכות האלה מן ברכותי השמים וגו" עד תאות גבעות *erunt omnes hæ benedictiones, à benedictionibus cœli*, &c. *ad deſideratiſſima montium.*

Id quod è collibus æternis concupiſcitur] תאות גבעות עלם *deſiderium collium æternorum*. Subſtantivum pro adjectivo hîc eſt, ut alibi frequenter, & in ſimili rerum genere. Cap. XLIII, verſ. 10. זמרת הארץ *zimrath baarets*, hoc eſt, *terræ cantatio*, dicuntur rerum in Chananæa provenientium decantatiſſimæ. Sed hæc ipſa vox ſic occurrit Gen. III, 7. ubi fructus vetitus dicitur fuiſſe תאוה *cupiditas oculis*. Vide & Eſai. XXVI, 9. Quæ autem è montibus concupiſcuntur ea ſunt quæ in montibus proveniunt, ut varii fructus, vites, ſegetes, paſcua, &c. quibus abundaturos Joſephi poſteros vaticinatur hîc Jacobus; cujus interpres eſt ipſe Moſes Deut. XXXII, 15. ubi inter alia, Joſephi poſterorum agros ait *benedictum iri ex cacumine montium antiquorum, ex rebus pretioſiſſimis* (ממגד *mimmeged*) *collium æternorum*. Nobiliſſimi ſunt in Scriptura montes in Tribuum Ephraïmi & Manaſſæ finibus ſiti Jer. L, 19. *Reducem faciam Iſraëlem in ſedem ſuam, depaſcet Charmelum, & Baſanem; atque in monte Ephraimi & Galabadi ſaturabitur.* Notum eſt Manaſſæ poſteros trans & cis Jordanem agros habuiſſe, nec Baſanitidem duntaxat, ac Galahaditidis montes ab iis inſeſſos, ſed etiam campos iis ſubjectos, & ad alteram Jordanis ripam ſitos; ut ab Ephraïmitis ampliſſimus tractus, montibus & vallibus diſtinctus, ab Jordane ad mare Mediterraneum. Vide Num. XXXIII, 33. Deuter. III, 13.

Ut autem intelligamus quàm verè Jacobus Joſepho fertiles agros promiſerit, in memoriam revocandum quantopere in Scriptura Baſanitidis laudentur greges. *Agnorum & arietum filiorum Baſanis* meminit Moſes Deut. XXXII, 14. *taurorum Baſanis* David Pſalm. XXII, 13. *arietum, agnorum, hircorum, & taurorum, quæ omnia ſunt altilia Baſanis* Ezekiel XXXIX, 18. & *vaccarum Baſanis* Hamos IV, 1. Veteres etiam omnes uno ore ejus regionis fertilitatem prædicant, quorum teſtimonia collegit *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. I. Lib. II. Cap. 31. ubi etiam oſtendit ipſo nomine *ferax ſolum* ſignificari. Nec Ephraïmitæ deteriorem tractum, inter Jordanem & mare Mediterraneum, poſſidebant, ut docet *Joſephus* Lib. III. De Bello Jud. Cap. IV. ubi ſic Samariam, hoc eſt, Ephraïmi, & dimidiæ Tribûs Manaſſæ cis Jordanem agros, deſcribit: φύσιν δὲ τῆς Ἰουδαίας καὶ οὐδὲν διαφέρουσιν· ἄμφω τε γὰρ ὀρειναὶ καὶ πεδιάδες, εἴς τε γεωργίαν μαλθακαὶ, καὶ πολύφοροι, κατάδενδροί τε, καὶ ΟΠΩΡΑΣ ΟΡΕΙΝΗΣ (תאות גבעות) καὶ ἡμέρου μεσταί. ἀρδεύονται γοῦν οὐδαμοῦ μὲν φύσει δαψιλὲς, ὕονται δὲ τὸ πλέον. γλυκὺ δὲ νᾶμα πᾶν διαφόρως ἐν αὐταῖς, καὶ διὰ πλῆθος πόας ἀγαθῆς, τὰ κτήνη πλέον ἢ παρ' ἄλλοις γαλακτοφόρα. μέγιστόν γε μὴν τεκμήριον ἀρετῆς καὶ εὐθηνίας, τὸ πληθύειν ἀνδρῶν ἑκατέραν:

duplici, è regione Mamres, quam in prædium ſepulcri cum agro ab Hephrone Chitthæo emit Abrahamus, in Chananæa. 31. Illic ſepelierunt Abrahamum & Saram uxorem ejus, illic ſepelierunt Iſaacum & Rebeccam uxorem ejus, illic quoque Leam ſepelii. 32. Emtus eſt ille ager, & ſpelunca quæ in eo eſt, ab Chitthæis. 33. Cùm mandata *hæc* filiis dare abſolviſſet Jacobus, pedes in lectum collegit, atque exſpiravit, popularibúſque ſuis adgregatus eſt.

XLVIII. Lu-

& ab Abrahamo emta. 31. Illuc enim Abrahami & Saræ illatas eſſe reliquias, & poſtea Iſaacum & Rebeccam parentes ſuos ibidem ſepultos. Se quoque illic Leæ cadaver condidiſſe, & monumentum familiæ ſuæ proprium eſſe, quod avus Abrahamus à Chitthæo Hephrone emerit. 32. Quæ mandata cùm dediſſet Jacobus, in lectulo ſedens, mortem ſibi inſtare ſentiens pedes retraxit, reclinatóque in cervical capite animam efflavit.

P A-

naturá nihil à Judæa diſcrepat, nam utræque montoſæ ſunt & campeſtres, atque ad culturam faciles & fertiles, arboribus conſitæ, & fructuum montanorum & manſuetorum plenæ. Naturá quidem unſquam multùm irriguæ ſunt, ſed pluviá pleriſque in locis madeſiunt. Summopere dulces ſunt omnes in illis latices, & propter copiam bonæ herbæ, pecudes magis quàm alibi lacte abundant. Maximum autem fertilitatis & abundantiæ indicium, quòd utraque viris referta eſt.

Collibus æternis] עלם *bolam*. Colles & montes *æterni* ab Hebræis dicuntur, *otiosá* quadam adjectione; nulli enim alii ſunt montes, præter eos qui ab initio rerum fuerunt, & qui ad orbis ἀποκατάστασιν futuri eſſe videntur. Vide Deut. XXXIII, 15. Hinc ad ſignificandam durationem ſine initio, ſic loquitur Sapientia Proverb. VIII, 25. *Antequàm defixi eſſent montes, ante colles genita ſum*; & longiſſimum ævum ſic exprimitur Eſaiæ LIV, 10. *Montes recedent, & colles nutabunt, ſed miſericordia mea à te non abſcedet.*

27. *Inſtar lupi*] זאב יטרף zeeb jitroph *lupus prædabitur*, aut *lacerabit*. Omiſſum eſt, ut paſſim ſolet, כ ſimilitudinis. Vide Ezek. IV, 12. & exempla quæ congeſſit *Chr. Noldius*, num 26. Quærunt Interpretes quare Benjamin cum lupo conferatur; & nonnulli quidem cùm Judæi, tum Chriſtiani ad allegorias remotiſſimas confugiunt, quæ poterunt legi apud *Sam. Bochartum*, Hieroz. Part. I. Lib. III. C. 10. Nos, iis miſſis, ad ſimpliciores interpretationes nos convertemus. Exiſtimat ergo vir doctiſſimus, propter militarem virtutem, Benjaminem cum lupo comparari; nec dubium eſt, quin animo, & audaciâ multùm valeant lupi, qui propterea *Marti* conſecrati. Non opus eſt id ex Veteribus probari, cùm res omnibus nota ſit. Certum eſt etiam fortitudine bellicâ Benjaminitas ceteris præſtitiſſe, quod liquet ex hiſtoria quæ narratur Judic. XX & XXI. ubi Benjaminitæ ſoli undecim Tribuum exercitum intrepidè invadunt, & duobus præliis cædunt, nec niſi aſtu vincuntur. Huc accedant etiam oportet Saülis Benjaminitæ res geſtæ. Is autem potitus regno Iſraëlis, omnes undique populi Hebræi hoſtes debellavit, Moabitas, Hammonitas, Idumæos, Reges Sobæ & Philiſthæos; & quocumque ſe verteret eos ירשיע jarſchiah, *malè mulctabat*, coactíſque copiis Hamalekitas profligavit, 1 Sam. IV, 47, 48. Poſt Saülis etiam mortem, Davidi in Iſraëlis Regem dudum conſecrato, & à populi Hebræi maxima parte Rege ſalutato, reſtitere diu Benjaminitæ 2 Sam. II, 3.

Sed cùm hæc veriſſima ſint, non ſpectatur tamen hîc nuda virtus, in propulſandis periculis ſita, ſed conjuncta cum ea rapacitas, & quæ rapacitatem felicem ſequitur opulentia. Atque hanc potiſſimùm in animo habuiſſe videtur Jacobus, neque enim Benjaminitas confert duntaxat *lupis*, aut *lupis famelicis*; ſed lupis prædam vorantibus, à prima vigilia noctis ad quartam, quâ re copia & ſatietas ſignificatur. Sic Ezek. XXII, 27. Jeroſolimæ *principes* fuiſſe *in ea* dicuntur, *tamquam lupi rapientes prædam*; non ut laudetur eorum virtus militaris, ſed ut rapacitas reprehendatur. Vide & Matth. VII, 15. & Act. XX, 28. Rapaces autem fuiſſe Benjaminitas decantata eorum fortitudo oſtendit, quæ in otio, aut in ſola propulſatione periculi non alitur; ſed in bellis atque excurſionibus, quæ non fiunt ſine deprædatione. Nec quidquam viros fortes æquè facere ſolet, ac ſpes prædæ; quam ſi ſuſtuleris, ipſam militarem virtutem ſimul ferè exſtinxeris. Non poteſt nobis objici rapacitatem in laude non poni, ideóque eam à Jacobo non voveri; nam quod futurum erat, non quod probabat, vaticinatur pius Patriarcha. Vide etiam notata ad verſ. 3, 5.

Manè comedet prædam, &c.] Rectè loco laudato vir ſummus obſervavit duo tempora hîc memorata non totum diem ſignificare, ſed totam noctem; cujus pars altera veſpertina eſt, altera matutina. Itaque copula ET, idem ei eſt ac *poſtquàm*, priùs enim dividitur, quàm comeditur præda. Vide Joſ. VII, 25. Job. XIV, verſ. 10. LXX. Intt. aliter intellexerunt, qui ita verterunt: τὸ πρωϊνὸν ἔδεται ἔτι (עד extulerunt עד *bod*) καὶ εἰς τὸ ἑσπέρας δίδωσι (aut, ut alia exemplaria, διαδώσει) τροφὴν, *matutino tempore adhuc comedit, & ad veſperam dat cibum*; quaſi deſcribatur lupus, qui primâ nocte egreſſus prædam rapuerit, quam ad matutinum tempus comedit, & ad veſperam uſque abſumendam catulis dat.

29. *Populo meo adgregor*] Vide notata ad Cap. XV, 15.

In agro Hephronis] Ab Hephrone emti, ſeu qui Hephronis fuit.

30. *In ſpelunca duplici*] Vide notata ad Cap. XXIII, 9. Additur *quæ eſt in agro*, quod jam bis dicitur, nec potuit repeti quin conſtructio turbaretur.

32. *Emtus eſt*] *Emtio agri.* Repetitiones Hebræis familiares videntur hîc adhiberi, ne ullus eſſet error, néve dubitatio oriretur de loco.

33. *Cùm mandata dare abſolviſſet*] *Et abſolvit mandare ſuis filiis & collegit*, &c.

Pe-

XLVIII. Luctus & funus Jacobi. Joſephi erga fratres benignitas, & ultima verba.

1. IN faciem patris ſui ruit Joſephus, eúmque deflevit & deoſculatus eſt. 2. Dein CAPUT
ſervos ſuos Medicos condire juſſit patrem; & condivere Iſraëlem Medici; L.
3. quadraginta ei abſumti ſunt dies (nam in condiendos *quadraginta* dies ſic ab-

PARAPHRASIS.

1. PATREM mortuum oſculatus eſt Joſephus, eíque oculos compoſuit. 2. Deinde, more Ægyptiaco, condiendum cadaver curavit, 3. & quadraginta quidem dies in eo condiendo abſumti ſunt,

Pedes in lectum collegit] Videtur in lecto ſediſſe, pendentibus cruribus, dum ſuperiora diceret; quibus prolatis, pedes retraxit, & capite in cervical reclinato, animam efflavit.

Populis ſuis] Eſt in Samaritico עמו hammo *populo ſuo*, ut verſ. 29. LXX. etiam habent τὸν λαὸν αὐτοῦ.

COMMENTARIUS

In Caput L.

1. IN *faciem patris*] Ut oſcularetur, & oculos ei componeret. Vide ad Cap. XLVI, verſ. 4.

Flevitque] *Et flevit ſuper eum.*

2. *Servos ſuos Medicos*] הרפאים ropheim LXX. Intt. vertere ἐνταφιαστὰς, hoc eſt, qui cadaver condiunt ut ſepeliri poſſit; & ad ſenſum quidem quod adtinet dubium non eſt, quin rem acu tetigerint, ſed cùm alibi conſtanter hac voce *medici* ſignificentur, hanc ſignificationem retinuimus. Videntur, qui tunc temporis cadavera condiebant, medicinam quoque apud Ægyptios feciſſe. Fortè etiam Proceres tantùm ſervos habebant medicinæ & artis condiendorum cadaverum peritos. Certè *Herodoti* ævo, erant οἳ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ κατέαται, καὶ τέχνην ἔχουσι ταύτην *ad hoc ipſum conſtituti, & qui artem hanc habebant:* Lib. II. Cap. 86. Similiter *Diodorus* Lib. I. P. 81. οἱ μὲν οὖν τὰ σώματα θεραπεύοντες εἰσὶ τεχνῖται, τὴν ἐπιστήμην ταύτην ἐκ γένους παρειληφότες, *qui cadavera curant ſunt artifices, qui hanc ſcientiam à majoribus acceperunt.* De Medicis Ægyptiorum, vide quæ habent *Herodotus* Lib. II. Cap. 84. & *Diodorus* Lib. I. Pag. 74.

Patrem condire] Nihil eſt condiendorum, apud Ægyptios, cadaverum more celebrius. Attamen propter ſequentia, in quibus eſt aliqua obſcuritas, ex *Herodoto* & *Diodoro*, rem hîc paullò ſubtiliùs exponemus. Ait ergo Græcorum Hiſtoricorum princeps poſtquàm cadaver ad conditores eſt delatum, eos oſtendere mortui heredibus tria lignea ſimulacra mortuorum, ut eligant quo modo cadaver condi velint. Unum eſſe exemplar, ad quod ſi condiatur, maximo pretio opus eſt, alterum vilioris, tertium viliſſimi eſſe pretii. Κατὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην, ait *Diodorus*, ἀναλίσκεσθαί φασιν ἀργυρίου τάλαντον, κατὰ δὲ τὴν δευτέραν μνᾶς εἴκοσι, κατὰ δὲ τὴν ἐσχάτην παντελῶς ὀλίγον τι δαπάνημα γίνεσθαι λέγουσι, *in primam* (τάξιν) *inſumi ajunt argenti talentum, in ſecundam viginti minas, in ultimam perexignas fieri ajunt impenſas.* Eligunt ergo heredes, pro facultatibus, quam cupiant; ſed credibile eſt πολυτελεστάτην τάξιν in honorem patris à Joſepho electam fuiſſe.

Itaque miſſis aliis, hanc deſcribemus *Herodoti* verbis: πρῶτα μὲν σκολιῷ σιδήρῳ διὰ τῶν μυξωτήρων ἐξάγουσι τὸν ἐγκέφαλον, καὶ τὰ ἑξῆς: *ante omnia incurvo ſerro cerebrum per nares educunt, ipſum quidem ſic educentes, pharmaca verò infundentes. Dehinc acuto lapide Æthiopico circa ilia conſcindunt, atque illac omnem alvum protrahunt; quam ubi repurgarunt, ac vino palmeo eluerunt, rurſus odoribus contuſis proluunt; tum alvum complentes contuſâ myrrhâ purâ, & caſiâ & aliis (excepto ture) odoribus iterum conſuunt. Ubi hæc fecere, ſaliunt nitro abditum ſeptuaginta dies, nam diutiùs ſalire non licet.* Ταῦτα δὲ ποιήσαντες ταριχεύουσι λίτρῳ, κρύψαντες ἡμέρας ἑβδομήκοντα· πλεῦνας δὲ τουτέων οὐκ ἔξεστι ταριχεύειν. *Exactis ſeptuaginta diebus, cadaver ubi abluerunt, ſindone byſſinâ totum inciſis loris involvunt, gummi illinentes, quo Ægyptii glutinis loco plerúmque utuntur. Eo deinde recepto, propinqui ligneam hominis effigiem faciunt, in quam mox inſerunt mortuum; incluſúmque ſic reponunt in thecarum conclavi, & erectum ſtatuunt ad parietem.*

Diodorus præterea addit Γραμματέα, in ſiniſtro latere, notare quanta ſit facienda inciſio; deinde Παρασχίστην ſecare, atque aufugere, præſentibus ei imprecantibus, quòd credant ejuſdem naturæ corpori vim inferre non licere; tandem Ταριχευταῖς dari cadaver, qui πάσης μὲν τιμῆς καὶ πολυωρίας ἀξιοῦνται *omni honore atque cultu digni cenſentur. Quamprimùm* autem *ad ſecti cadaveris curationem convenere, unus per hiatum manu in thoracem immerſâ, omnia præter cor & renes extrahit. Alius purgat ſingula viſcera, abluens vino palmeo & aromatibus. Univerſè verò totum corpus cedriâ & aliis quibuſdam curant, dies pluſquam triginta* (alii τετταράκοντα perperam legunt) *Myrrhâ deinde, ac cinnamomo, aliiſque non longiori tantùm conſervationi, ſed etiam fragrantiæ aptis, conditum propinquis reddunt.*

3. *Quadraginta abſumti eſſent dies*] His verbis confirmatur lectio *Diodori*, quam ſequuti ſumus, hos enim *quadraginta dies* videtur vocare ἡμέρας πλείους ἢ τριάκοντα *dies plures tricenis.* Quomodo autem poſſint hæc cum *Herodoto* conciliari, mox oſtendemus.

Nam in condiendos, &c.] Videntur quadraginta dies conſumti, in condiendis cadaveribus omni aromatum genere; deinde cadavera triginta diebus in nitro manſiſſe, unde fiunt *ſeptuaginta* dies *Herodoti*, quamvis non ſatis diſtinctè rem deſcripſerit.

Septuaginta diebus eum deflevere Ægyptii] More gentis ſuæ, quo luctus per totum tempus,

abſumuntur) & ſeptuaginta diebus eum deflevere Ægyptii. 4. Præteritis luctûs ejus diebus, Joſephus Pharahonis familiam compellavit, dicens: quæſo, ſi gratiam apud vos inveni, ad aures Pharahonis deferte hæc verba: 5. Pater meus ſacramento me adegit, dicens: en ego morior, in ſepulcro meo, quod mihi fodi in terra Chananitide, me ſepelies. Nunc, obſecro, adſcendam, ſepeliam patrem, & revertar. 6. Dixit verò Pharaho: adſcende & patrem tuum, quemadmodum ſacramento te adegit, ſepeli. 7. Adſcendit ergo, ad patrem ſepeliendum, Joſephus, unáque omnes ſervi Pharahonis, familiæ ejus majores natu, & cuncti Ægypti ſenes adſcenderunt; 8. tota item familia Joſephi, fratréſque ejus, ac patris familia. Impuberes dumtaxat, oves & boves in Goſenitide *hi* reliquerant. 9. Adſcenderunt etiam cum eo currus & equites, erátque unà caſtrametantium maxima multitudo. 10. Cùm autem ad Aream Rhamni, quæ eſt trans Jordanem, perveniſſent, maximum & acerbiſſimum planctum de-

ſunt, per quos & alios triginta luxere eum Ægyptii. 4. Exactis vero ſolitis luctus diebus, Pharahonis aulicos oravit, ſuo nomine Regem adirent, 5. dicerentque eum à patre Jacobo ſacramento adactum, quo ſe in Chananæa in monumento Majorum ſuorum ſepulturum illum pollicitus erat; itaque petere ab Rege facultatem in Chananæam, ſepeliendi patris causâ, eundi, quo peracto, illico reverſurum. 6. Illi rem à Pharahone impetrarunt, 7. atque ex aulicis, Magiſtratibúſque Ægypti ornatiſſimi quique comites ſeſe, honoris ejus causâ, illi præbuerunt. 8. Familiæ Joſephi & Jacobi univerſæ unà profectæ ſunt, relictis dumtaxat in Goſenitide impuberibus & gregibus, pauculiſque ſervis. 9. Præſidii etiam causâ, currus & equitatum duxerunt, quibus factum eſt ut exercitus ſpeciem præ ſe ferrent. 10. Cùm autem non ſatis conveniret Ægyptiis cum Philiſthæis, & Idumæis, per quorum agros, quà breviſſima eſt via, tranſeundum erat, per deſertam

pus, per quod cadaver nondum repoſitum erat ἐν οἰκήματι θηκαίῳ, durabat. Atque hic numerus cum *Herodoti* convenit numero, ut prior *Diodori* calculo conſentaneus eſt; qui ſi de variis rebus intelligantur, ut modò dicebamus, nullum eſt iis ſcriptoribus inter ſe, aut cum Moſe diſſidium.

Luctum porrò Ægyptiorum ſic deſcribit *Herodotus*: τοῖσι ἂν ἀπογένηται ἐκ τῶν οἰκίων ἄνθρωπος, τῷ τις καὶ λόγος ᾖ, τὸ θῆλυ γένος πᾶν τὸ ἐκ τῶν οἰκίων τούτων κατ᾽ ὦν ἐπλάσατο τὴν κεφαλὴν πηλῷ καὶ τὸ πρόσωπον· κἄπειτα ἐν τοῖσι οἰκίοισι λιποῦσαι τὸν νεκρὸν αὐταὶ ἀνὰ τὴν πόλιν στρεφόμεναι, τύπτονται ἐπεζωσμέναι, καὶ φαίνουσαι τοὺς μαζούς, σὺν δέ σφι αἱ προσήκουσαι πᾶσαι· ἑτέρωθεν δὲ οἱ ἄνδρες τύπτονται, ἐπεζωσμένοι καὶ οὗτοι: *quibuſcumque aliquis ex familiaribus deceſſit, homo alicujus momenti, ibi omnes fœminæ familiæ illius caput ſibi & vultum obliniunt luto; deinde, relicto inter cognatos cadavere, ipſæ per urbem vagantes plangunt ſuccinctæ, & mammas oſtendentes, & cum eis adſines omnes. Altera ex parte viri & ipſi ſe verberant, & ipſi ſuccincti.* Atque hoc, ut diximus, per id tempus quo condiebatur cadaver fiebat, quod nos docet *Diodorus*, cujus hæc ſunt verba: ὅταν τις ἀποθάνῃ παρ᾽ αὐτοῖς, οἱ μὲν συγγενεῖς καὶ φίλοι πάντες καταπασάμενοι πηλῷ τὰς κεφαλὰς περιέρχονται τὴν πόλιν θρηνοῦντες, ἕως ἂν ταφῆς τύχῃ τὸ σῶμα. οὐ μὴν οὔτε τῆς ἄλλης τροφῆς ἀξιολόγου μεταλαμβάνουσιν, οὔτε ἐσθῆτας λαμπρὰς περιβάλλονται: *cùm quis apud eos mortuus eſt, cognati & amici omnes, conſperſis luto capitibus, lamentantes per urbem, donec cadaver funeratum ſit, circumeunt. Interim à balneis, & vino & omni lautiore victu abſtinent. At nec veſtes elegantes induunt.*

4. *Præteritis luctus ejus diebus*] Hoc eſt, poſtquàm conditum fuit, per ſeptuaginta dies, cadaver; nec quidquam ut juſta perſoluta eſſent ſupererat, niſi ut monumento inferretur.

Pharahonis familiam] Hoc eſt, ejus miniſtros, de quibus vide notata ad Cap. XL, 1.

Si gratiam apud vos inveni] Vide ad Cap. VI, 8.

Ad aures Pharahonis deferte hæc verba] *Loquimini, quæſo, in auribus Pharahonis, dicendo.*

5. *Pater meus*, &c] Verbis iiſdem utuntur, quibus Joſephus præſens uteretur. Latini dicerent: *Pater Joſephi*, &c. Vide notata ad Cap. XLIV, 10.

Me ſepelies] *Illic me ſepelies.* Vertimus *quod mihi fodi* אשר כריתי, non quòd Jacobum ſpeluncam integram, in quâ Majores ejus ſepulti erant, effodiſſe intelligamus; quæ fortè naturâ erat effoſſa, aut ſaltem ab Abrahamo primùm exciſa fuit, cùm ei Sara illata eſt; ſed quia cùm ſit ea propria verbi ſignificatio, potuit Jacobus in ejus parietibus locum thecæ ponendæ ſibi cavaſſe. Notum eſt in Cryptarum parietibus, in Ægypto & alibi, excavatos eſſe loculos deponendis cadaveribus aptos. Itaque hîc קבר *keber* non dicetur tota ſpelunca duplex, ſed loculus in ea exciſus. Vide *Thevenot. Itin. Orientale* Part. 2. Lib. I Cap. 2.

Hæc cùm ita ſint, maluit tamen vir ſummus כריתי exponere *emi*, quomodo כרה ſumitur Deut. II, 6. Hoſ. III, 2. Durè etiam hoc interpretatur *ex emto adquiſivi*, nam id ſepulcrum ab Abrahamo emtum fuerat. Vide Cap. XXIII.

7. *Majores natu*] זקני *zikne*, quod Interpretes de regiorum miniſtrorum præcipuis intelligunt, ut זקן hîc ſit nomen dignitatis, non ætatis. Vide ad Cap. XXIV, 2.

Cuncti Ægypti ſenes] *Omnes* hîc dicuntur plurimi, neque enim *omnes ſenes Ægypti*, propriò ſenſu, Joſephum comitatos credibile eſt. Poſſet etiam ita intelligi, ut ex *quovis* Magiſtratuum ordine nonnulli cum Joſepho iverint. Sic *omnis* paſſim apud quoſvis Scriptores occurrit. Vide not. ad Cap. VII, verſ. 19. ſimiliter Matth. III, 5. *exiiſſe* dicitur ad Joannem *omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem.*

Senes autem Ægyptii hîc Magiſtratus interpretamur, quia ætate ſenes omnium minimè apti erant ad hoc iter faciendum; & iverunt hono-

dedere, ac per dies ſeptem luctum patri ſuo celebravit Joſephus. 11. Tractûs *illius* incola Chananæus luctum in Area Rhamni vidit, & gravis eſt, inquit, luctus hîc Ægyptiis; ideóque ei *Areæ*, trans Jordanem ſitæ, Abel-Mitsrajim nomen impoſuit. 12. Fecerunt itaque filii ejus, prout eis præceperat. 13. Transtulerunt eum in Chanahanitidem, atque in agri ſpelunca duplici, è regione Mamres, quam *ſpeluncam* in prædium ſepulcri cum agro ab Hephrone Chitthæo adeptus erat Abrahamus, ſepelierunt.

14. Joſephus, ſepulto patre, cùm ipſe, tum fratres ac omnes, qui cum eo adſcenderant ad patrem ejus ſepeliendum, in Ægyptum rediere. 15. Fratres autem Joſephi, cùm mortuum patrem viderent, fortaſſe, ajebant, nos odio habebit Joſephus, & malum quo eum adfecimus nobis rependet. 16. Adlegarunt igitur ad Joſephum, qui dicerent: Pater tuus, antequàm obiret, mandata dedit, his verbis: 17. Sic dicetis Joſepho: parcas, quæſo, flagitio, & ſceleri fratrum tuorum, nam malum tibi intulerunt;

tam Arabiam profecti ſunt, circumitóque lacu Aſphaltite Jordanem trajecerunt; & cùm ad Aream Rhamni, qui locus paucis paſſuum millibus ab occidentali Jordanis ripa diſtat, perveniſſent, per ſeptem dies, iterato planctu, illic quieverunt. 11. Quâ re animadverſâ, Chananæi eum locum *Abel-Mitsrajim*, hoc eſt, *luctum Ægyptiorum* deinde vocarunt. 12. 13. Illinc ad ſpeluncam duplicem, quæ in Chebronenſi eſt agro, profecti, in patrium ſepulcrum reliquias Jacobi intulerunt filii, extremiſque patris mandatis defuncti ſunt.

14. Juſtis Jacobo perſolutis, omnes qui venerant, una cum Joſepho, in Ægyptum redierunt. 15. Tum verò fratres Joſephi timere cœperunt, ne diſſimulato, dum pater viveret, odio, ultionem injuriæ ſibi olim illatæ de ipſis, eo quem verebatur mortuo, ſumeret. Itaque certos homines ad Joſephum miſerunt, qui dicerent 17. Jacobum morti proximum inter alia mandata, juſſiſſe Joſephum ſuo nomine orari, fratribus ſcelus olim in ſe commiſſum, vel propter communia ſacra, condonaret. Horum verba cùm audiit Joſephus, la-

honoris causâ, non quivis provectæ ætatis homines, ſed qui honores aliquos gerebant in Tanitico regno. Sic ſumitur Pſ. CV, 22. *Ut conjungeret principes ejus animo ſuo, & ſenes ſapientes ſaceret.* Vide quæ collegit hanc in rem *Joan. Seldenus* Lib. I. *de Synedriis Jud.* Capite XIV.

8. *Familia*] בית beth, *domus*, quod tam homines liberos, quàm ſervos complectitur, ut *familia* apud priſcos Latinos.

Impuberes dumtaxat] Vide not. ad Cap. XXXIV, verſ. 29.

9. *Currus & equites*] Præſidii, nimirum, causâ, ne Chananæi tranſitum negarent, aut infeſti eſſent.

Unà caſtra metantium maxima multitudo] המחנה כבד מאד hammahhane chabed meod, *caſtra gravia admodum.* Sed מחנה non tam ſignificat locum, ut *caſtra* apud Latinos, quàm multitudinem caſtrametantium. Vide notat. ad Cap. XXXIII, verſ. 8.

10. *Aream Rhamni*] גרן האטד *goren atad.* אטד *rhamnus* eſt, ſed hîc nomen proprium, unde ductum non conſtat. De eo loco ſic ex *Euſebio Hieronymus*: AREA ATAD *locus trans Jordanem, in quo planxerunt quondam Jacob, tertio ab Hiericho lapide duobus millibus ab Jordane, qui nunc vocatur Bethagla* (בית·עגלה) *quod interpretatur locus gyri, eò quòd ibi more plangentium circumierint.*

Quæ eſt trans Jordanem] Eſt hîc בעבר *bheber*, de cujus vocis ambiguitate dicemus ad Deut. I, 1. Si verum eſt quod ex *Hieronymo* modò referebamus, *trans* referetur ad Moabitidem, aut Hammonitidem, aut vicinam Arabiam; in qua fortè verſabatur Moſes, cùm hæc ſcriberet. Nam Jericho fuit trans occidentalem Jordanis ripam. Sed oportebit Joſephum per viam deſerti, longiſſimo circuitu, in Chananæam iviſſe, nec procul ab Jerichuntino agro Jordanem trajeciſſe, ut Chebronem Ægypto propiorem perveniret. Timuit fortè ne vicini Philiſthæorum Reges ſibi, per breviorem viam, tranſitum negarent; aut ne Idumæi etiam, per quorum agros tranſire poterat, negotium ſibi faceſſerent. Fortè Ægyptiorum hoſtes erant.

Maximum & acerbiſſimum planctum dedere] *Planxerunt planctu valde magno & gravi.*

Per dies ſeptem] Morſne hoc eſſet Ægyptiaci non conſtat, ſed fuit Hebraïci, ſaltem ſerioribus temporibus, ut liquet ex hac Sirachidis ſententia Cap. XXII, 13. Πένθος νεκροῦ ἑπτὰ ἡμέραι, μωροῦ δὲ καὶ ἀσεβοῦς πᾶσαι αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς αὐτοῦ, *luctus mortui ſeptem dierum eſt, ſtulti autem & impii omnium vitæ dierum.*

11. *Abel Miſrajim*] Hoc eſt, *luctus Ægypti.* Poſſet hîc & ſuperiori verbo legi מִצְרִים *mitſrim*, hoc eſt, Ægyptii.

12. *Fecerunt itaque filii ejus*] *Et fecerunt*, ſed ו hîc eſt *itaque*, *ergo*, ut res ipſa oſtendit. Hic verſus conjungendus cum ultimo Cap. XLIX.

13. *In agri ſpelunca duplici*, &c.] Repetitionis non neceſſariæ hîc eſt exemplum. Vide Cap. XLIX, verſ. 30. & *ſeqq.*

15. *Nos odio habebit*] Hoc eſt, ſimultatem, vivo patre diſſimulatam, totam nunc aperiet, & inimicitias nobiſcum exercebit.

16. *Qui dicerent*] *Dicendo*, vel *ad dicendum.* verbum ויצוו *jetſavvou*, vertimus *adlegarunt*; hoc eſt, eum mandatis miſerunt. *Accerſere* ſignificat 1 Sam. XX, 29.

Pater tuus, antequàm obiret] Fictum hoc videtur, ipſi enim Joſepho dicturus hoc fuiſſe videbatur Jacobus; ſed meliùs norat Joſephum, quàm ut ultionem de fratribus ſumturum vereretur.

17. *Parcas quæſo*] אנא שא נא *ana ſcha na.* נא & אנא ſunt voces *orantis*, quæ repetuntur; quamquam idem ſignificant. Vide Pſ. CXVIII, 25.

Flagitio & ſceleri] פשע אחיך וחטאתם pheſchah ahhecha vehhatatham, *delicti fratrum tuorum & peccati eorum*; ſed verbis ἐμφατικω-

Digitized by Google

runt; nunc verò ſervorum Dei patris tui facinori oro condones. Cùm autem eum alloquerentur, illacrimatus eſt Joſephus. 18. Iverunt etiam ad eum fratres, coram eo prociderunt: atque: en nos, inquiebant, ut tibi ſervi ſimus. 19. Dixit verò eis Joſephus: ne timeatis, an Dei loco ſum? 20. Vos quidem malum in me agitabatis, *ſed id* in bonum *vertere* cogitabat Deus, ut faceret, quemadmodum hodie *fit*, ut, *nimirum*, vitam ingenti populo conſervaret. 21. Nunc ergo ne timeatis, vos ego & impuberes *liberos* veſtros alam. Atque *ita Joſephus* eos conſolatus eſt, & quæ cordi iis erant loquutus.

22. Ceterùm Joſephus habitavit in Ægypto, cùm ipſe, tum familia patris ejus, & de-

lacrimas, præ fraterna caritate, continere non potuit, nedum ut ultionem meditaretur. 18. Itaque eum etiam decem fratres, a quibus olim venditus fuerat, adiverunt, paratoſque ſe ei, expiandi ſceleris cauſà, in perpetuum ſervire pedibus ejus advoluti dixerunt. 19. Joſephus verò ſolari eos cœpit, neque enim ſe eum eſſe dicebat, qui quod Deo viſum eſſet, infectum optaret; 20. & quoniam quod illi malo animo fecerant, Deo volente, feliciter ceſſiſſet, cùm ingentis populi vitæ, ſuà operà, conſultum eſſet, nullam propterea animo ſuo inſediſſe iram. 21. Non eſſe ergo quod vererentur, & ſe in poſterum, ut antea fecerat, frumentum etiam gratis ſuppeditaturum, ne ſimul-

τιμωτέροις Latinè loquentibus utendum fuit.

Servorum Dei patris tui] Communium Sacrorum fratrem admonent, ut miſericordiam ejus flectant; quia major cùm ſit conjunctio inter eorumdem ſacrorum participes, major inter ſe iis veniæ ſpes eſt quàm alienis. Hinc, apud Græcos & Latinos, *per communes Deos*, aut *communia ſacra*, obteſtandi mos.

18. *Iverunt etiam ad eum fratres*] Poſtquàm viderunt Joſephi animum injuriæ memorem non eſſe, non dubitarunt ad eum ire, ut prorſus flecterent, ſi quid fortè iræ in eo reliquum eſſet.

Tibi ſervi ſumus] Hoc eſt, parati ſumus injuriam tibi illatam ſervitute expiare, ſi ita tibi videatur. Vide ſup. Cap. XLIV, 9, 16.

19. *An Dei loco ſum*] התחת אלהים אני *hatthabhath elohim ani*, quam phraſin habuimus ſuprà Cap. XXX, 2. Verùm illic ſenſus ejus clarior eſt quàm hîc, tametſi idem utrobique eſſe poteſt. Rachelæ enim liberos petenti à viro hic reſpondet: *an ſum Dei loco, qui te fructu uteri prohibet?* Hoc eſt, an poſſum efficere, quod ſolus Deus facit? vel, poſſúmne divinæ voluntati obniti, & efficere quaſi Deus quod alius Deus non vult? Similiter hoc in loco hoc vult Joſephus: ſúmne is qui Deo æqualem me putem, ut voluntati ejus adverſari adgrediar? Qui eſt *Dei loco*, ſeu, ut Homerica voce utar, ἀντίθεος, is ſe Deo æquat, & poſſe ſe divinæ voluntati obſiſtere cenſet. Videtur is ſenſus eſſe Tranſlationis LXX. Intt. qui habent, τοῦ γὰρ θεοῦ εἰμὶ ἐγώ, hoc eſt, libenter in Dei poteſtate ſum, ejúſque voluntati meam conſentaneam eſſe oportere exiſtimo. Sed clariùs *Aquila*, ὅτι μὴ ἀντὶ θεοῦ ἐγώ, interrogatione per negationem expreſſâ, cujus rei exempla vide ad Cap. XLI, 16. *Symmachus* ſimiliter μὴ γὰρ ἀντὶ θεοῦ εἰμι ἐγώ. Vulgatus paraphraſi eumdem ſenſum expreſſit: *num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?*

Dignum hîc eſt notatu Scholiaſtam Græcum Vaticanum, obſervare in Samaritico fuiſſe καὶ γὰρ φοβούμενος θεὸν εἰμι ἐγώ, quaſi, nempe, ſcriptum fuiſſet pro התחת *hatthabhath* חתת hhotheth, *timens*, hoc eſt, timeo; quod ſenſum egregium fundit, neque enim erat quod vererentur Jacobi filii ne à fratre malè haberentur, cum Dei timens eſſet. Sic Moſes Levit. XXV, 43. *Non dominaberis*, inquit, *fratri durè*, *ſed* TIMEBIS *Deum tuum*. Ubi vide not. Attamen noſtri Codices Samaritici haud aliter habent hodie ac Judaici, imò verò ipſa Samaritica Tranſlatio oſtendit ita legiſſe eum à quo ſcripta eſt, qui pro התחת habet התליפת hahhaliphath *an loco*,

20. *Sed*] Hanc conjunctionem ſupplevimus, quæ abeſt à Codicibus noſtris, ſed eſt in Samaritico, ubi non eſt אלהים dumtaxat, ſed והאלהים *vehaelohim*, ὁ δὲ θεὸς, ut habent οἱ LXX.

Vitam conſervaret] *Vivificaret*, ut Cap. XL.

21. *Quæ cordi erant loquutus*] Loquutus *eſt ad cor eorum*. Vide not. ad Cap. XXXIV, 3.

22. *Vixit*]. Additur iterum nominativus *Joſeph*.

23. *Tertiæ generationis filios*] בני שלישים bne ſchilleſchim *filii tertiorum*. Alii tertiam, alii quartam generationem intelligunt. Qui in priore ſunt ſententia hanc phraſin interpretantur perinde ac ſi שלשים & בני שלשים ſint iidem: ut ישראלים & בני ישראלים *Iſraëlitæ* & *filii Iſraëlitarum* ſunt iidem. Sic LXX. ἕως τρίτης γενεᾶς *ad tertiam generationem*, ut habet Vulg. Pariter Samariticæ Paraphraſeωs Auctor בנים תליתאים *filios tertios*, ut habet etiam *Onkelos*. In proſapia quidem Manaſſæ, qui fuit natu major; non ultra tertiam generationem, eo numerato, progreditur Moſes. Sed ex Ephraïmo fortè vidit Jacobus nepotum liberos, qui dici poſſunt *filii tertiorum* propriè, quod favet iis, qui רבעים *ribbebim*, hoc eſt, quartam generationem interpretentur.

Machire] De quibus Num. XXXII, 39.

In genibus Joſephi] Phraſis eſt παροιμιώδης, quâ videtur ſignificare Moſes tertiæ generationis liberorum educationi præfuiſſe Joſephum. Vide ſup. Cap. XXX, 3. Sic Onkelos: *nati ſunt & educavit* (ורבי) *eos Joſephus*. Obſtetrices infantes excipere genibus ſolebant, vid Job. III, 12. Atque hinc ducta proverbialis loquutio. Apud antiquiſſimos Græcos, nepotes in avi genibus deponebantur, ſi adeſſet, ut liquet ex *Homeri* Odyſſ. Τ. ubi cùm Autolycus Laerten inviſiſſet paullo poſtquàm natus eſſet Ulyſſes,

Τόν ῥά οἱ Εὐρύκλεια φίλοις ἐπὶ γούνασι θῆκε
Παυομένῳ δόρποιο:

Eum ei Euryclea genibus impoſuit, finienti cœnam.

24. *Cu-*

Digitized by Google

decem ac centum annos vixit. 23. Vidit etiam Ephraïmo tertiæ generationis filios;
ac Machiri quoque, Manaſſæ filio, in genibus Joſephi filii nati ſunt. 24. Dixit dein-
de fratribus ſuis: Ego *quidem* morior, ſed curam veſtri geret Deus, faciétque ut ex hac
regione in eam, quam Abrahamo, Iſaaco & Jacobo *ſe daturum* juravit, adſcendatis.
25. Adegit itaque ſacramento Iſraëlitas Joſephus dicens: veſtri curam geret Deus,
atque hinc oſſa mea ut adſcendant facietis. 26. Mortuus eſt autem Joſephus de-
cem & centum annos natus, condiverúntque eum, & in Ægyto in arca poſitus
eſt.

GENESEΩS FINIS.

multatem ullam à ſe foveri exiſtimarent. Quo reſponſo, ſummopere Jacobi filiorum recreatus eſt animus.

22. Joſephus ergo cum fratribus in Ægypto manſit, & quidem in centeſimum decimum annum vitam produxit. 23. Quin & ex Ephraimo & Manaſſe nepotes & pronepotes vidit. 24. Cùm verò ſe morti proximum ſenſit, conſanguineis convocatis prædixit fore ut Deus eos in Chananæam brevi reduceret, eáque terrâ donaret, quam eorum Majoribus erat pollicitus. 25. Tum etiam jusjurando eos adegit, cadaver ſuum, cùm in Chananæam redirent, aſportaturos, & patrio monumento illaturos. 26. Anno ergo centeſimo decimo mortuus more Ægyptio conditus eſt, & in arca, donec aſportaretur, depoſitus.

Paraphraſeos in Geneſin

FINIS.

24. *Curam veſtri geret.*] *Viſitando viſitabit vos.* Vide not. ad Cap. XXI, 1. Hæc autem verba, non ad eos qui propriè *fratres* Joſephi erant, facta eſſe videntur, quorum pleriſque, ut minimum natu, excepto Benjamine, ſuperſtitem eum fuiſſe credibile eſt, cùm ejus præ ceteris obſervetur longævitas. Sed *fratres* paſſim vocantur omnes conſanguinei. Vide Cap. XXI, 1.

26. *Condiverunt*] Ut ſuprà verſ. 2. Nimirum, ut ſervaretur, donec in Chananæam transferri poſſet.

Decem & centum annos] Hoc jam habuimus verſ. 22.

Arca] Hoc eſt, loculo, qualibus condita corpora reponebantur. *Herodotus* antea laudatus Lib. II. C. 86. ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα· ποιησάμενοι δὲ, ἐσεργνῦσι τὸν νεκρὸν· καὶ κατακληΐσαντες οὕτω, θησαυρίζουσι ἐν οἰκήματι θηκαίῳ ἱστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον: *faciunt ligneam hominis effigiem, & poſtquam fecerunt, includunt mortuum; incluſúmque in conclavi thecarum, rectum ſtatuunt ad parietem.* Ejuſmodi arcæ etiamnum hodie in ſubterraneis Ægypti cryptis inveniuntur. Quam in rem *Thevenotii* paucula verba huc transferemus ex Orient. Itinerar. Part. 2. Lib. 2. Cap. IV. Cùm ergo ille deſcendiſſet in puteum quâ dabatur ingreſſus εἰς οἴκημα θηκαῖον, invenit „ cadaver valde longum & latum, quod continebatur craſſiſſimâ arcâ „ ligneâ, accuratè undique clausâ. Id lignum „ nullo modo putrefactum erat, comperimúſque, ait, eſſe veram Sycomorum; quæ vulgò in Ægypto *ficus Pharaonis* vocatur, & „ quæ non facilè putrefit. Exſtabat extra arcam „ ſculptus vultus hominis illic depoſiti. Sunt „ quoque ejuſmodi arcæ lapideæ, quibus etiam „ exſtante ſculpturâ inſculptus eſt vultus conditi cadaveris, &c. quæ apud *Thevenotium* ab harum rerum curioſis legentur.

Ceterùm pro וישם vajjiſchem in Samaritico eſt ויושם *vajjouſcham* ut fit in *Hophal*, ut eſt ἐν τῷ *Keri*, ſuprà Cap. XXIV, 33. Quod etiam à Maſſorethis hoc in loco notari debuit, cùm וישם Radice careat, & ſit, undecumcumque ducatur, anomalum.

Commentarii in Geneſin

FINIS.

Digitized by Google

APPENDIX COMMENTARII IN GENESIN.

I. DISSSERTATIO DE SODOMÆ, Finitimarúmque Urbium SUBVERSIONE.

I. Occaſio Diſſertationis. II. Sodomæ , vicinarúmque urbium ſitus. III. Earum peccata. IV. Subverſionis deſcriptio. V. Lacus Aſphaltites , æternum cladis monumentum. VI. Agri circumjacentis deſcripti , unde exponitur verſ. 7. Epiſtolæ Catholicæ S. Judæ , aliáque novi Fœderis loca. VII. Natæ ex hac Hiſtoria circumſtantiæ aliquot fabulæ Philemonis & Baucidis , quæ obſervatio variis exemplis illuſtratur. VIII. Miraculúmne , an ultricis Providentiæ ſolita pœna ſubverſio urbium ad Jordanem ſitarum haberi queat ?

I. INTER ſupplicia, quæ multa à Juſtitia Divina ex ſceleratis hominibus ſumta narrant Scriptores Sacri ; pauca ſunt Sodomæ , vicinarúmque urbium ſubito exitio mirabiliora. Sacrorum tamen Codicum Interpretes ſolitam , in eo enarrando , diligentiam vix adhibuiſſe videntur ; quo factum ut dudum hanc in rem Diſſertationem à nobis conſcriptam , ubi copioſiùs quæ huc pertinent congeſſeramus , quàm ut Commentarii anguſtiis coërceri poſſent , adjicere huic noſtro Operi decreverimus. Interpretes certè , quos videre licuit , ſeu nullum nodum dignum vindice hîc eſſe exiſtimarint , ſeu nihil haberent quod obſervarent , igne è cœlo delapſo oram illam conflagraſſe , & ſubverſam fuiſſe poſtquàm dixerunt , ſatis ſe Interpretum officio defunctos eſſe rati ſunt. Nimirum, ſæpe fit ut quæ ab infantia legimus & audivimus , iis ita adſuefiamus , ut quotieſcumque leguntur, ingenii aciem pænè prætervolent, & ſine conſideratione tranſmittantur. At mihi diligentiùs hæc legenti plurima obſervatu digna occurrere viſa ſunt , quibus & hæc hiſtoria mirum in modum illuſtrari, & alia Sacrorum Codicum loca feliciter explicari poſſent. Quæ ergo à nobis obſervata ſunt, ea in hanc Diſſertationem , ſi non pro rei momento , at , ut potuimus , latiùs diducta conjicere viſum eſt ; quod æqui boníque Sacrarum Litterarum ſtudioſum Lectorem conſulturum ſperamus.

II. Priuſquàm de clade ipſa agamus , Sodomæ , Gomorræ , Admæ & Tſeboïmi ſitum paucis deſcribamus neceſſe eſt ; quippe qui non parum conferet ut , quâ ratione pulcherrimæ regioni infelix ſucceſſerit lacus , intelligere poſſimus. Situm ergo earum urbium ſic deſcribit Moſes Gen. XIII, 10. ubi narrat quo pacto Lotus ab Abrahamo diſceſſerit : *Lotus verò proſpiciens omnem planitiem Jordanis , cùm nondum Jehova Sodomam & Gomorram perdidiſſet , totam , quà Tſoharem itur , inſtar Paradiſi Jehovæ , aut Ægyptiæ terræ , irriguam eſſe vidit.*

Primùm , hinc colligimus eas urbes ad Jordanem fuiſſe hinc inde ſitas, nam *planities Jordanis* hic dicitur ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου ; ut rectè verterunt LXX. Interpretes , ſenſum potiùs ſequuti , quàm genuinam ſignificationem vocis ככר *chiccbar* , quæ propriè *planam regionem* ſonat ; ut intelligimus vel ex Gen. XIX, verſ. 17. ubi montanæ opponitur. Hinc poſtea μέγα πεδίον *magnus campus* hæc regio dicta eſt , ut &

πόλιν

αὐλὼν *vallis.* Quod ut clariùs conſtet, verba *Joſephi* eam deſcribentis huc transferemus ex Lib. V. de Bello Jud. Cap. 27. in Græcis: ὑπέρκειται αὐτῇ (Jerichunti) ἄκαρπον ὄρος μήκιστον. κατὰ γὰρ τὸ βόρειον κλίμα, μέχρι τῆς Σκυθοπολιτῶν γῆς, ἐκτείνεται. κατὰ δὲ τὸ μεσημβρινὸν μέχρι τῆς Σοδομιτῶν χώρας καὶ τῶν περάτων τῆς Ἀσφαλτίτιδος. —— Ἀντίκειται δὲ τούτῳ τὸ περὶ τὸν Ἰορδάνην (lego πέραν τοῦ Ἰορδάνου) ὄρος ἀρχόμενον ἀπὸ Ἰουλιάδος καὶ τῶν βορείων κλιμάτων, παρατεινόμενον δὲ εἰς μεσημβρίαν ἕως Σομόρρων, ἥπερ ὁρίζει τὴν Πέτραν τῆς Ἀραβίας. ἐν τούτῳ δέ ἐστι καὶ τὸ σιδηροῦν καλούμενον ὄρος, μηκυνόμενον μέχρι τῆς Μωαβίτιδος: *imminet ei ſterilis mons longiſſimus, nam ad borealem regionem extenditur uſque ad Scythopolitarum agros; ad meridianam verò, uſque ad regionem Sodomitarum, & Aſphaltitidis terminos. Oppoſitus huic eſt, trans Jordanem, mons qui incipit à Juliade & boreali regione, & porrigitur in meridiem uſque ad Somorras, quæ vicinæ ſunt Petræ Arabiæ urbi. Hic quoque eſt, qui ferreus vocatur, mons Moabitidem uſque porrectus.* Vallis, quæ eſt inter hoſce montes, ea eſt de qua hîc ſermo eſt, & de qua ſic in ſequentibus Joſephus: ἡ μέση δὲ τῶν δύο ὀρέων χώρα, τὸ ΜΕΓΑ ΠΕΔΙΟΝ καλεῖται, ἀπὸ κώμης Γινναβρὶν διῆκον μέχρι τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης. ἔστι δὲ αὐτοῦ μῆκος μὲν σταδίων χιλίων διακοσίων, εὖρος δὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, καὶ μέσον ὑπὸ τοῦ Ἰορδάνου τέμνεται: *regio quæ media eſt, inter duos montes, magnus campus vocatur, à pago Ginnabrin porrecta uſque ad Aſphaltiten lacum. Eſt ejus longitudo mille ducentorum ſtadiorum, latitudo verò centum viginti. Jordane medius ſecatur.* Idem locus ex rei natura αὐλὼν, id eſt, convallis dictus, quamvis *Hieronymus* in locis Heb. perperam Hebraïcam vocem eſſe velit; qua in re eum errare pluribus oſtendimus in *Quæſtionibus Hieronymianis*, Quæſt. I. §. 6. AULON, inquit, *non Græcum, ut quidam putant, ſed Hebræum vocabulum eſt. Appellatur autem vallis grandis atque campeſtris, in immenſam longitudinem ſe extendens, quæ circumdatur ex utraque parte montibus, ſibi invicem ſuccedentibus & cohærentibus; qui incipientes à Libano & ultra, uſque ad deſertum Pharan perveniunt. Suntque in ipſo Aulone, id eſt, valle campeſtri, urbes nobiles Scythopolis, Tiberias, ſtagnumque propter eam; ſed & Jericho, mare mortuum, & regiones in circuitu, per quas medius Jordanis fluit, oriens de fontibus Paneadis, & in mare mortuum introiens.* Verba *Euſebii* ſunt: Αὐλὼν, πεδιὰς μεγάλη, ἐπιμήκης (ſic legendum, non ἐπίμηκος) ὁ Αὐλὼν εἰς ἔτι καὶ νῦν καλεῖται· αὕτη δὲ περιέχεται ὄρεσιν ἑκατέρωθεν παρατείνουσιν ἐκ τοῦ Λιβάνου καὶ ἔτι ἄνωθεν ἐπὶ ἐρήμου Φαράν. εἰσὶ δὲ ἐπὶ Αὐλῶνος πόλεις ἐπίσημοι καὶ ἡ περὶ αὐτῇ λίμνη, Σκυθόπολις, Ἱεριχὼ, καὶ ἡ νεκρὰ θάλασσα, αἵ τε περὶ αὐτὰς χῶραι, ὡς μέσος Ἰορδάνης φέρεται, ἐξιὼν μὲν ἀπὸ τῶν κατὰ Πανεάδα πηγῶν εἰς δὲ τὴν νεκρὰν θάλασσαν ἀφανιζόμενος. Hujus ampliſſimæ vallis ſuperiores partes fertiliſſimæ fuere, ut oſtendimus in Commentario noſtro ad Geneſ. Cap. XLIX, 14. Mediæ verò, exceptis Jordanis aquis, aliis non irriguæ, æſtare aduſtæ erant, ut auctor eſt *Joſephus* loco laudato: ἐκπυροῦται ὥρᾳ θέρους, inquit, τὸ πεδίον, καὶ δι᾽ ὑπερβολὴν αὐχμοῦ περιέχει νοσώδη τὸν ἀέρα, πᾶν γὰρ ἄνυδρον πλὴν τοῦ Ἰορδάνου, παρὸ καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις φοινικῶνας εὐθαλεστέρους, καὶ πολυφορωτέρους εἶναι συμβέβηκεν: *æſtatis tempore inceditur illa planities, & propter æſtûs vehementiam, inſalubrem aërem complectitur; omnis enim eſt arida, excepto Jordane, ideóque in ejus ripis palmeta ſunt viridiora & fertiliora.* Verùm hoc in loco de neutra harum partium ſermo eſt, ſed de infima ab urbe Jerichunte ad montes Idumææ porrecta, ubi eſt nunc Lacus Aſphaltites, de quo poſtea dicemus. Intereà obiter obſervandum aquas Jordani influentes, propter montes perpetuos quibus coërcetur ab ortu & occaſu, nulla ex parte effluere potuiſſe, ſed cum ejus aquis in meridianam plagam delatas.

Secundo loco, leviter prætermittendum non eſt quod nos docet Moſes hanc Aulonis oram meridianam *totam, quà Tſoharem itur, inſtar Paradiſi Jehovæ, aut Ægyptiæ terræ irriguam fuiſſe.* Quæ verba ſingillatim hîc illuſtrabimus, & ante omnia quidem irriguum eum fuiſſe tractum ex aliis Scriptoribus oſtendemus; quæ res maximi, in hoc negotio, eſt momenti. Jerichuntinos agros, ut hinc initium faciamus, ſummopere irriguos fuiſſe teſtatur *Strabo* Lib. XVI. Genev. Edit. Iſ. Caſauboni Pag. 525. Ἱερικοῦς δ᾽ ἐστὶ πεδίον κύκλῳ περιεχόμενον ὀρεινῇ τινι καὶ πού καὶ θεατροειδῶς πρὸς αὐτὸ κεκλιμένῃ· ἐνταῦθα δ᾽ ἐστὶν ὁ Φοινικὼν, μεμιγμένην ἔχων καὶ ἄλλην ὕλην ἥμερον καὶ εὔκαρπον, πλεονάζων δὲ τῷ φοίνικι, ἐπὶ μῆκος σταδίων ἑκατὸν, διάῤῥυτος ἅπας, καὶ μεστὸς κατοικιῶν: *Jerichus eſt campus circumdatus in orbem montanâ regione, quæ & quadam parte theatri in modum flexa eſt. Ibi eſt palmetum, miſtas habens & alias arbores manſuetas & feraces, ſed abundans palmis, in longitudinem ſtadiorum centum,* TOTUM IRRIGUUM & *plenum habitationibus.* Unde autem ea ora irrigua ſit, docet *Joſephus* loco laudato, his verbis: Παρὰ μέν τοι τὴν Ἱεριχοῦντα, ἐστὶ πηγὴ δαψιλής τε, καὶ πρὸς ἀρδείας λιπαρωτάτη, *ad Jerichuntem eſt fons copioſus & ad rigationem uberrimus.* Quod dicit de mutatione ab Eliſæo in ejus aquis facta non referemus, uti nec quæ habet de ſalubritate fontis, quippe ex traditione incerta nata. Subjicit: ἄρδει γοῦν πλεῖονα τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ πεδίον μὲν ἐπέχει ἑβδομήκοντα σταδίων μῆκος, εὖρος δὲ εἴκοσι: *amplius quàm ceteri fontes ſpatium rigat, & ſeptuaginta quidem ſtadiis longum, latum verò viginti.* Pingitur ad meridiem Jerichuntini agri *Torrens*, ſeu *vallis Kedron*, quæ Jeroſolimâ aquas in Lacum Aſphaltiten deferat; ſed quia ſæpiùs quaſi vallis ſiccæ mentio fit Kedronis, & eſt aliqua dubitandi ratio *torrénſne*, an vallis fuerit; rem in medio relinquemus, & nos ad orientalem Aſphaltitæ ripam conferemus.

Hoc in loco fuit fons *Callirhoë* à Græcis dictus, ad quem Jerichunte ivit Herodes æger, ut docet *Joſephus* Ant. Jud. Lib. XVII. Cap. 8. Ποταμόν τε περάσας Ἰορδάνην θερμαῖς τοῖς κατὰ Καλλιῤῥόην αὐτὸν παρεδίδου, ἅπερ σὺν τῇ εἰς πάντ᾽ ἀρετῇ καὶ πότιμά ἐστιν. ἔξεισι δὲ ὕδωρ τοῦτο εἰς λίμνην τὴν ἀσφαλτοφόρον λεγομένην: *trajecto Jordane, calidis aquis ad Callirhoën ſe tradidit, quæ præter virtutem ad omnia, potari poſſunt. Effluit autem hæc aqua in lacum Aſphaltiten. Plinius* ad meridiem lacûs, hunc fontem collocat, poſtquàm enim dixit Lib. V. Cap. 16. *proſpicere eum ab oriente Arabiam Nomadum, à meridie Machæruntem,* addit: *eodem latere eſt calidus fons medicæ ſalubritatis Callirrhoë, aquarum gloriam ipſo nomine præferens.*

Ab oriente etiam lacum Aſphaltiten influit

Arnon, ὃς ἐκ τῶν τῆς Ἀῤῥαβίας ὀρῶν ὁρμώμενος, ut ait *Joſephus* Ant. Jud. Lib. IV. Cap. 4. καὶ διὰ πάσης ἐρήμου ῥέων εἰς τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην ἐκδίδωσιν, ὁρίζων τήν τε Μωαβῖτιν, καὶ Ἀμοῤῥῖτιν: *qui ex Arabiæ finibus ortus, & per totum deſertum fluens in Aſphaltitidem paludem evolvitur, & dividit Moabitidem ab Amoritide.*

Magis ad Auſtrum fuit *torrens Zered*, de quo Moſes Num. XXI, 12. Deut. II, 13, 14. Atque hic etiam in Aſphaltiten Lacum influere videtur, Digna ſunt quæ huc transferantur verba *Nubienſis Geographi* ex Clim. III. P. V. *Habitacula autem Gentis Lot, mare fœtidum* (mortuum) & *Zogar* (צער tſohar) *uſque ad Baiſan & Tiberiadem, vocantur* Ghaur (id eſt, profundum) *quia videlicet, eſt planities quædam inter duos montes. Omnes autem aquæ Damaſci delabentes & in unum confluentes efficiunt flumen Zachar cujus origo eſt ex mari Tiberiadis, prope ipſam Tiberiadem* (Jordanes inferior) *& omnes fluvii influunt in illud, qualis eſt fluvius Jarmac & Had, & flumina Barſan & quidquid effluit è Kouar-mat & ex montibus Jeroſolimæ & monte ſepulcri Abrahim & quidquid etiam defluit Neapoli. Hæc autem omnia ſimul concurrunt & labuntur in mare Zogar, quod appellatur mare Sadum & Amur*; id eſt, Sodomæ & Gomorrhæ &c. Sunt quædam hîc minùs accurata, ſed non omnia falſa. Hinc colligere eſt inferiorem partem Jordanis, in qua nunc eſt Lacus Aſphaltites, non modò ejus fluvii aquis irriguam fuiſſe, ſed etiam fontium, & torrentium illuc influentium. Cùm autem tot aquis nullus in mare exitus eſſet, neceſſe eſt eas circumjacentibus arenis abſorptas; quod eò faciliùs fieri potuit, quòd ſoleant calidarum terrarum incolæ fluvios in rivulos derivare, ut agros ſuos rigent. Unde fit ut, variis in locis, exhauſti fluvii ad mare undas deferre non poſſint. Exemplum ſimile *Chryſorrhoæ* adtulimus ad Gen. II, 11. Novi quidem à ficto Ariſtea proditum Jordanem εἰς ἕτερον ποταμὸν ἐκβάλλειν τὸ ῥεῦμα, κατὰ τὴν Πτολεμαίων χώραν. οὗτος δὲ ἐξίησιν εἰς θάλασσαν, *in alium fluvium devehere undas, circa regionem Ptolemæorum, hunc verò exire in mare.* Verùm figmentum hoc eſſe omnes norunt, qui nullum eſſe Lacûs Aſphaltitæ emiſſarium perſuaſum habent.

Verùm ut ad Moſem redeamus, planitiei Jordanis infimam partem, non modò irriguam fuiſſe prodit; ſed etiam duobus locis irriguis confert, & partem quà potiſſimùm epotis tot aquis fertilis erat, deſignat: *ut hortus*, inquit, *Jehovæ*, ut *terra Ægypti, veniente te Tſoharem.* Hic eſt ordo verborum Moſis, quæ, ſi legenda ſunt, ut in Codicibus noſtris leguntur, trajectione laborant, & ſúntque diſponenda quemadmodum antea fecimus, ut in Commentario ad eum locum monuimus. Nempe, ex montanis locis, à nobis anteà ex *Joſepho* deſcriptis, in quibus tendebat Abrahamus cùm Lotus ab eo diſceſſit, in oppoſitos montes trans Jordanem per Tſoharem euuti, occurrebant primùm Jerichuntini agri copioſiſſimo fonte madidi, tum Jordanes ipſe, & Callirhoë. Itaque verè irrigua dici poterit ea planities, *quâ Tſoharem ibatur.* Vide ſimilis vocum perturbationis exemplum Gen. XXV, 18. At ſi quis trajectionem hanc ferre nequeat, alteram lectionem commodiſſimam ſuppeditabit Interpres Syrus, in Londinenſibus Polyglottis editus, qui pro צער *tſohar* habet צען *tſoan*, hoc eſt *Tanis*, de qua Moſes Num. XIII, 23. & Pſal. LXXVIII, 12. Ac ſanè ad regionem ſummopere irriguam deſcribendam, nullum eſt aptius exemplum inferiore Ægypto, & quidem *quà Tanim* ex Chananæa *ibatur.* Fuit enim non modò Nili alveis variè ſecta, ſed etiam ſtagnis & paludibus plena. Quam in rem, quia eſt omnibus Ægypti Chorographiæ non omnino imperitis notiſſima, ſatis erit adtuliſſe verba *Strabonis* Lib. XVII. Pag. 552. Ὑπὲρ τὸ Μενδήσιον στόμα, inquit, καὶ τὸ Ταινιτικὸν λίμνη μεγάλη, καὶ τὰ ἑξῆς: *ſupra Mendeſium oſtium, & Taniticum eſt ingens lacus*, &c. Εἶτα τὸ Τανιτικὸν στόμα (ὅ τινες Σαϊτικὸν λέγουσι) καὶ ὁ Τανίτης νομὸς, καὶ πόλις ἐν αὐτῷ μεγάλη Τάνις. Μεταξὺ δὲ τοῦ Τανιτικοῦ καὶ Πηλουσιακοῦ ΛΙΜΝΑΙ καὶ ΕΛΗ ΜΕΓΑΛΑ καὶ ΣΥΝΕΧΗ, κώμας πολλὰς ἔχοντα: *poſtea Taniticum oſtium, & Taniticus Nomus, & urbs in eo magna Tanis. Inter Taniticum & Peluſiacum* (per quem in Taniticum ex Chananæa euntibus tranſeundum) STAGNA & PALUDES MAGNÆ & CONTINUÆ, *ubi ſunt multi pagi.*

Verùm nobis hîc perinde eſt utram lectionem, noſtrorúmne Codicum, an Syri Interpretis ſequamur; modò inferiori Ægypto, ob irrigua paſcua, conferri planitiem Jordanis meminerimus. De *Paradiſo Jehovæ*, cui etiam adſimilatur, nihil eſt quod dicamus, præter ea quæ in Commentario noſtro obſervavimus.

Tertiò, animadvertendum eſt in hoc tractu fuiſſe *puteos bituminis*; quod docet Moſes Gen. XIV, 10. ubi narratâ clade Sodomitarum: *vallis Siddim*, inquit, *puteis bituminis referta erat, quò, cùm fugiſſent reges Sodomæ & Gomorræ, ceciderunt.* Hinc cognoſcimus, etiam antequàm Lacus Aſphaltites enaſceretur, bitumen ex eo ſolo erupiſſe, & hauriri illinc ſolitum. Sed cùm poſtea aquis illuc confluentibus dilutum, liquidum factum ſit, ut docet *Plinius* Lib. XXXV. Cap. 15. antea ſpiſſum fuiſſe videtur, ob cauſam adlatam in Commentario noſtro. *Plinii* verba, ne quærenda ſint, ſimiliáque de bitumine aliquot aliorum Scriptorum, huc transferemus. *Bitumen*, ait ille, *alibi limus, alibi terra, limus è Judææ lacu emergens, terra in Syria circa Sidonem oppidum maritimum. Spiſſantur hæc utraque, & in denſitatem coëunt. Eſt verò liquidum bitumen, ſicut Zacynthium, & quod à Babylone invehitur*, &c. *Quæ omnia piſſaſphalton Græci appellant, ex argumento picis & bituminis.* Vide & *Dioſcoridem* Lib. I. Capp. 99 & 100. Multis in locis, teſtatur *Strabo* bitumen è terra, vel fontibus hauſtum fuiſſe. Hæc ejus ſunt verba Lib. XVI. Pag. 511. Γίνεται ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ ἡ ἄσφαλτος πολλή, περὶ ἧς Ἐρατοσθένης μὲν οὕτως εἴρηκεν· ὅτι ἡ μὲν ὑγρὰ, ἣν καλοῦσι Νάφθαν, γίνεται ἐν τῇ Σουσίδι, ἡ δὲ ξηρὰ δυναμένη πήττεσθαι ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ· ταύτης δ' ἐστὶν ἡ πηγὴ τοῦ Νάφθα πλησίον: *in Babylonia bitumen multum naſcitur, de quo ſic loquitur Eratoſthenes. Liquidum, quod Naphtham vocant, naſcitur in Suſiana; ſiccum verò, quod concreſcere poteſt, in Babylonia; cujus fons eſt prope Naphtham.* Vide & quæ habet de Bituminis fonte, in Apolloniatarum agro Lib. VII. Pag 219. & ad eum locum laudatos ab *Iſ. Caſaubono* Scriptores.

Quemadmodum autem Moſes *puteorum bituminis*, in planitie Jordanis, meminit: ſic & *Herodotus* Lib. VI. Cap. 119. memorat φρέαρ,

τὸ

τὸ παρέχεται τριφασίας ἰδέας· καὶ γὰρ ἄσφαλτον καὶ ἅλας καὶ ἔλαιον ἀρύσσονται ἐξ αὐτοῦ τρόπῳ τοιῷδε· ἀντλέεται μὲν κηλωνηίῳ, ἀντὶ δὲ γαυλοῦ, ἥμισυ ἀσκοῦ προσδέδεται. ὑποτύψας δὲ τούτῳ ἀντλέει, καὶ ἔπειτα ἐγχέει εἰς δεξαμενήν. ἐκ δὲ ταύτης ἐς ἄλλο διαχεόμενον τρέπεται τριφασίας ὁδούς· ἡ μὲν ἄσφαλτος, καὶ οἱ ἅλες πήγνυνται: *puteum, qui exhibet triſarias rerum ſpecies, nam ex eo bitumen, ſalem & oleum hauriunt, hoc modo. Hauritur quidem celoneo, pro ſitula autem dimidio utre ad celoneum alligato; quo in puteum decuſſo, quidquid hauritur mox in ciſternam diffunditur, atque hinc aliò effuſum triplici varietate concreſcit, in bitumen quidem & ſalem protinus*, &c. Verùm hoc fuit liquidum Bitumen, ſed & *cavernarum*, ex quibus ſiccum Babylonii hauſerant, meminerunt Veteres. *Curtius* Lib. V. Cap. 1. *Caverna ibi eſt, ex qua fons ingentem vim bituminis effundit; adeò ut ſatis conſtet Babylonios muros ingentis operis hujus fontis bitumine interlitos eſſe.* Qua de re alii plures.

Hæc ergo fuit natura ſoli, atque hic ſitus urbium planitiei Jordanis; quibus rebus factum eſt, ſicut poſtea videbimus, ut ſubſidente ſolo, ibi enatus ſit bitumine turgens lacus.

III. Ut fertiliſſimum fuit ſolum Babylonicum, propter Euphratis humorem, & terræ naturam: hujuſmodi etiam fuit, iiſdem de rationibus, infima pars Magni Campi. Quemadmodum etiam Babylonii, omnium rerum copiâ diffluentes, omni libidinum generi addicti erant: eodem humanæ naturæ, Dei muneribus abutentis, vitio in omnia ſcelera præcipites ierant Sodomitæ, eorúmque vicini, quod nos docet Moſes Gen. Capp. XVIII, & XIX. Ἐπεὶ ἐνεφορήθησαν ἀγαθῶν, ait *Philo* in libro de Abrahamo, ὅπερ φιλεῖ, κόρος ὕβριν ἐγέννησεν: *poſtquàm bonis ſatiati ſunt, petulantiam, ut ſolet, ſatietas genuit.* Non ingenerantur hominibus mores, ſi *Ciceroni* credimus, tam à ſtirpe generis ac ſeminis, quàm ex iis rebus, quæ ab ipſa natura loci & à vitæ conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur, & vivimus. Karthaginienſes fraudulenti & mendaces non genere, ſed naturâ loci; quòd propter portus ſuos, multis & variis mercatorum, & advenarum ſermonibus, ad ſtudium fallendi ſtudio quæſtûs vocabantur. Ligures montani, duri atque agreſtes; docuit ager ipſe, nihil ferendo, niſi multâ culturâ, & magno labore quæſitum. Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, urbis ſalubritate, deſcriptione, pulcritudine. Ex hac copia, atque omnium rerum adfluentia, primùm illa nata erant, arrogantia, quæ à priſcis Romanis alterum Capuâ Conſulem poſtulaverat; deinde ea luxuries, quæ Hannibalem ipſum, armis tum Invictum, voluptate vicit. Hæc habet *Cicero* in Oratione de Lege Agraria, ad populum habita, contra *Rullum*; atque in ea, quam in Senatu habuit, negat deduci colonos oportere in eum locum, qui propter ubertatem agrorum, abundantiámque rerum omnium, ſuperbiam & crudelitatem genuiſſe dicitur. Quæ omnia extremæ planitiei Jordanis incolis adprimè conveniunt; quorum etiam, ut hoc obiter obſervemus, ſolum Campano abſimile non fuit, cùm hoc quoque bitumine & ſulfure exundet.

Quos autem res proſperæ corruperant, eos ne adverſæ quidem emendarunt. Ingens enim clades immiſſa, cùm ab Elymæis, ſociíſque victi fuiſſent, conſceleratum populum à facinoroſa vita non revocavit; & liberati ex captivitate Sodomitæ priſtinos mores ſecum reduxerunt. Vide Gen. Cap. XIV. Scelera autem horum populorum, non in eo modò ſita erant, quòd impuri atque impudici eſſent, ut liquet ex Geneſ. Cap. XIX. ſed in omni flagitiorum genere. Nullus certè qui addi poſſet conſceleratis moribus cumulus erat, ab iis qui tam turpiter hoſpites violare adgreſſi erant. Meritò ergo *Joſephus* hanc hiſtoriam his verbis orditur: οἱ Σοδομῖται πλούτῳ καὶ μεγέθει χρημάτων ὑπερφρονοῦντες εἴς τε ἀνθρώπους ἦσαν ὑβρισταί, καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀσεβεῖς, ὡς μηκέτι μεμνῆσθαι τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ὠφελειῶν. εἶναί τε μισόξενοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας ἐκτρέπεσθαι: *Sodomitæ divitiis & magnitudine pecuniarum ſuperbientes in homines erant contumelioſi, & erga Deum impii, ut beneficiorum ab eo acceptorum immemores eſſent. Odio hoſpites habere, & ad mutuas libidines converti.* Hinc quoque in Prophetis παροιμιωδῶς ſceleratorum hominum adpellatio eſt *Sodoma & Gomorra.* Sic Eſaias Jeroſolimitanos compellat Cap. I, 10. *Audite verbum Jehovæ, principes Sodomæ, aurem præbete legi Dei veſtri, populi Gomorræ.* Vide & Ezek. XVI, 46. *& ſeqq.*

IV. Conſceleratis ergo moribus permota Divina Juſtitia aliquot urbes, in extrema Jordanis planitie ſitas, omnino delere, & impios incolas πανωλεθρίᾳ perdere decrevit, quod hac ratione factum eſſe prodidit Moſes: *Jehova in Sodomam & Gomorram ſulfur & ignem ab Jehova è cœlo depluit, atque urbes illas, totam planitiem, omnes urbium incolas, terræque proventus ſubruit.* Gen. XIX, 24, 25. Oſtendimus antea eum tractum bitumine plenum fuiſſe, quod cùm facilè flammam concipiat, fulmine accenſum eſt, flammáque non modò in terræ ſuperficie conſpecta eſt; quod non rarò iis in locis evenit, ſine incolarum pernicie; ſed etiam ſubterraneas ſulfuris & bituminis venas ita pervaſit, ut abſumtâ eâ materiâ, terra ſubſiderit, alveúmque influentibus illuc aquis præbuerit. Quæ omnia ſunt nobis ſingillatim copioſiùs exponenda, exemplíſque illuſtranda.

Primùm, quamvis Moſes duas tantùm urbes, in quas Deus fulmen ſit jaculatus, memoret, Sodomam & Gomorram, duæ tamen aliæ unà everſæ fuerunt אדמה *Adma* & צבוים *Tſeboim*, quæ duabus ſuperioribus vicinæ erant, ut liquet ex Cap. XIV, 2. Hoc nos ipſe Moſes docuit Deut. XXIX, 23. ubi deſcribens pœnas, quas de impiis Iſraëlitis ſumturus erat Deus, ait, eorum agros olim conſpectum iri à peregrinis, illac iter facientibus, *omnes ſulfure & ſale aduſtos, in quibus neque ſatio ulla erit, neque quidquam germinabit, neque ulla herba creſcet, ut in ſubverſione Sodomæ, Gomorræ, Admæ & Tſeboimorum quas ſubvertit Jehova in ira & excandeſcentia ſua.* Vide & Hoſ. XI, verſ. 8. Verùm videntur duæ poſteriores urbes omiſſæ, quòd fortè Sodomitis & Gomorræis vectigales earum reges eſſent. *Strabo* quidem Libro XVI. non quatuor urbes tantùm unà hoc ſubterraneo incendio periiſſe memorat, ſed τρισκαίδεκα: verùm fortè deceptus hac in re eſt, ut in eo quod *Sirbonidem* paludem eamdem eſſe ac *Aſphaltitidem* cenſuit. Fortè etiam hiſce quatuor parebant novem minora oppida, quæ ſimul perierint. Certè Ezekiel

kiel non modò Sodomæ, ſed *filiarum ejus* meminit Cap. XVI. hoc eſt, urbium in ejus agro ſitarum. *Vivo ego, ait* Jeroſolimæ *Dominus Jehova: ſi fecit Sodoma ſoror tua, & filiæ ejus* (urbes quas circa ſe condiderat, aut in quas colonias miſerat) *ut tu filiæque tuæ feciſtis.* Fieri poteſt ut harum urbium numerum ex Scriptore quopiam rerum Phœniciarum hauſerit *Strabo*, vir diligentiſſimus & infinitæ lectionis.

Secundò, dicitur Deus *depluiſſe ſulfur & ignem ab Jehova*, quæ eſt circumloquutio fulminis, ut Pſalm. XI, 6. *Depluet in impios turbines*, IGNEM & SULFUR; & Ezek. XXXVIII, 22. *Plectam eam peſte, & ſanguine; imbrem exundantem, lapides grandinis*, IGNEM & SULFUR *depluam in eam.* Fulmen autem dicitur *ſulfur & ignis*, quaſi *ſulphur ignitum*, vel accenſum, ut Gen. III, verſ. 16. *dolor & conceptus*, hoc eſt, dolor qui conceptum ſequitur. Qui plura avebit exempla *H. Grotium* adeat ad Joan. III, 5. Quare autem ſic deſcribatur *fulmen* ei obſcurum non eſt, qui loca fulmine icta olfecerit, aut quæ à viris doctis de fulminis natura ſcripta ſunt legerit. Unum, aut alterum teſtimonium addemus. *Fulmina, & fulgura quoque*, ait *Plinius* Lib. XXXV. Cap. 15. *ſulfuris odorem habent, ac lux ipſa eorum ſulfurea eſt.* Seneca verò Nat. Quæſt. Lib. II. Cap. 21. *Quid quòd omnibus fulguritis*, ait, *odor ſulfureus eſt.* Ante omnes *Homerus* Odyſſ. M. verſ. 416. de Nave Ulyſſis:

> Διὸς πληγεῖσα κεραυνῷ
> Ἐν δὲ θεείου πλῆτο:
> *Jovis percuſſa fulmine, ſulfure implebatur.*

Re verâ fulmina nihil eſſe, præter exhalationes ſulfureas, oſtendere Phyſici. *Sulfur* vocatur Job. XVIII, 15. Hinc & *Perſio* Sat. II. *ſacrum ſulfur* dictum eſt.

> *Ignoviſſe putas, quia cùm tonat, ocyus ilex*
> Sulfure *diſcutitur* ſacro, *quàm tuque domúſque.*

Vice verſâ quia ſulfureum eſt fulmen, videtur à Græcis ſulfur θεῖον *divinum* dictum, nomine proprio, ἀπὸ τοῦ θεόθεν εἶναι.

Non ſimpliciter autem *ſulfur & ignem* depluiſſe dicitur Deus, ſed *ſulfur & ignem ab Jehova*, ubi additamentum *ab Jehova*, quod primâ fronte inutile fortè videatur, pleniùs fulmen χαρακτηρίζει, quod *ignis Dei* & *ignis à Deo* Hebræis, aliiſque Gentibus paſſim dicitur; ut 2 Reg. I, 12. *Deſcendit* IGNIS DEI *è cælo, & abſumſit eam.* Vide & Job. I, verſ. 16. Sic etiam Eſai. LXVI, 16. IGNE JEHOVÆ *plectentur*, hoc eſt, fulmine. Similiter Poëtæ Latini, poſt Græcos; ut *Ovidius* Metam. L. XV.

> *Jámque opus exegi, quod nec* Jovis *ira, nec* ignes,
> *Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.*

Statius Thebaïdos Lib. I.

> *Ilicet* igne Jovis, *lapſiſque citatior aſtris,*
> *Triſtibus exſiluit ripis.*

Quia hominum in ejuſmodi Meteora nulla eſt potentia, neque ad nubes ullâ arte pertingere eis licet; ideò Deus illic habitare, atque illinc tela mittere cenſetur; quamvis ubique æquè præſens ſit, neque fulmina ſingulari ratione vibret.

Tertiò, tametſi Moſes non adjicit, quâ ratione fulmen devotarum urbium agros ſubverterit; tamen cùm fulminis meminerit, vix aliter res intelligi poteſt, quàm ut fulmine in *puteos bituminis* magnâ copiâ delapſo accenſæ ſint ejus materiæ venæ, incendiúmque in intima bituminoſi ſoli viſcera penetrarit, tremoréque, & ſolo ſubſidente ſceleratas urbes ſubruerit. Non memorabimus hîc quàm facile *Naphtha*, quæ bituminis liquidi ſpecies eſt, flammam concipiat. Legi hac de re poſſunt quæ habent *Strabo* Lib. XVI. *Plutarchus* in Alexandro, & *Plinius* Lib. II. Cap. 105. Fortaſſe in Aulonis parte ſubruta, fuit tantùm craſſius bitumen; ſed ſolus hujus vapor, qui ex terris eo prægnantibus exhalatur, facillimè incendi poteſt. *In Lycia Hephæſtii montes tædâ flammante tacti flagrant, adeo ut lapides quoque rivorum, & arenæ in ipſis aquis ardeant. — Baculo ſi quis ex iis accepto traxerit ſulcos, rivos ignium ſequi narrant.* Verba ſunt *Plinii* Lib. II. Cap. 106. Apud Allobrogas, in agro *Gratianopolitano*, viſitur clivus exiguus, qui perpetuò fumum bituminoſi odoris exhalat. Is autem fumus face, aut paleâ accenſâ facilè inceditur & ægrè exſtinguitur; quod nos etiam vidimus.

In tremore terræ, qui menſe Januario anni M DC XCIII. totam Siciliam, mirum ac miſerabilem in modum, concuſſit, aut ſubruit, non vani auctores ſcripſere fulmina plura in loca inſulæ cecidiſſe. Quod etiam interdum à Veteribus animadverſum eſt. *Seneca* Quæſt. Nat. Lib. II. Cap. 30. *Ætna aliquando multo igne abundavit, ingentem vim arenæ urentis effudit. Involutus eſt dies pulvere, populóſque ſubita nox terruit. Illo tempore aiunt plurima fuiſſe tonitrua & fulmina. Ammian. Marcellinus* Lib. XVII. c. 7. ubi deſcribit terræ motum, quo Nicomedia everſa eſt: *Dein numine ſummo velut fatales contorquente manubias, ventóſque ab ipſis excitante cardinibus, magnitudo furentium incubuit procellarum, & ubi littoris fragor. Hæcque ſecuti typhones atque preſteres, cum horrifico tremore terrarum, civitatem & ſuburbana funditus everterant.* Claudit deſcriptionem ejus cladis, hiſce verbis: *ſupereſſe potuit ædium ſacrarum & privatarum, hominúmque pars major ni palantes abruptè flammarum ardores per quadragiata dies & noctes quidquid conſumi poterat exuſſiſſent.*

Fulmine ergo potuit bitumen Sodomitici ſoli accendi, & cùm non ex ſuperficie terræ, ſed ex profundioribus venis fluat, aut effodiatur, conceptum ſemel ignem per eas venas ferri, ac tandem concuſſum ſolum evertere oportuit. Quod ſæpe, eadem de cauſa, agris circa Ætnam & Veſuvium ſitis evenit. De Siciliæ ſolo innumeri ſcripſerunt, ſed omnium inſtar erit *Juſtinus*, qui initio Lib. IV. ita id deſcribit: *Eſt ipſa terra tenuis ac fragilis, & cavernis quibuſdam fiſtuliſque ita penetrabilis, ut ventorum tota fermè flatibus pateat; nec non & ignibus generandis, nutriendiſque ſoli ipſius naturalis materia; quippe intrinſecus ſtratum ſulfure & bitumine traditur; quæ res facit ut, ſpiritu cum igne inter interiora luctante, frequenter & compluribus locis, nunc flammas, nunc vaporem, nunc fumum eructet. Inde* de-

denique Ætnæ mentis, per tot ſæcula, durat incendium. Multis hæc perſequitur, in ſuo *Ætna*, elegantiſſimus Poëta *Cornelius Severus.* Similia de Campaniæ circa Veſuvium agris obſervantur, nec rarò etiam terræ motibus illic oppida ſubverſa ſunt. *Plinius* junior Ep. 16. Lib. VI. ubi avunculi, dum propiùs Veſuvii incendium viſeret, mortem narrat: *Crebris*, inquit, *vaſtiſque tremoribus tecta nutabant, & quaſi emota ſedibus ſuis, nunc huc, nunc illuc abire, aut referri videbantur.* Seneca Quæſt. Nat. Lib. VI. Cap. I. *Pompeios celebrem Campaniæ urbem — deſediſſe terræ motu audivimus — Nonis Februariis fuit motus hic, Regulo & Virginio Coſſ. qui Campaniam numquam ſecuram hujus mali, indemnem tamen, & toties defunctam metu, magnâ ſtrage vaſtavit.*

Quod Pompeiis accidiſſe ait *Seneca*, hoc ipſum fuiſſe urbium planitiei Jordanis ſupplicium contendimus. Neque hac primùm vice eam concuſſam fuiſſe planitiem, uti nec Pompeianus ager tum ſubverſus eſt, cùm primum tremuit, auctores ſunt nobis Judæi, ex quorum ſententia hæc in Traditionibus Hebraicis ſcripſit *Hieronymus*: *Quæritur*, inquit, *quare cùm primum fugæ montis Segor prætulerit* (Lotus) *ut eam in habitaculum ſuum voluerit liberari, nunc de Segor rurſum ad montem migret? Reſpondebimus veram eſſe illam Hebræorum conjecturam, de Segor, quòd frequenter terræ motu ſubruta*, Bela *primùm*, & *poſtea* Saliſſa *appellata ſit, timueritque Lot dicens, ſi cùm ceteræ adhuc urbes ſtarent, ipſa ſæpe ſubverſa eſt, quanto magis nunc, in communi ruina, non poterit liberari?* Verùm incertâ narratione miſsâ, obſervabimus potiùs, Philoſophi Romani verbis, Sodomitas vicinóſque pœnas Deo dediſſe malo, quod latiſſimè patet. Non enim domos ſolùm, aut familias, aut urbes ſingulas haurit, ſed gentes totas, regionéſque ſubvertit; & modò ruinis operit, modo in ALTAM VORAGINEM condit, atque ne id quidem relinquit ex quo appareat, quod non eſt, ſaltem fuiſſe; ſed ſuprà nobiliſſimas urbes, ſine ullo veſtigio prioris habitûs, ſolum extenditur.

Strabo Lib. I. & *Plinius* Lib. II. multa ejuſce rei exempla ſuppeditabunt, ex quibus paucula, exitio urbium ad Jordanem ſitarum ſimilia, ſeligemus. Narrat ergo ille ex *Poſidonio* Pag. 40. *ἐν τῇ Φοινίκῃ γενομένου σεισμοῦ, καταποθῆναι πόλιν ἱδρυμένην ὑπὲρ Σιδῶνος, in Phœnicia motu terræ, abſorptam eſſe urbem ſupra Sidonem ſitam*; ex *Demetrio Scepſio*, in Aſia minore factos eſſe terræ motus *ὑφ' ὧν καὶ κώμας καταποθῆναι, καὶ Σίπυλον κατεστράφθαι, κατὰ τὴν Ταντάλου βασιλείαν, καὶ ἐξ ἑλῶν λίμνας ἐγένοντο, quibus pagi abſorpti ſunt, & Sipylus everſa, ſub Tantali regno, & ex paludibus facti ſunt lacus*, quod in Aulonis clade etiam uſu venit, in qua ex aquis, quæ illic exundabant, factus eſt lacus Aſphaltites. Nec potuit aliter fieri, ſubſidente in locis paludoſis ſolo. *Συνιζήσεις*, ut idem ait Pag. 37. *καὶ μικρὰς καὶ μεγάλας γένοιντ' ἄν, εἴπερ καὶ τὰ χάσματα, καὶ καταπόσεις χωρίων, καὶ κατοικιῶν, ὡς ἐπὶ Βούρας τε καὶ Βιζώνης, καὶ ἄλλων πλειόνων ὑπὸ σεισμῶν γενέσθαι φασί: ſubſidere tam magna quàm parva poſſunt, ſiquidem hiatus terræ, & abſorptiones oppidorum & habitationum, ut Buræ & Bizonæ & aliarum plurium, motibus terræ fieri aiunt.* Plinius Lib. II. Cap. 88. auctor eſt *montem Epopon, cùm repente flamma ex eo emicuiſſet, campeſtri æquatum planitie — & oppidum hauſtum profundo.* Nempe, rupto fornice quo ſuſtentabatur humus, & materiâ ſubjectâ abſumtâ, neceſſe erat ſuperimpoſitum ſolum ſubſidere, & cavernis etiam, ſi ampliores eſſent, abſorberi. Ea de cauſa Ætnam paullatim *conſumi & ſenſim ſubſidere*, tempore *Senecæ* exiſtimabant, quòd aliquantò longiùs navigantibus ſolebat oſtendi, ut docet Ep. LXXIX. *Marcellinus* Lib. XVII, c. 7. terræ motus in tria genera, pro effectibus, dividit; alii enim humum ſurſum propellunt, alii edita complanant, alii denique, qui vocantur *chaſmatiæ*, *grandiori motu patefactis ſubitò voratrinis, terrarum partes abſorbent; ut in Atlantico mari Europæo orbe ſpatioſier inſula, & in Criſſæo ſinu Helice & Bura, & in Ciminia Italiæ parte oppidum Saccumum ad Erebi profundos hiatus abactæ, æternis tenebris occultantur.*

V. Poſtquàm agri Jordani vicini eâ ratione ſubſiderunt, neceſſe fuit id, quod modò dicebamus, accidere; nempe, aquas illuc influentes tantâ copiâ ex paludoſis antea locis efficere lacum, quod nos docet Moſes Geneſ. Cap. XIV, 3. ubi narrat accolarum Jordanis conveniſſe copias *in vallem Siddim, quæ nunc eſt*, inquit, *mare ſalſum*; hoc enim nomine, ut poſtea videbimus, inſignitur lacus Aſphaltites. Neque eo ſolo in loco, lacum motu terræ factum eſſe oſtendit locus *Strabonis* anteà allatus. Teſtatur etiam *Plinius*, in una Pythecuſarum, non modò oppidum hauſtum profundo, quod jam obſervavimus; *ſed etiam alio motu terræ, ſtagnum emerſiſſe.* Hujus anni initio, ut jam diximus, concuſſa eſt tota Sicilia, nec modò plurimæ urbes everſæ, ſed *Auguſta*, à Friderico Imp. anno CIↃ CCXXIX. condita, mari prorſus hauſta eſt.

Si aquis influentibus adjungamus bituminis latices, qui ſimul è terra eruperint, aut aquæ ſeſe miſcuerint, Aſphaltitæ lacûs plenam deſcriptionem habebimus. Certè antea oſtendimus eam regionem Aſphalto, ſeu bitumine abundaſſe; & fortè hîc evenit quod *Strabo* Lib. I. ait in Eubœa contigiſſe, quæ *per partes concuti priùs non deſiit, quàm hiatus terræ in Lelanto campo apertus fluvium luti igniti evomuit: μὴ παύσασθαι σειομένην τὴν νῆσον κατὰ τὰ μέρη, πρὶν ἢ χάσμα γῆς ἀνοιχθὲν ἐν τῷ Ληλάντῳ πεδίῳ πηλοῦ διαπύρου ποταμὸν ἐξήμεσε.*

Ita ergo natus lacus Aſphaltites, cui rei nihil objici poſſe videtur, niſi fortè Abrahamum motum terræ, quem fuiſſe eo in loco diximus, non videri ſenſiſſe; quandoquidem Moſes Geneſ. XIX, 27. ait tum demum rem ab eo cognitam, cùm mane ſurrexiſſet, iviſſétque in montes, atque illinc vidiſſet *fumum terræ, quaſi fornacis, adſcendentem.* Verùm non negat Moſes motum terræ Abrahamum ſenſiſſe, & potuit fieri, ut in vicinia exiguus aut nullus eſſet. Sæpe *exiguæ partes laborant*, ut obſervavit *Seneca* Quæſt. Nat. Lib. VI. Cap. 25. & *ecce hic*, inquit, *qui implevit fabulis urbem non tranſcendit Campaniam. Quid dicam cùm Chalcis tremuit, Thebas ſtetiſſe? Cùm laboravit Ægium, tam propinquas ei Patras de motu nihil audiſſe? Illa vaſta concuſſio, quæ duas ſuppreſſit urbes, Helicen & Burin citra Ægium conſtitit. Apparet ergo in tantum ſpatium motum protendere,*

quan-

quantum illa ſub terris vacantis ſpatii inanitas pateat. Prout cavernæ, quæ ruptæ ſunt, profundæ erant, aut latè patebant, motum procul, aut propiùs ſentiri neceſſe fuit. Videntur autem eæ cavernæ, nec procul à terræ ſuperficie, nec latiores valle quæ ſubſedit fuiſſe; quandoquidem quatuor urbes, cum earum agris, tam ſubitò abſorpſere, nec malum latiùs ſerpſit.

Ejus autem eventûs memoria, non apud Hebræos modò, qui poſtea vicinam regionem invaſerunt, manſit, ſed etiam apud Ethnicos propagata eſt. *Strabo* quidem Lib. XVI. hunc lacum malè cum *Sirbonide* miſcet, ſed digniſſimus eſt qui in ceteris audiatur: Ἡ δὲ λίμνη πολλὴ μέν ἐστι, καὶ χιλίων σταδίων εἰρήκασί τινες τὸν κύκλον, καὶ τὰ ἑξῆς, quæ Latinè tantùm, brevitatis causâ, apponemus: „ Lacus permagnus eſt, cujus ambitum nonnulli mille ſtadiorum tradiderunt ——— longitudine paullò ampliùs ducentis ſtadiis (*Joſephus de Bell. Jud.* Lib. IV. Cap. 26. *longum ait* D LXXX. *ſtadia, latum* CL.) Profunda & gravis admodum ejus eſt aqua, ut urinatores in eo locum non habeant; nam qui tenus umbilico in eum procedit, mox extollitur. Plenus eſt bitumine, quod è medio fundo, temporibus non certis, cum bullis quaſi ferventis aquæ efflatur, ac tum ſuperficies paludis curvata collis ſpeciem præbet. Favillæ multùm emittit fumoſæ, & quæ viſum fallat; æri & argento, & nitidis ac terſis omnibus rubiginem inducens, demto ſolo auro. Cùm vaſa æruginem contrahunt, jam accolæ intelligunt bituminis eruptionem adpetere, ac ſe arundineis ratibus, ad id inquirendum, accingunt. Bitumen eſt terræ gleba, quæ calore liquefacta efflatur ac diffunditur, rurſúmque in ſolidum corpus aquæ frigore coït, qualis eſt lacuum aqua, unde & inciſione opus habet. ——— Eſſe autem ignem in ſolo ejus regionis, multis aliis ſignis docent. Nam & petras aſperas exuſtas, circa Moiſada, oſtendunt; & multis in locis exeſas cavernas, & terram cineraceam, & picis guttas è petris deſtillantes, & flumina fœtore eminus edito efferventia, & habitationes paſſim everſas; ut iis fides haberi poſſe videatur quæ ab indigenis prædicantur, in hoc loco tredecim urbes olim habitatas fuiſſe; quarum caput Sodoma adhuc ſexaginta ſtadiorum habeat ſuperſtitem ambitum. Terræ autem tremoribus & ignis, aquarúmque calidarum & bituminoſarum ac ſulfurearum eruptione, eſſtitiſſe lacum, ſaxa ignem concepiſſe, urbium alias abſorptas, alias ab iis, quicumque fugere potuerunt, derelictas. Eratoſthenes contra ſenſit, ſtagnis intus conceptis regionem ſubductam, maximâ ejus parte factis eruptionibus contectam fuiſſe. *Straboni* ſuccenturiatus addetur à nobis *Tacitus* Hiſtor. Lib. V. Cap. 6. *Lacus immenſo ambitu, ſpecie maris, ſapore corruptior, gravitate odoris accolis peſtifer, neque vento impellitur, neque piſces, aut ſuetas aquis volucres patitur. Incertæ undæ ſuperjacta, ut ſolido feruntur; periti, imperitique nandi perinde adtolluntur. Certo anni, bitumen egerit; cujus legendi uſum, ut ceteras artes, experientia docuit.* ——— *Haud procul inde campi, quos ferunt olim uberes, magniſque urbibus habitatos, fulminum jactu arſiſſe; & manere veſtigia, terrámque ipſam, ſpecie torridam, vim frugiferam perdidiſſe. Nam cuncta ſponte edita, aut manu ſata, ſive herbâ tenus aut flore, ſeu ſolitam in ſpeciem adolevere, atra & inania velut in cinerem vaneſcunt. Ego ſicut inclitas quondam urbes igne cœleſti flagraſſe conceſſerim: ita halitu lacûs infici terram, corrumpi ſuperfuſum ſpiritum, eóque fœtus ſegetum & autumni putreſcere reor, ſolo, cœlóque juxta gravi.* Deſcripſere etiam hunc lacum *Diodorus Siculus* Lib. XIX. *Plinius* Lib. V. Cap. 16. & *Solinus* Cap. XXXVI. Quos Lectores, ſi ita videatur, adibunt. Nos quæ ſingula habent non excutiemus, quamvis quin falſa multa hac de re prædicentur non dubitemus. In cauſas duntaxat nominum paucis inquiremus.

Omnes ſatis vident quare Aſphaltites vocetur, cùm Aſphalto tantopere abundet; & quamobrem *mare ſalſum* dicatur oſtendimus ad Gen. XIV, 3. quo nomine in Scriptura plerumque vocatur. Sequentibus etiam ætatibus *mare mortuum* adpellatum eſt, non propter *aquæ immobilitatem*, ut vult *Juſtinus* Lib. XXXVI, 3. ſed quia, ut docet *Joſephus*, eſt ἄγονος, ſeu caret piſcibus. *Joſepho* adſentiuntur Scriptores laudati, qui hunc lacum deſcripſerunt, quibus duos alios adjiciemus oculatos teſtes. 1. *Pauſaniam*, qui Lib. V. ait ſe vidiſſe Jordanem qui ſtagnum Tiberienſe permeat, ἐς ἑτέραν λίμνην ἐσίεισι καλουμένην ΘΑΛΑΣΣΑΝ ΝΕΚΡΑΝ ἐσιὼν, καὶ ὑπὸ τῆς λίμνης αὐτὸν ἀναλούμενον, *& in alterum lacum, dictum mare mortuum ingrediens, & ipſe à lacu conſumitur.* Deinde inter alia addit: ταύτῃ ἄκαρπος καὶ ἰχθύων ἡ λίμνη· ἀπὸ δὲ τοῦ φανερωτάτου κινδύνου ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἀναφεύγοντες ὀπίσω εἰς τὸ οἰκεῖον: *hic lacus piſcibus orbus eſt, nam è manifeſto periculo piſces retro fugiunt ad ſolitas aquas.* 2. *Hieronymum* in Ezek. Cap. XLVII. *Si Jordanes*, inquit, *auctus imbribus piſces illuc influens rapuerit, ſtatim moriuntur, & pinguibus aquis ſupernatant.*

VI. Hæc de ipſo lacu ſatis, ſupérque ſunt; addemus dumtaxat aliquid de ejus ripis, agriſque circumjacentibus, præter ea quæ aliud agendo retulimus. *Joſephus* ergo ſic de Sodomitico agro loquitur: γειτνιᾷ δὲ ἡ Σοδομῖτις αὐτῇ, πάλαι μὲν εὐδαίμων γῆ, καρπῶν τε ἕνεκα, καὶ τῆς κατὰ πόλεις περιουσίας, νῦν δὲ κεκαυμένη πᾶσα: *vicina eſt Sodomitica ei* (lacui) *olim beata terra, fructibus & divitiis urbium, nunc verò tota aduſta.* Deinde pergit, ut *Tacitum* aut Ethnicum potiùs ſcriptorem quàm *Joſephum* loqui putes, his verbis: φασὶ δὲ ὡς δι' ἀσέβειαν οἰκητόρων κεραυνοῖς καταφλεγῆναι· ἔστι γοῦν ἔτι λείψανα θείου πυρὸς, καὶ πέντε μὲν πόλεων ἰδεῖν σκιάς. ——— τὰ μὲν δὴ περὶ τὴν Σοδομῖτιν μυθολογούμενα τοιαύτην ἔχει πίστιν ἀπὸ τῆς ὄψεως: *aiunt propter impietatem incolarum, fulminibus conflagraſſe. Licet adhuc videre reliquias divini ignis, & quinque urbium imagines. Quæ de Sodomitica fabulantur, iis conſpectus ipſe fidem facit.* Similiter *Philo* ſub finem Lib. II. de vita Moſis: μέχρι δὲ τοῦ νῦν μνημεῖα τοῦ συμβεβηκότος ἀλέκτου πάθους δείκνυται κατὰ Συρίαν, ἐρείπια, καὶ τέφρα, καὶ θεῖον, καὶ καπνὸς καὶ ἡ ἔτι ἀναδιδομένη φλὸξ ἀμαυρὰ, καθάπερ διασμυχομένου πυρός: *etiamnum hodie monumenta cladis illius inenarrabilis oſtenduntur in Syria, ruinæ, cinis, ſulfur, fumus & adhuc emicans flamma tenuis, quaſi admiſto igne.*

Hoc

Huc omnino reſpicere videtur Judas, verſ. 7. Epiſtolæ, ubi dicit Sodomam & Gomorram, urbéſque vicinas *πρόκεινται δεῖγμα πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι*, *propoſitas eſſe ſpectaculum ignis æterni pœnam ferentes.* Dicitur αἰώνιος ignis qui per tot ſæcula ex bituminoſa materia arſit, & fortè etiamnum ardet. Similiter *Plinius* Lib. II Cap. 106. ait *flagrare in Phaſelide montem Chimæram* IMMORTALI, *diebus, ac noctibus, flammâ*; poſt *Cteſiam*, qui dixerat Græcè, ὅτι πῦρ ἐστιν ἐγγὺς Φασήλιδος ἐν Λυκίᾳ ΑΘΑΝΑΤΟΝ, καὶ ὅτι ἀεὶ καίεται καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν. *Diogenes Laërtius Empedoclem*, qui ſe in Ætnæ craterem præcipitem dediſſe ferebatur, Lib. VIII. §. 75. ſic, in Epigrammate, alloquitur:

Πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔπιες ΑΘΑΝΑΤΩΝ.
Ex crateribus immortalibus ignem bibiſti.

Ælianus Var. Hiſt. Lib. XIII. C. 16. de Apolloniatarum agro ardente: Οὐ πόῤῥω δὲ καὶ τὸ ἀθάνατον δείκνυται πῦρ: *non procul & immortalis oſtenditur ignis.* Falluntur viri doctiſſimi, qui ignem, quo urbes Magni Campi flagrarunt, putant αἰώνιον dici; quòd ſit figura αἰωνίου, aut quia prius extinctus non eſt, quàm omnia abſumta ſint; nam & diu poſtea flammavit, & durum eſt prius interpretamentum. Non videtur aliis felicior vir ſummus *Henr. Hammondus*, qui pœnas inferorum æternas ſignificari hîc vult, ut Math. XVIII, 8. aliiſque Scripturæ locis. Primùm quidem Gomorram & Sodomam pro earum urbium incolis hîc poni ait; deinde ſermonem eſſe de pœna præſenti obſervat, cùm Apoſtolus dicat πρόκεινται δεῖγμα, qui tamen in ſuperioribus præterito tempore uſus erat; unde colligit agi hîc de hominibus pœnas in inferis patientibus, quandoquidem præterita jam erat conflagratio. Verùm durabant adhuc ejus ſupplicii, quæ memoravimus, monumenta; nec dici potuiſſent Sodomitæ πρόκεισθαι δεῖγμα, qui δείκνυσθαι non poterant. Itaque ſimplicior & verbis convenientior eſt interpretatio noſtra, quâ poſitâ etiamnum hodie dicere fortè poſſumus, ſpectandas nobis præberi ſubverſarum urbium pœnas. Certè *Brocardus* in deſcript. Terræ Sanctæ Part. I. Cap. VII. §. 35. *Mare mortuum*, inquit, *eſt ſemper fumans, & tenebroſum: ſicut os inferni, ſicut oculis meis vidi, ob tetrum vaporem inde fumantem.* Simile quidpiam cogitaſſe videtur auctor Poëmatis de Sodoma, quod his verſibus clauditur:

Hæ Sodomûm & Gomorûm ſignatæ in ſecula pœnæ
Gentibus injuſtis, queis pectora dura timorem
Deſernere Dei, de cœlo jura tueri,
Inque unum Dominum rerum ſpectare docebunt.

Fuit ergo ager vicinus, quem aquæ Aſphaltitæ lacûs non inundarunt, *ſulfur, ſal & combuſtio*, ut ait Moſes Deut. XXIX, 23. hoc eſt, igne ſulfureo adustus, & in ſalſum, ac proinde ſterile ſolum converſus. Solent Scriptores Sacri, cùm atrociſſimas pœnas peccatoribus intentant, ſupplicio Sodomitarum eas conferre. Vide Eſai. XIII, 19. XXXIV, 10. Jerem. XX, 16. L, 40. Thren. IV, 6. Ezekiel. XVI, 49. Hoſ. XI, 8. Hamos. IV, 11. Luc. XVII, 29. 2 Pet. II, 6. Eodem etiam adludere videntur, aut potiùs hic deſumtis loqutionibus uſi, cùm alterius vitæ pœnas ſub imagine *ignis æterni, fumi in ſæcula ſæculorum adſcendentis, lacûs igne & ſulfure ardentis* deſcribunt, ut Apoc. XIV, 10, 11. XXI, 8. Poëtæ etiam Ethnici, fortè quòd montes ignivomos veluti caminos Inferorum haberent, in inferis fluvios ſulſure ardentes fingebant.

VII. Verùm, hoc, quod prolixiore tractatione indigeret, miſſo; obſervabimus potiùs ex hac hiſtoria natas videri aliquot circumſtantias fabulæ, quam narrat *Ovidius* Metam. VIII. ubi 1. *Jupiter* & *Mercurius*, ut hic duo Angeli, inter homines, humanâ formâ induti, iter faciunt: 2. Homines inhoſpitales planè offendunt, ut inter Sodomitas nulla hoſpitum reverentia fuit.

Jupiter huc ſpecie mortali, cùmque parente
Venit Atlantiades, poſitis caducifer alis.
Mille domos adiere, locum requiémque petentes,
Mille domos clauſere ſeræ ——

3. *Tamen una recepit*, ut Lotus Angelis, in platea alioqui pernoctaturis, hoſpitium præbuit. 4. Deos ſe fatentur tandem Jupiter & Mercurius, pœnáſque vicinis minantur, quod faciunt etiam duo Angeli.

Diique ſumus, meritáſque luet vicinia pœnas
Impia.

5. Philemonem & Baucin periculo eripiunt Dii, ut Angeli Lotum & familiam.

— *vobis immunibus hujus*
Eſſe mali dabitur.

6. Servantur Baucis & Philemon, domum relinquendo, atque in montem præeuntibus Diis fugiendo, quemadmodum Lotus & filiæ.

— *Modò veſtra relinquite tecta,*
Ac noſtros comitate gradus & in ardua montis
Ite ſimul.

7. Plectuntur vicini Philemonis & Baucidis, mutato in ſtagnum eorum oppido, ut vallis Siddim lacus facta eſt.

— *Tellus habitabilis olim,*
Nunc celebres mergis, fulicíſque paluſtribus undæ.

8. Ad *Phrygios colles* factum eſſe quod narrat ait *Ovidius*, locum diſtinctiùs non ſignat; ſed legerat fortè ἐν κατακεκαυμένῃ hoc contigiſſe, quomodo pars Phrygiæ appellatur. Quinimò & Φρυγίας nomen ἀπὸ τοῦ φρύγειν *torrere* deducitur. Itaque utraque voce non minùs potuit ſignari Sodomitis, quàm Aſiæ Minoris regio, ut ſatis ex antecedentibus apparet; ſed notiorem pro ignota poſuit *Ovidius*. Poſſemus inter Phrygiæ eam partem & Sodomitin multa ſimilia fuiſſe oſtendere, quod facilè deprehendet quiſquis, quod *Strabo* Lib. XIII. περὶ τῆς κατακεκαυμένης habet, paullò adtentiùs leget. Verùm prolixioribus eſſe non licet.

Quamvis non ſimus in hominum quorumdam eruditorum ſententia, qui ex hiſtoriis Scripturæ detortis pleráſque omnes natas eſſe Græcorum fabulas opinantur; attamen tanta ſimilitudo effecit ut hiſtoriam Loti, in Philemonis

nis & Baucidis Fabula, aliquatenus adumbratam eſſe crederemus. Simile quiddam accidiſſe in Orionis fabula oſtendimus etiam ad Cap. XVIII, 1. Facilè fieri potuit ut Phœnices Græcis res in Chananæa geſtas narrantes, eas ipſi partim mendaciis admiſcuerint, partim etiam haud ſatis rectè à Græcis intellecti ſint; qui & ipſi haud minùs vani cùm eſſent, quod audiverant ſuis figmentis exornarunt; unde tandem factum eſt ut vix veri veſtigia in eorum fabulis, quamquam ex veris hiſtoriis ortis, deprehendi poſſent. Vide & quæ obſervavimus ad Cap. IX, 20.

Ex hac ipſa Sodomæ conflagratione, auctor Poëmatii *de Sodoma* ortam vult Phaëthontis fabulam.

Hinc habet in falſo de vero fabula famam,
Solis progeniem currus optaſſe paternos,
Nec valuiſſe levem puerum frænare ſuperbos
Ignis equos, arſiſſe orbem, tunc fulmine raptam
Aurigam, &c.

Verùm cùm nulla ſit inter hiſtoriam & fabulam ſimilitudo, niſi quæ ex incendio petita eſt, vix quidquam hîc adfirmare licet. Alii veriſimiliùs multò hiſtoriæ hujus non evanida prorſus veſtigia, in fabula Typhoëi, deprehendi poſſe cenſent. Quam ſententiam paucis exponemus, firmamentis quibuſdam ejus prolatis. 1. Τυφωεὺς nomen deduci poteſt à radice Chaldaica טוף *touph*, quæ *inundare* ſignificat. Τυφωεὺς ergo erit idem ac טופא *tipho*, hoc eſt, *inundatus*; quod nomen optimè convenit hominibus lacu Aſphaltitâ ſubmerſis. 2. Hic autem Typhoëus ſeu homo, ſeu monſtrum, Deorum & hominum inimicus erat, ut Sodomitæ & vicini. Vide *Homeri* Hymnum in Apollinem, & *Heſiodi* Theogoniam. 3. Cubilia Typhoëi dicuntur ab Homero Iliad. B. verſ. 782. eſſe εἰν Ἀρίμοις, hoc eſt, in *Aramæa*, ſeu *Syria*; qua de re vide *Stephani Byzantii* Intt. ad vocem Ἄριμα. 3. A *Lycophrone* in lacu ſedes ejus uxoris collocatur, in Caſſandra Pag. 197. Ed. Steph. quod reſpicere videtur lacum Aſphaltiten. 5. Fulmine à Jove eſt occiſus, quod ita deſcribunt *Homerus* loco laudato, *Heſiodúſque* in Theogonia; ut videantur Sodomæ conflagrationem deſcribere. Hunc vide à verſu 840, ad 867. 6. Denique ex locis, in quibus Tiphoëus à Jove victus & occiſus eſt, dicitur ignis, & fumus exire; quod de Sodomitica à nobis antea obſervatum. Poëtæ quidem cùm Græci, tum Latini multa huic fabulæ addiderunt, & cùm neſcirent ubi eſſent Ἄριμοι, de quibus *Homerus*, mirum in modum inter ſe diſſentiunt; at conſenſus inter eos eſt, in iis quæ allata ſunt.

VIII. Cùm veriſimillimum ſit ſubverſionem urbium planitiei Jordanis eo modo factam eſſe, ut diximus; quæret tamen præterea fortè aliquis miraculóne, an ſolitis dumtaxat naturæ viis, incenſum & ſubrutum eſſe id ſolum cenſeamus? Exiſtimabat *Seneca*, *nihil horum Deos facere, nec irâ Numinum aut cœlum concuti, aut terram. Suas iſta*, inquiebat, *cauſas habent, nec ex imperio ſæviunt, ſed ex quibuſdam vitiis, ut corpora noſtra, turbantur; & tunc, cùm facere videntur injuriam, accipiunt. Nobis autem, ignorantibus verum, omnia terribilia ſunt, utpote quorum metus raritas auget.* Verùm, miſſis rhetoricis figuris, quibus fucus imperitis fit; res quidem ipſa, ſeorſim à circumſtantiis conſiderata, ſolitas naturæ vires ſuperare non videtur, ut motuum terræ variis exemplis ſatis oſtendimus. Poteſt in bituminoſo ſolo concuti quidquid ſuper impoſitum eſt, & ſubito hiatu abſorberi. Poſſunt cadere fulmina, quibus ſulfuris & bituminis incendantur venæ, quæ poſtea erumpentes, aquiſque admiſtæ, in valle ſubſidente, lacum Aſphalto turgentem conficiant. Sed ſi hæc facta ſint, nondum ſatis ad effectum edendum diſpoſitis naturæ cauſis, nec tunc eventura fuiſſent, niſi extraordinaria Dei aut Angelorum acceſſiſſet opera; *miraculum* haberi debebunt, non minùs ac ſi ſeorſim ſpectata planè ſolitum naturæ ordinem excederent. Atque hoc modo rem accidiſſe duo Angeli à Deo miſſi, eorúmque ſermones perſuadent. Videtur etiam hoc indicaſſe is Angelus, qui antequàm res fieret, Abrahamo eam prænunciavit, ut in Paraphraſi verſ. 19. Cap. XVIII. Geneſeos, obiter obſervavimus.

Digitized by Google

II.
DISSERTATIO
DE
STATUA SALINA.

I. Origo opinionis de Loti uxore, in ſtatuam ſalinam converſa, à Judæis. II. Enarratio verborum Moſis, ex quibus vulgaris ſententia colligi non poſſe oſtenditur. III. Hujus opinionis abſurditas. IV. Patronorum hujus auctoritatis, rationibus deſtitutæ, nullum eſſe pondus. V. Argumenta pro vulgari ſententia ſolvuntur. VI. Loti uxorem metu diriguiſſe, aut tetro vapore fuiſſe ſuffocatam. VII. Ex loquutionibus ſimilibus ei, quâ Moſes hec utitur, natas eſſe Niobes & Meduſa fabulas. Quod exemplo fabulæ Harpyiarum confirmatur. VIII. An ſimilia ſint Moſaicis verba, hoc eſt corpus meum, quæ à nonnullis cum illis conferuntur.

I. DESCRIPTO, diligentiùs quàm vulgò fieri ſolet, Sodomæ, vicinarúmque urbium incendio, uxoris Loti decantatam metamorphoſin ad examen revocare eſt animus. Ut enim, in ſuperiore Diſſertatione, non ſine inuſitata divinæ potentiæ efficacia, ſubrutas eſſe urbes ad Jordanem ſitas oſtendimus: contrà hac in re homines portentorum nimiùm amantes ex eventu nequaquam raro, perperam intellectis divini Scriptoris verbis, mirum prodigium conflaſſe demonſtrare nos poſſe ſperamus. Judæi, gens amore miraculorum ita percita, ut non contenta veris, innumera alia & mirabiliora finxerit, de quibus ſilent Scriptores Sacri, Chriſtianis hac in re præiverunt. Hi ergo cæcos duces nimis incautè ſequuti, exiſtimarunt, poſt Judæos, Loti uxorem in ſtatuam ſalinam mutatam; cùm tamen ex verbis Moſis tam mira metamorphoſis certò colligi poſſe non videatur. *Joſephus* hiſtoriam hanc narrans Lib. I. Cap. 12. Ant. Jud. ἡ δὲ Λώτου γυνὴ, inquit, παρὰ τὴν ἀναχώρησιν, εἰς τὴν πόλιν συνεχῶς ἀναστρεφομένη, καὶ πολυπραγμονοῦσα τὰ περὶ αὐτὴν, ἀπηγορευκότος τοῦ Θεοῦ ταῦτα ποιεῖν, εἰς ΣΤΗΛΗΝ ΑΛΩΝ μετέβαλεν· ἱστόρησα δ' αὐτὴν, ἔτι γὰρ καὶ νῦν διαμένει: *uxor Loti, dum recederent, perpetuò in urbem converſa, ac nimis de ea ſollicita, cùm hoc ne faceret vetuiſſet Deus, in* STATUAM SALIS *mutata eſt. Vidi autem illam, nam etiamnum manet. Joſepho* adſentiuntur populares, quorum omnium inſtar erit *Paraphraſeus Jeroſolimitanæ* Scriptor, apud quem legimus Loti uxorem, quia Sodomitis erat, caput convertiſſe, ut videret quid fieret domo paternâ, *& factam fuiſſe* עמוד רמלח *columnam ſalis, uſque ad tempus reſurrectionis.* Similia etiam habet *Jonathan.*

II. Aliquamtiſper ſepoſitâ eorum auctoritate, de qua poſtea agemus, expendenda ſunt Moſis verba, quæ huic opinioni occaſionem dederunt. *Uxor Loti*, inquit, *quæ à tergo ſequebatur, reſpexit*, ותהי נציב מלח vatthehi nتſib melahh *& fuit ſtatua ſalis.* Duæ hîc ſunt voces ambiguæ, quæ perperam intellectæ errorem pepererunt, נציב & מלח.

Prior quidem, hoc in loco, duo tantùm propriè ſignificare poteſt, 1. *cumulum*, nimirum, quales erant qui memoriæ causâ aggerebantur, ut quem fecerunt in monte Galahaditidis Laban & Jacobus, & de quo Moſes Cap. XXXI. Ejuſmodi cumulus dicitur מצבה *mattſebah*, voce huic adfini, quæ quidquid erectum eſt ſonat. *Dav. Kimchius* ea de cauſa videtur תל *thal* interpretari, & eadem fortè de ratione ab aliquo accepta, aut ex relatu eorum qui ſe eam vidiſſe dixerant, *Sulpicius Severus* in *molem* converſam fuiſſe vult Loti uxorem. *Interdictum tamen eſt eis*, inquit, *ne retrorſum conſpicerent; ſed mulier parum dicto audiens (humano malo, quo ægriùs vetitis abſtinetur) reflexit oculos ſtatimque in molem converſa traditur.* 2. Significare poteſt *ſtatuam*, aut *columnam*. LXX. Intt. habent hîc στήλη ἁλὸς *columna* ſalis, *Hieronymus ſtatuam* & Onkelos קמא *kama*, quod idem eſt. Quâ ambiguitate factum eſt, ut alii in columnam, ſine forma muliebri, mutatam Loti uxorem velint; alii verò ſtatuam muliebrem, in qua lineamenta ejus cernerentur, intelligant, ut poſtea videbimus.

Sed præter proprias haſce ſignificationes, poteſt vox נציב tralaticio ſenſu ſignare *immotum* quidpiam & *durum*, columnæ & ſtatuæ inſtar, unde & apud Chaldæos נצבתא *nitſbetha* eſt durities Dan. II, 41. Quin & ipſa vox נציב *præſidium* militum, ſive *præfectum* ejus ſignificat, quia milites præſidiarii eodem loco ſemper hærent. Vide 1 Sam XIII, 3. Itaque Moſes hoc velle poſſet, uxorem Loti diriguiſſe & inſtar columnæ aut ſtatuæ immotam illic remanſiſſe, quod poſtea pleniùs oſtendemus. Sic in ſermone quotidiano homines ſtupidos, & immoto corporis ſtatu aliquid intuentes, *ſtatuis* conferre ſolemus. Rem non malè expreſſeris phraſi Homericâ, ex Iliad. P. verſ. 434. ubi de equis Achillis immotis manentibus:

> Ἀλλ' ὥστε στήλη μένει ἔμπεδον, ἥ τ' ἐπὶ τύμβῳ
> Ἀνέρος ἑστήκῃ τεθνηότος, ἠὲ γυναικὸς,
> Ὣς μένον ἀσφαλέως.

Ut columna immota, quæ in ſepulcro viri mortui, aut mulieris ſtat, ſic manſerunt ſine motu.

Philo in Lib. de Profugis, ubi hanc hiſtoriam allegoricè interpretatur, voce στηλιτεύεσθαι tralaticio ſenſu non ineleganter utitur. Ait eos qui, anterioribus relictis, εἰς τοὐπίσω cervicem flectunt, ἀψύχου καὶ κωφῆς λίθου τρόπον στηλιτεύεσθαι, *inanimati & muti lapidis inſtar, columnas fieri.* In libro de *Somniis* ſimilia etiam habet, & de homine qui neglecto animo, corpus tantùm curat: ἄψυχος, inquit, ἀνακείσεται στήλη περὶ ἑαυτὴν καθαιρουμένη: *inanimis ſtabit columna, quæ per ſe abſumitur. Joſephus* de Bello Jud. Lib. VII. C. 21. in Græcis, de viris qui viderant pueri carnes à matre coctas & ſemeſas: τοὺς δ' εὐθέως φρίκη καὶ φρενῶν ἔκστασις ᾕρει, καὶ παρὰ τὴν ὄψιν ἐπεπήγεσαν: *eos continuo tremor & animi ſtupor corripiebat, atque ad adſpectum veluti concreto ſanguine ſteterant.*

Altera vox מלח *melahh*, præter ordinariam *ſalis* propriè dicti ſignificationem, duo alia in Scriptura ſonat. Interdum ſolum ſalſum & ſterile, quale eſt circa lacum Aſphaltiten, ut docet Moſes Deut. XXIX, 23. *Sulfur, ſal* מלח, *& combuſtio univerſa ejus terra, neque feretur, neque emittet, neque ulla in ea creſcet herba, quemadmodum in ſubverſione Sodomæ,* &c. Alibi dicitur hujuſmodi ſolum מלחה *mlehhah*, ut Pſalm. CVII, 34. & à LXX. Intt. vertitur ἁλμυρὶς aut ἅλμη. Quo ſenſu ſi hìc intelligatur, deerit præpoſitio ב, ut ותהי נציב מלח ſit pro ותהי נציב במלח *& fuit ſtatua in ſalſo ſolo*, hoc eſt, aliis verbis Hebraïcis, ותתיצב במלחה vatthihjattſeb bimlehhah, *& ſtetit*, aut *manſit in ſalſa terra*, ſeu in ſubverſo ſolo interiit. Frequentiſſimè deeſt præpoſitio ב. Vide Gen. XXIV, 23. Pſalm. II, 12. Interdum etiam מלח diuturnum tempus ſignificat, ut עלם. Sic Num. XVIII, 19. *Fœdus ſalis* מלח *perpetuum hoc erit tibi.* Similis etiam eſt loquutio 2 Par. XIII, 5. Sal autem æternitatis ſymbolum eſſe videtur, quia quæ ſaliuntur incorrupta in multos annos ſervantur; unde fortaſſe factum eſt, ut longiſſimo tempori deſcribendo ea vox adhiberetur. Quæ ſignificatio ſi hìc admittatur, uxor Loti in perpetuum manſiſſe in Sodomitico agro, ſeu illic diriguiſſe, neque umquam reverſa intelligetur. Simile quid in mentem venisse *Dan. Heinſio* intelligere eſt ex hiſce ejus verbis Exercit. Sacr. in Lucam Cap. XVII, 32. p. 184. in quæ poſtea incidi: *Mirum defuiſſe qui, cùm uxor Loti facta* ἁλὸς στήλη *dicitur, ad notum Hebraiſmum confugerent, ut* στήλη ἁλὸς *ſit* ὡς στήλη ἁλὸς — *ut nihil aliud quàm diriguiſſe ſignificetur; quibus argutiis ipſa* ἐνεργείωσις, *ſeu* μεταμόρφωσις *tolletur.* Sed rem in medio relinquit.

Igitur nihil eſt in verbis Moſis, quod nos eò neceſſariò adducat, ut ſtatuendum ſit inuſitatam eveniſſe metamorphoſin, ut ſenſum hoc in loco aliquem inveniamus; quo tamen deveniendum fuiſſe non videtur, niſi is ſolus verborum ejus poteſtatem diligenter inquirentibus ſeſe offerret ſenſus. Cùm enim naturæ viribus ſuperiora portenta rara ſint, præ iis quæ cum natura conſentiunt; rarò etiam, niſi res ipſa clamet, in Scriptorum Sacrorum interpretatione, admitti miracula oportere videntur.

III. Cùm Deus *miraculum*, hoc eſt, quidpiam quod legibus naturæ ab initio poſitis fieri nequit, edit; gravis ſemper ſubeſt cauſa, ob quam legibus naturæ poſthabitis, ſolâ infinitâ potentiâ utitur; quia ſapientiſſimam Naturam non decet, levi de cauſa, ordinem ſemel ſummâ ratione inſtitutum ſæpe turbare. Si autem adtentiùs Loti uxoris metamorphoſin conſideremus, nihil profectò tanto miraculo dignum, hoc in negotio, reperiemus. Satis fuit eam cunctationis ſuæ pœnas morte dediſſe; nec aliud quidquam minatus erat Angelus: *Serva*, inquiebat, *vitam tuam, ne reſpice poſt te, neque in tota planitie conſiſte, in montem fuge, ne pereas.* Neque ut occideretur ullo miraculo opus fuit, ut poſtea oſtendemus.

Præterea quis ſatis concoquat metamorphoſin illam in ſalem? Certè ubi ſimile quiddam in Scriptura narratur, rationes ſunt certæ, ob quas ejuſmodi miracula, non alia, edantur. Nemini obſcurum eſt, quare virga Moſis in ſerpentem mutata ſit; aut quare aqua vini naturam, in nuptiis Canæ, induerit. Verùm hoc in loco tam mira, tam ſubita mutatio, ſi Interpretibus credimus, ſine ulla ratione fit. Quare enim in ſalem, potiùs quàm in lapidem, mutata eſt Loti uxor?

Nonnulli factum hoc volunt, quia terra ipſa in ſalem converſa, ut docet Moſes Deut. XXIX. emiſit vaporem ſalſum, quo mulieris carnes ſubeunte, in ſalem mutata ſit. Verùm omnes qui ſalis naturam explorarunt nos docent ejuſmodi ſalem terreſtrem eſſe *fixum*, ut Chymici loquuntur, hoc eſt, in vapores non abire; quod etiam tametſi concederetur, ideò corpus humanum vaporibus illis imbutum ſubitò in ſalem non mutaretur. Præterea quamquam *ſalſa* ea terra, in qua periit Loti uxor, dicitur, multò majore copiâ bituminis & ſulfuris abundat; ut ſi in materiam terræ adſinem mutanda fuerit, convenientiùs multò in fontem bituminis, aut ſulfuris mutari potuerit.

Alii, inter quos *Clemens Alexandrinus*, myſticam rationem, quare in ſalem mutata ſit, proferunt. Τὴν Λὼτ γυναῖκα, inquit, ἐπιστραφεῖσαν μόνον ἐκείνης, ἐπὶ τὴν κακίαν τὴν κοσμικήν, κατέλιπεν ἀναίσθητον, ὡς λίθον δείξας ἁλατίνην, καὶ στήσας εἰς τὸ μὴ ἀπιέναι χωρεῖν, οὐ μωρὸν καὶ ἄπρακτον εἰκόνα, ἀρτύσαι δὲ καὶ στῦψαι τὸν πνευματικῶς διακρίνειν δυνάμενον: *Loti uxorem, quæ ſuâ ſponte ſolùm erat converſa ad mundi vitium, reliquit ſine ſenſu, efficiens eam quaſi lapidem ſalis, & ſtatuens ne ulteriùs progrederetur, non inſipidam & inutilem imaginem, ſed ad condiendum & acuendum eum, qui poſſit ſpiritaliter diſcernere.* Strom. Lib. II. Pag. 387. Similia etiam habet *Auguſtinus* de Civ. Dei Lib. XVI. Cap. 3. Verùm nemo non videt longè petitam, & oratoriam eſſe eam rationem, ſuggeſtuiſque, ac populari concioni aptiorem; quàm ut auribus ſerio veri ſtudio purgatis, & à rhetoricis figmentis abhorrentibus ſatisfacere poſſit.

Aben Ezra vult Loti uxorem ambuſtam fuiſſe igne, qui ſalem admiſtum habuerit, ut fuerit veluti ſale illo condita. Salem autem è cœlo cum igne decidiſſe, quod etiam opinabatur *H. Grotius*, probare nititur ex Deut. XXIX, verſ. 22. At ſalem è cœlo lapſum non dicit Moſes, neque ex ejus verbis colligi poteſt, ut adtentus Lector illico videbit, atque ex ſuprà adlatis jam cognoſcere potuit. Quomodo autem ambuſtum ſolum ſalſum fiat, in

Com-

Commentario noſtro ad eum Deuteronomii locum, oſtendemus. Poſſumus etiam contra eos, qui ſtatuam ſalinam per plures ſæculorum Chiliadas duraſſe volunt, addere jam à nobis dictis, quamvis ſale conſtitiſſet foſſilis duritiem æquante, aperto cœlo expoſitam tam diu perdurare non potuiſſe. Vix duriſſimum marmor vim aëris, caloris, frigoris, pluviarúmque & ventorum, illæſum per tot ſæcula, ferre potuiſſet. Qui miraculo ſervatam volunt, ii incerta miracula miraculis defendere incertioribus adſueti, ne firmiſſimis quidem rationibus cedere ſolent, nec digni ſunt qui ſeriò confutentur.

Igitur cùm multa hîc occurrant abſurda, ſi cum vulgo metamorphoſin admittamus, poſſíntque Moſis verba alium capere ſenſum; præſtat ad alium illum ſenſum, ſi cum ratione magis conſentit, confugere. Imò verò, licèt nonnihil torquerentur Scriptoris divini verba; quod tamen à nobis non fit, ut jam ſatis liquet, & poſtea pluribus oſtendemus; ſatius eſſet duram adhibere interpretationem, quam abſurda dicentem inducere. Multò certè credibilius eſt phraſi minùs propria uſum Moſem, quàm abſona planis verbis eſſe eloquutum; contortáque proinde enarratio tolerabilior eſſet, quàm portentoſi eventûs, ad duas voculas ambiguas exponendas, fictio. Sic Scriptores omnes, de quorum ſapientia nobis conſtat, interpretari ſolemus; quod, niſi fieret, innumera ex iis abſurda deduci poſſent, quæ quia, ob reverentiam quâ eos proſequimur, nolumus admittere, vitamus interpretatione commodâ, ne Scriptorum auctoritas minuatur.

IV. Verùm opponitur nobis veterum Judæorum & Chriſtianorum auctoritas, quorum aliquot loca, præter ea quæ adtulimus, ne datâ operâ ea ſubticuiſſe videamur, proferemus. Auctor libri *Sapientiæ* Cap. X, 7. ἔτι μαρτύριον, inquit, τῆς πονηρίας καπνιζομένη καθέστηκε χέρσος, καὶ ἀτελέσιν ὥραις καρποφοροῦντα φυτὰ (quæ conferantur cum Jud. verſ. 7. de quo in ſuperiore Diſſertatione) ἀπιστούσης ψυχῆς μνημεῖον ἑστηκυῖα στήλη ἁλός: *etiamnum teſtimonium nequitiæ fumans terra, & plantæ fructus ferentes non completis tempeſtatibus; incredulæ mentis monumentum ſtans columna ſalis.* *Philo* etiam non ſemel hujus metamorphoſεως meminit, ut ex duobus allatis anteà à nobis locis colligere eſt, quibus tertium addemus, ex *Allegoriis Legis* Lib. II. Pag. 77. πολλαῖς ψυχαῖς μετανοίᾳ χρῆσθαι βουληθείσαις οὐκ ἐπέτρεψεν ὁ θεὸς, ἀλλ' ὥσπερ ὑπὸ παλιρροίας εἰς τὸ ἔμπαλιν ἀνεχώρησαν τρόπον τινὰ καὶ Λὼτ γυναικὸς τῆς λιθωθείσης διὰ τὸ Σοδόμων ἐρᾶν: *multis animabus, pœnitentiâ uti volentibus, non permiſit Deus, ſed quaſi reſtuo æſtu retrorſum ablatæ ſunt, ferè ut Loti uxor, quæ præ amore Sodomorum in lapidem verſa eſt.* Chriſtianorum antiquiſſimus, qui hujus mutationis meminerit, videtur eſſe *Clemens* in Ep. ad Corinthios Cap. XI. συνεξελθούσης, inquit, τῆς γυναικὸς ἑτερογνώμονος ὑπαρχούσης καὶ οὐκ ἐν ὁμονοίᾳ, εἰς τοῦτο σημεῖον ἐτέθη, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν στήλην ἁλὸς ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης: *uxor unà cum eo egreſſa, cùm diverſa ſentiret, nec in concordia perſiſteret, in ſignum propterea poſita eſt, & ſalis ſtatua in hodiernam diem facta eſt.* Idem & alia, de quibus poſtea videbimus, habet *Irenæus* Lib. IV. Cap. 51. Recentiorum verò teſtimonia adferre nihil adtinet.

At teſtimoniis hiſce aliud nihil oſtenditur, niſi Judæos & Chriſtianos veteres metamorphoſin uxoris Loti crediſiſſe, quod non negamus; eam à nobis admitti oportere propterea non ſequitur, quia non aliunde illam opinionem Veteres hauſerant, quàm ex perperam intellectis Moſis verbis, non verò ex ejus ſtatuæ conſpectu, ut poſtea oſtendemus. Cùm in interpretatione verborum Moſis, potuerint falli, ſicut in multis aliis: in eorum, hoc in negotio, auctoritate adquieſcere neceſſe non habemus. Certè quicumque poſſunt hanc in rem proferri, ii illis temporibus vixere, quibus nulla certa monumenta exſtabant, unde meliùs poſſent rei veritatem, quàm nos hodie, cognoſcere, præter Moſis Hiſtoriam. Neque in LXX. Intt. aliiſque qui eos ſequuti ſunt, ea fuit Linguæ Hebraïcæ cognitio, ut ſupra erroris aleam in enarrando Moſe poſiti eſſent, quod multis Commentarii noſtri locis oſtendimus. Recentiorum multò minor eſſe auctoritas, cùm manifeſtum ſit majoribus præſidiis, ad enarrandam Scripturam, quàm nos inſtructos non fuiſſe. Denique numeri contradicentium nulla ratio hîc haberi debet, quia poſt LXX. Intt. videntur omnes, re nequaquam expensâ, quod in iis legerant repetiiſſe. *Quod unus dixit*, ut ille ait, *credunt omnes, dijudicat nemo.* Igitur ſola ejus, qui princeps ſententiæ fuit, ſi rem ſeriò expendamus, numerari debet auctoritas; quæ ſi graviſſima non eſt, quod nos oſtendiſſe ſperamus, nihil eſt cur rem pro comperta habeamus.

V. Fortaſſe aliquis nos fruſtra tempus terere, in elevanda Veterum auctoritate, exiſtimarit, cùm non opponatur tantùm nobis eorum eruditio, ſed teſtimonium oculatorum teſtium, qualis *Joſephus*, & recentiores aliquot; quo teſtimonio, potiùs quàm expoſitione verborum Moſis, recepta, per multa ſæcula, nititur opinio. Sed hæc argumenta ſolvere nos poſſe, non difficiliùs quàm ſuperiora, arbitramur; quod, ſi animum adtendant Lectores, ut ſpero, non diffitebuntur.

Uno reſponſo, *Joſephi* aliorúmque omnium teſtimonia confutari poſſunt, quod primum proferemus, ſubtiliùs rem poſtea ad examen revocaturi. Omnes qui ſe vidiſſe Statuam Salinam dixerunt, ut jam conſpectum ſimile aliquid ab iis aliquamtiſper concedamus, potuerunt à locorum incolis falli, qui aut lapidem aut neſcio quid ſimile oſtenderunt, quod Statuam eſſe uxoris Loti dicebant; unde enim ſibi verum narrari poterant cognoſcere? Itaque multò prudentiùs ſe geſſiſſent, ſi ſcripſiſſent ſe vidiſſe columnam, ſtatuam, aut ſimile quidpiam, quod ab incolis *ſtatua ſalis* diceretur, ſed verêne eſſet ſe neſcire.

Atque ea cautio eò magis illa in regione neceſſaria erat, quò incolæ eo vitio magis quàm aliæ gentes laborabant; ut novis rebus, decipiendorum Antiquitatis ſtudioſorum causâ, priſca nomina imponerent. Ex Scripturæ lectione, non ex narratione Majorum, colligere ſolebant ubi quámque rem geſtam eſſe oporteret, & loca inviſentibus veterum rerum veſtigia quæ comminiſcebantur oſtendebant. Unde factum ſæpe eſt ut, Scripturâ perperam intellectâ, in ſitu peccarent, & quæ numquam in rerum natura fuerant fingerent, quod etiam-

num hodie factitant. Qui *Hieronymi* Scripta & *Itineraria Terræ Sanctæ* aliquot legerunt, quàm verè hæc à nobis dicantur ſatis norunt. Sed, exempli cauſâ, ex ingenti numero pauca proferemus. *Hieronymus* ergo in *Epitaphio Paulæ* iter ejus per Judæam deſcribens: *In Sareptæ littore*, inquit, *Eliæ eſt ingreſſa turriculam.* Quaſi verò hoſpitium, quo Sareptana vidua paupercula Eliam olim exceperat, tot poſtea ſæculis ſtetiſſet! Haud credibilius eſt ſuperfuiſſe Cæſareæ *Centurionis Cornelii domum*, & *Philippi ædiculas*, & *cubicula quatuor virginum Prophetarum*, & Emmaunte *Cleophæ domum*, quæ tamen omnia Paulæ oſtenſa ſunt. Eadem non ſepulcrum modò Chriſti vidit, ſed & *reſurrectionis oſculata eſt lapidem, quem ab oſtio monumenti amoverat Angelus, & ipſum corporis locum, in quo Dominus jacuerat, fideli ore lambit.* Deinde *oſtendebatur illi columna Eccleſiæ porticum ſuſtinens, infecta cruore Domini, ad quam vinctus dicebatur & flagellatus; monſtrabatur locus, ubi ſuper centum viginti credentium animas Spiritus Sanctus deſcendiſſet.* Inde perrexit ad Bethlehem, & *in dextra parte itineris ſtetit ad ſepulcrum Rachel.* Bethlehem ingreſſa, in ſpecum Salvatoris introiens *vidit ſacrum Virginis diverſorium.* In alia Judææ parte, *intravit Saræ cellulas, videns incunabula Iſaac* (qui in Tentoriis vitam egerant) & *veſtigia quercûs Abraham.* Poſt *ingreſſa ſepulcrum Lazari Mariæ & Marthæ vidit hoſpitium.* Plura non memorabo, cùm hæc ſatis oſtendant quæ fides haberi poſſet tam diligenter ſingula oſtendentibus. Erunt quidem fortaſſe, inter eos qui credulitatem loco fidei eſſe volunt, qui hæc omnia ex vero Paulæ oſtenſa fuiſſe contendent; ſed iis nos non ſcribere profitemur, qui tam pertinaciter argumentis obnituntur, quàm facilè incertis narratiunculis credunt.

Si ex Itinerariis hodiernis eſſent ejuſmodi colligendæ fabellæ, magno ſanè labore opus non eſſet, cùm utramque apud pleroſque paginam faciant. Adeant Lectores vel ſolos *Belonium* & *Thevenotium*, quorum obſervationibus ſæpe uſi ſumus, ubi loca ſancta deſcribunt; & niſi eos illorum tædeat, ſcripta hæc noſtra in perpetuum abjiciant. Jam dixi me *ἀλόγοις ζώοις* non ſcribere, qui ſine ratione quidquid videtur admittunt & rejiciunt. Sed abſtinere non poſſum, quin vel unicum ex *Belonio* ſtultiſſimum commentum exſcribam, ut appareat quàm bellè ex Scriptura res oſtendendas credulis peregrinis iſti Myſtagogi fingant. Ille ergo Lib. II. Cap. 83. inter ea quæ extra Jeroſolimam viſuntur, ait oſtendi in urbis muro *lapidem trigonum, quem dicunt eum eſſe, cujus Scriptura meminit Pſalmo* CXVII, verſ. 22. lapidem quem reprobaverunt ædificantes. Non opus eſt, credo, ut quàm hæc ſint inepta demonſtremus.

Ut ad Statuam Salinam redeamus, non exiſtimaremus piaculum à nobis commiſſum, ſi à *Joſepho* ne ſtatuæ quidem ſimilitudinem ullam conſpectam eſſe ſuſpicaremur. Quamquam eum Scriptorem, præſertim in recentiore hiſtoria Judaïca, nequaquam ſpernimus, vanum numquam eſſe præſtare nollemus. Antiq. Lib. I. Cap. 2. narrat cùm prædixiſſet Adamus fore rerum omnium interitum, & unum quidem vi ignis, alterum verò copiâ & violentiâ aquarum; duas columnas feciſſe antediluvianos homines, unam ex latere, alteram ex lapidibus, & utrique inventa ſua inſcripſiſſe, ut ſi lateritiam eluvione deleri contingeret, lapidea ſuperſtes homines inventa illa edoceret, ſimul indicans lateritiam ab iis poſitam eſſe; *μένει δὲ*, inquit, nempe lapidea, *ἄχρι τοῦ δεῦρο κατὰ γῆν τὴν Σιριάδα, manet etiamnum in terra Siriade.* Quæ ſit hæc *Sirias terra* non inquiremus, ſed exſtitiſſe *Joſephi* ævo antediluvianam columnam, quam conſtaret ab Adamo poſitam, pauci ut credant à ſe, ut opinor, impetrabunt. At ſi ne hoc quidem Scriptoris vanitatem arguit, & deceptum aliorum relatu quis dicere malit, audiat eum deſcribentem *Sabbaticum* fluvium Bell. Jud. Lib. VII. Cap. 13. in Græc. Ait Titum per Syriam iter facientem vidiſſe fluvium cognitione digniſſimum, qui fluit medius intèr Arcas & Kaphanæas Agrippæ regni urbes: *πολὺς γὰρ ὢν ὅτε ῥεῖ, καὶ κατὰ τὴν φορὰν οὐ χαλαρὸς ἔπειτα δὲ πᾶς ἐκ τῶν πηγῶν ἐπιλείπων ἐξ ἡμερῶν ἀριθμὸν ξηρὸν παραδίδωσιν ὁρᾶν τὸν τόπον. εἶθ᾽ ὥσπερ οὐδεμιᾶς γενομένης μεταβολῆς, ὅμοιος κατὰ τὴν ἑβδόμην ἐκδίδωσι, καὶ ταύτην ἀεὶ τὴν τάξιν ἀκριβῶς τετήρηκε διαφυλάττων: cùm copioſus ſit, quando fluit, & decurſu non ſegnis, poſtea totus à fontibus deficiens, ſex dierum numero, ſiccum præbet videndum alveum. Deinde quaſi nulla facta fuiſſet mutatio, ſimilis ſeptimo die labitur, & hunc ordinem ſemper ab eo ſervari animadverſum eſt.* Si tam verè Statuam Salinam vidit *Joſephus*, quàm verè fluvium Sabbaticum Titus; non eſt certè cur in ejus elevando teſtimonio multùm laboremus. Vide copioſiùs hac de re diſputantem virum eruditiſſimum *Job. Ludolfum* in Comm. in Hiſt. Æth. Lib. I. Cap. 8. Num. LXVIII.

Dicuntur eſſe inter eos qui ea loca adierunt, qui hodie eam ſupereſſe affirment; & laudantur hanc in rem *Benjamin Tudelenſis*, & *Bernardus* neſcio quis *Salignacus*. Sed prior quidem à ſe conſpectam fuiſſe ſtatuam non dicit, hæc enim ſunt ejus verba: מים סדום לנציב מלח שהיא היתה אשתו של לוט שני פרסאות והצאן לוחכות ממנה ואחר כך חוזרת וצומחת כבראשונה: *Ex mari Sodomæ ad Salinam Statuam, quæ Loti uxor fuit, duæ ſunt paraſangæ; greges lambunt ex illa, ſed poſtea iterum creſcit ut antea.* Poſteriorem non vidimus, ſed aut vanum datâ operâ fuiſſe, aut deceptum ſequentia ſatis oſtendent. *Doubdanus* Sancti Dionyſii Canonicus, qui Lutetiæ an. M DC LXVI. deſcriptionem Terræ Sanctæ edidit, quid cordatiores homines iis in regionibus hanc de re ſentiant, nos docet Pag. 338. *Sunt qui dicant*, ait ille, *magnum ibi lapidem ſalinum conſpici, quem putant eſſe uxorem Loti*, &c. *Sed Recentiores eam tamdiu duraſſe haud ita facilè ſibi perſuadent.*

Sed auditis aliquot eorum qui loca inviſerunt, nec potuerunt quidquam videre, aut fabellas ea de re auditas à ſe narrant, quæ fides ejuſmodi narrationibus poſſit haberi manifeſtò liquebit. Sic ergo *Brocardus* in deſcriptione Terræ Sanctæ Part. I. Cap. VII. *Sita eſt Segor ſub monte Engaddi, inter quam & mare mortuum eſt Statua Salis, in quam converſa eſt uxor Lot. Quam ego ſtatuam ut viderem, ingentes ſubii labores itinerum, nec tamen explere*

de-

deſiderium meum potui. Siquidem incolæ retulerunt mihi locum illum inacceſſibilem, vel certè ſine mortis periculo adiri non poſſe, propter feras immanes, & ſerpentes; præcipuè autem propter Bidninos loci habitatores, homines perquàm inhumanos, peſſimorúmque morum. Fruſtra eum conatum eſſe videre Statuam Salinam facilè eſt creditu; ſed ſi ulla umquam fuiſſet, trans lacum Aſphaltiten, ſeu ultra orientalem ejus ripam erat quærenda, ubi fuit *Segor*, aut *Tſohar*. Quod paucis oſtendiſſe ſupervacuum non erit. 1. Quin montes illi, ad quos fugere jubebatur Lotus, Moabitici eſſent montes, dubitare nos non ſinit, quod poſtea illic condidiſſe Moabitarum gentem dicitur. Montes autem illos, ad orientem Aſphaltitæ fuiſſe, nemo neſcit. Itaque Tſohar, ubi Lotus ad montes illos pergens ſubſtitit, fuit etiam trans lacum Aſphaltiten, ad orientalem ejus ripam; neque enim veriſimile eſt Lotum, ut ſummâ feſtinatione fugeret ad orientem, per occidentalem lacûs regionem iter ingreſſum eſſe, & Jordanem trajeciſſe. 2. Deut, XXXIV, 3. ubi deſcribitur ambitus Chananææ, quem Deus Moſi oſtendit, poſtquam ſeptemtrionalis, occidentalis, & meridianus tractus deſcripti ſunt, additur *planities Jerichuntis Tſoharem uſque*, unde colligere eſt ad Orientem hanc urbem fuiſſe è regione Jerichuntis. 3. Ideò etiam ſequentibus ſæculis, Moabitarum fuit, ut apparet ex Eſa. XV, 5. Jerem. XLVIII, 34. 4. Eadem de cauſa Joſephus de Bel. Jud. Lib. IV. Cap. 27. in Græcis, urbem hanc Arabiæ tribuit, ubi ait lacum *Aſphaltiten* extendi μέχρι Ζοάρων τῆς Ἀραβίας. Sic & *Hieronymus* eam, in *Locis Heb.* collocat trans Aſphaltiten, è Jerichuntis regione: MARE SALINARUM, *quod vocatur mortuum, ſive Aſphalti, id eſt, bituminis inter Hierico & Zoaram.* Exſcripſit *Brocardum Martinus à Baumgarten*, Itin. Lib. II. C. 12. ubi tamen è ſe viſam Statuam non dicit.

Rectiùs *Anſelmus Minorita*, cujus verba profert *Quareſmius* in *Elucid. Terræ Sanctæ*, Tom. II. Lib. VI. Cap. 14. *In littore orientali maris*, inquit, *ſita eſt Segor, in parte Arabiæ, ubi eſt Statua Salis, in quam converſa eſt uxor Lot; ad quam videndam periculoſus aditus eſt, propter Madianitas ibi commorantes, qui nemini parcunt.* Sed abſurda ſunt quæ ſequuntur: *Sæpe, ut fertur, id mare tantùm creſcit ex tumefactione, quòd cooperitur tota ſtatua, & non videtur; aliquando etiam decreſcit, quòd videtur ad pectus & genua. Eſt in loco amœno, inter Segor & mare mortuum.* Quomodo poteſt amœnus eſſe locus, non dicam in ripis Aſphaltitæ ſitus, ſed ejus aquis tectus?

Audiendus quoque ipſe *Quareſmius*, qui fuit *Præſes & Commiſſarius Apoſtolicus Terræ Sanctæ*, ejúſque *Elucidationem* Antvetpiæ edidit: *An noſtris temporibus exſtet* (nempe, Statua Salina) *mihi eſt*, inquit, *incompertum, ego eam non vidi. Fuerunt tamen ex partibus illis venerandi ſenes, qui ſe illam vidiſſe teſtati, ex eáque particulam unâ die ablatam, alterâ die vidiſſe reſtitutam, ut notavimus ex Tertulliano, & adhuc exſtare; ibíque Cappellulam eſſe, Biduini, qui ex mari mortuo ſal Hieroſolymam ad fratres deferunt, adfirmant.* Boni illi ſenes ſe vidiſſe aiebant quod audiverant, aut legerant; vetus enim fuit fabula, non minui eam ſtatuam, ea de cauſa conficta, ut iis qui non poſſe eam per tot ſæcula ſupereſſe dicebant, ſatisficeret. Néve ſalinam eſſe poſſe maſſam, in ſalſo illo ſolo, quis diceret, quales alibi conſpiciuntur; indicium eſſe certum quo ſtatuam fœmininam eſſe conſtaret finxerunt, mendacium mendacio tegentes, ut ait ille, ne ſcilicet perpluerent. Auctor carminis *de Sodoma*, quod additur operibus *Tertulliani*:

In fragilem mutata ſalem, ſtetit ipſa ſepulcrum,
Ipſáque imago ſibi, formam ſine corpore ſervans.
Durat adhuc etenim nudâ ſtatione ſub æthram,
Nec pluviis dilapſa ſitu, nec diruta ventis.
Quin etiam ſi quis mutilaverit advena formam,
Protinus ex ſeſe ſuggeſtu vulnera complet.
Dicitur & vivens alio ſub corpore, ſexus
Munificos ſolito diſpungere ſanguine menſes.

Neque tam putidum commentum invenit *Tertullianus*, vel auctor memorati carminis, quicumque ſit, ut his *Irenæi* verbis conſtat, ex Lib. IV. Cap. 51. *Uxor remanſerat in Sodomis, jam non caro corruptibilis, ſed ſtatua ſalis ſemper manens, & per naturalia ea quæ ſunt conſuetudinis hominis oſtendens; quoniam & Eccleſia, quæ eſt ſal terræ, ſubrelicta eſt in confinio terræ, patiens quæ ſunt humana; & dum ſæpe auferuntur ab ea membra integra, perſeverat ſtatua ſalis, quod eſt firmamentum fidei, firmans & præmittens filios ad patrem ipſorum.* Fuerat vir optimus à περιττολόγῳ deceptus, & fortaſſe quæ audiebat avidiùs adripuit, non ſatis expenſâ teſtis auctoritate. Obſervarunt jam olim viri emunctæ naris, conceſſum eſſe Rhetoribus ementiri in hiſtoriis, ut aliquid dicere poſſint argutius. Hanc autem Loti uxoris mortem rhetoricè & tragicè ornare potuerunt; illa mors vulgaris, quam diximus à Moſe deſcribi, nullam materiem præbebat ad ornatum.

Eadem cauſa videtur fuiſſe aliquot recentioribus Itinerum Scriptoribus quod non viderant ementiendi, præterquàm quòd puduit fortè eos, ſi faterentur ſe non vidiſſe, quod alii in iis oris eſſe dixerant, ne incurioſiùs peregrinati eſſe viderentur. Sed cordatiores, & veri amantiores viri, nihil quidquam hac de re jactarunt. *Chriſtophorus Furerus*, nobilis Germanus, cujus Itinerarium Palæſtinæ, & regionum finitimarum Noribergæ eſt editum anno 1621. teſtatur *ſe in lacu Aſphaltite manus laviſſe, ſaporémque ejus fœtidum admodum & ceteris ſalſiorem deprehendiſſe*, ſed de Salina Statua ne γρῦ quidem. Fuit in Jerichuntino agro ad Jordanem *Petrus Belonius*, & circumjacentes oras deſcribit Lib. II. Cap. 86. ſed altum eſt in eo de tam mira Statua ſilentium; ſeu nihil hac de re inaudiverit, ſeu falſa quæ jactabantur judicarit. Similia dixeris de *Thevenotio*, ſi legas Caput 41. Libri II. Part. I. ejus per Orientem itinerum. Quin & *Nicolaus Chriſtophorus Radzivilius*, Princeps Polonus, qui ea loca magnâ curâ luſtravit: *diligenter*, inquit, *ex Arabe noſtro, ceteríſque qui loca illa habent explorata, quæſivi, qui conſtanter adfirmabant nihil ſimile illic reperiri.*

Hiſce, nt ad antiquiora tempora regrediamur, poſſumns addere *Hieronymum*, qui tot annis in Palæſtina vixit, & ejuſmodi rerum non modicus erat jactator, nec tamen uſquam Statuæ Salinæ meminit; quamvis de Sodomæ ſubverſione, Loto, imò etiam ejus nxore verba faciat. Qui ingenium hominis nornnt, qnæſitâſque vel ex locorum nominibus, & procul accerſitas argntias, quantopere captarit ſciunt, numquam eum prætermiſſurum fuiſſe æternam illam Statuam facilè intelligent, ſi in Palæſtina quiſquam eo tempore eam exſtitiſſe, jactare auſus fuiſſet. In *Epitaphio Paulæ*, nbi ex ſingulis locis Palæſtinæ quæ adiit, aut etiam proſpexit Paula, myſteria aucupatnr, pulcherrima occaſio oſtentandi acuminis turpiter negligitur à viro ingenii neqnaquam tardi, ſi eo tempore oſtendebatur Salina Statua. *Orto jam ſole*, inquit, *ſtetit in ſupercilio Caphar-barucha, id eſt, villæ benedictionis, quem ad locum Abraham Dominnm proſequutus eſt. Unde latam deſpiciens ſolitudinem, ac terram quondam Sodomæ & Gomorræ, Adamæ & Seboim, contemplatu eſt balſami vineas in Engaddi, & Segor vitulum conternantem, quæ priùs Bala vocabatur, & in Zoaram, id eſt, parvulam Syro ſermone tranſlata eſt. Recordabatur ſpeluncæ Lot* (quidni & Statuæ Salinæ, ſi ſtabat adbuc?) *& verſu in lacrimas virgines ſocias admonebat, cavendum eſſe vinum in quo eſt lnxuria.* Si vulgò credebatur eſſe, ad ulteriorem ripam Aſphaltitæ, uxoris Loti ſtatua, quàm opportunè res terrenas ἀμεταστρεπτὶ fugiendas eſſe, monentem Paulam induxiſſet! In Epiſtola ad *Ruſticum*, Loti nxoris mentione injectâ, aliud nihil dicit *niſi deſperatione trepidam reſpicientémque poſt tergum, æterno infidelitatis titulo condemnatum.* In Commentario verò ad Hamoſi Cap. IV, 11. *Lot*, inquit, *Sodomâ pereunte, ſervatus eſt, amittens ſubſtantiam & partem corporis ſui, quam intelligimus uxorem.* De qua nihil præterea captator tantus allegoriarum addit. Quæ omnia, tempore *Hieronymi*, neminem in Palæſtina perſtitiſſe Statuam Salinam, ad id uſqne ævum, credidiſſe oſtendunt.

VI. Nec certè ullam umqnam fuiſſe, quidquam probare poteſt; & multò veriſimilius eſt aut mulierem metu diriguiſſe, aut vapore ſulfuris & bituminis ſuffocatam. Cùm patria cœli & terræ ignibus arderet; cœlum fulminibus concuteretur, fragore horrendo; tremeret ſub veſtigiis humus; & oculis ſuorum omnium, viro dumtaxat & filiabus exceptis, obverſaretur calamitas, quid mirum, ſi præ metu & dolore animam efflaverit, aut ſaltem exanimata conciderit, & cùm nemo ſuppetias ferret, obierit? *Plutarchus* in Sympoſ. Lib. IV. Qnæſt. 2. auctor eſt fulminum ſolo metu multos eſſe mortuos: [illegible], inquit, ἔκπληξιν καὶ τάρβος, ὑφ' ὧν πολλοὶ μηδὲν ἄλλο παθόντες, αὐτῷ τῷ δεῖσαι ἀποθανεῖν, ἀπέθανον: *adde conſternationem & pavorem, quibus multi nihil aliud paſſi, mortem metuendo, ſunt mortui.* Μυρίους ἤδη τεθνηκότας ἰδεῖν ἔστιν ὑπὸ βροντῆς, οὐδὲν οὔτε πληγῆς ἴχνος, οὔτε καύσεως ἔχοντας, ἀλλ' ὑπὸ φόβου τῆς ψυχῆς (ὡς ἔοικεν) ὄρνιθος δίκην ἀποπταμένης τοῦ σώματος. Πολλοὺς γὰρ, ὡς ὁ Εὐριπίδης φησὶν, βροντῆς πνεῦμα ἄναιμον ὤλεσε· καὶ γὰρ ἄλλως τῶν αἰσθητηρίων ἡ ἀκοὴ παθητικώτατόν ἐστι, καὶ μεγίστας οἱ διὰ ψόφου θόρυβοι, καὶ φόβοι ταραχὰς ἐπιφέρουσι: *innumeros videre eſt mortuos tonitru, qui nullum ictûs aut aduſtionis habebant veſtigium; quòd, nimirum, præ metu anima eorum è corpore, avis inſtar, evolarit. Multos enim exanimavit ventns tonitru, ut ait Euripides. Nam aliàs quoque ex omnibus ſenſibns auditus facillimè adficitur, perturbationéſque & metus à ſtrepitu orti, quàm maximè animum exagitant.* Præterea obſervatum motu terræ inſanos plurimos homines eſſe factos, atque impotes ſui erraſſe; quod, fugiente viro, huic mulieri ſi contigerit, periculo ſe ſubducere neſcivit. In Campania motu terræ concuſſâ id eveniſſe auctor eſt *Seneca* Quæſt. Nat. Lib. VI. Cap. 1. cujns rei ejnsdem Libri Cap. 28. cauſas ita exponit: „ Nam quod aliquot inſanis,
„ attonitiſque ſimiles diſcurrere fecit metns,
„ qui excutit mentes, ubi privatus ac modicus
„ eſt; quid, ubi publicè terret, ubi CADUNT
„ URBES, POPULI OPPRIMUNTUR,
„ TERRA CONCUTITUR, quid mirum eſt
„ animos, inter dolorem & metum deſtitutos,
„ aberraſſe? Non eſt facile inter magna non
„ deſipere. Itaque leviſſima ferè ingenia in tan-
„ tùm venere formidinis, ut ſibi exciderent. Imò verò fortiſſimi viri non poſſunt non timere, & fruſtra ſemper quæſitus ſapiens ille Stoïcus; qni, ut idem loquitur Philoſophns, ſecurus adſpiceret fulminantis cœli trucem & horridam faciem; frangeretur licèt cœlum, & ignes ſuos in exitium omnium, in primis ſuum, miſceret. Nuſquam eſt, neque fuit, qui ſecurus adſpiceret ruptis compagibus dehiſcens ſolum. Mirúmne ergo videbitur, ſi dixerimus tam horrendo ſpectaculo oppreſſam uxorem Loti ſubitò diriguiſſe, ant ſemianimem collapſam, dum licuit, vitæ ſuæ fugâ non conſuluiſſe?

Si cui tamen hoc mortis genus non adrideat, non abſurdè fortè conjiciat mulierem non tantùm oculos ad patrinm ſolum retorſiſſe, ſed etiam, poſtquàm Angeli abierant, rediiſſe, ut propiùs incendium ſpectaret; atque ita vapore ſuffocatam fniſſe, quod *Plinio* majori, qui ardentem Veſuvium ſpectatnm iverat, contigit. Nec malè hoc collegeris ex verbis Chriſti Luc. XVII, 32. ubi poſtquàm dixit: *nemo retrorſum revertatur*, Jeroſolimâ, nimirum, inſtante obſidione egreſſus, illico ſubdit: *mementote uxoris Loti*; ſcilicet, regreſſæ, fortè nt videret an ex ſuppellectilibus aliquid præterea auferre poſſet. Nec videntur vetuiſſe Angeli Lotum ne reſpiceret, quaſi retortorum dumtaxat oculorum pœnas, ſubitâ morte, Deo daturus eſſet; ſed ne moraretur, nt faciunt qui, præ deſiderio loci quem relinqunnt, ſæpè reſpiciunt, aut qui volunt urbe peritură quid futurnm ſit propiùs videre. Sequentia etiam verba, *neque in tota planitie conſiſte*, videntnr ἐπεξηγήσεως ἕνεκα addita eſſe. Angeli ergo feſtinarent monebant, quia, malo ſerpente, poterant, ſi vel ſpectandi causâ morarentur, cùm ceteris abſumi; qnod contingere ſolet in ejuſmodi terræ motibus, atqne incendiis, quæ ſoli naturâ aluntnr. *Cornelius Severus* in Ætna verſ. 607. & 618.

Ardebant arvis ſegetes, & millia culta
Jugera cum dominis, ſilvæ, colléſque virentes, &c.
Cunctantes vorat ignis, & undique torret avaros.

Nem-

Nempe, opum auferendarum cauſâ moratos; quod fortè facere conata eſt Loti uxor. Cùm autem eo, in quem collapſa eſt, loco in perpetuum manſerit, inſtar *ſtatuæ*, in illo *ſalſo* ſolo, *fuiſſe* dicitur. Neque eſt quod ἔμφασιν quiſquam urgeat, cùm de re minore ſimilis occurrat loquutio 1 Samuelis XXV, 37. ubi de Nabale: *& mortuum eſt*, ait Scriptor Sacer, *cor ejus in illo*, *& ille fuit* (היה לאבן hajah leeben) *in lapidem*. Ubi vide à nobis adnotata. Cùm, ſcilicet, Abigaïla uxor ei narraſſet periculum, quod evaſerat munere Davidi oblato; vir ſtolidus ſeu metu, ſeu avaritiâ, ita ſtupefactus fuit ut *lapis* videretur, & intra decem dies obierit. Quemadmodum ergo eò quòd dicitur Nabal *lapis factus*, nemo dixerit hominem in lapidem μεταμορφωθῆναι: nec uxor Loti cenſenda eſt ſtatua ſalina evaſiſſe, quòd dicatur *fuiſſe ſtatua ſalis*, vel *in ſale*. Sic etiam loquuti, in ſummi ſtuporis expreſſione, Latini Poëtæ. *Ovidius* Ariadnen, propter fugam Theſei, à quo in inſula Dia relicta fuerat, dolorem & ſtuporem ſuum ita eloquentem inducit:

Aut mare proſpiciens in ſaxo frigida ſedi,
Quámque lapis ſedes, tam lapis ipſa fui.

Metamorph. V.

Mater ad auditas ſtupuit, ceu ſaxea, *voces.*

Et Lib. XIII. de Hecuba, poſt conſpectum Polydori cadaver:

——— *duróque ſimillima ſaxo*
Torpet.

Statius Theb. V. ſub finem:

Illa velut rupes immoto ſaxea *viſu*
Hæſit.

VII. In antiquiſſimis Græcorum hiſtoriis, quæ μῦθοι dicuntur, innumera ſunt, non tam, ut puto, mentiendi, atque ornandi libidine corrupta; quàm quia priſcorum incolarum narrationes non ſatis intelligebantur, & tralatitiæ loquutiones proprio ſenſu perperam exponebantur. Cujus erroris aliquot exempla, non injucunda fortè Lectori futura, proferemus.

Qui primi narraverant hiſtoriam Niobes, quæ luctu abſumta eſt, *diriguiſque malis*, fortè uſi fuerant loquutione ei ſimili, quam de Nabale uſurpari vidimus; at eam incauta poſteritas ita intellexit, quaſi Niobe in ſtatuam lapideam mutata fuiſſet. Acutiores tamen ſubolfecerunt aliud olim ſignificatum. *Cicero* Tuſcul. III. *Niobe*, inquit, *fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu ſilentium.* *Palæphatus* de Incred. Hiſt. Cap. 9. ὅστις πείθεται ἐκ λίθου γενέσθαι ἄνθρωπον, ἢ ἐξ ἀνθρώπου λίθον, εὐήθης ἐστί. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Νιόβη ἀποθανόντων τῶν ἑαυτῆς παίδων, ποιήσασα ἑαυτῇ εἰκόνα λιθίνην, ἔστησεν ἐπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων: *quiſquis credit ex lapide fieri hominem, aut ex hominibus lapidem ſtultus eſt.* Sed veritas ſic ſe habet. *Niobe mortuis ſuis liberis, cùm ſibi feciſſet ſtatuam lapideam, eam impoſuit liberorum ſepulcro.* Poſſemus hîc obiter obſervare Niobes caſum dici contigiſſe in *Phrygia*, cui eſt, ut in ſuperiore Diſſertatione diximus, magna cum Sodomitide adfinitas, cùm utraque ſit κεκαυμένη. Poſſemus addere Niobes liberos à Diis ſepultos dici, quod ſic interpretatur *Joannes Tzetzes* Chil. IV. Carm. 141.

Θεοὺς τότε μοι νόησον ὑπάρχειν τὰ στοιχεῖα,
Τοιουτοτρόπως θάψαντας τὰ τῆς Νιόβης τέκνα.
Σεισμοὶ, βρονταὶ, καταῤῥαγαὶ θαλάσσης γεγονυῖαι
Τοὺς ἀναμπεῖς κατέπεισαν θάψαι τοὺς τεθνηκότας.

Deos tunc mihi exiſtima eſſe elementa, tali modo ſepelientes Niobæ liberos. Terræ motus, tonitrua, eruptiones maris factæ præduris perſuaſerunt ut ſepelirent mortuos. Rectiùs conjeciſſet, ſi dixiſſet terræ hiatu hauſtos, eo tempore quo *Sipylos*, ubi vivebant, abſorpta eſt, ut diximus ſuprà Pag. 367. & poſteros dixiſſe à Diis ſepultos, quòd ſine opera humana terrâ fuiſſent contecti. Poſſemus etiam obſervare ad *Sipylon* lacus eo motu terræ natos fuiſſe, ut Niobes caſus morti uxori Loti ſimilior eſſet. Quin & *Sipylos* dici potuit, quòd eſſet in loco humili, quæ eſt ſignificatio vocis שפילא *ſchphilo*, quæ Chaldaïcè *planitiem* ſignificat, qualis ea erat in qua Sodoma aliæque urbes ſubrutæ ſitæ erant. Fortè & ſtagnum vicinum ſalſum fuit. Plinius Lib. V. c. 29. *Sipylum, quod antè Tantalis vocabatur, caput Mæoniæ, ubi nunc eſt ſtagnum ſale.* Sed hîc tantùm loquutiones, unde ortæ ſunt fabulæ, ſpectamus. Addemus dumtaxat à *Clemente Alexandrino* utramque conjungi, ob ſimile exitium, in Admonit. ad Gentes, Pag. 65. Ἡ γὰρ οὐχὶ Νιόβης τρόπον τινὰ, μᾶλλον δὲ ἵνα μυστικώτερον πρὸς ὑμᾶς ἀποφθέγγωμαι, γυναικὸς τῆς Ἑβραίας δίκην, λὼτ ἐκάλουν αὐτὴν οἱ παλαιοὶ, εἰς ἀναισθησίαν μετετρέπεσθε; *annon enim quodammodo inſtar Niobæ cujuſdam, vel ut magis myſticè vos alloquar, ut uxor Hebræi, Lotum eum Veteres vocant, mutati fuiſtis in homines ſine ſenſu?*

Ex ſimili origine nata omnino videtur Meduſæ Gorgonis fabula. E Phœnicum narrationibus acceperant Græci, in Atlantico Oceano, ultra montem qui θεῶν ὄχημα dictus eſt, inventam eſſe inſulam, cujus incolæ villis, ferarum inſtar, horrerent; adeóque terribili ſpecie primùm videntibus adparuiſſent, ut præ metu & ſtupore veluti in lapides verterentur, quod Phœnicio ſermone dicas: ויראו ויהיו לאבנים *& viderunt, & facti ſunt in lapides*, ἰδόντες ἀπελιθώθησαν. Græci hæc ita accepere, quaſi re ipsâ in lapides, ſolo conſpectu, homines eſſent verſi. Quod æquè abſurdum eſt, ac ſi quis verba Jobi XLI, 19. ubi Crocodili vim deſcribit, atque *in ſtipulam ei verti lapides fundæ*, ita interpretaretur ut feram eſſe diceret, quæ eâ mirabili virtute eſſet prædita, ut lapides in eam conjectos in ſtipulas commutaret. Addiderant Phœnices in ea inſula plures fœminas fuiſſe, quas Γοργίδας vocabant; quòd fortè ei inſulæ nomen ſuâ Linguâ גרגה *gorgah*, impoſuiſſent, quæ vox ex Arabiſmo *lapidoſam terram* ſignificat, qualis erat ea inſula; unde גרגית *gorgith*, hoc eſt, Gorgadis inſulæ mulier. Quin & גרג *garagon*, apud Arabas, etiam in uſu eſt; unde factum nomen Gorgonis. Narrant Phœnices, cùm viri nulli capi potuiſſent, quòd prærupta peterent, ac ſe lapidibus tutarentur, mulieres captas fuiſſe tres; quia verò unguibus & morſu ductoribus ſuis eſſent infeſtæ, ideò fuiſſe occiſas, pelles verò Karthaginem delatas. Inde tres illæ *Phorcynis* filiæ à Græcis deductæ, quarum unius caput reciſum, & colubris horrens à Perſeo raptum homines ſolo conſpectu in lapides commutaret. Hæc partim vidit dudum vir doctiſſimus *Iſ. Voſſius*, oſtendítque veri aliquid in fabula latere, ex *Hannone* Pœnorum Imperatore; qui, ut ipſe in Periplo docet, in ea loca penetrarat, indéque Gorgonum pelles in patriam retulerat. Nos paullò diſtinctiùs

expoſuimus, ſed veriſſimè vir eruditiſſimus obſervavit *quod aliàs fieri ſolet, ut fabulæ non ex nihilo oriantur, ſed plerumque veritatem pro fundamento habeant, id ipſum quoque hic contigiſſe.*

Variis hoc exemplis illuſtravit *Sam. Bochartus*, in Geographia Sacra, quæ omnibus nota ſunt, neque à nobis exſcribentur. Unum tantùm præterea, ex obſervationibus noſtris, proferemus; quò clariùs adpareat Orientalium Scriptorum ſtylum, audacioribus translationibus refertum, non ex more noſtro loquendi hodierno debere exponi, quæ maxima pænè eſt Interpretum culpa. Cùm ſenſum ῥητῶς inveſtigant, magis adtendunt quid ipſi intelligi vellent, ſi ita nunc loquerentur; quàm quid olim inter populos, non minùs opinionibus, & ingenio, quàm temporibus & locis à nobis remotos, intelligi potuerit.

Nota eſt *Harpyiarum* fabula, nec opus eſt eam aliter exponamus, quàm cum veritate conferendo. I. Ut à nomine ordiar, Ἅρπυια idem prorſus eſt ac Hebraicum ארבה *arbeh*, quod nomen eſt *locuſtarum*. II. Una earum vocatur *Celæno*, Syriacè סלעמא *ſolhamo* dicitur locuſtæ ſpecies; mutantur autem ſæpe כ & ס, ut patet ex nominibus *Moph* & *Noph*, quibus adpellabatur *Memphis*, aliiſque exemplis. Alia dicebatur *Acholoë*, teſte *Hygino* Fab. XIV. quod nomen deducendum ab אכל *achal*, hoc eſt, *comedit*, *abſumſit*, ut & verbum סלעם *ſalham*, apud Chaldæos, unde prioris nomen derivatum. Alius nomen erat Ἀέλλω, quæ vox venit à Phœnicia עול *habol*, quæ procellam ſignificabat, de qua vide *Sam. Bochartum* Chanahan. Lib. I. Cap. 33. Nimirum, venti ſæpe locuſtas advehunt. III. Hinc fit ut *Typhonis*, hoc eſt, procelloſi venti filiæ dicantur. *Valerius Flaccus* Lib. IV. de Celænone:

Implorat clamore patrem Typhona nefando.

Ventus locuſtas in Ægyptum adtulit, ut docet Moſes Exod. X, 13. IV. Eædem contrario vento avectæ ſunt, ut liquet ex commate 19. ejuſdem Capitis Exodi. Sic apud Poëtas, eas à Phineo abigunt Zethes & Calaïs *Boreæ filii alati*; hoc eſt, ſeptemtrionales venti. V. Harpyiæ famem, apud Phinea, Bithyniæ Regem, creabant:

Τυτθὸν δ' ἢν ἄρα δή ποτ' ἐδητύος ἄμμι λίπωσι,
Aliquantulum ſi quando cibi nobis relinquant,

ait ille, apud *Apollonium*. Lib. II. Locuſtæ dum omnem virorem depaſcunt, famis cauſa ſunt, quam in rem plurima habet *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. II. Lib. IV. ſex primis Capitibus. VI. Harpyiæ dicuntur magnum fœtorem abeuntes reliquiſſe. Phineus, apud *Apollonium*, ſequente verſu, nempe, 229.

Πνεῖ τόδε μυδαλέον τε, καὶ οὐ τλητὸν μένος ὀδμῆς,
Οὔ κέ τις οὐδὲ μίνυνθα βροτῶν ἄνσχοιτο πελάσσας,
Οὐδ' εἴ οἱ ἀδάμαντος ἐληλάμενον κέαρ εἴη.
Olet hoc fœdè, neque toleranda vis odoris,
Nec quiſquam mortalium adpropinquans paululum eam ferret,
Ne quidem ſi ei chalybe fabrefactum cor eſſet.

Quàm aptè hæc locuſtis conveniant, liquebit ex his *Hieronymi* verbis, ex Comment. in Joëlem Cap. II. *Etiam noſtris temporibus, vidimus agmina locuſtarum terram texiſſe Judæam, quæ poſtea, miſericordiâ Domini —— vento ſurgente, in mare primum & noviſſimum præcipitatæ ſunt. —— Cùmque littora utriuſque maris acervis mortuarum locuſtarum, quas aquæ evomuerant, implerentur,* PUTREDO *earum &* FOETOR *in tantum noxius fuit, ut aërem quoque corrumperet, & peſtilentia tam jumentorum, quàm hominum gigneretur.* Apud *Coſaccos* ajunt maximum interdum earum eſſe numerum, & oppreſſas tetrum fœtorem emittere. VII. Harpyiæ quod tetigerant perdebant, ut ait *Phineus* in verbis allatis: ſic & locuſtæ, ut oſtendit *Bochartus* Hieroz. Part. 2. Lib. IV. Cap. 3. VIII. Magnâ celeritate & ſtrepitu, Harpyiæ cibos Phinei voraturæ veniebant, quod ita deſcribit *Apollonius* verſ. 267.

Αἱ δ' ἄφαρ ἠΰτ' ἄελλαι ἀδευκέες, ἢ στεροπαὶ ὥς,
Ἀπρόφατοι νεφέων ἐξάλμεναι ἐσσεύοντο
Κλαγγῇ μαιμώωσαι ἐδητύος.

Illæ verò ſubitò tamquam procellæ inexſpectatæ, aut ut fulgura, improviſæ ex nubibus emicantes ingruerunt, cum clamore, avidæ cibi. Volatu & dentibus quem ſtrepitum edant locuſtæ, docebit *Bochartus* Cap. V Libri laudati. IX. Harpyias abigere non poterat Phineus:

—— *Harpyiæ ſemper mea pabula ſervant,*
Fallere quas nunquam miſero locus; ilicet, omnes
Deveniunt.

Nec vitari poteſt locuſtarum impetus, ut docet Joël Cap. II. & vir ſummus Cap. IV. ubi Joëlis verba interpretatur. X. Harpyiæ invito Phineo, ejus domum ingrediebantur. *Per urbem*, ait Joël de locuſtis Cap. II, 9. *gradientur, domos adſcendent, per ipſas feneſtras ut fur ingredientur.* In Scythiæ regione, quam nunc Coſacci tenent, tanta interdum eſt locuſtarum copia, ut domos & lectos ingrediantur, atque in menſas & cibos inſiliant, ut vix incolæ comedere ſine iis queant. Quod pluribus, qui eas oras viſerunt, ſcriptis mandatum. Vide Itinerum Collectorum à *Thevenotio* Part. I. in *Coſaccorum* deſcriptione. XI. Non poterant vulnerari Harpyiæ, ut docet Virgilius:

—— *Invadunt ſocii & nova prælia tentant,*
Obſcœnas pelagi ferro fœdare volucres.
Sed neque vim plumis ullam, neque vulnera tergo
Accipiunt.

Sic Joël de locuſtis Cap. II, 4. *per miſſilia ruunt, nec ſauciantur.* Nec certè armis abigi poteſt volucris hæc peſtis. XII. *Apollonius & Valerius Flaccus*, inuſitatâ Deorum irâ, in Phineum Harpyias miſſas, tradunt; unde etiam prior eas vocat μεγάλοιο Διὸς κύνας, *magni Jovis canes*, & apud poſteriorem *Deæ* appellantur:

Jam ſatis huc pepuliſſe Deas, cur tenditis ultra
In famulas ſævire Jovis? quas, fulmina quamquam
Ægidáque ille gerat, magnas ſibi legit in iras.

Sic & apud Joëlem Cap. II, 11. vocantur locuſtæ *exercitus Jehovæ.*

Hæc, ut opinor, ſatis oſtendunt tralaticias Orientalium loquutiones, niſi probè intelligantur, magnos errores parere poſſe; nec jam quiſquam mirabitur, nos *Statuam Salinam*, aliter quàm vulgò fieri ſolet, & quàm verba ſonare primo intuitu videntur, expoſuiſſe.

VIII. Hinc etiam colligere eſt, quàm parum præſidii ex hac loquutione, *& fuit ſtatua ſalis*, du-

duci poſſit, ut verba Chriſti, *hoc eſt corpus meum* de converſione panis in corpus Chriſti exponantur; quod non ita pridem viri docti in Gallia avidiùs, ad defendendum ſuum dogma, adripuerant. Alia diſcrimina, quæ, etiam conceſſâ uxoris Loti metamorphoſi, inter hancce loquutionem & verba Chriſti interſunt, hîc non perſequemur; neque enim de Controverſia ulla hîc ſcribere ſtatuimus, ſed obiter levitatem argumenti, ex hac hiſtoria ducti, perſtringendam eſſe judicavimus.

Quæ cùm ita ſint, jam adfirmare poſſe nobis videmur quod de Salina Statua creditum, id totum ex perperam intellecto Moſe ortum, quorumdam vanitate, plerorúmque credulitate temerè defenſum fuiſſe. Nec eſt, ut ſatis nos oſtendiſſe ſperamus, quòd Veterum conſenſus, atque anctoritas ſententiæ noſtræ opponantur; quæ ſine examine admitti oportere nemo dixerit, poſtquàm verò ad examen revocata & per ſe levia & cum certiſſimis rationibus pugnare deprehenſa ſunt, anteferri hiſce debere nemo ſani ſincipitis contenderit. *Quid ergo? non ibo per priorum veſtigia? ego verò utar viâ vetere; ſed ſi propiorem, planiorémque invenero, hanc muniam. Qui ante nos ſcripſerunt non domini noſtri, ſed duces ſunt. Patet omnibus veritas; nondum eſt prorſus occupata; multum ex illa etiam futuris relictum eſt.* Seneca Ep. XXXIII.

III.

TABULÆ CHRONOLOGICÆ IN HISTORIAM

LIBRI GENESEΩS,

Quæ ad certum annum referri non potuere Aſteriſco ſignata ſunt.

Anni Mundi	
1	ADAMUS & HEVA creantur, ſexto primæ Hebdomadis die. Geneſ. I, 27. *& ſeqq.* II, 21.
	Poſtea primos parentes in Paradiſum intromiſit Deus. Cap. II, 15. [b].
	Deinde vetitum fructum comederunt, atque ex Paradiſo expulſi ſunt, quo tempore poſt creationem nullo indicio liquet. Cap. III. [c].
*	Nati ſunt primis parentibus Caïn & Abel, quibus annis non conſtat. Cap. IV, verſſ. 1, 2.
*	Adultus Abel ab adulto Caïne interficitur. Annus etiam ignotus. Cap. IV, 8.
130	SETHUS natus eſt proximus, poſt Abelis mortem, partus maſculus. Cap. IV, 25. V, 3. [d].
*	Heva præterea ſequioris ſexûs liberos habuit, quando & quot proditum non eſt. Cap. V, 4.
*	Caïn Hanochum filium genuit. Cap. IV, 17.
235	ENOSUS naſcitur Setho 105 annos nato. Cap. V, 6.
*	Chanocho Caïnis F. naſcitur Hiradus. Cap. V, 18.
325	KENAN Enoſo naſcitur 90 annos nato. Cap. V, 9.
*	Naſcitur Mehujael Hirado. Cap. V, 18.
395	MAHALALEEL Kenani 70 annos nato naſcitur. Cap. V, 12.
*	Mehujaëli natus eſt Methuſaël. Cap. IV, 18.
460	JEREDUS natus eſt Mahalaleeli 65 annos nato. Cap. V, 15.
*	Methuſaëli natus eſt Lamechus. Cap. IV, 18.
622	HENOCHUS natus eſt Jeredo 162 annos nato. Cap. V, 18. [e].
*	Lamecho nati ſunt Jabal, Tubal, Tubal-Caïn & Nahama. Cap. IV, 20. *& ſeqq.*
687	MATHUSALA natus eſt Henocho nato 65 annos. Cap. V, 21.
874	LAMECHUS Mathuſalæ 187 annos nato naſcitur. Cap. V, 25. [f].
930	Adamus 930 annos natus obiit. Cap. V, 5.
987	Henochus à Deo raptus 365 annos natus. Cap. V, 23. [g].
1042	Sethus Adami filius 912 annos natus obiit. Cap. V, 8. [h].
1056	NOACHUS Lamecho 182 annos nato naſcitur. Cap. V, 28. [i].
1140	Enoſus 905 annos natus mortuus eſt. Cap. V, 11.
1235	Kenan 910 annos natus mortuus eſt. Cap. V, 14.
1290	Mahalaleel 895 annos natus mortuus eſt. Cap. V, 17.
1422	Jeredus mortuus eſt annos 962 natus. Cap. V, 20.
1536	Hominibus in ſcelera delapſis 120 anni, ad pœnitentiam agendam, conceduntur. Cap. VI, 3.
1556	JAPHETHUS Noacho 500 annos nato naſcitur. Cap. V, 32. coll. cum Cap. X, verſ. 21.
1558	SEMUS Noacho 502 annos nato natus eſt. Cap. XI, 10.
*	CHAMUS tertius Noachi filiorum, quo anno natus ſit non conſtat.
1651	Lamechus 777 annos natus moritur. Cap. V, 31. [k].
1656	Mathuſala initio anni obiit, natus 969 annos. Cap. V, 27. [l].

Anni

Anni Mundi

1656	2. Menſis 10 die, Deus Noachum jubet animalia in Arcam intromittere. Cap. VIII, verſ. 4. * 2. Menſis 17 die, imbres cadere incipiunt, & per 40 dies durant. Aquæ verò aut creſcunt, aut eadem altitudine permanent diebus 150. Cap. VII, 11, 12, 24. 3. Menſis 27 die, ceſſat quidem imber, ſed aqua præterea per 110 dies alta eſt, ſine imminutione. 7. Menſis 19 die, aquæ incipiunt minui. Cap. VII, 24. VIII, 1. Ejuſdem 27 die, hæret Arca in montibus Armeniæ. Cap. VIII, 4. 10. Menſis 1 die, ſumma montium juga exſtiterunt. Cap. VIII, 5. 11. Menſis 10 die, emittitur corvus, quadraginta diebus poſtquàm cœperunt ſumma montium juga extare. Cap. VIII, 6. Ejuſdem 17 die, emittitur primùm Columba. Cap. VIII, 8. Ejuſdem 24 die, ſecundùm emittitur, & oleæ ramum refert. Cap. VIII, 10. 12. Menſis 2 die emittitur Columba tertiâ vice, nec ea redit.
1657	1. Menſis 1 die, removetur tectum Arcæ à Noacho. Cap. VIII, 13. 2. Menſis 27 egreditur Noachus, cum animalibus. Cap. VIII, 14.
1658	ARPHACHSADUS natus eſt Semo 100 annos nato. Cap. XI, 10. *
1693	SELACHUS natus eſt Arphachſado 35 annos nato. Cap. XI, 12. *
1723	HEBER natus eſt Selacho 30 annos nato. Cap. XI, 14.
1757	PHELEGUS natus eſt Hebero 34 annos nato. Cap. XI, 16. Hujus ævo, ſed non conſtat quo tempore vitæ, quæ fuit 239 annorum, condita eſt terris Babelis, & diviſum in omnes terras humanum genus. Cap. X, 25. XI, 1. *& ſeqq.* ‡
1787	REHUUS Phelego, 30 annos nato, naſcitur. Cap. XI, 18.
1819	SERUGUS natus eſt Rehuo 32 annos nato. Cap. XI, 20.
1849	NACHOR natus eſt Serugo 30 annos nato. Cap. XI, 22.
1878	THERACHUS natus eſt Nachori 29 annos nato. Cap. XI, 24. *
1948	ABRAHAMUS natus eſt Theracho, annos 70 nato. Cap. XI, 26 *
*	Eidem nati ſunt Nachor & Haran. *Ibid.*
1958	Sara, viro ſuo Abrahamo decennio ætate minor, nata eſt. Cap. XVII, 17.
1996	Phelegus mortuus eſt. Cap. XI, 19. *
1997	Nachor mortuus eſt. Cap. XI, 25.
2006	Noachus mortuus eſt. Cap. XI, 28, 29.
*	Therachus Abrahami pater jubetur Ure Chaldæorum egredi. Charras ſe confert, nec ulteriùs progreditur. Cap. XI, 32. *
2023	Abrahamus Charris in Chananæam proficiſcitur. Cap. XII, 4.
* * * *	Non multò poſt in Ægyptum, ortâ in Chananæa fame, ivit. Cap. XII, 10. Anno ſequente in Chananæam rediit. Cap. XIII, 1. In Gerarenſi agro peregrinatur, eique contingit quod narratur Cap. XX. * A ſe Lotum dimittit. Cap. XIII, 9.
2026	Rehuus mortuus eſt. Cap. XI, 21.
*	Hoc tempore, Elymaïdis Rex cum ſociis bellum infert Sodomæ & vicinarum urbium Regulis. Cap. XIV, 1. *& ſeqq.*
*	Deus Abrahamo ſobolem promittit, fœdúſque cum eo pangit, quod habetur Cap. XV.
2033	Hagara concubina Abrahamo ab uxore datur. Cap. XVI, 3.
2034	Naſcitur Iſmaël ex Hagara. Cap. XVI, 16.
2047	Deus circumcumciſionem inſtituit. Cap. XVII, 1. Stirpem Abrahamo ex Sara promittit, & quidem bis eodem anno. Cap. XVII, 17. XVIII, 10. Sodoma, vicinæque urbes ſubvertuntur. Cap. XIX.
2048	ISAACUS naſcitur ex Sara. Cap. XXI, 1. *& ſeqq.* Filiæ Loti Hammonitarum & Moabitarum conditores pariunt. Cap. XIX, verſſ. 37, 38.
2049	Serugus mortuus eſt. Cap. XI, 23.
*	Expulſus eſt cum matre Iſmaël, ut narrat Moſes, Cap. XXI, 14. *& ſeqq.*

Digitized by Google

Anni Mundi

•	Tentatur Abrahami religio. Cap. XXII.
2083	Theraehus, Abrahami pater, Charris mortuus eſt. Cap. XI, 32.
2085	Sara, Abrahami uxor, obit Kirjatharbæ, & ſepelitur in duplici ſpelunca. Capite XXIII.
•	Abrahamus Keturam uxorem duxit. Cap. XXV, 1.
2088	Iſaacus Rebekkam uxorem duxit. Cap. XXIV. & XXV, 20.
2096	Arphachſadus, Semi filius, mortuus eſt. Cap. XI, 13.
•	Abrahamus concubinarum filios ab Iſaaco amandat. Cap. XXV, 5 *& ſeqq.*
2108	JACOBUS & Heſavus nati ſunt Cap XXV, 26.
2123	Abrahamus mortuus eſt. Cap. XXV, 7.
•	Iſaacus in Gerarenſi agro vivit. Cap. XXVI. †
2126	Selachus mortuus eſt. Cap. XI, 14, 15.
2148	Heſavus uxores Chitthæas duxit. Cap. XXVI, 34.
2151	Semus Noachi filius mortuus eſt. Cap. XI, 11.
2171	Iſmaël Abrahami filius moritur. Cap. XXV, 17.
•	Jacobus ultimas patris preces intercipit. Cap. XXVII. 2. In Meſopotamiam proficiſcitur. Cap. XXVIII, 5. Heſavus ad Iſmaëlem ſe confert, & Machalatham ejus filiam uxorem ducit. *Ibid.* 9.
•	Jacobus in Meſopotamia vivit, duas Labanis filias uxores, quatuordecim annorum miniſterio, ſibi emit. Duas item ancillas concubinas accipit, atque undecim filios, filiam unam ex iis ſuſcipit. Cap. XXIX. & XXX.
2187	Heberus mortuus eſt. Cap. XI, 17.
2200	JOSEPHUS naſcitur. Confer Cap. XLVII, 9. cum XLI, 32, 46. XLV, verſ. 6. 1.
•	Jacobus, ſex minimùm annis poſt Joſephum natum, in Chananæam revertitur. Cap. XXX, 25. XXXI, XXXII, XXXIII.
•	Juda paullò poſt adventum patris in Chananæam, uxorem duxit, ex qua ſuſcepit tres filios. Cap. XXXVIII. 3.
2217	Joſephus à fratribus annos 17 natus venditur. Cap. XXXVII, 2.
•	Simehon & Levi Sichemitarum nomen ad internecionem delent. Cap. XXXIV. 4.
•	Jacobus it Bethelem, & redeunti moritur Rachela uxor, naſcitur Benjamin filius, ceteráque eveniunt quæ habentur, Cap. XXXV. exceptâ patris morte.
•	Intra pauculos annos eveniunt quæ de filiis Judæ. & Thamara exſtant Cap. XXXVIII.
2228	Moritur Iſaacus. Cap. XXXV, 29. Eodem anno, Joſephi pudicitia ab Hera tentatur, iſque in carcerem conjicitur. Cap. XLI, 1. 5.
2230	Pharahonis ſomnium interpretatur Joſephus. Cap. XLI, 46.
2230 *ad* 2236	Septem anni ubertatis in Ægypto. Cap. XLI. Naſcuntur eo intervallo duo filii Joſepho. Cap. XLI, 50. *& ſeqq.*
2237	Primus annus ſterilitatis in Ægypto, & vicinis regionibus. Cap. XLI, 53.
2238	Secundus annus famis, quo ineunte eunt decem Joſephi fratres in Ægyptum frumentum emturi. Cap. XLII, 3. Relicto Simehone in vinculis, ad patrem redeunt. Cap. XLII, 24. *& ſeqq.* Iterum, ſecum ducto Benjamine, in Ægyptum eunt. XLI. 14. Seſe agnoſcendum iis præbet Joſephus, eóſque ad patrem accerſendum in Chananæam remittit. Cap. XLV. Deſcendit eò Jacobus cum omnibus ſuis, & 130 annos natus Pharahonem ſalutat. Cap. XLVII, 9.
2242	Sexto famis anno, pecudibus Joſepho datis, Ægyptii zeam emerunt. Cap. XLVII, verſ. 18.

Anni Mundi

2243	Septimo anno famis, prædia & corpora Ægyptiorum Regi mancipantur, ut zeam acciperent quâ veſcerentur, & quam in proximum annum ſererent. Cap. XLVII, verſ. 19. 7.
*	Ægrotat Jacobus, eáque dicit, quæ habentur Cap. XLVIII, 27. *& ſeqq.*
2255	Poſtquàm per ſeptemdecim annos in Ægypto manſiſſet Jacobus, obiit 147 annos natus. Cap. XLVIII, 28. Eo anno, aut ſequente, ſepultus eſt. Cap. L, 1. *& ſeqq.*
2310	Mortuus eſt Joſephus. Cap. L, 22.

N O T U L Æ

I N

SUPERIORES TABULAS.

NON eſt nobis animns quæcumqne ad Libri Geneſeos Chronologiam pertinent, poſt tot de hiſce virorum doctiſſimorum labores, excutere; quippe quibus perſuaſum eſt nihil pæne, præter conjecturas, aliorum inventis addi poſſe; præterquàm quòd hic alterum volumen dennò nobis eſſet conſcribendnm, ſi rem ſubtiliter perſequi adgrederemur. Ea dnmtaxat, ſine quibus Moſes aut Adnotata noſtra ſatis intelligi non poſſent, aut quæ alioqui ſingulari adtentione digna viſa ſunt, huc congeſſimns.

[a]. Ante omnia, neceſſe eſt obſervemus *annos*, in tota hacce Chronologia, intelligendos videri Ægyptiacos, & quales quidem tempore Moſis erant; neque unim una fuit ſemper anni Ægyptiaci ratio, qua de re legenda *J. Marshami* Collectanea ad Sæc. X. Unde enim ejuſmodi ſupputationem didiciſſet Moſes, niſi ab Ægyptiis? Nam qni Abrahamnm rerum Aſtronomicarum peritnm faciunt, & Ægyptiorum ipſorum magiſtrum, poſt *Joſephum*, ii ſanè jactationibus Judaïcis nimis facilè crednnt, neqne à nobis prolixiùs confutabnntur.

Ex hiſtoria autem Dilnvii apparet Noachum, qui die 17 ſecundi Menſis Arcam ingreſſus, eâ 27 ejuſdem Menſis ſecundi anno ſeqnente exiit, in ea manſiſſe 365 dies, hoc eſt, annnm ſolarem, nt ad eam hiſtoriam oſtendit *Lud. Cappellus*. Unde ſequeretnr, à 17 die Menſis ſecnndi anni Mundi 1656 ad 17 diem Menſis ſecnndi ſequentis anni 1657, effluxiſſe tantùm 355 dies, adeóqne eam anni Ægyptiaci tempore Moſis longitudinem fuiſſe. Nec tamen hoc ſatis conſentit cum eo quod de anno Ægyptiaco, antequàm eſſet ad ſolem accuratè exactus, tradidere Veteres. Volnnt enim tunc temporis annum Ægyptiacum 360 dierum fuiſſe, quibns poſtea quinqne ſint additi. Verùm cùm ex *Georgio Syncello* conſtet eam emendationem anni, temporibus Joſuæ, factam fuiſſe in Ægypto; fortaſſe non modò quinque diebus minor fuerat annns, ſed decem. Fortaſſe etiam ad hiſtoriam Diluvii calcnlos hand ſatis rectè ponimns, & Noachns in Arca 370 diebus manſit. Atqne hoc veriſimilins videtur, nam à 17 ſecundi Menſis anni 1656, ad 27 ejuſdem Menſis anni ſequentis 1657 ſunt exactè 370 dies, ſi ſingulos menſes, ut in priſco anno Ægyptiaco, 30 dierum ſtatuamus. Verùm, quam in partem calcnli error irrepſerit, non eſt facile dictu.

Si Ægyptiaci anni formam ſeqnntus ſit Moſes, in alia tempora initinm & finis Dilnvii, quàm à doctis fieri ſolet, erunt rejicienda, ut poſtea videbimus. Ut ad initium Chronologiæ, hoc eſt, Mundi nunc veniam, creatum enm alii vere, alii antnmno, circa æquinoctia volnnt. At Ægyptii 12 Julii, cùm ſignum Leonis ingreditur Sol, natalem Mundi eſſe docebant, atqne illinc anni ſui initinm arceſſebant: *Porphyrius* de Antro Nympharum: Νουμηνία αὐτοῖς (Ægyptiis) ἡ Σώθεως ἀνατολὴ γενέσεως κατάρχουσα τῆς εἰς τὸν κόσμον: *initium menſis illis Caniculæ ortus, qui inchoat creationem mundi.* Vide hac de re pluribns agentem *Cl. Salmaſium* ad Solinum Pag. 309. Ed. Ultraject. Atque hæc ſententia æquè veriſimilibus argumentis, ac aliæ, defendi poſſet.

[b]. An eodem die, quo creati ſunt, in Paradiſum intromiſſi fuerint, an ſeriùs, non ſatis conſtat. Si certum eſſet Adamum pleraque animalia adtentè luſtraſſe, antequàm in ſomnnm delaberetur, per quem creata eſt Heva, vix in Paradiſum eo ipſo die intromitti potniſſe viderentur. Sed hac de re vide quæ diximus ad Cap. II, 19.

[c]. Non modò altnm eſt de mora primorum Parentum in Paradiſo ſilentium, ſed ne ulla quidem circumſtantia exſtat, cui poſſit quidquam ſuperſtrni.

[d]. Septuaginta Intt. hîc numeros Hebraïcos augere incipiunt, nam pro centeſimo trigeſimo anno Adami, qno Sethum gennerit, habent τριάκοντα καὶ διακόσια ἔτη Similiter quatnor ſequentibus, & Henocho ſeptimo, centum annos iis addunt, qnibus in Hebraïcis Codicibns gennisſe dicnntur. Sed cùm conſentiant Samaritici Codices cum noſtris, hæc omnino videtnr eſſe Græcorum Intt. emendatio, quidquid dicant qni contra ſentiunt. Legatur *Lud. Cappellus* ad Chronol. ſuæ Tabulam primam.

[e] De ætate Jeredi conſentiunt Græci Codices cum Hebraïcis, quod 162 ann. ætas ad generandum ſatis provecta in eo videretur, quàm ut centum annos addere, ut in aliis, neceſſe eſſet. At Samariticus diſſentit, qui habet tantùm 62 annos. Quemadmodum citiùs, quàm par erat, generaſſe, ſecundùm Hebræos Codices, viſi ſunt Græcis ſuperiores Patriarchæ, ideóque aucti ſunt eorum anni: ſic, contrariam ob rationem, quia Samaritæ Critico Jeredus nimis ſerò generaſſe videbatur, reſecti ei ſunt centum anni, & ſeqnentibus etiam Patriarchis plures. Obſervavimus in Commentario noſtro & Septuaginta Interpretes, & Samaritas ſæpiùs Codices ſuos emendaſſe, aut emendandos audacioribus conjecturis cenſuiſſe. Vide quæ de Samaritico diximns ad Cap. II, 2. XII, 4. & *Auguſtinum* de Civit. Dei Lib. XV. c. 13.

f. De anno. quo Lamechum gennit Mathuſela, neque Samaritæ, neque Græci nobiſcum conſentinnt. Samaritæ enim habent pro 187 annis, 67, hoc eſt, 120 annos minùs quàm noſtri Codices. Serior, nimirum, hæc videbatnr generatio, non ſecus ac in Jeredo. *Euſebius* verò, *Hieronymus* & *Auguſtinus* ex ſuis Codicicibus citant hîc 167, ut eſt in Vaticano Codice. Verùm in Alexandrino 187, ut in Hebraïcis,

cis, legimus, & ſic in nonnullis etiam olim lectum oſtendit *Lud. Cappellus*.

g. Ob mutatos ſuperiores, ut diximus, calculos, natus eſt Henochus, ſecundùm Samaritas, anno Mundi 887, ſecundùm Græcos Interpretes anno 1487.

h. Obiit Sethus, ſecundùm Græcos, anno Mundi 1142, quia centum annis ſeriùs natus ſtatuitur. Quod etiam obſervare eſt in tribus ſequentibus Patriarchis.

i. Genuit Lamechus, ſecundùm Samaritas anno ætatis 53, ex Græcorum calculo 188.

k. Lamechus, ex Samaritarum ſupputatione, poſtquàm genuiſſet, 600 annos vixit, adeóque in univerſum 653 & anno Mundi 1307 obiit. Græci Codices hîc variant, in aliis enim poſt Noachum genitum vixiſſe legitur 565, in aliis 535 annos, unde etiam in reliquis naſcitur varietas. Hæc mendoſis Codicibus, potiuſquàm emendandi libidini tribuerim.

l. Mathuſala omnium hominum μακροβιώτατος, ex Codicibus Hebraïcis, ſi Samaritis credimus, brevioris ævi fuit, vixit enim, poſt Lamechum genitum, 653 annos, & in univerſum 720. Obiit anno ante Diluvium, quod ex eorum calculo, incidit in annum Mundi 1308. De difficultatibus ortis ex calculo Septuaginta Intt. & modo quo emendari queat, legendus *Lud. Cappellus*, in Chron. Sacra.

m. Ejus calculum, in digerenda Diluvii hiſtoria, ſequuti ſumus, cujus rationes apud eum legi poterunt. De tempeſtate dumtaxat anni, quâ Diluvium cœperit ei moveri poſſet controverſia; nam ut omittamus eos, qui volunt Menſem 2 anni Sacri intelligi, hoc eſt, eum qui poſtea *Ijar* dictus eſt; ſi initium anni Moſaïci, ut Ægyptiaci, ſit deducendum à Caniculæ ortu, ſeu 12 Julii noſtri, Menſis ſecundi dies 17 incidet in 9 Septembris, quo tempore ſæpe eſt frequens pluvia. Deinde ſequente anno exiiſſet Noachus, circa eamdem tempeſtatem 27 ejuſdem Menſis ſecundi, hoc eſt, Septembris 19. Verùm hæc in medio relinquimus.

n. Ex Chronologia apparet Arphachſadum, quamvis Gen. X, 22. tertius ordine collocetur, primogenitum fuiſſe Semi, nam intra biennium ex una uxore tertium filium habere non potuiſſet. At *Joſephus*, credo, quòd *Helamum* & *Aſſurem* majores natu cenſeret, pro *duobus* annis, *duodecim* habet Ant. Lib. I. Cap. 6. Σήμου δ᾽ υἱὸς Ἀρφαξάδης ἦν μετ᾽ ἔτη δύο καὶ δέκα τῆς ἐπομβρίας γεγονώς: *Semi filius Arphachſades erat, duodecim annis poſt diluvium natus.* Hujus auctoritate fretus *Iſ. Voſſius*, emendari vult Hebraïcum Codicem; ſed ex nominum ordine firmum non duci πρωτοτοκίας argumentum oſtendimus ad Cap. V, 32.

o. Pro 35 anno, quo in Hebraïcis Codd. Arphachſadus genuiſſe dicitur, in Samariticis & Græcis Codicibus ſunt 135, & annis etiam, quibus ſequentes Patriarchæ genuiſſe produntur, ad Serugum uſque, additur in utriſque ſæculum. Crediderim & Græcos Intt. & Samaritas Criticos judicaſſe, ex Hebraici Codicis calculo, nimis breve eſſe ſpatium à Diluvio ad generis humani per omnes terras diviſionem; neque enim tantillo tempore potuiſſe ſat hominum progenerari, ad ampliſſimam urbem, atque altiſſimam turrim condendas; quæ ratio urgetur hodie à LXX. Intt. patronis, ut eorum calculum Hebraïco præferri oportere evincant. Verùm duo ſunt hîc animadvertenda, & prius quidem, ut rationem adlatam producendi hujus intervalli habuere Samaritæ & Græci: contrà Judæis ejus contrahendi nullam fuiſſe. Nam quæ de differendo Meſſiæ adventu, contractis prioribus temporibus, nuper ſunt à viris doctis excogitata, ea prorſus inania eſſe alii oſtenderunt. Alterum eſt, multitudinem Babelem condentium magnam, & urbem amplam *pro temporibus* fuiſſe; itaque non eſſe animo concipiendam hîc tantam multitudinem, aut tantam urbem, quantæ nunc *magnæ* dicerentur. Adde quòd diſperſio *per omnes terras*, de qua poſtea Moſes, non illico facta eſt, ſed eo tempore cœpit, & paullatim per terras humanum genus ſparſum eſt.

Præterea in Codicibus Græcis, pro *Selucho* Arphachſadi filio, eſt alter *Kainan*; qui Selachum genuiſſe dicitur, anno ætatis ſuæ 130 & poſtea vixiſſe 330 annos. At irrepſiſſe huc Kainanem iſtum viri docti probaſſe videntur. Vide *Sam. Bochartum* Phalegi Lib. II. Cap. 13.

‡. Qui contracta volunt à Judæis hæc tempora contendunt, naſcente *Phelego*, factam eſſe humani generis diviſionem, indéque naſcenti nomen hoc impoſitum. Unde poſtea colligunt intra ſæculi ſpatium, quod, ſecundùm Hebraicos Codices, interceſſit inter Diluvium & diem natalem Phelegi, nequiviſſe uſque adeò creſcere humanum genus, ut Babelis condendæ conſilium agitare potuerit; ideóque longius intervallum, inter hoc cœptum & Diluvium, cum Græcis ponendum. At Moſes *diebus* dumtaxat *Phelegi*, non eo naſcente, ſparſos eſſe homines per terras dixit; ex qua re potuit Heberi filius cognomen referre, fortè quòd auctor præcipuus diſceſſionis fuerit, cùm jam ſenex eſſet: ut ex lucta cum Angelo Jacobus poſtea Iſraël dictus eſt, cùm ferè centum annos natus ſuperior evaſiſſet. Cap. XXXII, 28.

p. Nachor genuiſſe Therachum à Græcis & Samaritis dicitur, non anno 29, ſed 79, quod tempus videtur eadem de cauſa ac ſuperiora productum. Si quis urgeat conſenſum Samaritarum & Græcorum, hoc in loco, qui alioqui in ſuperioribus diſſentiunt; non negabimus potuiſſe fieri ut alii ex aliis aliquid mutuati ſint, quamvis alioqui diſſiderent, in ceteris. Aut Græcis Interpretibus Samaritæ, aut Samaritis Græci interpretes, rectè poſt Diluvium tempora digeſſiſſe ſunt viſi, licèt utri alteros ſequuti ſint non liqueat. Sed nulla eſt ſatis firma ratio deſerendæ propterea Hebraicorum Codicum Chronologiæ.

q. Alii negant Abrahamum Theracho natum anno 70; nam quamvis Therachus dicatur Gen. XI, 26. anno 70 genuiſſe Abrahamum Nachorem & Haranem, non inde ſequi tum natum eſſe Abrahamum, ſed tantùm eo anno cœpiſſe generare Therachum; & duos quidem Abrahami fratres majores natu eo fuiſſe contendunt, Abrahamum verò anno patris 130 natum. Therachus, inquiunt, vixit annos 205, mortuuſque eſt Charris, ut docet Moſes Gen. X, 30. Abrahamus autem tum natus fuit 75 annos, mortuo enim patre in Chananæam ivit, ut diſcimus ex Stephano Act. VII, 4. Verùm ex loco Actorum hîc mutandum non eſſe ordinem cenſuimus, qua de re, ſi Deo ita viſum fuerit, aliquando

dicemus. Nune ex ſolo Moſe Chronologiam digerimus, qui Charris quidem ait obiiſſe Therachum, & quidem priuſquàm narret diſceſſum Abrahami iu Chananæam; ſed non dicit eum diſceſſum poſt mortem Therachi ſuiſſe. Nec veriſimile videtur Abrahamum, qui ſibi centum annos nato filium naſciturum vix credidit, ipſum ex patte qui 130 annum adtigerat eſſe natum. Certè ab Augelis ei dubitanti, non divina omnipotentia, ut ſaciunt Cap. XVIII. objici debuit, ſed ſuum ipſius exemplum, ſi patri pluſquàm centenario natus ſuiſſet. Vide quæ diximus ad Capitis XI. finem, & initium Cap. XII.

r. Hujus Patriarchæ, & ſequentium mortes, ſeriùs, ſecuudùm Græcos & Samaritas, contigere, prout ſeriùs nati ſunt; nam in aliis annis conſentiunt omnes Codices. Nos iſta ſingillatim non perſequemur.

s. Vide uot. ad Cap. XI, 31.

ε. Vide uot. ad Cap. XX, 2.

v. Magis mirum videri non debet nullam Therachi mentionem fieri, per ſexaginta annos, ex quo ab eo diſceſſerat Abrahamus, quàm Semi aut Heberi, aut aliorum, qui per multas ætates vixeruut, & à quibus per varias orbis terrarum oras ſparſi diſceſſerunt poſteri.

†. Ad Cap. XXVI, 1. coujiciebamus quæ in eo narrantur coutigiſſe ante natos Heſavum & Jacobum, cùm propter ratiouem adlatam, tum quia poſt eos uatos juvenem admodum non fuiſſe Rebekkam ſatis liquet ex eo quòd per viginti annos, antequàm pareret, nupta ſuiſſet. Attamen re accuratiùs expensâ, filum narrationis Moſaïcæ contrarium ſuadere viſum eſt. Itaque de Rebekka idem erit dicendum, quod de Sara diximus ad Cap. XII, 10.

x. Hîc oritur graviſſima difficultas, cùm enim conſtet hoc anno mortuum Iſmahelem, ut liquet ex Gen. XXV, 17. ait tamen Moſes Cap. XXVIII, 9. poſt diſceſſum Jacobi in Meſopotamiam, Heſavum *iviſſe ad Iſmahelem* & Machalatham ejus filiam duxiſſe. Is autem Jacobi diſceſſus anno Muudi 2171 ſerior eſt, ut poſtea oſtendemus. Igitur ſortaſſe vera eſt Samaritici Codicis lectio, in quo verba אל ישמעאל non comparent.

y. Quamvis annum, quo Jacobus benedictionem paternam intervertit, & in Meſopotamiam ivit, propter memoratam difficultatem, non adſcripſerimus; attamen ſic à Chronologis invenitur. Cùm Jacobus deſcendit in Ægyptum, natus aunos erat 130, ac proinde eò ivit anno Muudi 2238. Joſephus autem tum natus erat 38 anbos, ut ex ſequentibus liquebit. Subducantur 38 anni ex 2238, adparebit Joſephum natum eſſe anno Mundi 2200, ætatis patris 92. Jacobus autem, cùm uatus eſt Joſephus, Labani ſervierat 14 annos, ut liquet conferenti Gen. XXXI, 21. cum XXXI, 41. Detrahantur iterum 14 ex anno Muudi 2200 quo natus eſt Joſephus, adparebit Jacobum in Meſopotamiam iſſe, anuo Mundi 2186, ætatis verò ſuæ 78.

z. Septennio elapſo, hoc eſt, anno ætatis 85, Jacobus Leam duxit, & paullò poſt Rachelam. Intra quatuor annos, peperit Lea Rubenem, Simehonem, Levin & Judam, deinde per aliquot ſaltem menſes gravida facta non eſt. Itaque Rubeu naſci potuit annu patris 86, Simehon 87, Levi 88 & Juda 89.

Intráne id ſpatium, an prorſus elapſo, Rachela Bilham Jacobo dederit nou conſtat, uti nec an Lea Zilpham, & an ſtatim poſteaquàm vidit à Sorore ancillam viro datam, ex ea prolem ſuſcipere voluerit. Itaque anui natales Danis, Nephthalis, Gadi & Aſeris non poſſunt certò inveniri. Videtur tamen Lea, poſt quatuor filiurum partum, Sororem imitata; neque enim, dum ipſa pariebat, credibile eſt ancillam viro dediſſe. Igitur natus non eſt Gad ante annum patris 90, & Aſer ante 91. Sequente autem anno 92, uatus eſt Joſephus, ut jam diximus. Interea Lea peperit Iſſaſcharem, Zabulonem & Dinam. Sed poſtquàm credidit plures ſe habituram non eſſe liberos, ſortè annum præterlabi ſivit, antequàm ancillam viro utendam daret. Sic Gad non eſſet natus niſi anno 92, Aſer 93, & tres ultimi Leæ liberi Iſſaſchar, Zabulon & Dina, nati tribus ſequentibus annis.

1. Cùm Joſephus eſſet 38 annos natus, quando Jacobus iu Ægyptum deſcendit, Jacobus verò tum adtigiſſet 130 annum, ut ipſe dicit Gen. XLVII, 9. neceſſe eſt hunc annum Joſephi eſſe natalem. Probant autem Chronulogi Joſephum eâ ætate fuiſſe, cùm pater ejus in Ægyptum venit, huc modo. Cùm ſomnium Pharahonis enarravit, natus erat 30 annos, Geneſ. XLI, 46. Sequuti ſunt proximè ſeptem anni ubertatis, ut liquet ex verſ. 32. Jacobus autem deſcendit in Ægyptum, anno ſterilitatis ſecundo. Ergo tum fuit Joſephus 38 annus natus.

2. Cùm enim nato Joſepho in Chauanæam reverti vellet, novâ pactione, in ſexennium operam ſuam ſocero addixit. Capp. XXX, 26. *& ſeqq.* XXXI, 41.

3. Vide not. ad Cap. XXXVIII, 1.

4. Simehon erat quinquennio aut ſexennio major natu Joſepho, Levis anno uuo Simehone junior. Itaque uterque vigeſimum ætatis annum ſuperaverat, quando Sichemitas adorti ſunt, ſi hoc poſt Joſephi venditionem contigit, ut videtur; cùm priùs factum ſuiſſe nullo indicio ſignificet Moſes. Soror verò eorum Dina, quæ quadriennio Joſepho junior fuit, biennio poſt hujus venditionem, quindecimum ætatis annum adtigerat, quo tempore, aut etiam aliquantò pòſt, rapere eam potuit Sichemus. Nec ordo narrationis objici poteſt, in quo paſſim tempora negliguntur, ut ſæpe obſervavimus. Vide ad Cap. XX, 2. XXXVIII, 1. Peccatum Chronologicum *Joſephi* notavimus etiam ad Cap. XXV, 20. inde ortum, quòd ordinem temporum negligi non animadvertiſſet.

5. Biennio antequàm à Pharahone è carcere vocaretur. Cap. XLI, 1.

6. Vide not. ad Cap. XLVII, 18.

7. Ante tempus Sationis, hoc factum fuiſſe oportet; fortè dum Nilus agros inundaret, unde ſertilitatem futuram collegerunt Ægyptii.

Appendicis Commentarii in Geneſin

F I N I S.

AØ1 1456987